Universidad de Deusto
Biblioteca

Dutrachi Opera

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTECA DE LOYOLA
Sala H Estante 2 Plúteo 4

36, 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

SOCIETATIS JESU * BIBLIOTECA COLLEGII

TOMVS. II.

Lucius Lucullus.

LEONARDO IVSTINIANO INTERPRETE.

LVCII Luculli auus fuit vir consularis, auunculus autem Metellus is, qui Numidicus est cognominatus. Parentum eius hic quidem furti damnatus est: Cæcilia verò mater amissa pudicitia, parum in vrbe gloriæ est consequuta. Lucullus ipse adolescens, cùm priuatus nullum adhuc in repub. magistratum gessisset, Seruilio auguri, qui patrem accusauerat, diem de publicæ pecuniæ peculatu dixit. Visa est ea res clarissima Romanis, & omnium laudata consensu. Id enim accusandi studium, vel sine priuata occasione, haud ignobile videbatur: quinimò plurima delectatione eos mirari laudareq; iuuenes consuetuere, quos scelestis ac flagitiosis hominibus, ceu feris generosos catulos acerrimè cernerent incumbentes. Ingenti itaque in eo iudicio orta contentione, cùm vulnerati quidam, aliquot præterea fuissent occisi, euasit tamen accusatione Seruilius. Tantâ verò Lucullus Græcis pariter ac latinis literis operam dedit, vt vel in vtrisq; posset aptissimè ornateq; dicere, & Sylla rerum suarum cõmentaria inscripserit ad Lucullum, ad eum quippe qui elegantius eam historiã disponere posset. Non erat eius sermo, vt multorũ est, in curia modò, rostris, aut subselliis, sed in omni publica priuataq; re promptissimus atque disertus. neque forum, velut irretitus thynnus pelagus, perturbabat: inde verò egressus, aridus, sine eloquio confectus. Cæterùm ornatissimis illis disciplinis, quas liberales vocant, omne suum studium adhuc adolescens accommodauit. Grandior verò ætate factus, cùm ob eam potissimùm dissensionem, quam aduersus Pompeium habuit, omni prorsus animum ambitione in tempore abdicasset, à diuturnis laboribus ad otium atque quietem, ad nobilissima

sima philosophiæ studia se cõuertit, & in eius contẽplatiuo genere, ceu in iucundissimo quodã diuersorio, quiescebat.

3 Quãta verò ei fuerit in dicẽdo facultas, hinc arbitror posse perfacilè iudicari. Ferunt enim Hortensium causidicum & Sisennã historicum ex ioco quodam in rem seriã (vt fit plerunq;) conuersos, cum Lucullo adolescente cõposuisse, vt poemate orationeq; Græca pariter ac Latina propositis, eo quem sors dedisset stylo, eaque lingua teneretur Lucullus Marsicum conscribere bellum, obtigitq; ei sorte Græca oratio. Defluxit enim ad nos vsque Marsici belli historia graio sermone contexta. Multa verò Luculli in Marcum fratrem insignis beneuolentiæ argumenta Romani tradidere. In primisq; id memoriæ mandatum est, quòd maior natu cùm esset, solus tamen nullum in repub. magistratum inire voluit, verùm legitimam fratris moratus ætatem, vt eius quoque ratio haberi posset, tantã sibi hac humanitate apud populum gratiam conciliauit, vt vel absens vnà cum

4 fratre ædilis declaratus esset. Multa præterea iuuenis adhuc in Marsico bello audaciæ, multa grauis consilij facinora declarauit: & Sylla eius constantia humanitateq; ductus, tantùm illi authoritatis atq; virtutis tribuebat, vt vbi quid fortiter, clarè, strenuè agendum esset, Luculli potissimùm, quoad vixit, opera vteretur. Datũ est ei in Peloponneso signandi numi negotiũ, in Mithridatico bello, qui & Lucullei dicebantur. Lucullus diu ab illo est appellatus, * celeremq; ob necessitatẽ in bello vsum accepit. Dehinc Sylla Athenienſi agro potitus, cùm maritimum annonæ aditum hostili classe sibi præclusum cerneret, Lucullum in Aegyptum & Libyam, vnde quàm maximam sibi classem compararet, traiicere iussit. Is rigente tunc maximè hyeme, tribus cum Græcis myoparonibus & biremibus æqualibus fermè Rhodiis, ab Athenis enauigauit, nõ horridi modò & efferuescentis pelagi, sed multarũ quoq; hostiliũ nauium periculũ subiens, quæ per licentiã vagabantur. In Cretam itaq; Lucullus veniens, eã sibi conciliauit, & Cyrenæos diuturnis tyrannidibus bellisq; confractos cùm ad se recepisset, inconditam

5 atq; turbatam eorum rempub. ordinauit. Tunc illum meminisse ferunt eius sententiæ, quam olim in Cyrenæos diuinè dixerat Plato. Rogãtibus enim illis, vt leges sibi conscriberet, vellet q; eorum ciuitatem in optimæ cuiusquam

Reipub.

* καὶ διὰ φιλοσοφίαν ἐπὶ πλεῖστον ὑπὸ τῶν φρατριστικῶν ἐν τῇ πολέμῳ λαμβάνων ἀμοιβὴν τὰ χεῖρα. Suid.

Reipub. formam cõstituere: Difficilimum esse inquit, Cyrenæos amplissima fortuna solutos legibus continere. Nil enim imperatu difficilius esse eo homine, quẽ prospera fortuna extulerit: neq; iterum regi quippiam leuius illo, qui aduersis fuisset casibus depressus atque contractus. quæ res perfaciles instituẽti Lucullo præstitit Cyrenẽos. Inde verò traiiciens in Aegyptũ, maxima nauium suarũ parte amissa, ipse cum reliquis in Alexandriam clarissimè deuectus est. Etenim aduentãti ei, vniuersa classis magnificè perornata obuiam tanquam regi enauigauit. Aliud subinde adole-

6 scentulus Ptolemæus singulare Lucullo ac inusitatum humanissimæ beneuolentiæ studiũ declarauit: nam intra regiam eũ cùm familiariter, tũ splendidissimè est hospitatus, quo nemo ante Lucullum superiorũ ducum honore à Ptolemæo donatus fuerat. Cibariorũ verò non quantùm parari cæteris consueuerat, sed quadruplum Lucullo dabatur, tametsi nil amplius ipse, quàm quod modestissimo viro dignum esset, acciperet. Pretiosissima quoq; vel octoginta talentorum munera recusauit. Ferunt autẽ non Memphim, non aliud quippiam in Aegypto mirabile voluisse conspicere: otiosi enim & delicati peregrini id esse, non eius qui suum imperatorẽ sub diuo, sub hostium mœnibus cubantem, in tanto rerum discrimine reliquisset. Lucullus itaque cùm tumentem Ptolemæũ in Romanorum societatẽ allicere nequiuisset, naues tamen quæ suam nauigationem tutarentur vsque in Cyprum, ab illo quàm liberaliter datas accepit, recedentiq; plurima Ptolemæus clarissima beneuolentiæ insignia demonstrauit. Donauit eum postremò 7 pretiosissima pulcherrimaq; smaragdo auro alligata, quam Lucullus penitus recusasset, nisi rex propriam illi lapidi insculptam ostẽdisset imaginem. Verebatur enim ne quod animi magnitudine faceret, si ad inimicitiam Ptolemæus transtulisset, nauales sibi pararet insidias. Profectus igitur ab Alexandria Lucullus, cæteraſque maritimæ oræ vrbes adiens, à singulis quæ modò piraticam non exercebant, naues accepit. Coacta itaq; classe cùm tutò traiecisset in Cyprum, ibi hostes intra littoris sinus absconditos insidias sibi tendere, eumque obseruare accepit. His allatis, Lucullus confestim machinis cõparatis, naues in terram subducere iubet. Literæ deinde ad vrbes vicinas datæ, quibus proxi-

Liberalitas Ptolemæi erga Lucullũ.

Platonis diuina sententia.

mum ver moraturum sese dicebat, commeatusq; ad augendam fidem, & cætera ad hybernandum necessaria postulabat. Hoc interim spatio, cùm secundas sibi auras afflare conspexit, deductis repentè nauibus classem in altum recepit. Interdiu demissis contractisq; velis, ignaro hoste pernauigauit. Nocte verò quamaltè sublaris armamentis, in Rhodum integra classe applicuit. Nauibusibi à Rhodiis receptis, Cois atq; Cnidiis nō modò de defectione ab rege, sed vt in Samnios quoque arma mouerent, suasit. Omnes deinde ex Chio expulsi, & Colophonios capto Epigono eorum tyranno libertate donauit. Ea fortè tempestate Mithridates deserto Pergamo, intra Pitanen sese receperat, vbi à Fimbria terra obsessus atq; conclusus, ad mare (quod vnica salutis spes erat) conuersus, quāmultas poterat naues ad contrahendam classem vndiq; accersebat. Desperabat enim cū Fimbria signa conferre, viro cùm summa audacia, tum recentis fortuna victoriæ metuēdo. Fimbria cui nullę aderant maritimę vires, hęc conspiciens, Lucullum sibi adiungere pergit. Mittit igitur quāprimùm qui eum orent, moneant, supplicent, vt vniuersa cū classe aduenias, velitq; secum infestissimū regem, omnium Rom. pop. inimicissimum perdere atq; delere. Non patiatur clarissimum tot laborum, tot certaminū, tot deinde periculorū præmiū, Mithridatem iam intra retia compulsum, ac propè captū, Romanos euadere. Si enim is in Romanā potestatem veniret, neminem omniū tantùm gloriæ, tantùm sibi laudis vendicare, quàm ille, qui vel fugam eius vnum modò perditis rebus consilium inhibuisset, aut cepisset fugientem. Ab se nanq; terris expulsum, vndiq; ab illo mari conclusum Mithridatem, amplissimam vtriq; gloriā allaturum. Huiusce tantæ rei magnitudinem, Syllæ ad Orchomenū atq; Chæroneam summa Romanorum laude celebrata facinora extinctura. Videbantur hæc omnia ab ratione nil dissentire: neq; dubiū erat, si obsecutus Fimbriæ Lucullus, nauibus quæ parum aberant eò traductis portus fauces occlusisset, id bellum penitus confici potuisse, Romanos quoque innumeris, quas deinceps subiere, calamitatibus fore solutos. Non placuit ea res Lucullo, aut quia legatus iura Syllę erga se omni commodo priuato publicoq; prætulerit, siue quòd Fimbriam suæ gloriæ socium recusarit, sceleſtum quippe

quippe hominē, ac dominandi cupidum, viri & sibi amici, & imperatoris recenti cæde fœdatū: seu potius quòd diuina quadam fortuna Mithridati tunc parcēs in destinatum sibi tempus debellandum seruauit. Vnde & liberam hosti fugam, & Fimbrianū militem ludibrio barbaris esse effecit. Ipse verò primùm circa Lectum (hic Troadis locus est) regias sibi naues obuias profligauit. Neglecto deinde Neoptolemo, qui cū maiori se Tenedi classe tenebat, confligere cum eo instituit. Conscendens itaq; in Rhodiam quinqueremem, cui Damagoras præerat, vir & longa naualiū certaminum experientia doctissimus, & summa cū Romanis beneuolentia coniunctus, primus omniū in hostes deuehitur: Neoptolemus verò gubernatori suo imperat, vt in occurrentē nauem quammaximo possit impetu ruat. Damagoras pondus aduersæ nauis ferreiq; rostri asperitatem reformidans, proris cōcurrere recusauit, itaq; conuersam nauem retrò inhibuit, vt ceu fugiens impetum quamægrè in puppim exciperet. Ictus eo cōsilio leuissimus fuit, & in his fermè nauis partibus, quæ mari contegebantur. Aderant interea reliquæ naues, & Lucullus vnà conuersus, & verbis & opera militū animos ad pugnam accēdit. Conserto prælio, cùm multa egregiè pugnādo fecisset, hostes tandem in fugam cōuertit, & Neoptolemū ipsum est insectatus. Syllę deinde per Cherronesum transituro congrediens, liberato itinere exercitum eius tutò traiecit. Fœdere icto Mithridates in Euxinū Pontum profectus est. Sylla verò xx. millium talentorū damnata Asia, colligendi munus Lucullo cōmisit, vt inde numos cuderet. Is itaq; in tam graui acerboq; negotio, non integrè modò ac iustè, sed adeò prudenter, benignè, humanè versatus est, vt pro Syllæ difficultate afflictis vrbibus, vel maximū ipse solamē fuerit. Atqui Mitylenæos pro his quæ in Mariū ipsi peccarāt, & pœnas dare volebat, impares tamen criminis grauitati, non tamen id Mitylenæi passi sunt. Quod vbi Lucullo allatum est, mulctam videlicet Mitylenæos detrectare, classem confestim illò admouit, collatisq; vtrinq; signis hostem victoria superatum in vrbe conclusit. Castris deinde ad obsidendam vrbē positis, hac arte atq; ingenio Mitylenæos occupauit. Interdiu nanque, vt se hostes conspicere possent, ad Eleam nauigauit: nocte verò ad obsidionē frustrato hoste egressus,

13 sus, locatis circa vrbem insidiis, quiescebat. Mitylenæi postridie Romanum abesse rati, temerè fusęq; ad diripienda Romana castra discurrunt. Prodiens ex insidiis Lucullus, & dissipatum hostem adortus, plurimos captiuos habuit, quingentos hostiũ pugnando trucidauit. Sex millia mancipiorum, aliaq; innumerabilis præda inde abacta. Ab Italiæ verò miseris calamitatibus, quas Sylla Mariusque tristi ac flebili plurimorũ clade mortaliũ intulere, Lucullus cælesti quadam sorte rebus Asiæ immoratus fermè abstinuit. Nec tamen minorẽ apud Syllam, quàm cæteri, & gratiam & dignitatẽ est consequutus: cæterùm cõmentaria rerum suarũ, vt diximus, ob summã cùm authoritatẽ, tum in eum beneuolentiã, ei inscripsit. Et moriens, posthabito Põpeio, Lucullum filij tutorẽ testamento instituit, eamq; visum est flagrantissimis ad gloriã iuuenibus primam succendendæ
14 discordiæ facem fuisse. Mortuo Sylla, habitis non multò deinde comitiis, vnà cùm M. Cotta consul est declaratus, circa centesimam & septuagesimam sextam Olympiadem. Videbatur multis Mithridaticum bellum suscitãdum esse, & M. Cotta non dimissum, sed intermissum esse dicebat. Consulibus itaque sortiri prouincias iussis, Gallia cisalpina Lucullo sorte obuenit, parúmque læto animo id accepit, quòd prouincia latam cõparandę sibi gloriæ materiam non haberet. Stimulabat permaximè ingentis spiritus virum Pompeius, qui rebus à se gestis in Hispania tantùm sibi laudis vendicarat, vt si motus Hispaniæ quieuissent, Mithridaticum bellum omnium sibi consensu decernendum esse videretur. Proinde cùm pecunias ille petiisset, scripsissetq; senatui, nisi mitterent, relicta Hispania atque Sertorio, omnes in Italiam copias reducturum, Lucullus vt quamprimùm ei mitterentur effecit, ne vlla penitus oc-
15 casione Pompeius Romam se consule remearet. Nec erat nescius, si tanto ille cum exercitu aduentasset, omnem in se vrbem fore conuersurum. Cethegus præterea, qui iam propè Romanæ libertatis dignitate extincta, omnia ad gratiam obeundo, princeps in repub. videbatur, Lucullo infensus erat, quòd is obscœnam Cethegi vitã, libidinum, flagitiorum, errorum, scelerũ plenam fastidiret. Lucij verò Quintij factiosi hominis, qui decreta Syllæ antiquare, quĩ motus in rep. excitare, qui vrbis turbare quietem tentabat,

multa

multa priuatè, publicè multa cõmonefaciens, temeritatem audaciãq; compressit, seditiosumq; viri impetum pro ciuitatis salute cohibens, ingentium calamitatũ radicem extirpauit. Romæ interea nuntiatũ est, Octauium qui Ciliciam habebat, è vita migrasse. Multi enim prouinciam cõpetitu
16 ri Cethegum, cuius amplissima in ea re videbatur authoritas, summa cum liligentia colebant. Lucullus tamẽsi Ciliciã non multi faceret, omne tamẽ ingenium, omne adhibuit studium, vt ea sibi prouincia decerneretur, arbitratus si Ciliciam Cappadociæ propinquam tenuisset, fore vt alter nemo ad Mithridaticum bellũ destinãdus esset. Cùm itaq; multa tẽtasset, rem deniq; à suo prorsus ingenio alienam adortus est, eamq; magis vilem aut abiectã, quàm potiunda ea prouincia opportunã. Mulier erat in vrbe Pręcia nomine, nulli & venustate formæ, & verborum lepore ac comitate cõcedens, nil tamẽ vita impurissimo quopiã scorto præstabat. Hæc ex frequenti nobilissimorum iuuenum congressu, gesta in rep. perdiscebat, ciuium discordias cõponebat, amicitias confirmabat: hisq; artibus pariter cum placidissima corporis atq; verborum gratia, amplissimã sibi in vrbe beneuolentiam conciliarat. Vbi verò Cethegũ
17 qui summa florebat gloria, vrbemq; suo nutu ductitabat, insano æstuantem amore sibi deuinxit, iam in Præciam omnis reipublicæ potentatus confluxerat. Nihil enim non interueniente Cethego in senatu, & in populo decernebatur: neque Cethego quippiam probatum erat quod Præcia non iussisset. Hãc Lucullus cùm donando, tum plurimùm blandiendo subdueens (non enim inflatæ ambitiosæq; mulieri parua videbatur merces, si tantus eã vir publicè coluisset) continuò Cethegum & fautorem, & prima sibi ferentem suffragia est adeptus. Ciliciam verò prouinciam consecutus, neque Præcię deinceps, neque Cethegi patrociniũ postulauit. Amplissimo nanq; omnium cõsensu, Mithridaticum ei bellum deferebatur, quòd ab altero nemine ea res clarius, fortius, accuratius geri posset. Pompeius enim contra Sertorium adhuc bellabat, Metellus ætate mala confectus erat, qui duo duces de militari cum Lucullo virtute certare videbantur. Atqui Cotta eius collega 18
patres obeundo, solicitando, supplicando, ad Propontidem obseruandã, debellandamq; Bithyniã missus est. Lu-

cullus cum vna modò, quam ipse per sese scripserat, legione traiecit in Asiam. Eò deueniens, alterũ sibi asciuit exercitũ. Hi erãt Fimbriani milites appellati, qui diuturnis deliciis inueteratáq; habendi cupiditate contabescebant, qui effrænata peccandi licentia atq; libertate sine duce diu soluti fuerant. Flacco enim cõsule & imperatore, duce Fimbria, interfecto, ipsum deniq; Syllæ Fimbriã prodidere, viri seditiosi, intractabiles, iniqui: cæterùm fortes & cõtinuo armorũ vsu pugnacissimi. Hos itaque sibi Lucullus adiungens, breui temeritatẽ eorũ adeò cõtudit, vt tũc primùm & verum ducem, & fortissimũ imperatorem experirẽtur. Cùm per cætera & superiori tẽpore magis affectarent imperiũ, quàm caperent, longa consuetudine ad voluptates
19 propendentes, ægrè nec diu admodũ cũ Lucullo commilitarunt. Hæc de Romanis hactenus, nũc res hostium edisseramus. Mithridates itaque ceu sophistarum plurimi iactabundus primùm atq; elatus, cum inani atque ignauo exercitu, summo tamen armorum splendore conspicuo, in Romanos profectus est. Vbi verò non minori cum ignominia quàm periculo euadens cum hostibus iterum pugnaturus erat, non variæ populorum multitudini, non barbaris multiplicium linguarum minis, non gemmis deniq; auróq; ornatis armaturis potiundæ victoriæ spem commisit, quia hæc quasi victorũ manubias nil momenti gestantibus attulisse sensisset: cæterùm pro his Romanos enses, validissimõsque clypeos fabricari iubet. Non amplius ornatos equos, sed domitos militiæq; instructos admittit. Pedi tum centum viginti millia Romano more in ordines distributa, decem & sex equitum millia in armis habuisse cõ
20 stat, præter falcatos currus, quos centum fuisse tradunt. Naues præterea non deauratis tentoriis fulgentes, neque delicatarum pellicum balneis elaboratas, sed armis, missilibus telis, opibus refertas parauit. His cũ copiis traiiciens in Bithyniam, ab vrbibus benignè iterũ exceptus est. Non enim has modò, sed vniuersam Asiã intolerabili veteriq; peste euerterãt Rom. fœneratores & publicani, quos postea Lucullus velut harpyias labores mortalium depascentes eiecit. Tũc verò placidè monendo conatus est rapacẽ eorũ ingluuiem aliquantulum delinire, sedauítque populorum motus, qui iam penè omnes Romani fœnoris onere

defect

defecturi videbantur. Hæc dum geruntur à Lucullo, Cotta gloriæ sibi cõparãdæ occasionẽ ratus, cũ Mithridate decernere statuit. Certò sibi nũtiatum erat aduentare Lucullũ, & iam in Phrygia castra posuisse. Sed ne ille huius triumphi, quem Cotta manibus tenere arbitrabatur, aliquam sibi laudem vendicaret, cum hostibus signa conferre quã-
celerrimè festinauit. Terra mariq; profligatus Cotta, sexa 22
ginta cum omni milite naues, & quatuor præterea peditũ millia in ea pugna amisit: & ipse in Chalcedone conclusus vnicam salutis spem in Lucullo posuerat. Erant nonnulli qui Cotta neglecto, Lucullũ vlterius progredi stimulabãt, quòd Mithridatis regnum omni præsidio desolatum, facilimè capi posset. Hæc maximè militum sentẽtia erat. Nec enim pari poterant animo tolerare, si Cotta non suã modò, suorúmq; militum perniciem procurasset, sed ipsis quoque impedimento foret ad tantam sine vlla pugna victoriam capessendam. Lucullus itaque militibus ad concionem vocatis, cùm multa clarissimè disseruisset, tandem se malle, inquit, vel vnum ab hostibus Romanorum eripere, quàm omnes sibi res hostium vendicare. Et Archelao iterũ qui in Bœotia pro Mithridate præfectus defecerat ad Romanos asseuerãti, si in Ponto Lucullus conspiceretur, oĩa pariter Romanum imperium subitura: Nõ ego, inquit, Ar 22
chelae, venatoribus audacia cedo, vt relictis feris, ad vacua illarũ lustra progrediar. Hæc ita dicens in Mithridatẽ ducebat exercitum. Triginta, non vltrà, peditum millia, equites bis mille quingentos in armis habuisse constat. Cùm itaq; in hostium conspectu castra locasset, ingentes eorum copias admiratus, tutius à prælio, si posset abstinere censebat, & moram trahendo rem gerere. Marius autem, quem Sertorius ex Hispania cum copiis ad Mithridatẽ transmiserat, cùm occurrisset, lacessitus ad prælium Lucullus copias in aciem pugnaturus educit. Datum erat vtrinq; pugnæ si- *Prodigium corporis flã mei, inter duos exercitus elapsi*
gnũ. cùm nullo prorsus indicio præcedente, ingens flãmeũ
corpus aere repẽtè cõfracto intra duos exercitus est elapsum. Erat id corpus forma quidem dolio, argento verò ignito colore persimile. Subitus itaque tanti prodigij pauor certamẽ diremit. Hoc circa Otrias (hic Phrygiæ locus est) euenisse traditũ est. Lucullus subinde hostiũ multitudine cognita, nullas opes, nullos humanos apparatus ad 23

eam diu nutriendã suffecturos esse cẽsebat, præsertim si ab sidens ipse, frumẽtandi facultatẽ hostibus ademisset. Rem itaq; graui cõsilio indagare adortus, vnum ex captiuis sibi adduci iubet. Rogat primũ, quot cũ hominibus Mithridates castra cohybernabat: postea, quantùm sibi cõmeatus in tentorio reliquisset. Cùm ille ad singula respondisset, amoueri iubet, & secundum deinde ac tertiũ pariter percontatus est. Hostium deniq; numero cum cibariorũ quantitate collato, comperit nonvltrà quàm trium aut quatuor dierũ commeatũ hostibus superesse. Ea re Lucullus ad cũctationem maximè confirmatus, ingentẽ commeatuum copiam intra vallum congeri iubet, vt abundantia sua obsessum
24 hostem inedia debellaret. Mithridates interim Cyzicenos, qui in Chalcedonica pugna decem naues, triaq; hominum millia cum maximo rei suæ detrimento amiserãt, insidiis occupare aggressus est, Lucullumq; maximè latere cupiens, prima statim vigilia noctis, quæ tenebrosa & humida erat, silẽtio castra mouit. Ad vrbem itaq;, prima diei luce aduenies, prope Adrasteæ montem signa firmauit. Accipiens id Lucullus, & confestim citato gressu Mithridatem subsecutus, lætatusq; quòd in hostem incompositò agmine nõ incidisset, in vico qui Thracia dicitur locauit exercitum. Hunc in locum omnia prorsus itinera confluebant, quibus frumentatum pabulatumq; hostis exire compellebatur. Quare Lucullus proxima iam victoria mente concepta, spem suã ad leuandos militũ animos expromere cẽsebat. Positis itaq; castris, vt primùm ab opere cessatum
25 est, milites ad concionem vocat. Ibi cùm suum consilium honestè ac magnificè laudasset, promisissetq; sine vlla suorum cẽde victoriam de hostibus propediem daturum, milites optimè sperare iussos à concione dimisit. Mithridates decẽ castris à terra Cyzicenorum vrbem aggressus, cùm illum quoq; maris meatum quo à continenti ciuitas diuisa erat, nauibus occlusisset, vrbem vtrinq; obsidione tenebat. Cyziceni verò ad tuendam vrbẽ, ad propulsandos hostiũ impetus, ad seruandam socialem Romanorũ fidem, vsq; ad vltimã sui perniciem constantissimi erant. Hac tamẽ vna cura aliquantulum angebantur, quia vbinam Lucullus esset, penitus ignorabant. Poterant quippe Romana castra satis ab vrbe videri: cæterùm dolosi hostes, vt oppidanis pauorem

uorem incuterent, ad Romanos conuersi, Videtísne illos aiebãt? Armeniorũ atq; Medorũ est ille exercitus, quos Tigranes in auxilium Mithridati transmisit. Cyziceni verò 26
tantarũ copiarum admiratione stupentes, nullum amplius Romanorũ auxilium expectabant: quia tam ingenti armorum horrore vndique circunfuso, omnis ferendæ opis facultas Lucullo adempta esset. Primus igitur ab Archelao Demonax immissus præsentiã Luculli Cyzicenis enuntiauit. Non satis tamen huic nuntio creditum est, sed Archelaum ad leuandos eorum animos id cõmentari arbitrabantur. Adolescẽtẽ subinde qui captiuus è castris hostiũ fugiẽs veniebat, studiosè cõueniũt, rogantq; vt vbinã Lucullus esset, edisseret. Subrisit adolescẽs, quia iocari eos æstimabat: vt verò seriò quæritãtes animaduertit, Romano eis vallo manu significato, priori Cyzicenorũ animos audacia intergrauit. Stabant tunc fortè in Dascylitide palude cõplures scaphæ, harũ maximam Lucullus admotis machinis in terram subduci iubet, inde plaustris impositam ad mare cùm transuexisset, quàm multos capere potuit milites eã ingressos, proxima nocte frustratis hostium vigiliis in vrbem im-
misit. Nec humana magis quàm cælesti ope leuatos ea tẽ- 27
pestate Cyzicenos fuisse ferunt: sed cùm aliis multis, tum hoc vno læto prodigio optimũ rerum euentũ sperare sunt iussi. Aderant Proserpinalia festa, nec bouem nigram, qualis in his sacris mactari solebat, ob circunfusum hostẽ parare potuerant, sed pro boue placentã altaribus offerendã cõficiunt. Victima verò quæ ad hæc sacra quotannis educabatur, vnà cùm reliquis ciuiũ armentis, in vlterioris ripæ pabulis pascebatur. Hæc itaq; quo die Proserpinalia agebantur, à cætero grege secreta sola tranauit ad vrbem, & sese spõtè altaribus mactãdã admouit. Dea deinde ipsa Aristagoræ populi tabellioni per somniũ visa, Ego modulatorẽ, inquit, Libycũ in ponticũ tubicinẽ iuductura aduenio, itaq; 28
ciues integro animo esse iube. Cùm verò nemo ambiguã deæ vocẽ satis interpretari posset, vbi primũ illuxit, tã vehemẽtes vndiq;, tam rapidi ventorũ turbines oborti sunt, vt sublatis in cælum fluctibus mare funditus euerteretur. Mithridatis machinæ, quæ ad oppugnãdã vrbẽ mœnibus admotæ fuerãt (miranda profectò Niconidi Thessali opera) horrendo primùm strepitu atq; stridore ruinam proximam

mam præsignabant. Repens subinde incredibilis impetus
à Noto turbo exortus cætera cùm subitò machinamẽta di-
ruisset, ligneam quoque turrim centum cubitorum altitu-
dinis concussam deiecit. Ferunt Mineruam eo tẽpore mul-
tis in Ilio per somnium apparuisse plurimo sudore maden-
tem, & cõscissum peplum ostentantẽ dixisse, quód Cyzi-
cenis nuper auxiliata veniret. Quocirca Iliaci columnã
statuere, in qua huisce rei memoria literis mandata erat. Iã
vltimo omnium supplicio fame Mithridatis absumebatur
29 exercitus. Ipse tamen penitus tantæ cladis ignarus (nã as
sentandi causa sui duces id eum celarant) ad expugnationẽ
vrbis, quæ spe diutius protelabatur, omnes curas suas inten
derat. Vbi verò nuntiatum est omniũ cõmeatuum inopiã
eò creuisse, vt ab humanis carnibus non abstineretur, ingẽs
amplissimæ gloriæ speratæq; victoriæ expectatio sibi con-
tinuò decidit: quia non armis Lucullus, non acie, non con-
gressu certaret: sed in ventrem (vt aiunt) omni belli mole
conuersa, extremã ei famis cladem inferret. Itaq; cùm Lu-
cullus in oppidi cuiusdã obsidione cum parte exercitus te-
neretur, Mithridates inutilẽ peditem omnémq; ferme equi
tem cum sarcinis in Bithyniã repentè dimisit. Lucullus his
auditis: cõfestim nocte adhuc in castra reuersus, mane cum
decem cohortibus, & omni equitatu fugiẽtes insectatur, tã
to gelu, tantáque niue obrutus, vt quidam milites intolera-
30 bili rigore confecti in itinere defecerint. Cũ reliquis Lu
cullus assecutus circa Rhyndacũ fluuiũ hostẽ, tã latè fusq;
profligauit, vt accurrẽtibus ex Apollonia mulierib⁹, & sar
cinas raperẽ, & in terẽptos barbaros spoliare licuerit. Mul-
tis itaq; vt par est, trucidatis, sex tamẽ equorũ, quindecim
virorũ millia, cũ innumerabili iumẽtorũ multitudine ca-
pta. Hanc tantã prædam ante hostiũ castra præteruehẽs Lu
cullus, ad suos reuersus est. Sallustiũ verò mirari soleo, qui
Romanos tunc primũ camelos vidisse scribit, arbitratum
fortè nõ eos primùm, qui cum Scipione Antiochum deuice
re, neque iterum, qui cum Archelao ad Orchomenum &
Chęroneã nuper conseruerunt, cognouisse camelum. His
itaq; gestis, rebus suis cõsulere sola fuga Mithridates insti-
tuit. Itaq; morę atq; retardationis causas post se Lucullo ex
truẽs. Aristonicũ præfectũ classis ad græcũ mare præmisit:
cúmq; is quãproximè enauigaturus esset, cũ per proditio-
nem

nem Lucullus in potestatem redegit cum decem aureorum
millibus, quibus aliquid sibi Romani exercitus conciliare
posse sperabat. Mithridate interim ad mare profugiente,
copiarum suarum duces terresti itinere exercitum abduce-
bant. In quos Lucullus ad Granicũ flumen incidens, ca- 31
ptis quãpluribus, viginti hostiũ millia trucidauit: Ferũt au
tem ex omni & ministrorum & militum turba, circiter ter
centena millia eo prælio fuisse desiderata. Lucullus subin-
de in Cyzicum se cõferẽs, cùm ingẽtes honores modestissi
másq; voluptates apud liberatos ciues assequutus esset, clas
sem deinde cõparat in Hellespõtum celerrimè profecturus.
Troadem verò deuectus, dum Veneris in templo contuber
naret, dormiẽti ferunt nocte deã in somniis visam dixisse,
O leo quid dormis? catulos sectare propinquos. Exurgens
continuò, accersitis ad hæc nocte amicis, cùm quid sibi con
tigisset exponeret, aderant pariter ab Ilio nuntij, qui dice-
rent tres, & decem regias quinqueremes in Lemnum annau-
igãtes ad Achæorum portus fuisse cõspectas. In altũ eue 2
stigio cum classe receptus, capta prætoria quinqueremi, at-
que Isidoro præfecto classis interẽpto, in alias aduersis pro
ris subuehitur. Cæteras in littore firmabat anchora, & cùm
trepidi barbari accurrentem conspexere Lucullum, naui-
bus extemplo in terram subductis, per tabulata dispositi pu
gnam ineunt. Locorũ iniquitate Romanus aliquantũ cladis
acceperat: nõ enim loci situs hostẽ circunuineri, neq; cũ na-
uibus in terrã subactis cominus pugnare Romanorum na-
uium magnitudo præstabat. Lucullus tandẽ quà protensa
erat aliquantulũ in altũ insula, expeditos milites in terram
demittit. Hi à tergo hostẽ adorti, cùm multos trucidassent,
cæteros terrã fugiẽtes, præcisis retinaculis nauiũ, delapsas
rates inuicẽ collidere cõpulerũt, & in opposita Romanorũ
rostra decidẽtes cõfringere. Multi in ea pugna barbari ceci
dere. Inter captiuos autẽ & ipse, q à Sertorio cũ copiis vene 33
rat, Marius deprehẽsus est: altero enim oculo priuatus erat,
& ineuntibus prælio Romanis imperatũ fuerat, à cæde cu-
iusq; qui altero careret oculo, abstineri, vt Marius ignomi-
nia primò cõtumeliisq; affectus, mortẽ deinde oppeteret.
His gestis ad insectãdũ Mithridatẽ Lucullus celerrimè se cõ
uertit. Sperabat adhuc circa Bithyniã eũ offendere à Boco-
nio obseruatũ, quẽ ipse Mithridatis fugã impediturũ cũ ali-
quot

quot nauibus miserat Nicomediam. Cæterùm Boconius tanta re neglecta, initiatus in Samothrace, ac festis immoratus, haud in tempore affuit. Mithridates verò ne se antequam in Pontum applicuisset, Lucullus assequeretur, omni diligentia studióque circa nauigationem accelerabat. Ingenti verò tempestate oborta aliquot nauium suarum allisæ sunt, aliæ vertiginoso pelago absorptæ, & omne littus tabulis, quas, minutè perfractis nauibus, procella hinc inde
34 diiecerat, diu opertum fuit. Iam Mithridati postremũ imminebat periculum, neque enim oneraria in qua erat nauis cùm sua, tum æstus magnitudine in terrã aduehi, neque gubernatori in tãta fluctuum agitatione satis poterat audire. Sed cùm inhibito pelago grauis, non admodum exhauriri posset, ipseque ob id in piraticum myoparonẽ conscendẽs, corpus, vitam, vltimámque fortunam piratarum perfidiæ credidisset, in Ponticam tandem Heracleam præter omniũ spem euasit. Iam apud Romanos patres amplissimã Lucullus omnium sententia laudem est consequutus. Noluit enim cùm posset ex senatusconsulto, ad gerendum id bellum tribus talentorum millibus classem cõparare: quin literis ad senatum datis, ne id fieret vetuit: se enim præter omnẽ ærarij sumptum maritimum confecturũ bellũ: nec amplo apparatu, sed solùm sociorum nauibus Mithridatem omni pelago exacturũ. Atqui creditũ est cælestis numinis ope eam
35 sibi Lucullũ gloriã peperisse. Ferunt enim Priapinæ Dianæ indignatione, tam vastam Ponticos tempestatẽ inuasisse, quia hi spoliato tẽplo, deæ quoq; statuam abstulere. Erãt complures, qui hoc bellũ aliquantò differendum censebãt, quorũ neglecta sententia, Lucullus in ipsos regios fines per Bithyniã & Galatiam induxit exercitũ. Tanta verò ei fuit in itineris principio commeatuum egestas, vt Galatarum, qui singuli singulum tritici modiũ gestarẽt, triginta millia secum ducere cõpelleretur. Progrediens verò ac omnibus latè potitus tã ingenti omniũ rerum copia affluebat, vt in castris bos vna drachma, mancipiũ verò quatuor vẽderetur, reliqua præda aut passim relinquẽdo, aut effusissimè dissipãdo neglecta: quia iam ditatis omnibus, nil amplius apud
36 quẽquã deponi solebat. Latissimis itaq; excursionibus vniuersa vsq; ad Themiscyrã Thermodontianósq; campos regione vastata, iã in Lucullũ insatiabilis auaritia milites stimulare

mulare, incusare eum quòd tot sibi cõciliatis vrbibus nullã penitus per vim cepisset, noluisse ad locupletandos milites vel vnã sibi vrbem diripiendã permittere. Cæterùm irati dicebãt, Aminso opulẽtissima fortunatissimáq; ciuitate, nec longiori obsidione expugnabili derelicta, age milites tuos per Tibarenorum Chaldæorúmq; deserta Mithridatẽ debellaturos. Cõtemnebat Lucullus has effrænatas pernicioſasque militum voces: quia non in tantã, vt demum euasit, desperationem, eorum iram cõuerti posse sperabat. Maximè verò apud eos purgatũ se esse curabat, qui summã eius prudentiã in tarditatem transferẽtes accusabant, quòd tandiu circa negligendas vrbes ac vicos immoratus, instaurãdarum virium facultatẽ Mithridati præstaret. Quibus ille: 37
Hoc idẽ, inquit, arte, studio industria supersedẽs expecto, vt Mithridates cõparatis copiis, maioriq; in certando, quàm fugiendo spe posita, Romanã cominus virtutem audeat experiri. Videtísne, inquit, ei patẽre immensam terram penitúsque desertam vastitatem à tergo? Nunquid vicinũ Caucasum non videtis? nunquid plerosq; celsos montes, qui nõ Mithridatem modò, sed innumerorũ propè regum fugam tuerentur atque celarent? Non multis preterea diebus à Cabiris in Armeniam iter conficitur, vbi Tigranes nunc sedet, rex quippe regum, qui tanta potentia viget, vt ab Asia Parthos arcens, græcas in ipsam Mediam ciuitates traducat, qui Syriæ imperat atque Palæstinę, qui ortis ex Seleuco regibus interfectis, filias eorum atque vxores captiuas impunè trahit. Hũc Mithridatis generũ, nũ fugatum 38
hominẽ, supplicémq; socerũ neglectrum fore speramus? In nos profectò iratus arma mouebit, & dũ celerè conabimur eiicere Mithridatem, irritati quoque Tigranis vires experiemur, Nam ipsi indicendi Romanis bellum causas diu quærenti, quænam dignior, sanctior, honestior quærenda erit, quàm pro violato rege, pro necessario, pro socero, bellum mouere? Desinamus itaq; ignauũ Mithridatẽ monere cum quibus sibi sociis bellum nobiscum gerendum sit, qui nisi compulsus, summam sibi Tigranis auxilium implorare ignominiam arbitraretur. Dandum est illi spatium, danda est facultas, vt ex proprio regno sibi vires comparet, cauendúmque magis est, ne iunctis sibi Medis atque Armeniis, suum cum illis tueatur imperiũ, quã in eis, quos

sæpe

sæpe deuicimus. Colchis, Tibarenis, ac Cappadocibus con-
fisus, in medium certamẽ veniat. His potissimũ ductus Lu-
39 cullus ad Aminsum diu cõsedit, lentãq; obsidionẽ de indu-
stria protrahebat. Exacta deinde hyeme, relictóq; Murena
ad Aminsum obsidendã, ipse cum reliquo exercitu in Mi-
thridatẽ profectus est. Is ad Cabira statiua habuerat, & iam
cum Romanis congredi statuens, quia quadraginta sibi pe-
ditum, quatuor equitum millia coegisset, Lycum flumen
traiecerat. Inde Romanis in pugnæ discrimen vocatis, cũ
equites vtrinque cõcurrissent, succũbens Romanus, diu sta-
re non potuit. Captus est in eo congressu Pomponius vir in
signis, qui cùm acceptis vulneribus ad Mithridatem ductus
fuisset, rogaretúrque ab eo, an curatus ei futurus esset ami-
cus: Si tu, inquit Pomponius, Romanis amicus fueris: sin mi
nus, me quoque inimicum hab bis. Mithridates clarissimã
viri constantiam admiratus, ab omni penitus in eam iniu-
40 ria temperauit. Lucullus verò cùm hostem equitatu sibi pre-
stantem cerneret, æquos iam campos extimescebat, neque
tutum videbatur per montana capessere iter, quòd longum
sylueſtre, ac propeinuium esset. Deliberanti itaque sibi, ali-
quot interea Græci, qui quodã in specu fugiẽtes capti fortaſ
se fuerant, adducuntur. Cæteris grãdior ætate Artemidorus
exercitum Romanũ ducturum se pollicetur, vbi & castra &
castellum quoddã Cabiris supereminens situ erat. Præstita
ei fide, Lucullus prima statim vigilia noctis, incẽsis ignibus
castra mouit. Et itineris angustias tutò præteriens cùm pro
missum sibi locũ tenuisset, in ea parte locauit exercitũ, vbi
& pugnaturo copias in aciem educere, & quiescẽti hostium
insultus negligere impunè licebat. Stabant ambo exercitus, & neuter in certam pugnæ fortunam experiri audebat.
Ferunt autem barbaris ceruum quendã insectãtibus, fortè
41 obuiam fuisse Romanos: occurrenteſque confestim inisse
certamen. Augebatur continuò vtrinque pugnãtium nume
rus, & cùm Luculiani tandem victi terga dedissent, Roma-
ni milites suorum fugam ex vallo indignè cõspicientes ad
Lucullum concurrunt, orantes vt in aciem ducantur. & pu-
gnæ signũquam primùm dari iubeat. Lucullus verò suos do
cere cupiens quale quãtúmque in belli discrimine sit mo-
mentum, prudentis ducis aspectus atque præsentia, bello
quiescere iubet, & sese continuò in campos descendens, ac
primu

primis suorum fugientibus obuiam factus, sistere fugam
imperat ac secũ in hostem reuerti. His itaq; reliquisq; fugi
entibus in barbaros deinde cõuersis, haud multo labore fu-
gatus hostis in castra redigitur. Inde verò ad suos rediẽs, cõ-
sueta quadam eos qui fugerãt ignominia affecit. Illos enim
interioribus tunicis solutis indutos, sub oculis militũ duo-
decim pedum fossam cauare iussit. Erat ea tẽpestate in Mi-
thridatis exercitu Olthacus quidam ex Dardariis homo pri
marius. 42 Sunt autem Dardarij genere ex his barbaris qui
circa Mæotidem habitant, Hic siquidem Olthacus vir erat
impiger atq; promptissimus, & qui difficillimis arduisq; in
rebus & audacia & cõsilio egregiè vti sciret, potissimúmq;
in colendis hominibus comitas quædã atque vrbanitas sum
ma cum diligentia ei erat innata. Hic aduersus Dardarium
quendam contribulem suum mutua æmulatione accensus,
quòd vterque primos sibi laudis locos vendicare certabat,
Mithridati pollicetur ingens atq; strenuum (si modò fortu-
nã faueat) facinus patraturum, Lucullo videlicet mortẽ in-
ferre. Mithridates cùm Olthaci animum ingẽti laude extu
lisset, iram in eũ ex composito simulauit, fictásque ignomi
nias simulato furori adiecit. Olthacus inde fugiẽs cùm ad
Romanos, ad quos etiam celebris eius fama peruenerat,
se cõtulisset, ab Lucullo perhumanè exceptus est, qui Oltha
ci prudentiã studiùmque erga se ac diligentiam admiratus,
tanto eũ honore habuit, vt in conuiuio atque consessũ eum
plerumq; sociũ non recusarit. Dardarius tandẽ præstitam 43
sibi occasionẽ ratus, ministros suos equũ extra vallũ educe-
re iubet, & ipse meridie motus, cùm Romanos passim solu
tos hinc deambulare, hinc quiescere cerneret, ad imperato-
ris prætorium ire pergit. Liberum sibi patẽre aditum arbi-
trabatur. quia iam Lucullo plurimùm consueuerat, & altis
de rebus secum habere sermonẽ sibi operæ esse simulabat.
Patuisset profectò aditus, nisi qui iam plurimos duces per-
didit, somnus Lucullum tunc fortè saluasset: dormiebat e-
nim ipse: & Menedemus vnus ex cubilis custodibus, Non
in tempore, inquit, aduenisti Olthace: Lucullus enim lon-
ga vigilia tantísque laboribus lassatũ corpus iam iã quieti
reddidit. Olthacus, si spontè non liceat, per vim in præto-
rium irrumpere minatur, quia in re opportuna maturato
sibi consilio opus esset. Iratus Menedemus, Non equidem

Dardarij populi circa Caucasum Steph.

arbitror, inquit, Luculli salute quippiam opportunius esse quo dicto impetũ Olthaci ambabus ab se manibus propul-
44 sauit. Ille iam excitata re trepidus, extra vallum tacitò sese recepit, & citato equo ad Mithridatem infecto negotio reuersus est. Sic ipsum profectò tẽpus ad res gerendas, quem admodum & medicamenta, maximum vitæ mortisque momentum affert. Post hæc Sornatius à Lucullo cum decem cohortibus frumentatum emissus, ad ocurrẽtem sibi Menandrum vnum ex ducibus Mithridatis constitit, consertóq; prælio post ingentem hostium cædem eos in fugam
Αδριανὸν cõuertit. Hadrianum iterum Lucullus cum copiis frumẽtatum emisit, vt cõmeatuum copia Romani milites abundarent. Mithridates ea re sibi nuntiata, Menemachum atq; Mironem cum plurimo equite peditéq; Hadriano occurs-
45 ros immittit. Hos vsqueadeò aduerso Marte rẽ gessisse ferunt, vt omnibus cæsis duo tantùm cladis nuntij superstiterint. Tantæ stragis magnitudinẽ Mithridates occultã esse cupiebat: neque fuisse ingentem, neq; aliam ob rem, quàm imperitia ducum, euenisse dicebat. Verùm Hadrianus hostiũ prope castra, multa cõmeatibus spoliisque referta plaustra summo cum splendore præteruehens, tantum Mithridati mœrorem, militibus tantum metũ ac trepidationẽ iniecit, vt non amplius manendũ esse videretur. Duces itaque soli suas opes per otium asportabãt. Prohibiti verò milites cùm sibi suisque rebus nequicquam tẽtarent fugiendo consulere, intestinus tumultus castrorum portis oboritur. Diripiuntur principũ opes, & iam sæua habendi cupiditas in
Δορύλαον eorũ cædes armauerat milites, vbi Dorylao duce ob solam qua indutus erat, purpuram trucidato, Hermæus quoq; sacerdos ante castrorũ portas cõculcatus interiit. Ipse verò
46 Mithridates non famulorũ, non stabulorum tantùm ministrum, non equum regium expectans fugienti turbæ immistus è castris erupit. Sed Ptolemæus eunuchus eum in tantis fugientium fluctibus deuolutum tandem conspiciens, suum, cui insederat, equum ei dedit. Aderant à tergo Romani quamproximè incumbentes, & celeritate quippe præstantes, Mithridatem ipsum cepissent: verùm cæca militũ auaritia quæsitum tot laboribus, tot periculis, tot denique præliis hostem Romanis eripuit, & Lucullum ipsum digno partæ victoriæ præmio frustratum fecit. Iam enim ad

ipsum

ipsum Mithridatis equum deuentum erat: sed onustus auro mulus, siue spontè, seu Mithridatis industria, insequentibus Romanis obiectus, eos ab insectatione aliquantò continuit, & ad diripiendum aurum certatim intenti, fugiendi ei otiũ præstitere. Neque id modò detrimẽti auarissima 47
militum fames Lucullo attulit, verùm Calistratum etiam qui alta Mithridatis arcana sciebat, cùm ad se duci iussisset & milites inter ducendum quingentos aureos succinctos ei sensissent, prædæ cupiditate illum interfecere. Nihilominus tamen Lucullus hostium castra quibus potitus erat, militi diripienda concessit. Ob eam fugam & Cabira & plurima circùm castella capta, ingentes thesauri comperti, & multi Græci, multíque, Mithridatis cognati, qui carcere detinebantur, laxati. Quibus cùm iandiu se periisse iudicarent, non liberatos modò, sed renatos denuo, atque secundam quãdam se vitam Luculli clementia consequutos esse videbatur. Nyssa quoque Mithridatis soror tunc capta fuit, & meliori quippe sui fortuna. Nam reliquæ regiæ soro- 48
res ac mulieres, quarum saluti, quia in Pharnacia per otiũ obseruabantur, tutissimè consultum esse apparebat, miserabiliter interiere, quibus Mithridates fugiens Bacchidem eunuchum tristem earum mortis nuntium misit. Erant inter cæteras duæ ipsius regis sorores, Statira atque Roxana, quæ annos ferè quadraginta natæ, vitæ virginitatem eousque seruarant. Duæ præterea eius vxores genere Ioniçæ, Verenica ex Chio, Monima verò Milesia. Huius celeberrimus erat in Græcia sermo, regi se in libidinem accersenti spretis quindecim aureorũ millibus noluisse parère, donec vxorem sibi ascitam misso diademate eam reginam appellauit. Hæc diuturnis lachrymis atque mœroribus tristem duxerat vitam, miserámque suam fortunam deluserat. Execrabatur mœsta venustissimum pulchritudinis suæ florem, qui superbum pro marito dominum, pro regia atq; penatibus barbaram sibi custodiã ac propè carcerẽ cõparasset, & relicta Græcia, vbi tot sibi splendidissima fortunæ munera affluebãt, pro speratis bonis inane quasi somnium susceperat. Hæc itaque Monima, cùm aduenienti in Phar- 49
nasiam Bachides regiis mulieribus imperasset, vt quod cuique facillimum & gratum esset, id sibi genus mortis eligerent, auulsum à capite diadema cùm collo circunligas-

set misera se suspendit. Et cùm corporis grauitate laqueus ille cõfractus esset, Oexecrandũ, inquit, diadema, neque in tam tristi mihi ministerio profuisti. Et cùm super illud abse deiectum inspuisset, Bacchidi cõtinuò iugulandã sese cõmisit. Verenica verò veneni sibi paratum calicem cum eius matre, quæ veneni partẽ supplex orabat, partita est. Et cùm ex illo vtraque bibisset, debiliori profectò corpori, & mala ætate cõfecto, veneni virtus abundè suffecit. Verenica autem, quia minus, quàm ad extinguendum satis fuerat, hausisset, & viuentem contorquebat virus incendio sæuiens, à
50 Bacchide celere suffocata interiit. Ferunt etiam virgines illas Mithridatis sorores hausisse venenũ: Roxanã quidem iratam extremas fratri miserias fuisse imprecatam: Statiram verò nil crudele, nil ignobile loquutam, fratrem summopere laudasse, quòd ille in tãto suæ vitæ discrimine, haud sororum dignitate neglecta, liberas eas atque inuiolatas oc cũbere maluisset. His rebus apud Romanos nuntiatis, Lucullus ingenti misericordia est affectus. Moto itaque deinde exercitu, castris ad Talaura consedit: vbi cùm accepisset Mithridatem illac quarto iamprimùm die trãsgressum, ad Tigranem in Armeniam confugisse, signa cõuertens, Chaldæos Tibarenósque subegit, & accepta minori Armenia, cùm partas vrbes atque castella composuisset, Appium sub inde ad Tigranem legatum mittit, qui Mithridatem iure belli sibi de poscceret. Ipse verò ad Aminsum profectus, suos
51 nondum ciuitatem expugnasse inuenit. Præfectus enim eius præsidij Callimachus, vir omnis machinarum generis peritissimus, callidissimúsque ad propulsandas obsidiones, multas, quarum postea pœnas dedit Romanis calamitates intulerat. Lucullus itaque viri astũ astu superandum ratus, qua maximè diei parte milites otio & quiete redintegrari cõsueuerant, sileti agmine inobseruatã vrbẽ repentè aggressus, non multa muri parte potitur. Callimachus re cognita, cõfestim vrbem incendit, siue ne Romani ingenti præda locupletarentur, siue vt fugiendi sibi moliretur facultatem. Nam Luculliani milites ad solam prædam intenti, amplissimam omnibus fugiendi licentiam præstitere. Iam latè discurrens flamma vndique mœnia peruastabat, & Lucullus tantæ vrbis excidium miseratus, crescentem flam-
52 mam sedare atque extinguere hortatur. Cùm autẽ omni

propè

propè milite desertus solus id frustra tentaret, receptui cani iuber, vt nobilissimam vrbem tam fœdo, tam miserabili spectaculo liberaret. Milites spreto ducis imperio, nil segnius ad exportandas incendij reliquias incumbebant, sed armorum strepitu atque fragore omnia complentes, quocunque spes ipsa rapinæ ducebat, cum lãpadibus facibúsq; incautè indagantes, plurimas ipsi domos incendio absumpsere. Lucullum verò postridie vrbem ingressum ad amicos hæc verba lachrymantem dixisse ferunt: Ego equidem cùm antea Syllam beatum persæpe dixerim, tum maximè hodierno die felicissimam viri fortunam admirari compellor, qui cùm voluisset Athenas seruare, potuerit. Ast me, inquit, qui summo semper studio virtutes eius fuerim imitatus, ad Mummij famã fortuna constituit. Sub hæc dicta 53
cùm effusissimo imbre diuina quadã sorte extinctum esset incendium, ipse reparandæ vrbis desiderio accensus, plurima eorum quæ ceciderãt, de integro præsens ædificauit. Fugientes Aminsenos humanè suscepit, & alios Græcos qui voluerunt, vrbe donauit, regionémque centum viginti stadiorum huic vrbi adiecit. Erat hæc ciuitas ad mare sita, in quam Athenienses dum eorum maximè florebat imperium & maris principatum obtinebant, olim deduxere coloniam. Quare plurimi Aristonis tyrannidem fugientes eò profecti, & in vrbem asciti, ibi habitauere: quibus euenit, vt dum propriis à domiciliis fugerent, alienam rempub. nãci sccerentur. Eos verò qui tanto incendio superfuere, non pulchra modò veste, sed ducẽtis quoque drachmis singulos Lucullus donauit. Tunc Tyrannionẽ grammaticũ captum 54
fuisse ferunt, quem Murena sibi dono petens ac consequutus liberum fecit, tanto munere prorsus illiberaliter vsus. Non enim pro rei dignitate actum esse Lucullus arbitrabatur, hominem scilicet artibus, disciplinis, literarúmq; studiis præditum, seruum primùm, liberúmque deinde fieri: auferebatur enim præsens libertas simulatæ ac apparentis muhere libertatis. Cæterùm non hîc solùm visus est Murena imperatoriis in laudibus Lucullo concedere. Bellicis à rebus otiosus Lucullus, ad componendas leuandásque vrbes Asiæ sese conuertit, quæ omni iam extincto iure, nefandis innumerisq; calamitatibus perdiu oppressæ fuerãt. Has fœneratores & publicani à se conculcatas vsque adeò

Liberalitas Luculli.

Fœneratorum Asiæ crudelitas.

dilacerabant, vt priuatim ingenui liberi, filiæque virgines, publicè verò donaria, picturæ, deorúmque statuæ vende-
55 rétur. Hoc autem illis tributi vice impositum erat, vt ad dicti seruirent, & quæ longè difficiliora turpioráque videbantur, vincula, catenas, carceres, torméta subire, sole sub ardenti laboribus obrui, & rigidissima hyeme in luto glacieque versari conpellebatur: vt his cum rebus simplex seruitus comparata, pax quedam, fœnorísque leuamen videretur. Hæc tanta mala, has ingentes vrbium calamitates miseratus Lucullus, oppressos alieno ære haud multò pòst his legibus liberauit. Primùm enim non vltra centesimam iure fœneris deinceps repeti posse instituit: omnes deinde vsuras solito antiquo more maiores abscidit: Postremò, quod maximum fuit, neminem imperat fœneratorem vltra quartam fructuum debitoris posse accipere. Qui verò summę fœnus ipsum æquasset, vtroque priuatum esse. His decretis vniuersum æs alienum ante quadriẽnium persolutum est, & liberi homines suis rebus integrè fruebantur.
56 Hanc pestem induxerant ea viginti talentorum millia, quibus Sylla grauauerat Asiam. Et cùm duplum mutuantibus redderetur, ad centum iam & viginti millia summa cõscenderat. At fœneratores Luculli iustitiam aduersam suæ rapinæ periniquè ferentes, Romam profecti, absentem calumniari, quidam factionum principes multa in eum concitare mercedẽ. Non enim erat exigua eorum Romæ authoritas, quia ære suo multos sibi patritios obnoxios fecerant: Atqui Lucullum non liberatæ modò gentes, sed cæteræ quoque prouinciæ ingenti laude extollebant, celebrabant, venerabantur. Desideratissimus erat omnibus, perbeatam eam vrbẽ arbitrãtibus, cui talẽ ducem consequi cõtigisset. Interim Appius Clodius (huius soror nupta erat Lucullo) ad deposcendũ Tigranẽ missus, fallaci longissimóq; multorum dierum itinere per superiorem regionem, à bar-
57 baris viatoribus circunducebatur. Cũ verò libertus quidam genere Syrus, rectã verámque demonstrasset viam, illi sese ducendum credidit. Barbaris itaque, eorúmque perplexo itinere relictis, paucos intra dies traiecto Euphrate in Antiochiam circa Daphnen applicuit, ibi Tigranem quasdam in Phœnicia oppugnantem vrbes opperiri iussus, multos interea potentissimos principes quibus infensa,

sa erat insolentia Tigranis, sibi tacitò cõciliauit. Inter hos fuit Zarbienus res Gordyeæ, Aliquot præterea ciuitates, legatis clàm ad Appium missis, Romanum imperium expetebant. Quibus Appius amplissimã Luculli opem pollicitus, in præsentia eas quiescere commonebat. Difficillimum enim erat ac intolerabile Græcis Armeniorum imperium, & ipsius regis potissimùm asperrima tumidissimáq; superbia: quæ summa fortunarũ omnium copia, eò licentiæ creuerat, vt quæcunque populi aut amare, aut mirari consueuissent, his ipse, perinde ac nõ sua modò, sed propter se quoque facta existimaret, suo arbitrio prorsus abuteretur. Te-58
nui nanque ac modica omnium expectatione incipiẽs, multas sibi gentes subegit. Parthorum vires ipse super cæteros depressit atque contudit, & Græcis impleuerat Mesopotamiam, multos ex Cilicia, multos ex Cappadocia euulsos homines eò traducẽs. Arabes quoq; Scenitas ex Ethis amouit, & quò illorum opera facilius vteretur, vicinos sibi constituit. Ministrabant ei permulti reges, quorum alij velut pedissequi aut satellites adstabant: hi equitanti pedestres interiores tunicas induti occurrebant, sedenti verò aut iura danti, connexis inuicem brachiis circunstabant: id quo d potissimùm miserrimę quędam videbatur seruitutis imago, quasi data domino libertate, corpus etiam ad patiendum paratius, quàm ad agendum ei præberent. Hanc itaque Appius inauditam asperrimámque superbiam sine vlla formidine aut stupore conspiciens, vbi dicendi sibi facultas affuit, venisse se inquit, aut abducturum Mithridatem, qui iure belli Luculli debebatur triumphis, aut Tigrani bellum indi- 59
cturum. Tigranes profusa facie, fictóque risu eam orationem audirè conatus, non tamen celare potuit, quin tanta se adolescentis audacia alienatum omnes agnosceret. Hanc enim primam liberam audierat vocem post quinque ac viginti, quos ipse rexerat, imò oppresserat, annos. Appio igitur haudquaquam Mithridatem dedere velle respõdit: Romanos verò, qui primi bellum indixerint, se fore vlturum. Iratus etiam in Lucullum, quòd regem tantùm, non regum regẽ se in epistola salutasset, referibẽs non eum imperatorem voluit appellare. Appio deinde ingẽtia munera recusanti multò plura remisit: ne tamen inimicitia quadam Appius id fecisse videretur, vnica phiala sumpta

reliqua Tigrani dona reliquit, & ad imperatorem suum citato gressu contendit. Tigranes post Mithridatis cladem non eum videre neque attinem sibi virum tanto imperio, tantis eiectum fortunis alloqui dignū censuerat: cæterum summo dedecore ignominiáque palustri quodam in loco seruatum, cùm antea neglexisset, indicto sibi bello, quam primū ad se magnificè perhumanéq; accersiri iussit. Primos congressus in purgandis mutuis suspicionibus cōsumpsere, omnes inimicitiarum causas in amicorum capita cō iicientes. Tunc Metrodorum Scepsium accusatum fuisse ferunt, virum in dicendo non iniucundum, & multarum disciplinarum scientia ornatum, tanta verò Mithridatis amicitia beneuolentiáque fretum, vt vulgò regis pater appellaretur. Hūc siquidem Mithridatis legatum ad Tigranem solicitandum in Romanos transmissum, ab ipso Tigrane rogatum fuisse constat, quidnam hac de re ipse sibi consuleret. Metrodorus verò, siue Mithridatis odio, siue Tigranis vtilitate adductus. Ego, inquit, vt legatus opem afferre, vt verò consiliarius prorsus abnegare suadeo. Non tacuit hæc Tigranes, sed nil mali Metrodoro ob id accidere posse ratus, Mithridati cuncta exposuit: quare Metrodorus Mithridatis imperio postremis confestim suppliciis affectus inter
61 iit. Pœnituit maximè Tigranē, quòd ea reuelasset: quāquam enim non potissima ipse eius exitij causa videbatur, tacito tamen atque diuturno Mithridatis in illum odio faces adiecit. Etenim iandudū hominē oderat, id quod ex arcanis quibusdam literis interceptis cognitum est, in quibus Metrodorum interfici iubebatur. Funus eius splendidissimo apparatu à Tigrane celebratum est, vt quem viuum prodiderat, amplissima mortuum magnificentia prosequeretur. Occubuit & apud Tigranem Amphicrates rhetor (si par est eum quoque virum propter Athenas cōmendare memoriæ.) Ferunt eum in Seleuciam super Tigridē profugisse, ibique rogatum, vt disciplinam suam publicè docere vellet: per arrogantiam respondisse, Peluim Delphini non esse
62 capacem. Et cùm deinde ad Cleopatram Mithridatis filiam vxorémque Tigranis se contulisset, magnam illico calumniam incurrisse, iussúmque ob id ab omni Græcorū cōgressu penitus abstinere, seipsum confecisse mœrore. Huiusquoq; funus in Sappha oppido à Cleopatra magnificè actum

ctum est. Iam res Asiæ summa moderatione compositas in pace Lucullus otioq; firmarat, & ad spectacula protantis victoriis agenda cōuersus Ephesi, vbi se continebat, pompas, celebritates, athletarum certamina, gladiatoriósq; ludos instituit, omnéq; Asiæ vrbes vsq; adeò in se cōuertit, vt cùm ab illis summa integráque beneuolētia colerentur, tum etiam in amplissimum eius honorē Lucullia publicè fuerint celebrata. Appio interim à legatione reuerso, cùm bellū in Tigranē ducendū esse videretur, Lucullus in Pontū traiiciens, collectis copiis ad oppugnandum non tam Sinopen, quàm regios quosdam Cilices, qui eā detinebāt, consedit.
Hi multis Sinopensibus trucidatis, noctéq; vrbe incen- 63
sa, fugerunt. Quod vbi Lucullus animaduertit, in vrbē ingressus octo millia eorum qui supererāt, interemit, ciuésq; proprios in penates restituens, haud paruam eius vrbis diligentiam habuit, hac maximè visione admonitus. Videbatur enim quendam in quiete sibi locutū dicere: Progredere Luculle paululum, aduentat nanq; Autolycus tecū familiariter congredi cupiens: Exurgenti sibi haud satis intelligere videbatur, quidnam species illa portēderet. Sed eo die capiens vrbem cùm euauigantes Cilices insectaretur, iacentem statuam in littore maris conspexit. Nam cùm Cilices eam nauibus imposituri secum ex vrbe tulissent, præuenti à Romanis, in littore deseruerant. Erat ea statua ex egregiis operibus Sthenidis, & Lucullo nuntiatū est, Autolyci, qui Sinopen muro cinxerat, id simulachrum esse. Fama est 64
Autolycum Deumachi filium fuisse, eius qui in expeditione contra Amazones cum Hercule commilitarat: Hunc vnà cum Demoleonte Phlogióque inde profectum, allisam nauem in Cherroneso circa Pedalium amisisse, ipsum deinde cùm sociis agmine facto, Sinopen expulsis Syris cepisse. Nam eam vrbem Syri tenebant, à Syro Apollinis, vt aiūt, & Sinopes Asopidis filiæ nato, trahentes originem: Hæc audiens Lucullus, Syllæ præceptum confestim in memoriam reuocauit: qui se in cōmētariis eius commonuerat, nil certius, nil credi dignius esse quā quod per somniū fuerit præsignatum. Nuntiatum eū interea Mithridatem atq; Tigranem, vt Asiam præoccuparent, copias suas citato agmine per Lycaoniam in Ciliciam ducere. Miratus est Lucullus Tigranis sententiam quòd in Romanos arma

Sthenidis huius meminit Plin. lib. 34. cap. 8.

moturus, non suas cum Mithridatis viribus coniunxisset, dum illius maximè florebat imperiũ: permisisse profligari cum atque deuinci, & nunc oppressis illius rebus atque confractis, cum Romanis bellum inire: recusasse potẽtissimum in bello socium, qui cũ perdito ac propè deleto ancipitem
65 rerum fortunam subire vellet. Atqui Machares Mithridatis filius, qui Bosphorum ea tempestate tenebat, arbitratus iam omnia superiori bello fuisse cõfecta, coronam mille aureorum dono Lucullo mittit, orátque in amicitiam, populúque Rom. societatem acciri. Lucullus deinde relicto Sornatio cum sex millibus militum ad Ponticarũ rerum præsidium, ipse cum duodecim equitum, tribus non amplius peditum millibus ad secundum bellum profectus est. Videbatur id consilium plurimùm in se periculi, parum rationis habere, in pugnacissimas gentes proficisci, in tot equitum millia, in vastam regionem, ac profundissimis fluuiis, montibus perpetua niue obrutis, circunseptam. Proinde milites cùm his de rebus, tũ etiam pessimis eorum moribus arma detrectabant, militiam recusabant, & ducem inuiti penitus sequebantur.
66 Romæ verò factiosi homines criminandi occasiõnẽ sibi datam arbitrati, exclamare, obtestari tribunos pleb. Lucullum vel præter omne Romanæ rei emolumentum ex bello bellum excitare imperandi cupidine, haud vnquam arma deponere, non fatigari, non quiescere, non saturari, vt publico periculo priuatas sibi diuitias comparet. Atqui Lucullus nil minus intenso itinere ad Euphratem veniens, turbidissimum, multísque tumẽtem aquis fluuium comperit. Eam rem, quia sibi moræ, & militibus laboris causa foret, molestè conspexit. Dum lintres itaque ad traiiciendum amnem, cõsutásque inuicem trabes parari iubet, vespere defluere flumen incipiens, vsqueadeò proxima nocte exhaustum est, vt manè perspecto alueo, tutò vadari posset. Accolæ regionis paruulas aliquot insulas in fluminis vado mirati, Lucullum venerabantur: quia cùm id antea rarissimè contigisset, tum mirum etiam videbatur, profundissimum aquis flumen tam celerem, tam otiosum, tam securum Lucullo transitum præbuisse.
67 Sibi verò traiicienti dexterũ continuò prodigium visum est. Consueuerant sacratæ Persicæ Dianæ boues in vlterioribus Euphratis pabulis educari, quam maximè deam indigenæ barbari summa veneratione colebant

lebant. Hæ lampadis charactere insignitæ, liberæ solutæq; omnem regionẽ diuagabantur, feroces, insuetæ, & quæ non sine multo labore captari possent. Vna ex his quãdam ad petram, quam deæ dicatam dicunt, inter traiiciendum aduenies, cùm super ea stetisset, demisso capite, perinde ac iugo domita fuisset, sese Lucullo sacrificandam obtulit. Euphrati quoque taurum pro trãsitu immolauit. Eo die statiua hoc loco habita: postridie verò sublatis signis, per Sophenam regionem progreditur, sine omnium prorsus iniuria, qui bona cum pace exercitum admisissent. Et militibus ad opu- 68
lenti cuiusdam oppidi oppugnationem incensis, Taurum procul ostentans, Illud, inquit, oppidum milites, priusnobis exuperãdum est: hæc enim præmia victoribus proposita iacẽt. Deinde citato agmine cùm Tigridem traiecisset, in Armeniam induxit exercitum. Primum Tigranes nuntium, qui aduẽtum sibi Luculli attulerat, securi percuti iubet. Proinde cæteri saluti propriæ consulentes, properãtem hostem miro silentio perterebant: & ipse hostili iam incendio circunfusus, rerum suarum cura neglecta, omnia prorsus ignorabat. Totas assentatoribus patefecerat aures, à quibus non falsi minus, quàm grati blandíque sermones afferebantur, se magnum ducem existimare Lucullũ, si etiam Ephesi Tigranem expectasset, sique tam ingẽtem hostium multitudinem vel conspicere sustinens, non primo statim aspectu ex Asia fugeret. Vsqueadeò neque cuiusquam datum est cor 69
pori, multam intemperantiam integrè posse perferre, neq; animo vulgari in tanta bonorum omnium vbertate à rationis vsu non deuiare. Primus tandem omnium Mithrobarzanes vicinum sibi hostem incumbere declarauit, nec gratam tamen audaciæ suæ mercedem retulit. Confestim nanque Tigranes ipsum cum tribus equitum millibus plurimisque peditibus in Lucullum emittit, imperátq; vt cæteris Romanis conculcatis, solum imperatorem viuum ad se deducat. Omnia nondum Lucullus metauerat castra, sed cùm pars militũ adhuc in itinere adueniret, ecce speculatores adsunt, qui properare cum copiis barbarum exploratum habere se dicunt. Subtimuit Lucullus ne miles extra ordines solutus atque diffusus, barbari celeritate opprimeretur. Quare ipse 70
ad locanda muniendáq; castra manens, Sextiliũ legatũ cum mille sexcentis equitibus, totidem fermè peditibus, ac leuis

militi

militibus armaturæ in hostem præmittit,iubétq; quampro
ximè ad barbaros accedentem detrectare certamen, donec
omnem exercitum compositum esse acceperit. Paruisset im
perio Sextilius, si nõ ingruentis barbari temeritas manum
conserere compulisset. Collatis itaque signis, Mitrobarza-
nes pugnando cecidit,& cæteri terga dantes,præter paucos
admodum,omnes in fuga occubuere. Ea clade Tigranes re
lictis Tigranocertis,ingenti ab se condita vrbe,ad Taurum
inclinauit,eò suas copias vndique coacturus. Lucullusverò
eam hosti facultatem adimendam ratus, Murenam emittit
turbaturum castra Tigranis,vnáque cõuenientibus eò bar-
71 baris, itinera præcisurum. Sextilium verò magnæ Ara-
bum manui,quæ ad Tigranem accedebat,occurrere iubet.
Is itaque in Arabes dum castra locarent irrumpens, eos in-
genti strage prosligauit. Et Murena pariter Tigranem inse
cutus,vbi ad asperam angustámque vallem ventum est, quà
barbaræ copiæ traducebantur,præstita sibi occasione trans
euntem paulatim exercitum adoritur. Tigranes confestim
sarcinis omnibus præ se positis, citata fuga, Romanis eua-
sit:multi Armenij cæsi,plures tamen capti sunt. His prospe-
rè gestis, Lucullus sublatis signis cũ exercitu profectus ad
obsidenda Tigranocerta consedit. Erant hac in vrbe pluri-
mi Græci à Cilicia,plurimíque barbari à propriis & ipsi se-
dibus illò traducti, Arabeni, Assyrij, Gordyeni, Cappado-
ces,quos euacuatis patriis atque exhaustis,natali solo priua
72 tos ad eam vrbem traxerat habitandam. Erat insuper opi
bus donariisque ciuitas illa cõferta, quę & priuati homines
& primarij,ad augendam vrbis magnificentiam,gratiámq;
sibi regis conciliandam,Tigrani contulerant. Quare Lucul
lus ad obsidionem eius maximè intendebat, haud insciè
coniiciens irritatum Tigranem ira potius quàm consilio
descendentem in campum,à prælio nõ fore temperaturum.
Atqui Mithridates multa nuntiis,literis multa commonefa
ciens,à Romanorum congressu Tigranem penitus abstine-
re orabat,nullum tutius,nullum probabilius, nullũ felicius
pugnę genus,quàm fame cum Lucullo pugnare. Adesse sibi
equites,quibus omnem ab Romano exercitu cõmeatum ar
cere posset. Taxiles etiam qui secum commilitabat, suapte
sponte permotus, supplex Tigranem orare,rebus vt suis si-
ne pugna cõsuleret,& inuictas acies,inuictos Romanorum
animos

animos euitaret. Hæc Tigranes consilia perbenignè pri- 73
mùm audiebat: ast vbi omnes Armeniorũ, omnes sibi Gor-
dyenorum vires aduenerant, aderántque cum regibus suis,
Medorũ, Adiabenorúmque ingentes exercitus,multi quoq;
à Babylonio mari Arabes,multi à Caspio Albani, & Alba-
nis Iberes adiacentes,nec pauci deinde eorum qui circa Ara
xen soluti sine rege versantur,partim gratia,partim merce-
de conuenerant: iam spe,audacia, barbaricísque minis con-
uiuia regis adeò plena erant, & ipsa etiam concilia, vt ipse
Taxiles solus Tigranis sententiæ aduersatus,vix capitis pe
riculum euitarit. Credebatur Mithridates clarissimi facino
ris inuidia iam quasi partam dissuadere victoriam,& ipsum
Tigranes consultò morari voluit, ne præsens sibi partem
speratæ gloriæ vendicaret. Vniuerso itaque cum exercitu 74
motum iactabũdum in amicos dictitasse proditum est,per-
quam molesto se animo esse,quòd cum Lucullo solùm,non
vniuersis cum Romanorũ ducibus vnà collectis sibi decer-
nendum esset. Neque insana prorsus, omnémque præter ra-
tionem videbatur viri temeritas,cui tot populi, tot reges,
tot peditum legiones,& equitum millia animos attollebãt.
Sagittariorum & funditorũ enim viginti millia secum ha- *Exercitus*
buit,equitum quoque quinquaginta quinq; millia, quorum *Tigranis*
septem decémque millia cataphracti erant, vt Lucullus ipse *ducentorũ*
senatui scripsit. Peditũ verò cùm in cohortes, tum in legio- *& quin-*
nes distributorum,centum quinquaginta millia. Item qui *quaginta*
vias sternerent,qui pontes fabricarent, qui exhaurirent flu- *millium.*
mina,qui syluas conciderent,reliquáue bellorum machina
menta conficerent, trigintaquinque millia fuisse constat.

Qui à tergo locati,& ad hostem aspectu deterrendum,& 75
ad confirmandos militum animos plurimùm conducebãt.
Vbi verò superato Tauro sedẽtem ad Tigranocerta Roma-
num respexit exercitum, ipséque in eminenti loco manife-
stè apparuit, tunc barbara oppidanorum turba ingenti cla-
more sublato, aduentanti regi summo cum strepitu applau
dere, tãtas Romanis copias ex mœnib. ostentare, minariq;
illis extrema supplicia. Lucullus cùm de pugna confestim
ad milites retulisset, pars obsidione deserta totum exerci-
tum in Tigranem ducendum esse censebat: pars nullatenus
ab obsidione discedendum esse,quominus à tergo tanta op-
pidanorum turba relicta esset. Neutra per se Lucullo sen-

tentia

76 tentia placuit, ambas verò coniunctas laudauit. Diuisis itaque copiis Murenam cum sex peditum millibus ad obsidionem reliquit, & ipse cum cohortibus quatuor & viginti, in quibus peditum decem millia, sagittarij atque fundito res circiter mille, & equites erant vniuersi, in hostem profectus latissimo in campo iuxta fluuium castra locauit. Visus est Tigrani pusillus admodum is exercitus. Et assentatores præstita sibi iocandi occasione, hi Luculli temeritatem deridebant, illi super Romana spolia, quasi iam parta essent, iecerant sortes. Et regum cæterorúmque principũ vnusquisq; ei soli pugnæ negotium decerni orabat, regem verò eiusce spectaculi, ludique spectatorem sedere. Tunc Tigranes & ipse vrbanum quippiam facetúmque in medium afferre cupiens, vulgatissimum illud dixisse fertur: Eos, si legati venirent, satis multos quidem: si verò pugnaturi, perpaucos admodum esse. His itaque salibus barbari iocabantur. Lucullus verò postridie prima luce armatos milites in aciem deducit. Erant barbara castra iuxta flumen ad orientis plagam locata, & Lucullus sublatis signis, quà ad occasum flumen se incuruans facilè traiici poterat, citato agmine declinabat. Credebatur ipse metu secedere, quare Tigranes accersito Taxile, Videsne, ridens inquit, inuictas Romanorũ acies fugere? eas num vides? Et Taxiles: Vellé, inquit, ô rex, vt quod temerè auguraris, pro meliori tua fortuna id eueniret. Cæterùm non splendida vestis, non terti clypei, non impositæ capitibus galeæ, non denique exempta vaginis arma, consueuerunt fugientium habitus esse, sed pugnaturi militis est ille splendor properantis in hostem. Vix ea dixerat, cùm iam firmari primas Romanorum aquilas conspexere, aciésque ad traiiciendũ turmatim disponi. Tũc Tigranem, ceu longa vix crapula excitatum, bis vel ter clamasse ferunt, In nos properant ò viri, ingentíque strepitu atque tumultu turmas in acie disposuisse. Sinistrum cornu Adiabeno regi, dextrum Medo concessit, medium verò ipse tenuit. Cataphracti equi ferme omnes in frõte locati. Romanis iam ad traiiciendum paratis, pars militum obseruãdum esse monebat illum vnum ex nefastis diebus, quos atros Romani vocant, quo Scipio cum Cimbris congressus Romanum exercitum perdidisset. Quibus Lucullus celebratam illam hominũ memoria vocem edidisse fertur: Ego enim, inquit,

Tigranis facetũ dictum.

inquit, cõmilitones hunc diem ex atro felicissimum Romanis faciam, erat autẽ pridie nonas Octobris. Et milites subinde hortatus, cùm fluuium traiecisset, primus omniũ properabat in hostem. Erat ipse ferreũ thoracẽ indutus, splen 79
didum atque squamosum, quo super punicam gestabat ephe
stridem. Tunc strictum ensem militibus ostentabat, quasi
docere vellet, ex propinquo collato pede cũ hoste pugnandum esse, qui nõ cominus, sed eminus telis, missilibus, sagittis rem gerere didicisset. Citato agmine in barbarã turbam
ruendum esse clamabat, vt celeritate sua milites sagittandi
hostibus spatium interciperent. Hæc dicens cùm aliquantulum progressus esset, cataphractos equites, quorum celebris
in exercitu erat fama, sub tumulo quodam locatos esse aduertit. Erat eius tumuli quatuor ferme stadiorum ascensus
perfacilis atq; tutissimus, & in vertice spatiosa planities ad
omnem militiæ vsum accõmodata. Lucullus itaq; Thra- 80
ces Gallósque quos secum habebat equites, in cataphractos
ex transuerso ruere, gladiisque cõtos eorum truncare iubet:
his enim concisis, omnem eorum vim extinctam esse, non si
bi consulere, non prodesse sociis, non hostes denique lædere
posse, cùm pondere, tum armorum ineptia nullam esse peni
tus sine contis eorum operam, sed muro inclusis ac circunse
ptis penè similes apparere. Ipse deinde cũ duabus cohortib.
pedes in tumulum contendebat. Cæteri milites laborantis,
armati, progredientísque ducis reuerentia moti, subsequebantur. Capto tumulo, cùm eminentiori eius in loco stetisset, ingenti voce proclamans, Vicimus, inquit, vicimus com
militones. Subinde commonefactis militibus, nil iaculis opus esse, sed strictis ensibus petendas esse suras, ac hostium fe
mora, quæ sola cataphracti armis nudata negligũt, acies in
hostem deducit. Nulla tamen his artibus atque cõsiliis oc 81
casio data est: quia cataphracti ne Romanum quidem impetum excipientes, priusquam iniretur certamen, clamore subita cum fuga sublato, sese grauissimósq; armis equos inter
peditum agmina turpissimè præcipitabant. Sic nullo illato
vulnere, nullo prorsus cruore conspecto, tot hominum millia, tantæque copiæ profligatæ sunt. Cõfestim itaque ingẽs
editur cædes non tam fugientium, quàm cupientium fugere barbarorum: haud enim facilè fuerat in tanta stipatarum profundissimarúmq; acierum multitudine perplexos
euadere.

Tigranes à Lucullo deuictus.

euadere. Tigranes vbi primũ hostibus dari terga prospexit, desertis ordinibus, cum paucis admodum in fugam erupit; & filio, quem cõmuni sorte, miserandáque fortuna oppressum viderat, auulsum è proprio capite diadema lachrymãs dedit, hortatus alterũ tenere iter, ac suæ saluti maturare con-
82 silium. Adolescens quia indignum superstite patre religare sibi diadema censebat, fidelissimo cuidam ex suis custodiendum cõmisit. Neque hunc fortuna liberum ab hostibus esse siuit, vt captiuus ad Lucullum deductus, inter tot barbara spolia, Tigranis quoque diadema deponeret. Peditum in ea fuga vltra cẽtum millia occubuisse proditum est, equites paucos admodum effugisse. Romanorum vulnerati cẽtum, quinque interfecti sunt. Hanc pugnam in libro de Diis immortalibus cõmemorans Antiochus philosophus, nullam prorsus talem solem vnquam vidisse scribit. Strabo verò, alter & ipse philosophus, in historiarum cõmentariis Romanos inquit erubuisse, derisisséq; semetipsos, quòd in tam vilia mancipia ferrum sumpsissent. Et Liuius Romanos asserit nullis vnquam hostibus, quibus cum signa cõtulerint, copiarum numero vsqueadeò fuisse inferiores. Vix enim vige-
83 simam eorũ qui victi sunt partem victores extitisse. Clarissimi quoque omnium Romanorũ duces, & qui diuturno bellorũ vsu peritissimi videbantur, ingentibus Lucullum laudibus extollebant, qui duos florentissimos potentissimósque reges duabus maximè contrariis rebus, mora scilicet, ac celeritate confecisset. Mithridatem enim cùm vigebat, plurimùm cunctando deuicisse: Tigranem autem oppressisse celeritate. Et quod paucis vnquam ducibus contigisse accepimus, ad agendum cunctatione, ad tuendum audacia vsus est. Atqui Mithridates calliditate potius ac versutiis, quàm signis collatis Lucullum, vt consueuerat, rem gesturum arbitratus, ad Tigranem festinare neglexit: sed lento procedẽs itinere, cùm aliquot in eum Armenij attoniti trepidique incidissent, coniectura rem ipsam augura-
84 tus est. Pluribus deinde & nudis & sauciis obuiam sibi factis, audita clade, ad quærendum Tigranem cõuersus, desertũ, humilẽ, abiectũ miserabiliter cùm inuenisset, nulla eum (vt ille se quondã) cõtumelia prosequutus est: sed equo descẽdens, & communes secum miserias collachrymans, cùm meliora eum sperare iussisset, ingentem ei famulorũ ordinem, vel

vel maximo rege dignum adiunxit. Ambo deinde ad contrahendas nouas copias animos erexere. Profligato Tigrane, cõfestim inter Græcos barbaros; qui Tigranocertis erãt, seditio orta est. Lucullus reliquo exercitu eò admoto, cùm vrbem à Græcis accepisset, seruatis thesauris cæteram vrbem militi diripiendam concessit. in qua præter alias ingentes opes, octo millia talentorũ fuisse cõstat. Octingẽtæ præterea drachmæ singulis, ex hostium spoliis, militibus
85 datæ sunt. Erant ea tempestate Tigranocertis plurimi ludorum artifices, quos vndiq; Tigranes ad se instituendorum spectaculorum causa conuocarat. His Lucullus ad præparandos pro parta victoria ludos atq; spectacula magnificè vsus est. Græcos postea donato viatico, & barbaros pariter, quos modò Tigranes inuitos habitatum eò traxisset, propriis patriis restitutos dimisit. Quare vna ciuitate soluta, plurimæ redditis sibi ciuibus, deintegro refectæ sunt, à quibus Lucullus perinde ac nouus earum conditor colebatur. Alia quoque ornamenta pulcherrima ad viri gloriam accessere. Non enim bellorum [illegible] quàm pietate, iustitia, humanitate, liberalitate, clementia, cæteriséq; id genus virtutibus, supremas sibi partes laudis appetebat. Neq; hæc diuinæ optimæq; institutæ mẽtis insignia cum bellicis cõfe-
86 rẽda censebat, vbi cùm haud parum militibus, tum fortunæ plurimũ deberi gloriæ iudicatur. Quanti verò momenti, quantæ laudis ei fuerint superiores illæ virtutes, quibus præter omnẽ armorũ operam, omnes vrbes, populos, reges sibi conciliauit, edisseramus. Etenim Arabũ reges eum adeuntes, accepta pace, omnes suas fortunas Luculli fidei crediderunt. Sponte sua Sophenorũ gens accepit imperium: & Gordyenorũ populos vsqueadeò sui desiderio inflãmauit, vt relictis propriis sedibus, vnà cũ liberis atq; vxoribus eũ, si passus esset, subsequi peroptarent. Tantã verò istorum in Lucullũ beneuolentiã hinc ortã fuisse perhibẽt. Zarbienus enim eorũ rex cùm molestũ Tigranis haberet imperium, ad Appium, vt diximus, clãm de societate cum Romanis ineunda retulerat. Necdum in Armeniam Romani erupe-
87 rant, cùm Tigranes derecta re, Zarbienũ pariter cũ liberis atq; vxore necari iussit. Lucullus Maxime affectum se viri morte ostendit, ita vt in Gordyenorum regionem aduenies, Zarbieni funus amplissimo cũ splendore celebrarit.

Rogum eius auro, purpuraque regali, & Tigranis spoliis perornatum præsens ipse cremauit, postremaſq; vnà cum viri necessariis atq; amicis parentans libationes, æqualem suum populiq; Romani socium vocitabat. Iusſit præterea pretiosissimũ illi fabricari sepulchrum. Nam & ingentem vim auri & argenti in Zarbieni thesauris ipse cõpererat, & frumenti in horreis cõgesti decies trecẽta millia modiũm. His tãtis opibus milites locupletati, & Lucullus plurimùm miratus est, quòd nulla prorsus ex ærario publico drachma suscepta, ipse suis sumptibus bellũ conficeret. Dum hęc geruntur, legati ab rege Parthorũ veniunt, amicitiam, popu-
38 liq; Rom. societatẽ petentes. Placuit ea postulatio Lucullo, & ipse quoq; Partho legatos ab se remisit: qui posteaquam ad illum vẽtum est, non cũ Romanis modò, sed clàm etiam cũ Tigrane de societate Parthũ agere deprehenderunt, mercedemq; commilitandi Mesopotamiã ab illo petebat. Quæ dum Lucullo fuissent allata, neglectis Mithridate atq; Tigrane, quasi iã oppressis ac propè deletis, Parthorum vires tentandas instituit, & Romana in eos arma ducẽda, egregiũ arbitratus, si velut certator in palęstra, tres vno belli impetu reges superaret, & triũ maximorũ clarissi
39 morũq; sub sole ducũ, inuictus victor euaderet. In Pontum itaq; ad Sornatiũ & cæteros ibi præfectos mittit, qui nuntiarent eos quãprimùm omnibus eius prędidij copiis, ascen
39 suro sibi per Gordyenam occurrere. Illi cùm iampridem intractabiles, difficillimosq; milites agnouissent, tum maximè in præsentia detecta eorum intemperantia, non verbis, non prece, non imperio, non minis, solutissimos homines in militiam compellere potuerunt, clamantes & obtestantes se non amplius istic mansuros, sed relicto Ponto abituros sese quò quisq; decerneret. Hæc ad Lucullum renuntiata, vulgata per militum ora, præsentem quoq; exercitum fœdæ responsionis exẽplo corrupere. Iam enim opibus, iam deliciis ad arma pigerrimos, turpissimi otij cupido Lucullianos inuaserat. Ast vbi temerariã Ponticorum loquendi licentiam accepere, eiusmodi homines viros appellare, illos imitãdum esse dicere, & fessis iam pugnando militibus vltimam quietem deberi, multa sese tranquillo
90 otio digna propria virtute elaborasse. His vocibus fœdioribusq; vulgatis, susceptũ Lucullus Parthicum bellum dimisit

dimisit, ad ipsum Tigranem media iam æstate regressus. Taurinis saltibus superatis, cùm campos tunc primùm virentes cõspexisset, quia rigore cæli segnius ea regio cuncta producit, commeatuum inopiam expectabat. Descendens tamen propulsatis Armeniis, qui bis aut ter tumultum magis, quàm prælium excitarãt, quacunq; incesserat villas intrepidè populabatur, & frumento quod Tigranes congesserat, in potestatem suam redacto, quam sibi verebatur, hostibus egestatem iniecit. Positis itaque castris, & vallo fossaq; circunductis, ad peruastandam in conspectu hostium regionẽ exibat. Vbi verò fugatos toties barbaros nequicquam ad prælium lacessitos quiescere vidit, sublatis signis ad Artaxata Tigranis regiam, in qua & liberi eius infantes *Artaxata.*
erant & mulieres, ire pergebat, id vnum consiliũ ratus, quo lacessitus Tigranes in certamen subduci posset. Fama est 91
Carthaginiensem Annibalem profligato à Romanis Antiocho, ad * Artaxatan Armeniorum regem se contulisse, *Ἀρταξαν.*
multa illum clarissima egregiaq; vtiliter edocuisse, considerasseq; inter cętera aptissimum quendam natura locum, squalidum tamen atque neglectum, in quo figuram vrbis descripserat. Eò deinde adductum Artaxatan, monstrato ei situ, ad condendam vrbẽ facilè inflammasse, & iam paratis omnibus, Annibalem ipsum operi ab rege præfectum, nobilissimam atq; ingentẽ vrbem ædificasse, quæ nomen ab ipso rege sortita, totius Armeniæ metropolis declarata est. Profectum in hanc vrbẽ Lucullum Tigranes tolerare non potuit, sed coactis copiis, quartis castris haud procul consti
tit ab Romano exercitu, Arsaniam fluuium in medio intercipiens, quem petituri Artaxata Romani traiicere cogebantur. Lucullus peractis deorum sacrificiis, perinde ac victoriam in manibus tenuisset, traducto exercitu, duode- 92
cim cohortes in fronte, totidem à tergo locauit, subsidia contra circuitũ hostium peropportunè distribuit. Multas enim equitum turmas Tigranes in fronte posuerat, in primisq; sagittarios, Mardorum equites, & Iberes hastatos, in quibus super cæteros mercenarios milites Tigranes rerum suarum momentũ esse credebat. Nullum tamen clarum ab his facinus gestum est: sed Romanis cum equitibus æquo ferme marte pugnantes, ingruentis Romani peditis impetum non sustinuere, sed hinc atq; hinc in fugam citati Ro-

manum equitem traxere ad se sectandum. Primis itaque dissipatis ordinibus, Tigranes instructo reliquo equitatu, in hostem progreditur, quorũ splendore multitudinemq; cùm Lucullus subtimuisset, confestim insectãtibus suis receptui cani iussit. Deinde conferto agmine primus ipse 93
vnà cũ optimatibus in barbaros ruit tanto impetu, vt prius quàm manũ consererent, hostis sola trepidatione deiectus, vnicam in fuga salutẽ sibi quæreret. Tres erant in eo exercitu reges: sed turpissimè omnium Ponticus Mithridates aufugit, cùm ne primũ quidem Romanorũ clamorem sustinere potuerit. Lucullus vniuersam proximã nocte ad insectandũ hostẽ absumpsit, & capiendo, cædendo, prædando, Romani milites defessi sunt. In superiori nẽpe certamine plures, in hoc verò nobiliores barbaros & cecidisse, & fuisse captos, Liuius author est. His Lucullus tantis elatus victoriis, ad subuertendum penitus barbarum ascendere instituerat. Autumnale tunc erat æquinoctium, & omnium spe celerius rigidissima è cælo frigora cecidere: omnia niue obruta erant, & si quãdo serenus aderat aer, tum gelu, tum
94 pruina humana corpora perrigebant. Difficillimus erat equis ob extremam frigiditatem fluminum potus: difficillimus erat eorũ transitus, quia concretis in glaciẽ aquis, glacies ipsa tranſeuntium grauitate confracta, asperitate sua equorum tibias neruosq; cruentabat. Syluestria deinde ac angusta itinera, tellus humiditate abundans, cadentes è cælo niues, & ipsa in madidissimis locis acerba pernoctatio, difficillimam ac propè intolerabilem militiam faciebant. Paucis itaq; post pugnam diebus milites Lucullum secuti, cùm asperitatem itineris recusarent, primùm per tribunos militum, ne longius procederetur, eum frustra rogare: deinde conuentibus hinc inde factis, inter se murmurare, nocte in tentoriis crudelitatem ducis insimulare, omniaq; infestissimis verbis fœdoque tumultu implere.
95 Videbantur Lucullo res in seditiosam spectare perniciem: proinde singulos adeundo milites perhumanè prensare, supplicareq;, tolerantiã in fortissimos homines inducere: alteram in Armenia Carthaginem velle delere, eius hominis opus, qui tot clades populo Romano intulerit: de Annibale enim loquebatur. Postquam omnia Lucullus frustra tentari vidit, inuitus retro ducebat exercitum, & superato per

per alios saltus Tauro, in eam regionem descendit, quam Mygdonicam vocãt, feracissimam atq; apricam. Vrbs erat in ea tum opibus, tum hominũ multitudine opulẽta, quam barbari Nisibin, Græci Mygdonicã Antiochiã appellant. Huic nempe Guras Tigranis frater præerat. Summa tamen machinamentorũ peritia res belli Callimachus gubernabat, is qui multos ad Aminsum Romanis labores intulerat. Itaque ad obsidendam hãc vrbem Lucullus vltimo conatu 96
consedit. Et cùm paruo illam tempore vi cepisset, Guram, qui sese Luculli humanitati commisit, perbenignè suscepit. Neglecto verò Callimacho, qui tuendæ suæ vitæ causa abditos pollicebatur maximarum opum reuelare thesauros, in pedicas conjectũ seruari iussit, pœnas daturum eius incendij, quo Aminsenorum vrbe vastata, liberalitatis humanitatisq; suæ in Græcos declarandæ occasionem extinxerat. Fortunam huc vsq; indubiè cum Lucullo commilitasse visum est, prosperasq; semper eius consiliis auras præstitisse. At deinceps tametsi egregiam prudentissimi magnanimiq; virtutem imperatoris ostenderit, tanquam aduerso semper spirante flatu in altum frustra contenderet, nullam tamen eius res gestæ gratiam, nullam prorsus gloriam habuere: cæterùm superiores illæ, quas omnium mortalium consensu sibi vendicauerat, laudes propemodum defluxere. Neq; minimè proximæ infelicitatis causæ ei sunt adscribendæ. Non enim quo decuit studio, æqua- 97
líve comitate militarem multitudinem colebat, quia vniuersas seruiẽtium voluptates ad ignominiam perniciemq; imperantis spectare existimabat. In primis verò id ei plurimùm obfuisse constat, quòd æqualium suorum, & qui in exercitu magistratum gerebant, quanti par fuerat, neminem faciebat: sed neglectis omnibus, nullum secũ conferendum esse arbitrabatur. Hęc sola inter tot tantasq; ornatissimi viri virtutes mala sedisse ferunt. Etenim modestissimum atq; magnanimũ, & in dicendo fuisse grauissimum, paremq; togatum & armatũ, domi, militiæ, pace & bello, splendorem habuisse prudentiæ. Primam militaris huius odij atq; intemperantiæ facem in Cyziceno bello stratim arsisse, Sallustio placet, & ad Aminsum inualuisse potissimùm, quòd duo hyberna illos intra vallum agere compulisset. Accendebant eos & reliqui hybernandi labores: 98

Fortuna Luculli mutata.

siue enim in hostili, siue in sociali regione stetissent, sub diuo semper vniuersi milites contubernabant, neque semel modò vllam in pacatam vrbem Lucullus cum exercitu est ingressus. His militum odiis Romæ vulgatis, Luculli aduersarij accensos longa inuidia animos eleuare, & procaciter eũ insimulare, quòd auaritia, imm oderataq; imperãdi cupiditate, bellũ produceret, & cùm ferme Ciliciã, Asiã, Bithyniam, Paphlagoniam, Galatiam, Pontũ, Armeniam vsque ad Phasidem occuparet, ad diripiendã quoq; Tigranis regiam contendisset, quasi ad spoliandos, non rebellãdos reges esset emissus. Has atrocissimas voces Lucium Quintiũ vnũ ex Romanis ducibus in primis iactasse ferũt: cuius maximè studio ac vigilãtia, cùm de rebus ad senatũ relatũ esset, placuit abrogari Luculli imperiũ, eã alteri decerni prouinciam, multosq; eius exercitus milites emeritos fieri atque exauthorari. Accessit huic & maior altera rebus Luculli pestis. P. Clodius cum Lucullo commilitabat, vir nefarius, scelestus, superbissimaq; temeritate imbutus, & qui libidini suæ in sororem, quæ Luculli vxor erat intemperantissimã mulierem indulsisse fertur. Is cùm non quantũ sibi ipse cõcedebat honoris ab imperatore assequeretur (primas enim maximarum rerum partes sibi iure deberi arbitrabatur) Fimbrianos milites pellicere, plurimumq; sibi conciliare adortus est. Quod vbi satis ei successisse apparuit, quamprimùm illorum animos ab Lucullo alienare, summumq; illis fastidium imperatoris inducere. Neque difficille fuerat homines diuturna consuetudine factiosos tum pollicitando, tum blandos inserendo sermones corrupisse. Hi enim erant qui duce Fimbria Flaccum consulem occidentes, eum sibi delegerunt imperatorem. Quare Clodium amicum militum appellantes, periucũdè complectebantur. Simulabat enim eorum se maximè misereri, quòd magnis bellis, maioribus periculis, maximis deniq; laboribus, nullus modus, nulla vsquam requies adesset: sed omni cum gente bellando, orbem terræ pererrando, bellis bella finiendo, miseram vitã tererent, nullã tam onerosa militia dignam expectantes mercedem. Non milites amplius, sed Luculli diuitiarum defensores atq; custodes esse, quibus tot camelos, tot plaustra aureis gẽmatisq; poculis plena, imperatoris auaritiæ tuendum esset. Iam

Pom

Pompeianos milites in populum redactos, cũ liberis atque coniugibus felicem regionẽ, vrbésque opulentas peroti ũ possidere. Non Mithridatem, nõ Tigranem, pluuiis, niue, pruina, gelu obrutos per vasta deserta sectari, regias Asiæ dirupturos, sed profugorum bellum in Hispania, seruile in Italia gerere. Eritne igitur tantis vnquam nostris laboribus modus? num quiescemus? num cessabimus? num otiabimur aliquando, inque posterum ei nostra corpora imperatori conseruabimus, qui maximum sui ornamentum esse, commilitonum diuitias atque felicitatem iudicet? Hac peste corruptus exercitus, neque in Tigranem proficisci voluerunt, neque in Mithridatem, qui ex Armenia in Pontũ, pristinum sibi vẽdicaturus imperium veniebat: & hyemis acerbitatem insimulãtes, circa Gordyenam hyberna trahebant, summo Pompeium super cæteros duces desiderio expectantes, Lucullo in prouinciã subrogandum. At postquam nuntiatum est Mithridatem profligato Fabio, in Sornatium atque Triarium vires suas inducere, sola verecundia compulsi Lucullum milites sequebantur. Triarius confestim quasi victoriam in manibus habuisset, quò sibi totã laudem vendicaret, priusquam Lucullianus adesset exercitus, conserto prælio ingentem cladem accepit. Proditum est enim supra septem Romanorum millia occidisse, centuriones cẽtum & quinquaginta, tribunos militum supra quatuor & viginti. & Romana castra in Mithridatis potestatẽ venisse. Paucis postea diebus Lucullus aduenies Triarium ab iratis militibus ad supplicium quæsitum abscondit. Ad Mithridatem subinde conuersus, eum in certamen cùm ducere lacessendo frustra tentasset, quia is Tigranem cum multis ad se copiis descendẽtẽ expectabat, occurrere Tigrani pugnaturus instituit, antequam hi duo simul iũgerentur exercitus. Sublatis itaque castris Fimbriani milites tumultu in itinere facto, ordines suos deseruere, quasi nouo senatusconsulto ea militia exauthorati essent, & decretis iam aliis ducibus prouinciis, haud amplius ad Lucullum spectaret imperium. Nil fuit profectò quòd non Lucullus ad sedandos flectendósq; militum animos, posthabita maiestate imperij, humiliter experiretur, singulos orando, prensando, leniendo, sordida cũ veste deiectus elachrymabat. Illi tanti ducis lachrymis precibúsque neglectis,

Milites Lucullitumultuantur.

vacua marsupia abiicientes, solũ cum hostibus pugnare iu
bebant, à quibus solus ipse locupletari didicisset. Tãdem
flexi aliorum militũ precibus, Fimbriani cum Lucullo pe
pigere, secum se proximã moraturos ætatem, & si nemo
interim pugnaturus occurreret, liberos atque solutos esse.
Has tam angustas conditiones Lucullum aut subire oportuit, aut desertam omni præsidio barbaris dimittere regionem. Continebat itaque illos, nõ ad pugnam modò, neque
ad militare quodpiam facinus deinceps educens, sed sola
eorum expectatione contentus, Cappadociam à Tigrane
104 solutissima licentia depopulatam patiebatur. Sustinebat
tacitus in pristinas sese Mithridatem vires erigere, quem
ipse pridem senatui scripserat debellatum. Et ob id aderãt
ei legati ab Roma missi, vt res Ponticas, ceu planè Romano imperio vendicatas, cõponerent: qui eũ non modò non
Ponti, sed ne sui quidem exercitus dominum inuenere, à
debacchatis militibus abiectissimum atq; neglectũ: quibus
tantùm erga imperatorem suum incontinentiæ, tantùm
petulantiæ fuit, vt æstate cedente, armati strictis ensibus
remotissimos, & qui nulli videbãtur hostes, ad prælium prouocarent: deinde pariter conclamantes, & crebris inanem
aerem ictibus ferientes è castris egrederentur, obtestati id
105 omne, quod cum Lucullo pepigerãt, tẽpus effluxisse. Relictos autem milites Pompeius literis ad se accersebat. Iã
enim ad Mithridatẽ, Tigranemq; debellandos, dux Romæ
fuerat cùm plebis, tum factiosorum principum suffragiis
declaratus. Enimuero ingratissima senatui optimatibusq;
ea res videbatur. & amplissimis Luculli meritis haud digna: quia non belli, sed triumphi successorem acciperet:
neque imperium aut magistratum, sed mercedem, præmiũ
fructumq; rerum à se gestarum subrogato duci concederet. Tum etiam ab his maximè qui aderant, prostrata Luculli dignitas atque fortuna, non sine multa misericordia
conspici potuit. Non enim honoris, non authoritatis, non
imperij eius erga milites vllum propemodum vestigium
apparebat. Omnes edicto Pompeij ab Luculli congressu
prohibebantur: nulli penitus parere licebat his rebus, quas
ipse decem pariter cum legatis instituerat atque conscri-
106 pserat: sed iam omnes in Pompeium, qui multis florebat
copiis, cõuersi, suis audiebant edictis. Communibus itaq;
tandem

tandem amicis intercedentibus, hi duo duces in vico quo
dam Galatiæ pariter conuenere, vbi habito familiari congressu, super rebus à se magnificè gestis ambo vicissim
cõgratulati sunt. Grandior erat ætate Lucullus: cæterùm
dignitas Pompeij cùm pluribus imperiis, tũ duobus triũphis amplior erat atq; insignior. Laureatos propter victorias fasces vterq; præ se ferebat, sed longo Pompeij itinere
per loca squalida atque inculta lauri iam circa fasces aruerãt. Quod vbi Luculliani lictores aduertissent, ex propriis,
quas & recentes & virides habebant, lauris liberaliter con
tulere. Id Pompeij amici in bonum omen verterũt, etenim
reuera Luculli res gestæ illius imperiũ perornarunt. Nil
tamen habitus sermo pacatum, nil animum inter eos addu
xit: sed alienatis magis animis cùm mutuò discessissent,
Pompeius omnia illius instituta antiquauit, omnesq; præter mille sexcentos, quibus cum ille triumphare posset, mi 107
lites sibi asciuit. Nec hi quoque læto animo cum Lucullo
mansere. Sic igitur Lucullo aut ingenium, aut ipsa fortuna in re omniũ maximè imperatori necessaria, aduersabatur, quæ vna si eius fortitudini, vigilantiæ, prudentiæ, æqui
tati, cæterisq; clarissimis ac singularibus ornamentis accessisset, non Euphrates in Asia, sed mare Hyrcanum, ipsiusq;
Asiæ fines Romanum terminassent imperium. Quando-
quidem cæteras gentes Tigranes ab se debellatas antè con
tuderat, & Parthorum vires non sub Lucullo, quantùm de
inde sub Crassõ, validæ vnitæq; floruerant: sed bellis intesti
nisq; seditionibus dissipatæ, neque Armeniorum iniurias
potuerant vlcisci. Equidem consideranti mihi videri solet,
hisce rebus quibus Lucullus ingentia patriæ commoda
comparauit, cæteros duces plurimùm intulisse detri- 108
menti. Quid enim aliud quàm parta in Armenia vicina
Parthis trophæa, quàm Tigranocerta, quàm Nisibis, quàm
ingens præda inde Romam abacta, quàm captum denique
diadema Tigranis, Crassum ad potiundam Asiam extulit
atque accendit, arbitratum nil aliud, quàm prædam atque
spolia barbaros esse? Verùm vbi in Parthorum sagittas ar-
maq; incidisset, facilè declarauit, non mollitie, aut hostiũ
imbecillitate Lucullum, sed fortitudine, audacia, consilio,
tantas retulisse victorias. Sed de his alias. Regressus itaque
Romam Lucullus, M. fratrem offendit à C. Memmio ac-

Laureati fasces Pompeij & Luculli.

cusatum super his quæ quæstor sub imperatore Sylla gesserat. Et cùm Marcus id iudicium euasisset, Memmius omnem iram in Lucullum conuertens populum incitabat, multa eum præter authoritatem consularis imperij, præter senatusconsultum multa fecisse, protraxisseq; bellum
109 diutius dictitabat. His vocibus adductus populus triumphum Lucullo negabat, & cùm res in maximum venisset certamen, primores patrum & potentissimus quisque in re publica, quibus Luculli dignitas chara erat, tribubus sese miscentes vix populo de cõcedendo Lucullo triumphum
Luculli triũphus. persuasere. Non itaque velut aliqui, aut lõgitudine põpæ aut rerum expositarum multitudine, admirãdũ tumultuosumq; triumphum egit, sed quampluribus hostium armis regiisq; machinis cùm circum Flaminium perornasset, clarum suopte splendore id spectaculũ videbatur. In pompa cataphractorum equitum pauci, decem falcati currus procedebant. Ex regiis ducibus atque amicis sexaginta capti ui. Naues longæ atque rostratæ decem supra centum vnà deferebantur. Ipsius deinde Mithridatis aureum simulachrum sex pedum longitudinis, & clypeus quidam pretio
110 sis lapidibus perornatus. Viginti præterea argenteis vasis plena vehicula, aureis verò & poculis & armis atque nummis duo supra triginta conferta erant. Hæc omnia ab hominibus deducebantur. Octo verò muli lecticis aureis onusti erant, defecato verò argento sex & quinquaginta. Alteri pręterea centum septémque muli argenti & numismatum paulò minus vicies & sepuaginta millia sestertium deportabant. Ferebantur & ipsi libri, in quibus quantùm Põpeio ad Piraticum bellum, quantùm in ærariũ publicum pecuniæ ipse contulerat, inscriptum erat. Singulis præterea militibus noningẽtas quinquaginta dedisse drachmas. Vrbem denique vicinósque vicos magnifico epulo excepit. Repudiata deinde Clodia pessima incontinentissimaq; muliere, Seruiliam Catonis sororẽ duxit. Nullo hæc in flagitio superiore purior erat, nisi quòd fratrum calum
111 niam non subierat. Eius tamen fastidium atque intemperantiam Catonis reuerentia diu perpessus, tandem repudiauit. Iam Luculli præsentia amplissima spe animos patrum impleuerat. Videbatur enim virum tanta rerum à se gestarum gloria, authoritateq; florentem, Pompeij audaciam

daciam comprimere atque tyrannidem, & optimatum amplitudinem posse tueri. Cæterùm, siue quòd iam ægrotam patriam, pronámque in futuram ruinam cerneret, siue (vt quibusdam placet) satis sibi vendicatum glorię arbitratus, à diuturnis laboribus atque periculis, quorum plerunque infelicissimi essent exitus, ad literarũ otium, studiosámve quietem reliquũ vitæ cõferre voluerit, à republica sponte se abdicauit. Sunt itaque qui hanc Luculli sententiam laudandam plurimùm arbitrentur. Non enim in Marij calamitates atque miserias decidisse, qui post Cimbricas victorias, illáq; maxima clarissimaq; facinora, nullum ad custodiẽdos iam partos honores modum statuere iudicauit: sed
112 insatiabili gloriæ imperiique ambitione senex cum ineuntibus remp. iuuenibus contendens, sese in res turpissimas, rebúsque miserias turpiores præcipitauit. Et Ciceronem post pernicioſissimam Catilinæ conspiratione diuino suo ingenio à cõmuni clade depulsam, priuatum consenescere præstitisse. Et Scipionem adiecta Carthagini Numantia quieuisse. Etenim finita quadam modestia ciuiles ambitiones esse moderandas. Nec minus quàm athletas in palæstra ciues in rep. damnandos esse, qui nullum momentum, nullum tempus, nullã quietem perpetuis laboribus intermittunt. Crassus verò atque Pompeius hanc nouam Lucul-
113 li institutionem accusare solebant, quòd in voluptates atq; luxuriem sese demisisset, quasi non militaribus ciuilibusq; negotiis aptior, quàm otio atque deliciis ætas illa fuisset. Mihi verò Luculli vita veteribus simillima comœdiis videri solet, quarum primæ partes rebus domi militiæque gestis, postremæ verò conuiuiis, potationibus, cantu procaci, facibus, omníque lusus genere continentur. Ego enim sumptuosa illa ædificia, ingentes balneorum atque deambulacrorum apparatus, picturas, statuas, omnéque eiusmodi rerum studium, ad lusum arbitror referenda, quas ipse res permaximis sibi sumptibus comparauit, & opibus quas sibi permultas honestissimo militiæ iure vendicarat, affluentissimè vtebatur. Tanta verò in nostram vsque ætatem eius deliciæ opinione omniũ efferuntur, vt inter ornatos sumptuosissimósq; regũ hortos Lucul
Luculli deliciæ.
liani dinumerentur in primis. Quid de his operibus, quæ
114 iuxta mare circa Neapolim magnificè splendidéque constructa

structa sunt iudicãdum arbitramur, vbi altiores profundis fossis tumulos ipse suspenderat? vbi maritimas ædes, easq; pulcherrimas atque amplissimas ædificarat? vbi discursus maris, piscosósque riuos ædibus circunduxerat? Quæ singula cùm Stoicus Tubero haud satis mirari potuisset, Xerxẽ cum ex togato homine appellauit. Erant illi præterea ædes in Tusculano spatiosis thalamis deambulacrisque perornatæ, è quibus ceu è speculis vndique circunspici poterat: in quas Pompeius aduenies, accusauit Lucullum, quòd ad æstatem optimè accommodatas, inhabitabiles hyeme fecisset. Cui ridens Lucullus, Num tibi, inquit, Pompei, minus, quàm grues aut ciconiæ mentis habere videor, vt non pari
115 ter cum tempore habitationem quoque permutem? Cùm verò prætor quidam purpureas celebrãdi spectaculi causa ab eo chlamydes petiisset inspecturum si domi haberet, daturúmque liberaliter si adessent respondit. Postridie verò roganti Lucullo quot sibi chlamydibus opus esset, cùm centum ille sufficere respõdisset, ducentas ei dari Lucullus iussit. Proinde Flaccum poetam dixisse ferunt, non eas se putare diuitias, quarum reposita atque celata non plura essent his, quæ palàm conspicerentur. Erant autem Lucullo conuiuia nouo semper diuitiarũ splẽdore parata, non modò purpureis stratis, poculis auro gemmisque elaboratis, choris, cœtibus, scenicisque recitationibus admiranda, sed varietate quoque ac multitudine epularũ, & ingentibus abundan-
116 tissimisque bellariorum apparatibus. Quibus rebus illiberales eum homines beatum appellabant. Pompeium aduersa corporis valetudine captum, magnificè de Lucullo locutum fuisse tradunt. Nam cùm medicus eũ turdos comedere iuberet, & ministri (quia æstas esset) alibi, quàm apud Lucullum domi nutritos reperiri posse negarent, vetuit Pompeius vt inde assumerentur: & ad medicum conuersus, Si Lucullus, inquit, delicatus non esset, num fortè Pompeius non viueret? quare alia dari sibi iussit, quæ aliunde facilè comparari possent. Hunc tantum Luculli luxum Cato, cui tum erat summa & amicitia, & familiaritate coniunctus, vsqueadeò iniquo ferebat animo, vt cùm adolescens quidam in senatu longam & importunam de modestia & parcitate orationem ageret, exurgens Cato, Tacebisne, inquit, hodie diues vt Crassus, viuens vt Lucullus, loquens

Conuiuia Luculli lautissima.

loquens vt Cato? Quidam etsi dictum id in curia fateãtur,
à Catone tamen fuisse negant. Lucullus verò non volupta 117
tem modò, sed laudẽ quoq; his sibi sumptibus quæritabat: quod quidem coniicere ex his par est, quę de illo sũt mandata memorię. Ferunt enim Græcos quosdam homines qui Romam ascenderant, apud illum multis diebus conuiuatos fuisse. Qui cùm rursus inuitarentur, græca quadam parsimonia in verecundiam ductos, recusasse vocationem, indignum ducentes si propter se tantis quotidie sumptibus cõuiuia pararentur. His vocibus risisse Lucullum, dixisséq;, Nonnulla profectò ex his propter vos fiunt, ô viri Græci, cæterùm plurima propter Lucullum parari iubeo. Cùm enim forte nemine apud eum cœnante, vnica sibi mensa dapesque modestæ paratæ essent, dispensatorem domus ad se vocatum obiurgauit. Cui ille, Non putabam, inquit, cùm solus cœnaturus esses, sumptuoso tibi opus esse conuiuio. Quid ais? Lucullus inquit, an ignorabas penes Lucullum 118
hodie cœnaturum esse Lucullum? Itaque cùm totam iam vrbem harum rerum crebra fama peruaderet, Lucullũ tũc fortè per otium in foro sedentem Pompeius Ciceróq; conuenere. Hic nempe in primis sibi familiaris erat atque amicus: Pompeio verò, etsi aperè quadam simultate ob Mithridaticum bellum mutuò aduersarentur, & loqui tamen familiariter, & consueuisse solebat. Cicero itaque salutato Lucullo, nunquid disputare de philosophia luberet, rogabat: cúmque ille respondisset, lubere maximè, & adesse vltro etiam iussisset, Volumus, inquit, apud te cœnare hodie, sed ea conditione, vt nil noui nostri causa parari iubeas. Subrecusabat id Lucullus, & in posterum diem differri conuiuium postulabat: illi verò neque differre, neque alloquendi secretò familiares suos facultatem sibi facere voluere, 119
ne aliud domi parari iuberet conuiuium. Hanc tamen ei postremò veniam præstitere, vt ipsis audientibus, cuidam ex familiaribus suis id solùm diceret, In Apolline cœnabitur hodie: ea sola voce fefellit eos. Id enim erat vnum ex maximis eius cœnaculis eo nomine appellatum. Singulis enim (vt videtur) cœnaculis, & conuiuij pretium, & splendor apparatus definitus erat. Quamobrem famuli audito loci nomine, confestim intelligebant quantis sumptibus, quali ornatu, quòve ordine conficiendum esset con

set conuiuiũ. Consueuerat autẽ prętij quinquaginta milliũ
Id est, iuxta Budæũ, coronatis mille ducẽtis quinquaginta. in Apolline cœna parari. Quę cũ eo sic quoq; die acta fuisset, mirabatur stupore quodam Pompeius in tanta epularum abundantia celeritatem apparatus. His itaque in rebus Lucullus maximas opes, tanquam barbaras & bello partas, parum vtiliter consumebat. Nil minus tamẽ diligentię ad ea sibi comparanda adhibuit, quę studioso ac literatissimo homine digna essent. Etenim plurimos pulcherriméq; scriptos coegit libros, quorum profectò vsus maiorem sibi,
120 *Bibliotheca Luculli.* quàm ipsa possessio, gloriam vendicabat. Studioso enim cuique, & bibliothecæ, & quæ circa eas erant scholæ atque deambulacra, liberè perpetuóque patebant, quò se Græci, cùm per otium licuisset, velut in amœnissimum quoddam Musarum diuersorium, conferre solebant, ibi loquendo, legẽdo, disputando diem iucundè terebant. Et Lucullus plerunque vbi eruditissimos viros disputare vidisset, eò se potissimùm ingerebat. Si qua etiam ope illis in republica opus fuisset, authore Lucullo quam primùm assequebantur. vt vix credibile sit, quod fuerit illud quantúm ve in Græcos homines studium atque humanitas: foueb[illegible], colebat
121 eos, conuiuiis excipiebat eos, & propri[illegible]ares liberum Græcorum Romam venientium adiu[illegible]ciebat. Omne verò philosophandi genus familiarissima quadam cognitione complexus est. Academiam tamen à principio summo studio & amore colebat, non eam quę noua est appellata, quam quam tunc maximè & Carneadis scriptis, & Philonis doctrina floruerit: sed veterum, cuius tunc erat princeps Ascalonita ille Antiochus, vir & acris ingenij, & dicendi rationis peritissimus eruditissimusque. Hunc Lucullus summo studio sibi in amicitiam conciliatum, socium vitæ fecit, & Philonis auditoribus se opposuit. Horum vnus M. Cicero
Cicero lib. 4. Acad. quæst. erat, qui cùm elegantissimum suo more in veterem academiam librum scripsisset, in quo eius sectæ partes Lucullo, sibiipsi contrarias laudandas concesserit, & Lucullus ea propter liber ipse inscribitur. Erant enim mutua inter se beneuolentia iuncti, & consiliorũ in republica socij. Non enim se Lucullus penitus absoluerat a republica, sed primos inter vrbis principes locos atque honores, quia in his plurimùm molestiarũ atq; periculi esset, Crasso dimisit, atque Catoni. Hos enim duos posteaquam supremas ipse partes in senatu recusasset

recusasset, hi quibus Pompeii potentia suspecta erat, libertatis principum tutores effecerant. Ob amicorum patrocinia descendebat in forum: in curiam verò, si quod Pompeij studium, si quam extinguere audaciam aut ambitionem oporteret. Etenim decreta, quæ debellatis ille regibus instituerat, antiquari fecit, quám ve militibus scripserat largitionem, socio Catone dari prohibuit. Quamobrem Pompeius in Crassi, & Cæsaris amicitiam, potius verò coniurationem confugiens, cùm armis & militibus totam ferè vrbem implesset, eiectis extra forum Lucullo atque Catone, decreta sua promulgari fecit. Eius indignitatem rei cùm 123
periniquis, vt par erat, animis optimates ferre viderentur, Brutium quendam Pompeiani in mediũ produxere, quem Pompeio insidiantem deprehendisse dicebant. Hic in senatum deductus, alios quosdam Romanos accusauit, in populo verò Lucullum ipsum adiecit, quem insidiarum authorem in Pompeij caput fuisse asseuerabat. Nullam verò fidem cùm testis leuitate, tum verborum inconstantia, ea sibi accusatio vendicauit: sed cùm mercede omnes eum virum in Lucullum solicitatum esse censerent, tum paucis posteà diebus additum sceleri scelus rem maximè patefecit. Inuentum est enim Brutij cadauer eiectum è carcere, quem naturali valetudine confectum esse dicebant: sed interfectum à Pompeianis recentes vibices, & sugillationis vestigia declarabant, ne per ipsum etiam accusatorem res vnquam in lucem produci posset. Ea res plurimùm à repu- 124
blica Lucullum abduxit: sed Cicerone postremò summa cum indignitate ex vrbe eiecto, missóque in Cyprum Catone, ab omni publica cura prorsus sese absoluit. Ferunt autem eum sub mortem aduersa mentis valetudine captum, paulatim contabuisse. Porrò Cornelius Nepos non ætate mala, neque naturali morbo, sed medicamentis à Callisthene quodam liberto suo corruptum in id incidisse prodidit. Callisthenem enim (quò magis ab illo amaretur) quæ vim amatoriam habuerint pharmacha quę dam ei propinasse, Lucullumque tantùm à rationis vsu abfuisse, vt vel eo viuente omnis rei familiaris cura Marci fratris consilio fuerit gubernata. Mortuo autem eo, haud aliter ac si medio & bellicarum & ciuilium rerum flore cursuque oppetiisset, summo cum luctu cõcurrebant

Lucullo mors.

omnes

omnes,& nobilissimis ab adolescentibus delatum in forũ
corpus,sepeliri volebant in campo Martio,vbi Sylla iacue
rat,nemine ex Luculli necessariis id expetente: haud enim
facilis apparatus ille fuisset. Quare Marcus frater multis à
populo precibus impetrauit,in agro Tusculano Luculli fu
nera celebrari. Ipse ingenti fratris mœrore affectus, non
multùm deinde temporis superuixit, sed bona cum eius
ætate atque gloria,vita quoque pariter est extincta.

CIMONIS LVCVLLIQVE COMPARATIO.

EGO itaque Luculli mortẽ perbeatam
maximè , opportunamque iudicandam arbitror. Non enim quam Roma
næ libertati infensa fata moliebantur,
fœdam, lachrymabilem , miserámque
reipublicæ peruersionem vidit,cæterũ
liberam adhuc, ægrotam tamen atque
labantem patriam cum vita reliquit. Idque in primis o-
mnium Lucullo Cimonique commune fuit, quandoquidẽ
& iste nondum turbatis , sed vigentibus adhuc Græciæ re-
bus diem obiuit. Non tamen vt ille à republica solutus at-
que diuisus , sed pariter cum vita & imperium & Cimonis
militia cecidere:neque ab armis,honoribus,atq; trophæis,
velut in portum quendam sese in potus comessationésque
contulerat, ceu mordaciter in Orpheum ait Plato,arbitra-
tum eos,qui bene honestéque vixissent , apud inferos præ-
mium manere crapulam sempiternam. Otium verò atque
trãquilla quies,& clarissimum literarum studium honesta
cum voluptate coniunctum,dignissimum grandiori ætate
viro,& ciuilibus bellicisq; muneribus absoluto , satiatum
videri debet. Verùm ab ingenti rerum gestarum gloria in
luxum voluptatémque defluxisse,& reliquum vitæ in iocis
atque deliciis, velut imperiorum victoriarúmq; Veneris fe
sta egisse,hanc haud pulchram vitę mutationem existimo,
neq; Xenocratem imitantis,sed ad Epicuri sententiam po-
tius inclinantis. Nec parum mirari soleo,si quando cũ pri-
mis vltimas eorum ætatis partes ipse contulero. Etenim il-
lis iuuentus prorsus contraria fuit: Cimonis quidẽ infamis
atque soluta, Luculli verò tẽperans & erudita. Melioris ita-
que est,qui in melioré vitæ institutionẽ conuertitur: & lon
gè lau

gè laudabilius est id ingenium,vbi arescentibus vitiis,vir-
tutes continuò floreſcunt. Atqui amplas diuitias pari sibi
ratione quæsitas , non pari tamen splendore erogauerunt.
Quis enim austrialem arcis murum,quem Cimonis opibus
absolutum fuisse constat, Luculli thalamis atque tumulis,
piscosis riuulis circunseptis,quos ipse circa Neapolim bar-
baris manibus exædificauit,non dignè antepoſuerit? Quis
præterea cum Cimonis , Luculli mensam contulerit ? cum
officiosa & humanissima, luxuriosam atque regalem? Hęc
enim ad paucorum delicias ingentes diuitias effundebat:
illa modestis sumptibus enutriebat quotidie multos. Sed
pro temporum tamen varietate res ipsæ compensandæ
sunt. Incertum fuerat enim si publicis à laboribus atque
magistratibus in tranquillam otiosamq; senectutem de-
fluens Cimon , fastidiosam lasciuamque duxisset vitam,
præsertim cùm viri ingenium non ab immoderato vini
vsu, non à mulierum amoribus , non ab omni denique
vitæ festiuitate abhorruerit. Cæterùm maximarum re-
rum assiduæ meditationes atque consilia,& bellorum tum
crebra pericula , tum innumerabiles penè labores,cætera-
rum voluptatum impetum intermittũt, in his potissimùm
animis , qui generosa quadam nobilitate ad capessendam
gloriam nati sunt. Nemo verò tam subtilis criminum in-
quisitor , non vitiorum quisquam tam acerrimus accusa-
tor esse potuit,vt si dum imperium bellumque gerebat Lu-
cullus , diem vltimum obiisset, vel vnam huic viro ca-
lumniam potuerit inuenire. Sed de ipsorum vita satis. Bel-
licis verò in rebus ambos terra marique clarissimos duces
fuisse constat. Cæterùm sicut athletas eos, qui eodem die
vna palæstra luctaq; coronantur, insueta rei magnitudine,
victorias vocant : sic Cimon vno die pedestri naualiq; tro-
phæo coronans Græciam , iure suo in bellicis artibus pri-
mas sibi partes vendicare videtur. Patriæ deinde Cimon,
Lucullo verò patria imperium dedit. Et hic amplissimis
Romæ socialium viribus vrbium res maximas gesit: ille
verò subiectam imperio Græciæ patriam vsqueadeò extu-
lit,vt superatis hostibus, nõ eam modò liberam fecerit,sed
sibi quoque tum Græcarum,tum hostium rerum summam
adiecerit. Persas enim deuictos ab accessu maris prohibuit.
Suasi ab eo Lacedæmonij Græciæ sponte imperio conces-

sere. Si maximum præterea imperatoris officiũ ducimus,
obedientiam sibi militum cum beneuolentia comparare,
profectò Cimon Lucullo anteponendus erit: quandoquidem istum milites sui neglexerint, illum verò socij summa cum admiratione fuerint sequuti: ab isto sui defecerint, ad illum alieni confugerint: & hunc denique milites, quibus cum ad bellum egressus erat, regredientem deseruerint: ille verò domum redierit princeps eorum quippe, quorum sub imperio primùm enauigarat, tria omniũ difficillima, cum hostibus pacem, cũ Lacedæmoniis concordiam, inter
131 socios imperium assequutus. Florentissima verò imperia regesq; delere potentissimos vterque adortus, in ipso penè rerum ac bellorum culmine cecidere. Cimon nempe aduersa solùm fortuna præoccupatus: nam & imperator & in maximo glorię flore extinctus est. Luculli verò casum non ita in fortunam transferam, quin ipsi aliquam eius rei causam ascribendam arbitrer. Siue enim ignarus, siue negligens id egerit, summo sibi detrimento fuisse, quis dubitat, quòd militum audaciam, temeritatem, auaritiam, verba, seditiones non composuerit? quæ omnia fortunæ pestis monumenta præ se ferebant. Sed id propemodum Cimoni quoque commune fuit. Etenim ciuibus suis inuisus relegatus exulauit, ne decẽ annos eius (vt inquit Plato) vocem audirent. Nobilissima enim & summa virtute ornata ingenia, quia non ad voluptatem consilia sua referunt, multitu-
132 dini perrarò placere consueuerunt. Si verò publicos errores hominum peccandiq́ue licentiam comprimere studeant, ad intolerabile sui fastidiũ vulgus accendunt: perinde ac medicorum vincula, quæ tametsi ad pulchrum naturæ ordinem membra componant, toleratu tamen difficillima sunt. Quamobrem omni fortasse eiusmodi crimine tantos viros absoluere dignum fuerit. Atqui multò longiora Lucullus itinera cum copiis suis emensus est, & in remotiores orbis terrarũ regiones penetrauit. Primus enim
Lucullus primus Romanorum Taurum superauit.
Romanorum omnium cum exercitu Taurum superauit, Tigrim traiecit, Asiæ regias, ipso sub hostium aspectu, Tigranocerta, Cabyra, Sinopen, Nisibim cepit, diripuit, incendit. Omnem Asiam septẽtrionalem vsque ad Phasidem, orientalem vsque ad Mediam, australem vsque ad rubrum
133 mare Romano adiecit imperio. Et potentissimi reges tot

à se

à se victoriis profligati, nil prorsus aliud quàm nuda corpora referentes, in vastas solitudines syluasque inaccessibiles, & nullo antea humano vestigio præsignatas, ceu feræ aufugerunt. In hoc autem Lucullus maximè præferendus est Cimoni, quòd Persæ ceu nil graue à Cimone passi, continuò in Græcos arma mouerunt, & ingentem eorum exercitum in Aegypto vicerunt, fuderunt, trucidarunt. Cæterùm post Lucullum, quid Tigranes memoria dignũ egit? quid Mithridates? cùm hic quidem superioribus cladibus obtritus atq; confractus, ne semel quidem aduersus Pompeium copias suas extra vallum educere ausus fuerit, sed sola fuga saluti suę consulens in Bosphorum sese receperit. Tigranes verò, cùm nudus atque inermis coram Pompeio supplex humi procubuisset, sublatum propriis manibus è capite diadema ad illius pedes deposuit, neque tam Pompeij virtute, quàm Luculli victoriis in eius spectaculi miseriam corruit, & regni insignia quasi prius ablata, tunc sibi restituta iucundè suscepit. Clarior is itaque imperator 134
dicendus est, cuius ceu pugilis artibus, virtute, ingenio, industria, vigilantia, aduersarij vires magis contunduntur. Cimon præterea his cum hostibus bellum gessit, quorum sub Themistocle, Pausania, & Leotychida asperrimis cladibus vires animiq; ceciderant: quare & suis victoriis id plurimùm conduxisse par est. Nam facillimè, confractis animis, corpora debellari solent. Lucullus verò cum Tigrane, immenso imperio, innumeris copiis, amplissimis opibus, clarissima maximarum victoriarum gloria florenti, congressus est. Si hostium denique numerum vtrinq; considerare velimus, tantò Lucullo Cimon erit inferior, vt non modò non par, sed ne cum illo quidem conferendus esse videatur. Vtriq; tamen perspicuum est afflasse cæleste numen, præmonuisseq́ue, Lucullum quidem quæ adoriri, illum verò quæ obseruare debuerit, & ambos deorum suffragiis in tam sublime gloriæ fastigium euasisse.

*

Nicias.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

QVONIAM, vt arbitror, non absurde Niciam Crassō, & Parthicos euētus casibus Siculis conferre posse videar, admonendos putaui, si qui fortè ad hęc legenda accesserint, ne me erga Thucydidem, qui de his rebus ornatissimè atque accuratissimè summa cum varietate & copia scripsit, eodem esse animo arbitrentur, quo Timęus olim fuisse perhibetur: qui cùm Thucydidem grauitate ac vehementia facilè superare posse præ se ferret, & Philisti historiam tanquam rudis, & inepti scriptoris aspernaretur, in his præsertim, quæ ab illis ornatè copioseq; scripta fuere: ipse tamen vsqueadeò contemnendus apparet, vt non pedes (quod Pindarus inquit) Lydium currum sequi videatur, sed planè infans atq; ridendus euadat, atque, vt Diphilus inquit, supra modum pinguis, & Sicula crassitudine delibutus appareat. * Sæpe enim ad ridenda quædam ac leuia, minimeque ad historiæ contextum pertinentia digreditur: veluti cùm Atheniensibus aduersum fuisse refert, quòd Nicias imperator declaratus militiam detrectaret, cui à victoria cognomen esset: aut cùm propter deiecta Mercurij signa, dæmones Athenienſibus portendisse dicit, multa illos ab Hermocrate Hermonis filio aduersa passuros in bello. Scribit insuper, consentaneum sibi videri Herculem Syracusanis esse propitium ob Proserpinam, cuius ope & auxilio Cerberum rapere meruit: Athenienſibus verò infensum esse, quòd Aegestos Troiana stirpe oriundos seruassent, cùm ipse Laomedonte regnante Troiam euertisset. Verùm eiusdem, vt arbitror, prudentiæ est Philisti historiam emendare, & Platonis & Aristotelis, quod idem fecit, dicta reprehendere. Mihi verò æmulationes in scribendo contentiosæ, penitus homine libero indignę videri solent, ac sophistis præcipuè conuenire, quos etiam si contentionis tantùm causa scribere putem, dementes esse censebo.

1

2

* πολλαχοῦ δ' εἰς τὴν ξένην ἀρχὴν παρέρπων.

3

sebo. Sed quoniam quæ à Thucydide & Philisto scripta sunt, prætergredi non licet, præsertim quæ vitam hominis, & mores continere videntur, quambreuissimè illorum scriptā percurrens, carptim quæcunque mihi necessaria fore putauero assumam, ne nullo prorsus studio curaque hæc attigisse videar: reliqua verò quæ plurimos latent, atque ab aliis sparsim narrata sunt, maximè verò priscis monumentis & decretis contenta in vnum colligens, conabor historiam contexere non inutilem, vt arbitror, futuram, sed quæ ad vitę mores rectè instituendos plurimùm valeat. Primùm igitur Aristotelis de Nicia testimonium referendum censui, qui tres optimos Athenis ciues, ac summa in patriā charitate, & beneuolentia affectos fuisse refert, Niciam Nicerati, Thucydidem Milesium, & Theramenem Agnonis filios: licet hic postremo loco non iniuria sit collocandus, cùm propter generis obscuritatem, tum quòd instabilem semper in administranda repub. sententiam habuit, & modò has, modò illas partes sequutus est, ita vt Cothurni etiam cognomen acceperit. E duobus reliquis Thucydides quidem natu maior erat, multaque simul cum Pericle per ea tempora ciuitatis principe, optima atque præclara erga rempublicam operatus est. Nicias autem quamuis admodum adolescens, tamen adhuc Pericle superstite, dignitatis aliquid & authoritatis meruit. Nam & præturam cum illo gessit, & in magistratibus plurimis illi plerunque successor delectus est. Post mortem verò Periclis non ambiguè primæ in repub. partes ad eum delatæ sunt, præcipuè ab his, qui in ciuitate diuitiis & nobilitate præstabant. Huius enim potentiam, Cleonis audaciæ atque superbiæ opponere conabantur. Nec tamen alienam ab illo voluntatem Nicias habuit. Cùm enim Cleon seniorum maximè partes foueret, mercede etiam illorum animos corrumpens, tamen his ipsis, quibus tantopere studebat gratificari, odiosa superbia illius erat. Idcirco Niciæ potentiam extollere nitebatur: qui licet etiam paulò seuerior haberetur, non tamen grauis erat aut austera nimis eius seueritas, sed comitate quadam, & vrbanitate condita: præterea timoris & cautionis similitudine ad sui amorem multitudinem alliciebat. Cumque natura formidolosus admodum esset atq; remissus, in bel-

4

5

licis quidem rebus fortunæ prosperę euentus illius timiditatem occultauit. In repub. verò administranda abiectio animi, præterea mitis erga calumniatores tolerantia, mansuetudinem quandam popularem præ se ferre videbatur, multumq; sibi fauoris & beneuolentiæ à multitudine conciliabat, cuius maximè proprium esse videtur, magnos & audaces in repub. viros odisse, timidos autem magnos efficere: quòd maximi etiam honoris loco plebs reponat, si se magnis viris contemptui non esse animaduertat. Pericles igitur virtute & orationis vehementia plurimùm pollens, in ciuitate magnus habebatur, nec vllius artis, quæ ad mulcendos multitudinis animos valeat, ignarus putabatur. Nicias verò harum artium expers, diuitiis autem egregiè abundans, illarum auxilio populi fauorem ad se traducebat. Cumq; facilitate Cleon & scurrili quadam vrbanitate Athenienſium beneuolentiã comparasset, Nicias minimè se his artibus valere sentiens, variis sumptibus ad voluptatem excogitatis, gratiosum se ad populum reddere meditatus est. Atque in hoc omnes quicunq; antea fuerant, aut hactenus post ipsum extitere, gratia & liberalitate superauit, ita vt multa etiam ad nostram ætatem eius monumẽta supersint: velut Palladium adhuc in arce constitutum, & * in templo Dionysij, statua eius inter festos tripodes recubantis. Sæpe enim spectaculis festisque populo exhibendis cùm certasset, reliquos omnes facilè superauit, nec ab vllo fuit ipse aliquando superatus. Traditur in solenni quodam spectaculo Niciæ seruum adolescentem forma præstantissimum, & Dionysij habitu insignem, ad populum processisse: cumque ab omnibus clamor & plausus sublatus esset, adolescentis ornatum & pulchritudinem admirantibus, assurgens Nicias: Nefas, inquit, esse arbitror, viri Athenienses, seruire hunc adolescentem, qui tanto omnium consensu deo persimilis iudicetur: propterea liberum illum esse iubeo. Memoratur præterea magnificè præclareque in Delum sacrorum facta deductio. Cùm enim chori in honorem Apollinis carmina quædam cantaturi à ciuitatibus Græciæ in Delum quotannis mitterẽtur, consueuerant vtcunq; sors tulisset nauigantes nullo ordine turbę incompositæ obuiam procedenti carmina referre, coronisque ac vestibus nulla adhibita reuerẽtia sumptis, temerè ad deum salutan

Videtur aliud paulò esse apud Plutarch.

salutãdũ accedere. Nicias verò huius sacri deducendi gratia ab Athenienſibus in Delum missus, cũ omni choro in Rhenen Delo finitimã insulã descendit, sacrificia cuncta, atque apparatum secum deducens. Nocte deinde pontem, certa mensura spatij auro variisq; picturis atq; aulæis egregiè ornatum Athenis secum portauerat, è nauibus educens Rhenen Delo coniunxit, cùm nõ magno admodum inter se spatio insulæ distent. Post hæc insequentis diei principio, per eum quem dixi pontem vniuersam pompã, & chorũ mirificè instructũ suauissimis cantibus in Delum trajecit: inde sacrificiis ac certaminibus conuiuiisq; peractis, ex ære ingentem palmã eius rei monumentũ futurum deo constituit, & decem drachmarum millibus agrum mercatus deo sacrificauit, ac Delios iussit eius agri prouentus capientes annua sacra deo facere, multaq; bona precatos Niciæ, splendidissima conuiuia celebrare. Hæc omnia in columna inscribi curauit, eamq; veluti eius monumenti custodem in Delo reliquit. Sed non multò pòst ventorum impetu palma deiecta, statuam etiã, quæ in proximo locata erat, subuertit. Atq; hæc illum vulgaris gloriæ & ambitionis gratia, tum popularis fauoris aucupandi fecisse, nõ immeritò forsan suspicari quispiam possit: quanquã omnẽ vitam ac mores non alienos à religione semper fuisse animaduertat. Diuina vehementer obstupescebat, & vt Thucydides scribit, obnoxius afflatui: scribitur enim in quibusdã Pasiphontis dialogis, singulis diebus sacra facere solitũ fuisse. Domi quoque vates habebat, quos assiduè de reip. futuris euentibus consulere simulabat: priuatis autẽ de reb. quærebat maximè, præsertim verò de argenti effossione, quidnã sibi auspicia casurum portenderent, accuratè sciscitabatur. Nanq; argentifodinam in agro Læureolico habebat maximi sanè prouentus, verùm summi periculi ac laboris opus, in quo magnã seruorũ turbã assiduè fatigabat. Itaq; plurima diuitiarum suarũ pars argento atq; pecuniis cõtinebatur, & propterea multos circa se continuè petitores habebat, è quibus nemo ferme abibat vacuus. Non minus enim his à quibus mali quippiã timeret, quàm his, qui de se benemeriti essent, tribuere cõsueuit. Itaq; plurimis hominibus facultates eius vtilitatem afferebant, malis quidẽ timoris causa, bonis autem ob ingenitam in omnes humani

manitatem & liberalitatis ſtudiũ. Quarum rerum à poëtis comicis teſtimonia ſumere licet. Teleclides enim ſycophantã quempiam talia dicentẽ inducit: Charicles minam vnã tradere noluit, veteris malefacta fileré, qui matri filiorũ primus è marſupio natus eſt. At Nicias Nicerati filius quatuor dedit: cur verò dederit etſi optimè norim, nequaquã tamẽ efferre volo, eſt enim mihi peramicus. Ille verò apud Eupolidẽ in Marica pauperem quendam & otioſum inducens, ſic inquit: Quãdiu eſt q̃ nõ fuiſti apud Niciã? Imò ne vidi quidẽ, niſi nuper in foro ſtantẽ. Vidiſſe ſe homo Niciã dicit? At qui vidiſti, niſi forte prodens hominẽ rogaſti, ecquis deprehenſum audiuerit Niciã? Quanquam ô ſtulti homines vos virum optimum in crimine deprehendatis? Ari

12 ſtophanis autem Cleon minitans ſic inquit: Cæteris oratoribus * gulam præcludam. Niciam verò cõterrebo. Phrynichus etiã vehemẽter pauidũ ac demiſſo animo fuiſſe his verbis illũ oſtendit, de quodam amico ſic loquens: Hunc ego ciuẽ optimũ fuiſſe, neq; humilé aut abiectum vixiſſe quemadmodũ Niciã, compertũ habeo. Ex hoc igitur & calumniatoribus obnoxius, neq; cõuiuia cũ æqualibus celebrare, nec aliquẽ ſermonis & quotidianæ cõſuetudinis ſociũ habere auſus eſt: ſed cũ magiſtratũ aliquẽ gereret, in curia ſemp ad noctẽ vſq; permanebat, atq; in Senatũ primus cùm veniret, omniũ poſtremus digrediebatur. Cùm verò nullo munere publico fungeretur, difficillimus ad eius colloquiũ patebat aditus. q̃ ſe domi clauſum plerunq; contineret: amici verò pro foribus adſtãtes & accedentibus obuiam procedentes, Niciæ veniam dari precabantur, q̃ publicis occupationibus impeditus, aures illis præbere non

13 poſſet. Erat inter eius familiares præcipuus Hieron quidã qui maximè illius gloriam & dignitatẽ augebat, plurimo tempore illius domi nutritus, vnaq; ſecum muſicæ & literarum diſciplinis inſtitutus. Hic ſe Dionyſij filium aſſerebat, qui Chalcus cognominatus eſt, & poemata nonnulla cõpoſuit, quorũ aliqua ad noſtram vſq; ætatem permanſerunt. Hic etiã coloniæ, quæ ab Athenienſibus in Italiã miſſa eſt, ductor conſtitutus, Thuriorũ ciuitatem ædificauit. Is igitur Hierõ obſcura vatum reſponſa Niciæ interpretari conſueuerat, atq; rumores in populo vulgauerat, Niciã laborioſè admodum atq; oneroſè, ob nimiam quam pro ciui

ta te

* Vide Suidã in Ἀφυγγιῶ.

tate geſtabat ſolicitudinem viuere: quippe qui in balneis etiam, atq; inter cœnandum, reip. aliquid profuturum cogitare nunquam deſiſteret, & priuata etiã negotia propter publicorum munerum adminiſtrationem negligeret, nec ſomnum etiam capere propter curarum poſſet anxietatẽ, & hoc imbecillo atque inualido corpore effectum, neq; amicis cõgredi, neq; vllam cum eis voluptatẽ capere poſſe, quorum etiam commoda atque vtilitates reip. cauſa contemnere cogeretur: non idem faciens quod plerique cõſueuerunt, qui amicos ex publico ditantes, quęſtui ſimul ac libidinio remp. habent. Hæc palàm dictitare, atq; in vulgus 14
iactare conſueuerat: & profectò Niciæ vita ferè talis erat, qualis ab illo prædicabatur. Itaq; frequenter illud Agamẽnonis habebat in ore: Pompa eſt, quæ per omnem nobis vitam imperat, cui autem ſeruimus, plebs. Cùm permulta in re, non recto iudicio fieri animaduerteret, populumq; non tam grauibus ac ſapientibus viris, præ his qui plurimùm didendi audacia præſtarent, fauere, excellentem verò gloriam aut prudentiam inuiſam populo atque ſuſpectam eſſe conſpiceret, quod Periclis damnatio, ac relegatio Damonis, & erga Antiphontem Rhamnuſiũ ſummæ diffidentia teſtabatur: quæcunque ad eum laboris aut periculi nimiùm habitura imperia deferebantur, repudiabat. Maximè in hanc ſententiam Lachitæ exemplo confirmabatur, à quo Lesbus capta eſt: qui cùm è bello rediens geſtarum à ſe rerum rationem in ſenatu reddidiſſet, educto gladio ſeipſum interemit, vt inimicorum calumnias euitaret. Cùm 15
verò neceſsitate compulſus adminiſtranda quædam ſuſciperet, exercitus ſaluti atque incolumitati in primis conſulebat, ac ſi quid præclarum gerere contigiſſet, eius gratiam non virtuti ac prudentiæ ſuæ, ſed fortunæ magis aut deorũ benignitati acceptam referens, gloriam ſuam quammini mè poterat inuidiæ obnoxiam facere conabatur. In quo præclarè ſibi conſuluiſſe aliorum caſus docuerunt. Cùm enim multa reip. aduerſa ſub vnum ferè tempus contigiſſent, multæq; in ea perturbationes extitiſſent, ipſe omniũ expers atque immunis euaſit, quod facilè per ſingula eius temporis geſta recenſentibus apparet. Nam clades quam à Chalcidentibus in Thracia Athenienſes accepere, ſub Calliade & Cherophonte imperatoribus contigit. Ab Aetolis

verò accepta calamitas est, cùm dux exercitus Demosthe-
16 nes esset. At cùm in Delo mille hominũ Athenienſiũ ce-
cidiſſet, Hippocratem fuiſſe imperatorem nõ ambigitur.
Inductæ verò intrà ciuitatem poſtilentiæ, in Periclem cau
ſa refertur: qui belli effugiendi gratia, multitudinẽ omnẽ
ex agris in vrbem conuocaret: quapropter illi & locorum
inſolentia, & vrbani victus deſuetudine tabefacti, peſtem
ſubitò in ciuitatem cõcitarunt. Horũ igitur, vt antea dixi,
malorum omnium ne minima quidem ſuſpicio Niciã at-
tigit, itaque ſemper in ciuitate permanſit incolumis. At ve
rò militiæ geſta præclarè multa ab eo ſunt. Nam imper-
ator contra Lacedæmones creatus, Citheram inſulam cepit
Laconicæ regioni adiacentem, & tunc à Lacedæmonum
colonis inhabitatã. Plurimas etiam in Thracia, quæ ab A-
17 thenienſibus defecerãt, ciuitates recuperauit. Cumq; Me-
garenſes intrà mœnia compulſos clauſiſſet, primò quidem
Minoam inſulã cepit, nec multò pòſt illinc diſcedẽs Niſæa
potitus eſt. Inde in Corinthium agrũ progreſſus, ingenti
prælio illos ſuperauit, multiſq; virorum millibus interfe-
ctis, Lycophronem etiam imperatorem occidit. Cumque
illinc diſcedens, & iam aliquantum itineris progreſſus ami
corũ duo cadauera inſepulta reliquiſſe meminiſſet, agmen
vniuerſum ſiſtere iuſsit, atque ad hoſtes præconẽ miſit, qui
mortuorum cadauera ad ſepulturam repeteret. Neque illã
ſeu legem, ſeu cõſuetudinem veritus eſt, qua communiter
ab omnibus iudicatur, illos hoſtibus victoriam tacito con
ſenſu tribuere, qui corpora ad ſepulturam repetere cogun-
tur: itaq; trophæi ſtatuendi, quibus id euenerit, imperatori
bus facultas adimitur. Qui enim vicerint, potentiores eſſe
iudicantur: itaque eos precario quicquam ab inferioribus
18 petere, abſurdum videtur. Attamen Nicias victoriæ opi-
nionẽ & glorię negligere maluit, quã ſuorũ ciuiũ corpora
inhumata relinquere. Pòſt hæc aduerſus Lacedæmonios
profectus, eorum maritimam regionem populatus eſt, ſu-
peratiſq; copiis, quæ ſibi obuiam venerant, Thyream occu
pauit, quam per id tẽpus Aeginenſes tenebant. atq; omnes
captiuos Athenas viuos perduxit. Cùm omnis Peloponne
ſus conſpiratione facta, terra mariq; Athenienſibus bel-
lum propterea intuliſſet, quòd Demoſthenes locum, quem
illi Pylon appellant, muro fabricato clauſiſſet, ingenti præ
lio

lio commiſſo, quadringenti ferme Spartiatæ milites in in
ſulam, quæ Sphacteria dicitur, confugerunt. Hos capere ve
hementer optabant Athenienſes, verùm ardua ſanè ac per-
difficilis obſidio futura videbatur, cùm propter locorum
aſperitatem & aquarum penuriam, tum quòd maximam
atq; ad res regendas aptiſsimam æſtatis partem in his locis
conſumendã fore videbãt: hyeme verò locorũ præſidio tu-
tos ternebant hoſtes futuros, cùm nulla ex parte facilis ad
eos aditus pateret. Hæc igitur Athenienſiũ animos diſtra 19
hebant, & ſeſe grauiter accuſabant, qp miſſos à Lacedæmo- Thucy. lib.
niis de pace legatos repuliſſent, cuius rei Cleon in rep. ad- 4.
miniſtrãda Niciæ aduerſarius, fuerat author. Is enim cùm
Lacedæmoniorũ opibus fauere Niciã, & eorũ quoq; amici
tiã affectare cõſpexiſſet, populo perſuaſit, vt pacis cõditio-
nes repudiarent. Sic igitur circa Sphacteriã iampridẽ cœ-
pta obſidio in longũ duratura videbatur, multaq; toleratu
grauiſsima obſidentem exercitũ perpeti, cõtinuò nuntia-
batur, magnaq; in Cleonem ea de cauſa ſuſcitabatur indi-
gnatio, quã ille omnẽ in Niciam retorquebat, aſſerens il-
lũ timiditate atq; mollitie implicitũ, vt obſeſſi tales viri ẽ
manibus dilabantur effecturũ: qp ſi ſibi imperatorem fieri
cõtigiſſet, nõ tandiu tergiuerſandi ſpatiũ illos habituros 20
fuiſſe. His vocibus Athenienſium aliquot permoti, Quin
tu igitur, aiebant, etiam nũc ad rem conficiendam profici-
ſceris? Ipſe etiam Nicias aſſurgens, Atqui tibi licet, inquit,
me annuente expeditionẽ hãc ſuſcipere, & ſimul quotcũq;
velis copias aſſumere, nec ſemper verbis duntaxat audacẽ
te præſtare, nullum reip. cauſa periculũ ſubire volentẽ. His
dictis grauiter permotus Cleon, primò quidẽ pudore detẽ
tus hoc à ſe munus repellere conatus eſt. Inde cohortanti-
bus vehementer Athenienſibus, grauius increpãte Nicia,
ambitionis etiã ſtimulis agitatus, militiam ſuſcepit, ac ſi-
mul temporis ſpatium præfiniuit, iuratus intrà vigeſimũ
ex quo nauigare cœpiſſet diem, aut omnes illos ad quos
oppugnandos pergebat ſe interfecturum, aut viuos & ca-
ptiuos Athenas ducturum eſſe. Magno igitur ab omni- 21
bus riſu iuramentum eiuſmodi exceptum eſt, quòd illum
nemo præſtare id poſſe cõſideret, ac inſuper eius leuitatẽ
furoremq; admirarentur, quem & aliàs non ſine maxima

iucun

iucunditate ludibrio habere consueuerant. Fertur enim cùm aliquando cõcionem habiturus populum conuocasset illiq; frequẽtes coiissent, ac permultum temporis spatium sedentes expectassent, illũ tandem coronatum aduenisse, atque vt in posterum die concionẽ differrent, hortatũ esse: ne quis enim otiũ sibi illa die ad id peragendũ suppetere, quòd hospites conuiuio accepturus, sacráq; diis immortalibus facturus esset. Ita Athenienses risu excitato, nihilq; ea de causa turbatos, soluta cõcione abiisse. Is igitur (vt ante ea dixi)
22 imperator ad eius insulę oppugnationem creatus, prospera fortuna vsus est. Nanque Demosthenis succedens intra præfinitum à se temporis spatium omnes qui pugnę superfuere Spartiatas, armis ademptis, captiuos Athenas duxit. Quæ res magnam Niciæ ignominiam attulit: siquidem non abiectione clypei, sed longè deteriori timiditatis argumento, imperandi curam se neglexisse patefecit: nec veritus est homini in administranda repub. aduersanti, tam præclari facinoris patrandi occasionem præstare, vltróque tantæ rei præficere imperatorem. Igitur non iniuria ab Aristophane in comœdia, quæ Auis inscribitur, hoc pacto notatur. Nam hercle, res, vt ne stertemus postulat, nec amplius cunctemur more Niciæ. Idem in Rusticis, vbi agricultorem
23 quendam talia dicentem facit: Ego quidem colendis agris intendere cupio. At quis te prohibet? Vos. Sed mille drachmas daturũ me polliceor, si à gerẽdis magistratibus efficiatis immunẽ. Nos verò ac libenter quod polliceris accipimus. Duo millia etenim erũt drachmarũ, his quas Nicias etiam pro immunitate dedit connumeratis. Nec parum sanè ciuitati ea res attulit detrimenti: quandoquidem gloria & potentia Cleonem eousque auxit, vt fastu & audacia in
Vide in vita Gracchi tolerabilis factus, & Niciæ fidentius aduersari, & in ciuitate res haudquaquam probandas tentare sit ausus. Orandi verò grauitatem omnẽ atq; ornatum subuertit, cùm primus inter orandũ vociferari, & vestem ab humeris reiicere, ac femur percutere, & per pulpitum inter dicendũ excurrere cœpit: ex quo summa in posterum licentia, &, qui omnia turbauit, decori contemptus, apud hos, qui rempub. administrabant, insequutus est. Etiam Alcibiadis nomẽ inter Athenienśiũ principes eminere cœperat, non malum illud quidẽ, sed quẽadmodum Aegipti regio, cùm sit feraciśima, medi

medicamenta profert saluberima, venena etiam perniciosissima fundens: ita Alcibiadis ingeniũ, cũ egregiè in vtranque partem excellerer, magnarũ in repub. nouationum occasionem præstaturũ videbatur. Quæ res Niciæ plurimùm attulit impedimenti, Cleonis etiam inimicitiis implicito, quò minus perfectam ciuitati quietẽ & tranquillitatem tribuere posset. Cùm enim laudabiliter id agere aggressus esset, repentè Alcibiadis fastu atque ambitione ad bellum exire coactus est. Qua de re latius dicere aggrediar, altius aliquantum principio repetito. Qui pacem Græciæ non ęquo animo tolerabant, duo præcipuè Cleon & Brasidas erant, quorum alterius vitia bellum occultabat, idémque alterius
25 virtutes reddebat illustriores. Atq; huic latrocinia & scelera plurima, illi verò egregia quædam facinora perpetrandi occasionem bellum præbebat. Hi cùm apud Amphipolim pugnantes ambo cecidissent, Nicias egregiam ad res gerendas occasionem sortitus, Spartiatas iandudũ pacis auidissimos, Athenienśibus cõiungere aggressus est. Cúmque Athenienses proximà clade debilitati nõ amplius belli fortunã tentare auderent, & vtriq; iam fessi fatigatiq; manus præberent, studiosè Nicias efficere conabatur, vt ambo in amicitiam pacẽq; coeuntes, non modò sibiipsi, sed vniuersæ Græciæ aliquando malorũ finem imponerent, pacemq; etiam posteris seculis duraturam firmarent. Atque ad hoc statim seniores ac locupletes omnes, vniuersam præterea agricolarũ turbam paratissimam habuit: reliquos verò, si qui duriores inueniebantur, priuatim Nicias admonens, ac reipub. conditiones & statum edocens, tardiores ad belli cupiditatem efficiebat. Iámq; Athenienśiũ animos ad pa
26 cẽ propensiores intuitus, Spartiatas, vt optimè de pace sperẽt, iugiter hortabatur: nec illi verbis eius ac pollicitationibus diffidebant, cùm ob præclarisimas, quæ in eo viro virtutes eminebant, tum quòd eos, qui in Pylo capti fuerãt, summo studio & humanitate iam inde ab initio cõplexus, captiuitatis infortunium sua cura & diligentia toleratu facilius illis reddiderat. Igitur inducias ãnuas primò inter se pepigere, quo tẽpore cõuiuia & porationes inuicẽ permisti celebrãtes, quietis & otij indies cupidiores fiebãt. Acta-lia quidẽ carmina passim decantari audiebantur: Iaceas vtinam hasta mea quãdiutisśimè, atq; arancarũ telis operiare.

Tum

Tum illud in ore frequenter habebant: Eos quiin pace som
27 nũ capiunt, non tubarum strepitus, sed gallorum excitat cantus. At talia quædam dicentes, summo plausu & hilaritate ab omnibus excipiebantur. Contrà verò, si quos talia dicentes audissent, ter nouem annis bellum hoc duraturum esse oraculis prædictum, grauiter obiurgabant. Itaque taci tò inter se consensu, pacem firmasse videbantur, iamque finem malis impositum esse prædicabant, & magnum apud omnes Niciæ nomẽ habebatur, quòd vir esset diis amicissimus, nec sine deorũ numineà re omniũ præclarissima, victoria scilicet, propter insignẽ religionẽ ac pietatẽ, sortitus nomẽ putabatur. Nam Græce νίκη victoria nuncupatur. Atque omniũ idem cõsensus erat, vt Nicię pacem, Periclis bellum proprium opus esse arbitrarentur: cùm hic minimis persæpe de causis in maxima bella & calamitates Græciã coniecisse visus sit: ille verò grauissimas etiam iniurias suos ciues obliuisci persuadens, amicitiam cum hostibus conciliauerit. Propterea tũc suo opere ac labore perfectam pacem, ex
28 authoris nomine Niceam appellabant. Cùm iam igitur de pacis condtionibus inter vtrosque populos cõuenisset, atq; captiuos homines, agrósque & ciuitates inuicem captas vtrique reddendas statuissent, sorte discerni placuit, quinam priores in reddẽdo esse deberent. Tunc Nicias clanculum pecuniis exhibitis, eos qui ducendis sortibus præerant, corrupit. Itaq; priores reddere Lacedæmonij cõpulsi sunt, vt in suis historiis retulit Theophrastus. Interea Corinthij atque Bœotij non æquis animis, quæ ab Athenienſibus gesta erãt, ferentes, bellum excitare conabantur. Idcirco Nicias Lacedæmonios atq; Athenienses hortatus est, vt nuper ab eis in stitutæ paci, fœderis quoq; vinculũ & firmamentum super adderẽt, seseque firmiores aduersus hostiũ insultus redde-
29 rent. Vtrique igitur eius monitis & hortationibus obtemperantes, fœdus inter se iunxere. Hæc Alcibiadi nequaquã placebant, alioqui otij pacisq, inimico, & tunc vehementer Lacedæmoniis infenso, quos omni cultu ac beneuolentia Niciam cõplecti, se verò negligere atq; cõtemnere animaduertebat. Palàm igitur paci obsistere primò ausus, nihil profecit: inde cùm Athenienses Lacedæmoniis subiratos animaduertisset, & se graui iniuria affectos querentes, quòd soli cùm Bœotiis fœdus iniissent, tum etiã quòd Panelũ atq;

Amphi'

Amphipolim vrbes ex pacis conditionib. debitas nõ reddidissent, præclaram nactus occasionem, causasquãmaximè poterat exaggerare nitebatur, & grauissimis verbis in Lacedæmonios populũ irritabat. Tandẽ legatos Argiuorũ ac cersens, vt fœdus cũ Athenienſibus facerẽt, persuasit. Quæ cùm Lacedæmoniis cõperta essent, legatos cum summa omniũ potestate Athenas miserunt, qui statim senatũ adeuntes, omnia se, quæ illis placuissent, facturos polliciti sunt. Veri- 30
tus igitur Alcibiades, ne populi fauorẽ pollicitationib. eiusmodi sibi conciliarent, legatos arte quadã huiusmodi fefellit. Cuncta enim quæcunq; poscerent, sese facturũ spopondit, si modò iureiurando præstito polliceantur, nunquã ad populũ palàm facturos, se cum libera potestate missos venisse: sic enim impetraturos esse quod postulassent. Inde persuasos his verbis legatos in concionẽ deduxit. Atq; vt primũ in totius populi conspectũ venere, maxima voce, vt ab omnib. audiretur, interrogauit, an omniũ quæ agi oporteret, liberã potestatẽ habentes venissent. Id illi cùm apertissimè negassent, ad senatũ conuersus Alcibiades, eiusq; fidem obtestatus, hortabatur legatos à se quãprimũ dimitterent, 31
neq; eorũ verbis posthac fidẽ aut auditũ præberent, quos tã apertè mẽtitos audierint, sibiq; ipsis contraria dictitantes: nam antea liberã se potestatẽ habere vulgauerant. Perculsis autẽ stupore atq; admiratione legatis, cùm eos Nicias excusare minimè posset, sed ipse quoq; mœrore perstaret attonitus, populus quamprimũ aduocandos Argiuos, & fœdus cum eis firmandum censebat: idq; summo consensu decreturi subitò fuerant, nisi ea de re consultantibus ingẽs superuenisset terræmotus, qui quasi auxilio Niciæ à diis missus, concionem diremit. Postridie cùm populus frequensin
concionẽ venisset, summa contentione Nicias vix efficere 32
potuit, vt ab eo quod de conuocandis Argiuis prædicabant, desisterẽt, sibiq; interim proficiscẽdi Lacedæmonẽ facerẽt potestatẽ, cùm se omnia quæ opus esset, curaturũ pollicere-
tur. Veniẽs igitur Lacedæmonẽ Nicias honorificè admodũ ac perbenignè susceptus est, quòd eũ virũ alioqui optimũ, tũ suis partib. præcipuè fauentẽ accepisset. Attamẽ cũ hi qui Bœotiorũ partib. magis inhærebãt, in reipub. administratio ne prævalerẽt, nihil eorũ quæ petebat cõsequutus, infecto negotio Athenas rediit, vbi sũma cũ ignominia & maledi-

ctis plurimis acceptus est. Ipse verò Athenienſium iracun
diam & dolorē formidabat, quòd ſuis præcipuè cohortatio
nibus impulſi, viros qui apud Pylum capti fuerāt, Lacedæ-
moniis reddidiſſent, quos Lacedæmoniorū omnium nobi-
litate, opibus, affinitate præſtantiſsimos fuiſſe conſtabat.
Nihil tamen grauius in ipſum Athenienſes cōſuluere, præ-
terquam quòd Mantineos & Ethenſes Lacedęmoniorū re-
belles vnà cum Argiuis in fœdus aſciuerunt, ac Pylum præ
datores miſerunt, qui Laconicā circà regionem vaſtarent,
ex quo bellum ſubitò inſequutum eſt. Cùm cœpta inter Al
cibiadē Niciamque ſeditio validior indies fieret, Oſtraciſ
33 mi faciendi dies appropinquabat. Hoc tanquam purgandæ
ciuitati medicamento, ad conſtitutum tempus vti populus
Oſtraciſmus quid conſueuerat, atq; illum qui ſupra reliquos ciues, vel gloria,
vel diuitiis, vel potentia excelleret, ita vt ſuſpectus in ciui
tate haberetur, in decēnium extra ciuitatem relegabat. Ma
gnus igitur vtrunque timor inuaſerat, quaſi haud dubiè in
eorū alterum Oſtraciſmi ſors caſura eſſet. Nanque Alcibia
dis vitam faſti diebant omnes, atq; horrebāt audaciā, vt pla
nius in his, quę de ſuis moribus tractāt, perſcripſimus. Niciā
verò, cùm diuitiarum magnitudo ſuſpectum faciebat, tum
eius in omni vita quæſita ſolitudo, & morū inſolentia, nihil
humanitatis ac comitatis habens, ab animis populi redde-
bat alienum. Cúmq; ſæpius vulgi cupiditatib, aduerſatus,
quāuis inuitos ſalutaria quædam facere compulliſſet, gra-
34 uior tamen & aſperior toleratu videbatur. Atque (vt omnia
paucis complectar) iunioribus erat, & belli cupidis contra
pacis amatores & ſeniores omne certamen, cùm vtrique
aduerſus eum quem oderant Oſtracum vertere conarentur.
Verùm illud per id temporis euenit, quòd vulgari etiā pro-
uerbio dici ſolet, vtin ſeditione diſcordiáq; ciuili, plerun-
que ſordidiſsimis etiā viris honoribus potiri cōtingat. Po-
pulus enimomnis bifariam diuiſus, ad publicos honores
honores aditum ſceleſtiſsimis atq; impudentiſsimis viris
patefecit, inter quos pręcipuus Hyperbolus erat, vir non ex
potentia ſortitus audaciā, ſed ob impudentiſsimā audaciā
factus potens, quióq; propter eam quam in repub. gloriam
nactus eſt. ciuitatē vniuerſam ignominia affecit. Hic igitur
per id tēporis ab omni ſe procul Oſtraci ſuſpicione abeſſe
putans, quippe qui grauiſsimo quoq; ſupplicij atq; ignomi
niæ

niæ genere dignior eſſet, ſperabat cùm illorum alter è ciui
tate pulſus foret, ei qui reliquus ſuperfuiſſet, aduerſarium
ſeſe & factionis principē conſtituere: ſumma enim volu-
ptate ſeditionē fouebat, atq; aduerſus vtrunque tacitè po-
pulū concitabat. Igitur Niciæ atque Alcibiadis familia- 35
res huius hominis peruerſitatem conſpicati, & per clande-
ſtina colloquia multa ſuper hac re communicantes, finem
ſeditionibus imponere ſtatuerunt. Itaq; cōmuni conſenſu
effecere, vt illorum neuter, ſed qui medius inter vtroſque
ſurrexerat Hyperbolus vrbe pelleretur. Ea res primò volu-
ptatem riſúmq; populo præbuit, quem tamen haud ita mul
tò pòſt in indignationem conuertit, quòd eius ſupplicij di-
gnitatem imminuiſſe videretur, in virum ſordidiſsimū abu
tens. Ineſſe enim huic ſupplicio authoritatis aliquid arbi-
trabantur, & Thucydidi quidem, aut Ariſtidi, atq; horū ſi-
milibus Oſtraciſmum pro ſupplicio rectiſsimè dari: tā ſor-
dido autem támque ſceleſto homini, honoris potius & arro
gātiæ aliquid afferre, ſi nō flagitiis ac ſceleribus ſuis meri-
tas pœnas patiatur, ſed ea tantū veluti caſtigatione notetur,
qua optimi etiam viri interdū affici conſueuerūt. Et hoc 36
Plato comicus alicubi de illo ſic dixit: Quidnam hic ope-
ratus eſt, vt viris primatibus digna pateretur, ſe autē ac fla-
gitiis ſuis indigna? neque enim virorū talium cauſa Oſtra-
ciſmus inuentus eſt. Atque in hoc viro finis per Oſtraciſ-
mū puniēdi quenquā factus eſt. Nemo eſt enim poſt ipſum *Oſtraciſmi finis.*
tali pœna damnatus, cū Hipparchus Colargeus tyranni co
gnatus primus hoc ſupplicij genere damnatus fuiſſet. Atq;
fortunæ ludum iudicatu ſanè difficillimum hac in re ani-
maduertere meritò quis poteſt. Si enim cū Alcibiade con-
certās Nicias, Oſtraciſmi ſubiiſſet periculum, aut aduerſa-
rio ſuperato, magna cum laude & gloria domi futurus erat,
aut antequam in aduerſos imminentis fortunæ caſus incide
ret, optimi imperatoris exiſtimatione retenta, ex vrbe di-
ceſſiſſet. Neque verò me latet aliter Theophraſtum his de
rebus ſcripſiſſe, & non Nicia, ſed Phæace aduerſus Alcibia-
dē certante, Hyperbolum relegatum fuiſſe. Verùm pluri- 37
mi hiſtoricorum, atque iidē probatiſsimi, ſic vt à nobis ex
poſitū eſt tradidere. Cùm Aegeſtenſiū & Leontinorū lega-
ti Athenas veniſſēt, hortātes, vt exercitus in Siciliā ad eius
dominiū capeſſendū mitteretur, cōtrà nitēs ſumma cōten-

tione Nicias ab Alcibiade superatus est. Ille enim cũ populus vocaretur, omniũ animos ingenti spe cõpleuerat, & qua si labe quadã & cõtagione infecerat ad bellũ capessendũ, vt iã in palæstris & circulis cõsidẽtes seniores, nihil aliud quã Siciliæ formã atq; sitũ, & circũstantis maris naturã, portus præterea, & locorũ quę ad Lybiã vergũt dispositionẽ in ore haberẽt: neq; enim tã victoriæ præmiũ Siciliam futurã existimabãt, quã ad vlteriora procedẽdi facultatẽ præstaturã esse, daturámq; aditũ, vnde Carthaginiẽsibus bellum cõmodius inferre possent: quibus superatis, totius maris, quod intra columnas Herculeas cõtinetur, facilè se potituros spe
38 rabãt. Cũ igitur ad bellũ suscipiẽdum omniũ animi propẽsi essent, Nicias eorum studiis aduersari conatus paucos admodũ atq; inualidos sentẽtiæ suæ fautores inuenit. Qui enim diuitiis & opibus poterãt, quanquã pacẽ & otium affectarent, palàm tamen id profiteri non audebant, popularis infamiæ rumorem verentes, ne priuati commodi rationẽ publicæ gloriæ anteferre, magísq; impensæ vitãdæ causa, quàm pro reipub. vtilitate talia consulere viderẽtur. Nicias verò quanuis omnium auxilio destitutus, nunquã è sententia dimoueri potuit: sed cùm iam bellum Atheniẽses decreuissent, seq; cum Lamacho & Alcibiade eius belli duces declarassent, rursus aduocata concione assurgens, maximáq; voce populũ obtestatus, bellũ dissuadere conatus est. Postremò grauioribus verbis Alcibiadis auaritiã & ambitionem accusauit, quòd priuati honoris & lucri cupiditate impulsus, tam difficili támq; arduo bello ciuitatẽ implica-
39 re nõ dubitaret. Traditur omnes ferme sacerdotes publicos, atq; aruspices huic expeditioni aduersatos esse, & dira omnia portendi nuntiasse. Verùm Alcibiades cùm domi priuatos haberet vates, ex vetustissimis illos aiebat monumentis comperisse, magnã Athenienſibus gloriã è Siciliæ rebus portendi. Quidam etiã ab Hammonis oraculo venientes responsum acceptũ ferebãt, haud ita multò pòst fore, vt Syracusani omnes in Atheniensiũ potestatem deuenirent. Qui verò aduersa prodigia cõperisẽt metu perterriti proferre illa non audebant. Attamen quæ palàm in omnium oculis obuersabantur, occultari aut dissimulari minimè poterant: qualis Mercurij signorum deuastatio fuit, quæ omnia vna atque eadem nocte membris pluribus mutilata

Portenta quæ expeditionẽ Atheniensiũ in Sicilia præcesserunt.

tilata fuisse constat, præter vnum, quod Andocidis appellabatur, monumentum quidem Aegeidos tribus, verum quia iuxta Andocidis domum positum esset, eiusmodi nomen sortitum est. Accedebat quòd apud duodecim deo- 40
rum templum vir quidam repentè in medium altare prosiliens, cùm illud semel circunlustrasset, saxo sibimet pudibunda execuit. In Delphis autem Palladis aureum simulachrum æneæ palmæ superpositum stabat, quod Atheniensis pro re bene ac feliciter aduersus Medos gesta constituerant. Hoc diebus plurimis corui rostro, vnguibusque petentes quodammodo lacerare conabantur, ac palmæ fructus qui ex auro fabricati erant, partim vorantes absumpse re, partim vi conuulsos deiecerunt. Verùm hæc à Delphicis hominibus Syracusanorum gratia impulsis, Athenienses simulata fuisse criminabantur. Cùmque eos oraculum iussisset sacerdotem Palladis, qui Clazomenis erat, ducere, cui nomen erat Hesychias, quod Latinè quies interpretatur, illi confestim Clazomenis sacerdotem accersserunt, non satis, vt videtur dei percepta sententia, iubentis ciuitatem præsentium rerum statu contentam, quietem agere.
Melõ igitur quidam astrologię peritissimus, ac per id tẽpo- 41
ris in magistratu cõstitutus, siue artis suę peritia, siue eorũ, quæ suprà retuli, portentorum signis admonitus, siue humana prudentia fretus, vt militiæ vacationem impetraret, furere se simulauit, ac propriam domum incendit. Qui dam verò furorem simulasse negant, sed cùm domum consultò incendisset, tum prodiisse in cõcionem, multáque de domus iactura cõquestum petiisse, vt filio, cui propriis sumptibus instructa triremi, in Siciliam proficiscendum erat, militiam remitteret. Socrati etiam, qui sapiens per id temporis habebatur, dæmonium, cuius plurimùm familiaritate vtebatur atque colloquio, prædixisse ferunt, 42
expeditionem illam reipublicę perniciosam futuram, idque Socratem ad amicos detulisse, indeque ad plurimos eiusceemodi emanasse sermones. Illud præterea non mediocriter plerosque turbauit, quòd per eosdies, quibus è portu classis nauigauit, mulieres Athenienses fortè Adonia sacra celebrabant, atque idcirco multis in partibus ciuitatis cadauerum simulachra, & sepulchrorum imagines positæ erant, circa quæ plangentium mulierũ greges

Videsuprà in vita Alcibiadis. v. bi hic locus aliter est redditus.

Sententia verò superioris, &

& huius loci est, celebratum Adonia fuisse, in quibus ludus quispiam funebris repræsentabatur, atque eam rem pluribus visam inauspicatã, cùm tã tiexercitus discessus in Adoniæ id est, lugubre festum incidisset.

versabantur, Multos igitur hoc omine turbatos dixisse cõstat, vereri se ne tantarũ viriũ tã præclarisimus apparatus breui sordesceret, citóq; splẽdorem omnẽ & robur amitteret. Sed hæc hactenus. Nũc ad Niciã reuertamur: quẽ, quòd talibus cœptis obsistere sit ausus, neque inani spe tumefactus, neque imperãdi periculo deterritus fuerit, nec rursus potentiæ magnitudine insolẽs redditus, optimi ac moderati viri officio functũ eatenus fuisse cõstat. Sed postquam neq; populũ à belli studio auertere, neq; imperandi laborẽ effugere se posse conspiciebat, cùm de vtroq; summa cõtentione laborasset, sibique populus reluctanti & inuito magistratus gerendi onus impoluisset, non vltrà cunctari, aut remisse quippiã agere oportuit: verùm summo studio ac diligentia, quæ ad profectionẽ opus essent expedire, nec tanquam delicioſum puerum, relicta post se littora è naui prospicientẽ, collachrymare, multáq;, quòd suis monitis non paruissent Athenienses, continuò deplorantem, collegarum simul ac militum animos reddere lãguidiores. Non medio criter præterea & suæ gloriæ, & ciuitatis interfuisset, si quãprimùm Siciliam attigerat, omnẽ belli impetum in hostes effundens, fortunam ipsam bene agendo superare tentasset: quod secus omnino ab eo gestũ est. Cùm enim Lamachus, recto cursu petere Syracusas, & quamproximè ciuitati bellum admouere suaderet, Alcibiades verò solicitatis primò finitimis vrbibus, & ad deditionẽ quascunq; possent compulsis, tum demum Syracusas aggredi oportere censeret: Nicias ab vtroq; dissentiens, Siciliam nauibus lustrari censebat, ac postquam hostibus armorum ac triremium apparatum ostẽdissent, Athenas redire optimum putabat, cùm Aegestensibus quasi degustationẽ quandã suarum virium præbuissent. His ille consiliis passim vulgatis, vehementer animorum ardorem extinxit, & militum obtudit audaciam. Nec sanè multò pòst, cùm Athenienses Alcibiadem ad iudicium reuocassent, nomine quidẽ cum vno tantùm collega, re vera autem solus imperator relictus sedens ac circunnauigans, plurimùm etiam consultando tẽporis absumens, non antea destitit tergiuersari, quàm suorum animos desidia ac desperatione torpescere, hostium verò excitari audaciam, & quem ex primo aduentu conceperant, timorẽ deponere coegit. Neque enim mediocriter

perculsi fuerant Syracusani, cùm adhuc apud classem Alcibiade existente, sexaginta naues vrbem circũsistere conspexerunt, quas in ipsis portus faucibus in ordinem structas firmauerant: atque ex his decem portum explorandi causa intrarẽ iusserunt. His etiam mandatum, vt Syracusanis per præconem bellum indicerent, si diutius Leontinos domo prohiberent, nec in proprias sedes remeare paterentur. Ab his nauis vna Syracusarũ capta, quæ à templo Iouis Olympij, quod satis longo spatio Syracusis aberat, veniens tabulas ferebat, in quibus ciuium omnium Syracusanorum quicunque arma ferre possent, nomina inscripta erant. Has iampridem compositas & in Iouis templo recõditas tabulas ad se tunc Syracusani mitti iusserunt, vt eorum qui ad vrbis custodiam haberẽtur idonei, numerum exquirere, ac recensere possent. Igitur eiusmodi tabulæ ad Athenien- 46
sium imperatores delatæ, atque inter milites passim vulgatæ, maiorem in modum vatum, atque aruspicum mentes turbauere, quòd ex hoc iam oraculum fide perfinitum arbitrabantur, quod Athenienſibus prænuntiarat, fore vt ali quando Syracusanorum omnium Athenienses potirentur. Non tamen ad hoc intendisse videtur oraculũ, sed eius temporis habuisse rationem, quo Athenienſis Callippus Dionem interfecto, Syracusarũ imperiũ occupauit. Interea cùm Alcibiades (vt antea retuli) ab Atheniẽsibus reuocatus ab exercitu discessisset, summã rerũ omniũ potestatẽ penes Niciam remansisse constabat. Lamachus enim etsi aliquantò iustitia atq; animi fortitudine præstaret, in bello tamẽ suprà etiam, quàm satis, cautus, nec se fortunæ casibus facilè credẽs habebatur: paupertate verò eousq; insignis, vt quoties illum Athenienſis populus imperatorẽ crearet, aliquãtulùm pecuniæ ad palliũ & crepidas comparandas decerni opus esset. Nicias autẽ, cùm propter diuitiarũ magnitudinẽ, tum 47
ob egregiam rerum à se gestarum gloriam, maximæ apud exercitum authoritatis habebatur. *Sophocles igitur, cùm *Σοφοκλῆς ὁ ποιητής.
in exercitu quippiã in cõmune à ducibus, quorum ipse natu maximus erat, cõsultaretur, & à Nicia primus sententiã dicere iussus esset, respondisse fertur: Maximus ego quidẽ natu sum, sed tu honoratisimus. Tunc igitur Lamachũ non imperij socium, sed veluti eius imperio subditũ nactus, segniter cunctantérq; bellũ protrahẽs, & quàm procul ab ho-

stibus Siciliam nauibus circunuectus, illorum animos auxit & audaciam. Inde ad Hyblem paruum sanè oppidum exercitu admoto, armis illud expugnare non valuit, sed vocatos ad colloquium oppidanos, vt sese dederent exhortando perfecit: ex quo non minus apud suos milites, quàm a-
48 pud hostes contẽptui habitus est. Post hæc exercitũ Catinam ducens, cùm sese sponte dedissent, nihil memoratu dignum gessit, nisi quòd Hyccarẽsem agrum, à barbaris tum possessum populatus est. Vnde & Laidem famosissimã postea meretricem, tunc verò paruulam admodum puellam inter alios captiuos abductam, & in Peloponnesum deuectam fuisse tradũt. Cùm iam maior æstatis pars transiisset, & fama indies increbresceret Syracusanos animis & viribus auctos contra Athenienses vltro venturos esse, iámque castris obequitantes hostium milites sciscitarentur vtrum apud Catinenses mansuri, an domum reducturi Leontinos in Siciliam venissent, vix tandem compelli Nicias potuit, vt Syracusis elassem admoueret. Itaque vt aduenientes castra metari sine hostili impedimento posset, & illorum vires (si qua daretur occasio) perfringeret, virum quendam transfugæ specie Catina misit, qui Syracusanos moneret, si hostium castra defensoribus vacua inuadere, atq; omnibus eorum armis & impedimentis potiri vellent, constituta die
49 Catinã properarent. Fore enim, vt cùm plurimùm Athenienses in vrbe versentur, Syracusanorum amici eorum aduentu cognito, portas vrbis clausas occupent, & naualibus ignẽ iniiciant: ita ancipiti periculo distractos Athenienses neutram in partẽ sufficienter laturos auxilium, atq; ad hoc peragendum multos comparasse, nec aliud quicquã præter eorum aduẽtũ expectari. Hoc omniũ, quæ in Sicilia Nicias
Frontinus adscribit Alcibiadi. gesserit præclarissimum extitit facinus. Nam cùm Syracusanos omnibus copiis Catinam petentes, & vrbem defensoribus vacuam accepisset classe Syracusas proficisci, & portum obsidere iussa, ipse terrestri itinere Syracusas ducens, omnẽ circa regionem occupauit nullóque aduersante, ponendis castris eum locum delegit, qui ab hostili insultu tutissimus esset, atq; vnde facillima in hostes esset eruptio fu
50 tura. His peractis cùm iã Syracusani domũ instructis ordinibus remearent, ipse quoq; copias in aciẽ eduxit, ac pugna ingẽti pro ciuitate cõmissa, victoriã haud dubiè reportauit:

tauit: paucos tamen ex hostibus interfecit. Equites enim se victoribus obiicientes, insectationẽ prohibuere. Post hęc cùm flumini superimpositos põtes rescindi Nicias iussisset, Hermocrates in Syracusanorũ concione de præsentium rerũ statu disserẽs, non diffidere suis rebus Syracusanos hortabatur, perridiculũ esse dicẽs, si in castris tunc existens Nicias, pontibus deiectis pugnãdi videatur occasionẽ effugere velle, cùm Athenis vsq; Syracusas pugnandi tantùm causa nauigarit. Atq; permagnum sanè aduersi prælij casus terrorem Syracusanis incusserat. Ideóq; cùm antea quindecim viros bello administrãdo præfecissent, tres insuper adiiciẽdos censuerũt, eísq; liberã omnium potestatem populus tribuit, cùm eos prius iureiurando adegisset, se quamprimùm belli finis adesset, magistratum deposituros. Dũ hæc Sy-
51 racusis agebantur, Athenienses milites Iouis Olympij phanum maximis opibus (vt fama ferebatur) insigne, summa cõtentione diripere affectabant. Id Nicias alias ex aliis causas nectens, quoad posset in longũ protrahere, ac prohibere nitebatur, maximè veritus, ne cùm aurũ atq; argentum, quod illic esse plurimum ferebatur, milites diripuissent, minimum quod in publicã redigeretur vtilitatem, omnis verò perpetrati sceleris ad se redundaret infamia: quod ab eo rectissimè prouisum esse dubitare nemo potest. Post hęc victoria quam præclarissimam habuerat vti nescius, non multos dies circa Syracusas moratus in Naxum ad hybernandum concessit, maximos reipub. sumptus, vtilitatem verò perexiguam afferens. Aliud enim nihil effecerat omnino, quàm quòd deficientes ad se ciuitates aliquot in fidem
52 susceperat. Igitur elati animis Syracusani, omnem quæ Catinæ adiacet, regionem populati, castra etiam Athenienſium, quæ non procul ab vrbe posita erant, incendêre. Horum malorum culpam omnes in Niciam referebant, qui periculorum rationibus subducendis occupatus, cùm etiam minima quæque caueret, rerum gerendarum gubernatricem temporis occasionem præterfluere finebat. Nam ipso rei peragẽ dæ cursu nemo illũ iure potuit vnquã reprehendere. Fuit enim in agendo accuratus ac diligens, sed cui maximè deesset audacia. Igitur cùm ex hybernis Syracusis admouere statuisset, tãta celeritate naues deduxit atq; compleuit, vt cùm epistolas de discessu suo perscriptas

deprehẽdisset,famam ipsam aduentu suo superauerit. Itaq; auxiliares hostiũ copias improuisò aggressus in fugam vertit,ac trecentos ex eis milites cepit, & equitatum rebus omnibus egregiè instructum, ita vt penè insuperabilis videretur, perfregit,atque inutilem in posterum reddidit, parquè tempore Syracusas muro circunsepsit. Quę res præ
53 cipuè Syracusanorum animos debilitauit,suosverò milites alacritate atque audacia compleuit. Est enim Syracusarum vrbs Atheuis non ferè minor, ad claudendum verò lõgè difficilior,cùm propter camporum inæquabilitatem,tum propter adiacentium paludum frequẽtiam & maris propinquitatem. Nec verò ad extremam consummationem tam præclarum opus deduci potuit,sed paulum in medio spatij relictum est, cùm & alioqui Nicias ei rei non multùm imparti diligentiæ consueuisset, & tunc morbo quem phrenitin appellant correptus, imperatoris munus exequi nõ valeret, atq; opus imperfectum relinquere cogeretur. Admirari satis hoc loco non possum imperatoris diligentiam, & erga milites amorem præcipuum,& militum erga imperatorem obseruantiam in omni tempore præstitam, quo apud Syra-
54 cusas prospero euentu bellum gessere. Quorum splendore captus Euripides,postquam omnes victi superatíque cecidere,tale in ipsos edidit epigrãma: Hi viri de Syracusis octies victoriam reportarunt,donec vtriusque dij æqua sorte propitij fuere. At verò non octies tantùm, sed longè pluries ab Athenienſibus fuisse superatos Syracusios, si quis rectè consideret,iudicabit, antequam illis, vel fortunæ sæuior potestas,vel deorum numina aduersarentur. Cum Athenienses vehementius animis & audacia creuissent,Nicias quãuis aduersa valetudine oppressus,attamẽ quæcũque posset in exercitu munia obibat, atque omnibus rebus supra vires etiam præsto aderat: quòd si quando morbus ingraueſcens acrius torqueret,intra munitiones cum paucis admodum seruis ac
55 familiaribus se continebat. Lamachus autem exercitus curam gerens,assidua quidem,sed tamen leuia cum Syracusanis prælia faciebat, qui & ipsi murum alterum aliquanto spatio ab vrbis mœnibus distantem,& Athenienſium muro oppositum, studiosissimè extruebant, vnde Athenienſium opus impedirẽt,ac se prohiberẽt circunuallari. Cúmque superiores prælio Athenienses fugientes Syracusanos effusius prose-

prosequerẽtur,in integrum & tunc aduenientẽ equitatum incidere. Ducebat hunc prætor Callicrates, vir & animo & bellicæ virtutis gloria præstantissimus, qui cũ fortè agmen præcederet,Lamachum ad singulare certamen prouocauit. Igitur ei congressus, Lamachus grauissimo vulnere sau- *Lamachi*
cius, nihilo leuius hosti cùm inflixisset vulnus, mutuis vul- *et Callicra*
neribus ambo cecidere. Eius corpore & armis potiti Sy- 56
racusani,effuso cursu Atheniẽsium muros & castra petebãt, *tis mono-*
vbi Nicias penè solus absq; copiis & auxiliis infirmo etiam *machia.*
corpore versabatur. Hic vrgentis impetus necessitate excitatus, & imminẽtis periculi magnitudinem animaduertẽs, familiares ac seruos omnes qui secum aderant, iussit quicquid lignorum aute muros machinarum parandarum causa conuectum fuerat, atque ipsas etiam iam fabricatas machinas in aceruum coniectas incendere. Atque eo cõsilio irruẽtium Syracusanorum impetum cohibuit, sibíque ac muris,tum etiam rebus omnibus atque impedimẽtis Athenienſium salutem attulit. Nam cùm flammam excitatam conspexissent Syracusani,subitò retrouersi discessere. Interea Nicias solus relictus imperator,ingenti spe atq; animo gerendum bellum suscepit. Nam & vrbes multæ Syracusanorum ad eum defecerãt, & vndique nauigia ad exercitum venientia frumentum & omnifariam generis commeatus abundè suppeditabant. Prosperis enim rebus permulti reperiun- 57
tur fautores. Et iam Syracusani sese vlterius posse tutari diffidentes, quibus cõditionibus pacem à Nicia petituri essent consultabant. Dum hæc in Sicilia agerentur, Gylippus à Lacedæmoniis missus auxilio nauigabat,atque itinere circuallatam muris vrbem, & fusos prælio Syracusanos maximis vrgeri difficultatibus accepit. Itaque cùm vniuersæ Siciliæ iam potiri Athenienses arbitraretur, eo tamen cõsilio reliquum iter peragere constituit, vt saltem Italas vrbes Siciliæ finitimas ab Athenienſibus tutaretur, quanquam hoc ipsum perdifficile futurum existimaret. Magna enim apud omnes fama increbruerat, Atheniẽses omnium circà regionum imperio facilè potituros, quòd exercitum optimum haberent,& ducem cùm felicitate,tum rei militaris peritia & prudentia insuperabilem. At verò Nicias præsentium 59
rerum successibus supra mores supráque naturam factus audacior, nullam aduenientis Gylippi rationem ducebat. Au-

gebãt autem animos eius clandestina per occultos interpretes cum Syracusanis ciuibus habita colloquia, qui etiã frequentius in dies nuntios submittentes, certis conditionibus vrbem se dedituros pollicebantur. His igitur pollicitationibus fidens Nicias, neque munire custodiis aditus, neque Gylippo venienti præsidia opponere curauit: sed cùm illum penitus negligeret, & nullius momenti ducendum arbitraretur, Gylippus non sentientibus ferme hostibus, Siculum fretum præteruectus est, & quamprocul Syracusis copiis ex positis, quacunq; poterat ratione militesvndiq; cogere, exer
59 citum augere, summo studio laborabat. Horum omnium inscij Syracusani, quippe qui nihil eiusmodi expectarẽt, populum ad concionem vocauerant, vt de quibus conditionibus pax à Nicia esset petenda, referrẽt: ac primùm omnium legatos ad petendas inducias repente mittendos censebant, antequã penitus ab Athenien sibus circunuallarẽtur: parum enim perficiendo operi deerat, idq; breui ad exitum deduci posse videbatur, cùm iam omnis ad extruendũ materia præparata atque in vnũ coacta esset. Dum hæc Syracusis agerentur, Gongilus Corinthius à Gylippo missus, cũ vna tantùm triremi nauigans Syracusis appulit. Ad eum magna repentè frequentia concursum est: cúmque aduentus sui causam sciscitarentur, se à Gylippo missum aiebat, vt doceret eum breui cum maximis copiis affuturum auxilio. Id quanquam lætis animis omnes audissent, non tamen verbis eius fidei satis adhibuere, quoad nuntius alter superuenit à Gylippo mandata ferens, vt venienti sibi obuiam Syracusani procederẽt.

60 Eo nuntio cuncti alacriores animis facti, cõfestim arma sumpsere. Iámque instructum agmẽ, & ad pugnandũ (si fors tulisset) expeditum ducens Gylippus aderat. Aduenienti sese cum exercitu Nicias opposuit. Cúmq; instructæ vtrinq; starent acies. Gylippus in Athenien sium conspectum depositis armis progressus, per præconem edixit, abeundi licentiam sese Athenien sibus præstare, si relicta Sicilia atque omnib. inde præsidiis deductis, discedere velint. Quibus verbis ne respondere quidem Nicias dignatus est: milites verò illorum audaciam deridentes sciscitabãtur, in vniúsne iam attritæ chlamydis & Laconici baculi aduentu, spei tantùm ac fiduciæ Syracusani posuissent, vt repẽtè Athenienses contenerent, quos paulò antè meminisse possent longè validiores,

res, ac melius comatos è Lacedæmone viros trecentos captiuos & in vinculis habitos vltro Lacedæmoniis reddidisset.

Timæus etiam in suis historiis refert, non multi à Siculis 61
Gylippũ existimatum, postquam lucri cupiditatem, & sordes, summãq; in rebus minimis curiositatẽ aduerterũt: multáq; in vestẽ, quam sordidam & semilaceram gestabat, & comarum prolixitatẽ etiam iocatos. Idem deinde scribit, vt primùm conspectus est, homines plurimos, tanquam mino res aues noctuæ circunfusos, habitus nouitatẽ & cultus neglectũ spectasse. & promptissimè imperata fecisse: quæ mihi verisimilior sententia videtur esse, cùm in chlamyde vna & solo baculo ciuitatis Laconicæ speciem & dignitatẽ contemplarẽtur. Siquidem totius perfecti belli gloriã ei vni acceptam Syracusanos retulisse, non modò Thucydides, verùm & Philistus vir Syracusis oriũdus testatur, qui eius belli negotiis administrandis non otiosus spectator inter fuit,

Prima tamẽ pugna res Athenien siũ superior extitit, nam 62
& in fugã vertẽre Syracusanos, & ex eis aliquot, inter quos Gongilum Corinthiũ, interfecere. Postridie verò quantum in bello rei militaris peritia valeret, apertissimè Gylippus declarauit. Iisdem enim militibus, & eodem vsus equitatu, atque in eodem loco depugnãs, aciei tantũ ordine cõmutato, Athenienses ingẽti prælio superauit, & fugientes vsque ad castra insequutus est. Inde Syracusanos ad opus quoddam fa *Gylippi contra Athenienses victoria.*
ciendũ cõnuertit, & cæmẽto & lapidibus susceptis, quos ad murorum extructionẽ Athenienses cõparauerãt, crebra iux ta illũ qui ab ipsis Athenien sibus constructus murus fuerat, propugnacula excitauit, cõstructúmq; murũ pluribus in locis interrupit, atq; ita longo tempore multóq; labore exhausti Athenien sibus opus inutile reddidit, quod æquè victis atq; victoribus prodesse videretur. His successibus elati Syra 63
cusani, ne maritimis viribus inferiores essent classem parare constituerunt. Igitur passim dimissos equites, homines quoscunque sors obtulisset, capere atque ad naues ducere: eóque pacto virorum magnum satis numerum parauere. Interim hæc Gylippus terrestri itinere exercitũ ducẽs, Syracusanorum ciuitates obibat, atque vndique augendo exercitui supplementa contrahebat, omnibus prompto ac libenti animo propter eximias eius virtutes obtemperantibus. Hæc vbi Nicias animaduertit, cùm subitò tantã permutationem

rerum

rerum factam intueretur, per literas Atheniẽsium senatum monuit, vt vel exercitum alium in Siciliam mitterent, vel cum qui ibidem esset deduci iuberent: sibi verò vt militiæ vacationẽ præstarent, summis precibus rogabat. Atque iam pridem nouas in Siciliam mittere copias Athenienses decreuerant, sed bene felicitérque ex rebus gestis inuidia in Niciam excitata, quò minus mitterentur impedimẽto fuerat.

64 Tunc igitur auxilia properè submittenda omnes summo consensu arbitrabantur, atque ita Demosthenem quàm primùm transacta hyeme cum magna classe in Siciliam traiicere decreuerunt. Interim verò Eurymedontem in medio etiam hyemis proficisci iusserunt, qui exercitui pecunias deferret, & simul Niciam certiorem faceret, senatum Euthydemo & Menandro, qui tunc in exercitu erant, imperij iura cum Nicia adæquasse, vt æqua potestate omnes, quoad noua superuenirent auxilia, exercitui præessent. Interea Nicias terra marique summo studio bellum gerens, maritima pugna fuerat superatus, quãuis & hostiles aliquot naues perfregisset, nonnullas etiam demersisset laceratas. Terra verò cùm obsessò Plemmyrio opem ferre properasset, Gylippi celeritatem preuenire non potuit, qui improuisò aggressus oppidum ceperat, multáque simul nauium armamenta & pecunias ingentes, quas illic Athenienses quasi tutissimo in loco deposuerant, multósque in expugnatione viros interfecit, plures etiam viuos cepit. Maximũ verò Athenienſibus attulit detrimentum conuehendorum commeatuum sublata facultas. Nam tenentibus Plemmyrium Athenienſibus,

65 perfacilis erat atque tutissima commeatuum Athenis deuectio. Cõtrà autem cùm ab hostibus teneretur, maximas præbebat difficultates, cùm assiduè paratã classem, quæ venientes naues exciperet, Syracusani detinerent. Hęc omnia cùm vehementius Niciæ animum stimularent, tum illud grauissimè torquebat, quòd cùm se maritima potẽtia superiorem agnosceret, non æquo animo ferre poterat se ab hostibus in eo pugnæ genere fuisse superatũ: nec id sibi tam virtute hostium, quàm temeritate suorum cõtigisse animaduertebat, qui persequendi cupiditate incẽsi, derelictis ordinibus cuncta turbauerant. At verò hostium duces proxima victoria ferociores redditi, egregiè instructa classe, & ad pugnãdum

66 parata, singulis diebus in conspectu aderant. Verùm Nicias

cias non amplius in mari decertandum putabat, extremæ dementiæ esse dictitans, si cùm ornatissimam classem, quam Demosthenes ducturus esset, paulò pòst affuturam compertum habeant, tamen cum paucis neque satis firmis nauibus fortunæ sese dubiis casibus credere malint. Euthydemi verò ac Menandri, omniúmque qui horum partibus fauebant, longè alia mens atq; cupiditas erat. Nã cùm se nuper in imperio constitutos animaduerterent nimia flagrãtes ambitione, præclarũ aliquid ante Demosthenis aduẽtum edere cupiebãt, & tacita quædã superat aduersus Niciæ gloriam æmulatio, quã supergredi, vel æquare saltẽ nõ mediocriter affectabant. Huic tam immẽsæ cupiditati prætexebant ciuitatis gloriam proponebant, quam pollui, imò funditus euerti dictitabant, si quotidie adnauigantes Syracusanos & studiosè pugnam deposcentes formidarent. His ra 67 tionibus multitudinis animos concitantes, maritimo prælio dimicare statuerunt. Ab Aristone Corinthio gubernatore, qui læuo classis cornu præerat (vt inquit Thucydides) a Lib. 7. stu circũuenti, à Syracusanis superati fuere, plurimósque in ea pugna milites amiserunt. Hac de re Nicias maximo animi dolore torquebatur, quòd & antea cùm solus imperium administraret, non satis prospero euẽtu rem gessisset, & tũc collegarum errore & cupiditate coactus, non potuisset in sententia permanere. Interea Demosthenem cum classe iam supra portum delatum conspiciunt, quæ cùm esset apparatu rerum omnium magnificẽtissimè instructa, & amicis aspectum præbebat iucundissimum, & summum inimicis terrorem incutiebat. Nauibus enim tribus supra septuaginta armatorum militum quinque millia, iaculatorum verò ac sagittariorum, funditoribus quibusdam admistis, tria ferme millia imposita vehebantur. Armis verò ac militaribus si 68 gnis, præterea nautarum ac tibicinum turba ab eo exornatæ triremes erant, vt scenici apparatus magnificentiam præ se ferrent, atque hostibus maximè formidabiles apparerent. Igitur exterriti animis Syracusani, nullum iam malorum finem, nullas posthac futuras pacis cõditiones cum Athenien sibus sperabãt, sed iam extremam sortem atque vrbis amissionem animo concipiebant. Niciæ verò nõ admodum diuturna lætitia fuit, quam exantarum virium sumpserat incremento. Nam cùm primùm Demostheni congressus est,

nimiam

nimiã eius audaciã & festinationẽ deprehendit. Iubebat enim quàm celerrimè aduersus hostes dimicare, & rei totius euentum experiri, atq; ita captis Syracusis domũ remeare. Huius audaciã admiratus Nicias, orabat, ne quid temerè ne quid immaturè aggredi præpararet: cunctationẽ vehemẽter hostibus obesse, quòd neq; sumptus diutius tolerare propter pecuniarũ inopiã possent, & à sociis nõ multò pòst de-
69 sertũ iri necesse esset. Itaq; si cũctando bellum protrahatur, maximis circunuẽtos difficultatib. cõditiones rursus cõponẽdæ pacis quæsituros esse, sicut & antea factitarãt. Et iam non pauci inter Syracusanos erãt, qui clãdestinis nũtiis admonebãt Niciã, vt nullo modo remitteret obsidionẽ: iam enim ingentibus necessitatibus vrbẽ laborare, & Gylippũ quotidie apud omnes intolerabiliorẽ fieri. Itaq; si vel paululũ augeri cõmeatus penuria cœpisset, fore vt nemo difficulates eiusmodi tolerare diutius posset, sed conditiones pacis quascũque accepturos esse. Hęc Nicias partim ambagibus obuoluta & veluti per ænigmata proferebat, partim quòd edẽda nõ arbitraretur, taciturnus obseruãs, timiditatis de se opinionẽ militibus dabat, qui idẽ quod antea cõtigisset euenturũ rursus improperabãt, vt cunctatione & formidine omne amicorũ robur omnémq; vigorẽ extingue-
70 ret. Itaq; relicto illo, Demosthenis omnes imperiũ & sententiã sequebãtur. His rebus vix tandẽ expugnatus Nicias, eorum voluntatibus ad extremũ concesit. Itaque Demosthenes noctu exercitum educens, in hostium proximas stationes impetu facto, plurimos ne sentientes quidem interfecit, eos verò qui contrà pugnare ausi sunt, facilè in fugã cõuertit. Cúmque hactenus res egregiè succesisset, felicitatis modum seruare nescius, non antea cedentes insequi destitit, quàm ad Bœotiorum stationes peruentum est. Hi primi hostibus concurrere, & prælũ tentare ausi sunt, multisque Athenienſiũ interfectis, atque ingenti clamore sublato, reliquam castrorũ partem tumultu ac formidine compleuerẽt, cùm alij fugã arriperẽt, alij sese ad pugnandũ pararent. Verùm hi à fugientiũ turba, quę maior erat, impediti, nihil cõsilio aut ratione gerere poterãt: cùm nec hostiũ, nec amicorum, nec fugientium, aut insequentium discrimẽ vllũ habe-
71 re possent. Cæca etenim perturbatio metu atque ignoratione permista, variè singulorum animos agitabat. Quin

etiã ipsius

etiam ipsius visus erat incerta fides, cùm nec admodũ profundas tenebras & lumen incertum luna præberet, quippe quæ medio cursus spatio superaro, iam ad occasum properaret, & corporum atque armorum multitudine repercussa, infirmum debilémque redderet intuitum. Tum verò metus omnia maiora demonstrare solitus, nihil non formidãdum esse suadebat, quin ipsos etiam Athenienses hæc ipsa in maximas coniecerant difficultates. Fortè etiã ita in acie cõstiterant Athenienses, vt eis luna à tergo luceret, itaq; lõgos præ se iacientes vmbrarũ tractus, armorum fulgorem & numerum suorum ipsimet occultabãt. At contrà aduersis clypeorum vmbonibus lunę radij repercussi, & hostium maiorem videri numerum, & armorũ claritatem lucidiorem efficiebant. Tandem summo conatu irruentibus vndiq; hostibus, in fugam conuersi Athenienses, cùm suis, tum hostium vulneribus confecti magna pars cecidere, alij per abruptas & præcipites rupes deuoluti miserabili clade perierũt, multos etiam viarum errore per agros vagantes exorta demum luce insequuti equites interfecere. Fuit autem interfectorum numerus circiter duo millia: eorum verò, qui pugnę superfuerunt, pauci admodum cum recentibus armis in castra rediere. Nicias igitur haud inopinata clade perculsus, Demosthenis festinationẽ accusabat. Ille verò quibus poterat rationibus à se culpam dimouens, vt repentè è Sicilia decederent suadebat: neque enim alium Athenis exercitum aduenturum, neque his copiis quas tunc haberent, hostes superari posse sperãdum videri. Quin etiã si qua fortuna illos superare cõcederet, loca tamen permutari opus. Pesti- 73
lens enim atq; insalubris regio ferebatur, ea præsertim anni tempestate. Nanque autumni principiũ aderat, multíque iam tũc in exercitu cœperãt ægrotare, atq; omnes nõ æquo animo militiã tolerabãt. Niciæ verò quãquã præsentiũ rerum conditio minimè placeret, tamen de discedendo sententiam nullo modo probabat, non tam Syracusanorum arma, quàm suorum ciuium iracundiam pertimescens, quorum grauissimas accusationes & calumnias iam tunc ante oculos constituebat, atque ab his nihil, dum in Sicilia permaneret, sciebat esse formidandum: aiebátq;, si quid omnino aduersi subeundum esset, malle se hostium manu, quàm ciuium iudicio interire: non eadem sentiens, quæ postéris

Fuga athenienſium 72

steris temporibus Leonem Byzantium in concione dixisse ferunt. Ego quidem à vobis ciues mei, quàm vobiscum in-
74 terfici malo. Itaque de permutanda regione, castrisque quàm commodissimis locis ponendis, statim sibi ad milites referendum videtur. Inter hæc Demosthenes nihil calamitatis proximę clade deterritus, Niciam accusare nunquam cessabat, passimque multos per exercitum milites mittebat qui illius cunctationem segnitiémque increparēt, quòd Syracusiorū quorūdam pollicitationibus credēs, deludi se atq; cōtemni non animaduerteret, atq; propterea tāta concione discessum non probaret. His igitur dictis ad extremum permotus Nicias, discedendi sibi consiliū placere dixit, & militibus vt se ad nauigandū expedirent imperauit, præsertim cùm noua Syracusanis auxilia superuenissent, & pestis quotidie apud exercitū ingraueſceret. Inde cum iā omnia ad nauigandum parata essent, neque id hostium quisquam præsensisset omnino, quippe qui nihil tale suspicarētur, noctu fortè luna defecit: ex quo vehementius Nicias omnésque milites turbati sunt, cùm propter causarum ignorationem ma-
75 lum aliquod sibi hoc defectu portendi arbitrarentur. Solem enim circa tricesimam à coitu diem luna interueniente obscurari, tum etiam multi sciebant: ipsam verò lunam, quænam res incidens, aut quonam pacto, plenam, subitò luce destitueret, & colorem ex certo & fulgido incertum induceret, haud facilè coniectatu fuit. Itaque magnæ alicuius impendentis calamitatis signum hoc à deo missum interpretabantur. Primus autem qui lunaris luminis atque vmbræ causam deprehendit, ac literis mandare ausus est, Anaxagoras fuit: qui neque multò ante ea tempora claruerat, neque in vulgus adhuc opinionis eius fama prodierat: sed inter paucos admodum versabatur, qui non sine metu talia proferre audebant. Neque enim facilè de rerum natura sermones populus admittebat: sed eiusmodi studiis deditos homines inani labore tempus conterere arbitrabantur: cùm in his rebus perquirendis laborarent, quas nil in se rationis habere, ac nullatenus ab hominib. prouideri posse putabant: tum verò talia quærentes impietatis crimine suspectos habebāt, quasi diuinū numē quibusdā necessitatibus ac terminis circūscribere volētes. Itaq; & Protagorā Athenis pulsum fuisse cōstat: & Anaxagoras in carcerē
76 ductu

Anaxagoras primus luminis & vmbræ causam inuenit.

ductus, vix à Pericle quamuis maxima contentione laborasset, seruari potuit. Socrates licet harū rerum scientiā non profiteretur, tamen propter philosophiā dānatus interiit. Posteris verò tēporibus egregia apud omnes opinio de Platone vulgata, cùm propter admirabilē vitę sanctimoniam, tum quòd diuino numini tanquā præstantiori, naturæ necessitates obtēperare dicebat, omnē philosophiæ calūniam abstulit, & auditorib. suis omnia quasi arcana naturæ patefecit. Igitur eius amicus Dion è Zacyntho cōtra Dionysiū nauigaturus, nihil è sententia dimotus est, cùm fortè per id tēpus etiā luna defeciſſet, sed audacter cœptū opus prosequens, victo atq; expulso tyranno Syracusis potitus est. Sed 77
nos ad instituta redeamus. Fortè ita casus tulit, vt nullū tūc peritū vatem apud se Nicias haberet. Stilbides enim, cuius opera & cōsilio plurimùm vtebatur, & magnā superstitionis illi partē auferebat, paulò antè interierat: atq; signū illud fugientibus prosperū magis, quā aduersum, vt Philochorus inquit, non rectè interpretabātur. Rebus enim quas cū metu & formidine gerimus, quò facilius latēre possint, amicissimæ tenebrę putantur, contraq; maximè obesse lucem arbitramur. Præterea in tertiū modò diē si quid circa sydera accidisset, procurabatur, quēadmodū in Exegeticis Autolides scribit. Atqui Nicias alterū lunæ circuitū expectandum censuit, nō animaduertens mox in pristinā claritatem reuersurā, cùm eā cæli partem, quæ terræ interuentu adūbrata tenebatur, pertransisset. Itaq; omnibus fere rebus intermissis, sacra quædā immortalibus diis faciens, eousq; desedit, quoad superuenientes hostes illū ferme oppressere, qui maximis terra mariq; copiis instructi aduenie bant, & terrestri quidem exercitu murum & castra Athenienſium obsedere, nauibus verò in latum ordinem directis, portus fauces occupauerant. Nam innumerabiles vndique con- 78
uenerant naues, & piscatorias etiam cymbas pueri compleuerant. Itaque portus aditibus occupatis. Athenienses probris omnibus atq; cōuitiis lacessebant. Interea adolescens Heraclides claris admodum parentibus oriundus, triremi qua vehebatur aliorū stationes prætergressus, in Atheniēses licentius insultabat. Hunc Athenienſis vna nauis insequuta, retrò ad suos fugientem comprehendit. Eius igitur periculo commotus Pollichus auunculus, cum triremibus

Socrates ob philoſophiā damnatus.

decem quibus præerat, in altũ delatus, auxilio venit. Tum cæteri de Pollichi salute metuentes, vno consensu aduersus hostes processere, pugnaq; ingenti commissa, longè superiores fuere Syracusani, & Eurymedon vnà cum aliis præclarissimis viris interfectus est. Ex hoc magno timore per-
79 culsũ Athenienses, non vltrà in his locis permanendum vociferabantur, sed vt terrestri itinere se deducerent, ab imperatoribus flagitabant. Nam portus fauces (vt antea diximus) Syracusani eo modo clausas tenebant, vt nulla penitus abeundi facultas daretur. At verò Nicias eiusq; familiares, horum sententiæ nequaquã concedendũ putabant. Graue enim admodum videbatur, onerarias naues ac triremes circiter ducentas hostibus relinquere. Igitur ex omni exercitu robustissimis militibus lectis, præcipuè verò sagittarijs & iaculatoribus, decẽ supra centũ triremes Athenienses compleuere. Aliæ nanq; propter armamentorũ penuriam nauigationi inutiles habebãtur. Inde reliquã exercitus turbam iuxta mare in ipso littore Nicias constituit, desertis maximis castris, quæ iuxta phanum Herculis posita fuerant.
80 His itaque compositis sese ad nauigationem comparabat, existimans nullum Syracusanos impedimentum allaturos, quòd nautarum ductores ob consuetã quædã Herculi persoluenda è nauibus descẽdissent. Verùm illi cognito Niciæ consilio, repentè ad naues redierant, præsertim cùm vates portendi victoriã nuntiassent: quia nõ vt inferrent bellum, sed vt vlciscerentur illatũ, ad pugnã veniebant. Idem etiam Herculem ipsum, cuius tunc sacra celebrabãtur, factitasse, qui illatas iniurias vlciscendo, vniuersum orbem peragrauerat. Syracusani igitur his admonitionibus excitati, alacri animo pugnam iniere, quæ maximo ardore animorum summaq; vt nunquam antea contentione gesta: non spectantes minus, quam pugnantes, ob varios rerum euentus, diuersis perturbationibus afficiebantur, qui de propria salute solliciti, exitum rei sedẽtes expectabant. Ità dubio Marte
81 aliquandiu pugnatum est, multaq; in vtranq; partem varietates fortuna præbuit. Tandẽ superari Athenienses fuere, quibus suimet apparatus non minus quàm hostis attulit detrimenti. Cùm enim naues omnes in aciem structæ essent, ipsæmet sibi inuicem cõcurrentes turbationem ingentem concitabant; grauibus præterea nauibus contra leues & expedi

expeditas, & ad omnem motũ aptissimas pugnabant. Insuper lapidibus tantùm, nec vllo alio telorũ genere Syracusani vtebãtur, qui quoquo modo facti essent, vel suo tãtum pondere grauissimos ictus infligebant. Athenienses verò iaculorũ & sagittarũ contorsione certabant, quas rectè dirigere maritimorũ fluctuũ concitatio prohibebat. Id Aristo Corinthius gubernator præstantissimus Syracusanis consiliũ dederat, atq; ipse inter primos acerrimè dimicans interfectus est, iam victores Syracusanos relinquẽs. Nanq; 82
in fugam Athenienses conuersi, magna suorũ parte amissa, ad littus remeabant. At maritimæ fugæ spe sublatã, terrestri quoq; itinere nullam aut sanè perdifficilem euadendi viam cernebant. Igitur animis fracti, neq; hostes cùm relictas in littore naues abducerent prohibuere, neq; suorũ ciuium corpora ad sepulturã petierunt, quòd eos lõgè maior angeret solicitudo, illorũ scilicet qui ægroti aut vulnerati, viuentes adhuc relinquẽdi erant. Quæ omnia ante oculos posita cũ intuerentur, longè tamẽ deteriorẽ conditionẽ iudicabant suã, quàm eorũ qui pugnantes in acie cecidissent, cùm & sibi tandem post innumeros labores ac dolores exhaustos, eædem tamen essent subeundæ calamitates. Post hæc variis sententiis agitatis omnes in hoc vnum consensere, vt proxima nocte quàm occultissimè fieri posset, discederent. Id cùm Gylippi milites animaduertissent, & 83
Syracusanos epulis ac potationibus ob partã victoriam deditos, neq; monitis persuaderi, neq; facilè imperio cogi ad arma capienda posse cõspicerent, sese ad insequẽdos hostes parabant: neq; enim longiorẽ cunctationem, cùm illi iam abire cœpissent, causa postulabat. Verùm Hermocrates huiusmodi fraudem machinatus, iam cœptam profectionem retardauit. Viros enim quosdam ad Niciam ire iussit, qui se ab illis missos dicerent, quibus cum clandestinos habere sermones Nicias (vt antea diximus) consueuerat, atq; eorum nomine admonere ne proxima nocte discederent, Syracusanos pluribus locis insidias posuisse, atque aditus omnes militibus septos teneri. Hoc nuntio facilè deceptus Nicias, nocte illa in castris subsistit, ne iterũ nocte pugnare cogeretur. At Syracusani repentè luce exorta, angustos 84
quosq; ac difficiles aditus cæsis arboribus desuper cõgestis lapidibus obstruxere, atque omnes fluuiorum alueos clau-

serunt, pontesq; illis superpositos rescidere: quæ verò per apertos cãpos ferebant itinera, armatis equitibus obsederunt, ita vt nullus omnino absq; pugna euadẽdi locus Athenienſibus patẽret. Quapropter cùm per omnẽ diem illum ac noctem etiã insequentẽ in eisdem locis permansissent, postera luce non tanquam hostile solum relinquentes, sed veluti è sedibus patriis migrarent, flentes mœstiq; castra mouerunt, quòd iam rerũ omnium penuria oppressi, non vltrà in locis illis permanere possent. Grauiorẽ verò discessum faciebat ægrotorũ sociorumq; multitudo, quam in ca-
85 stris relinquere cogebantur. Attamen hæc tolerabilia quoquo modo putabant, præ illorũ, quæ se passuros arbitrabantur, grauitate. Cumq; multa passim in exercitu miseranda conspicerentur, nullum tristius tamen, aut miseratione maiore dignius spectaculum, quàm Nicias ipse cernebatur: qui nondũ satis ex aduersa valetudine recreatus, famem etiã tolerare cogebatur, cùm minima quæq; ad victum necessaria iam deessent: attamen ea perferebat, quæ ne robustissimis quidem corporibus milites poterant tolerare, cùm constaret omnibus, nõ sua gratia, nec quia laboribus oblectaretur, ista facere, sed ne militibus mœrore suo tristitiam augeret. Et cùm in cõmuni omniũ luctu lachrymisq; interdum & ipse collachrymare cogeretur, facilè apparebat non tã sui causa moueri, quàm cladis ignominięq; imminentis exercitui, quẽ ipse gloria & opibus florentem
86 reducere in patriã posse sperauerat. Nec eius tantùm aspectus misericordiã concitabat, verùm & cõcionis suæ recordatio, quam Athenis vehementissimã habuerat, cùm populum à suscipiẽdo bello dehortaretur: tantò enim indignior præsenti calamitate putabatur, quãtò magis contra sententiam suã nauigare coactus fuerat. Quinetiã diis ipsis tacitè quodammodo succensebant, animaduertentes virũ pietate ac religione insignẽ, nihilo meliori conditione esse, quàm eorũ, qui tunc in exercitu militarent, sceleſtissimũ quenq; & flagitiis omnibus inquinatissimũ. Ipse verò frontis hilaritate & cõmuni salutatione, tum dexterę ad obuios quosq; portectione, calamitatis suę sorte dissimulabat, & se quamoptimo esse animo significabat, atque sæpe cum hostibus congressus, sæpe etiam hostili manu vulneratus, octo dies vniuersi belli molem sustinuit, quoad imperator alter Demosth

mosthenes cum omnibus, quas secũ habebat, copiis ab hostibus circunuentus captusq; est. Nam cùm se ita circunseptum vndique animaduertisset, vt nulla euadendi potestas esset, nudatũ gladium in pectus adegit. Nec tamen eo vulnere mori potuit, quòd repentè superuenientes hostes gladium è vulnere deduxerũt. Hæc postquã à Syracusanis nuntiata sunt Niciæ, atq; ipse missis ad inspiciendũ equitibus, captã exercitus partẽ comperit, Gylippũ summis precibus rogabat, vt abeundi è Sicilia potestate Athenienſib. facta, obsides acciperet, quoad Syracusanis tantundẽ pecuniæ solueretur, quantùm in eius belli sumptibus exhausissent. Has conditiones cuncti non accipiendas censuere, & contumeliis affectos legatos, minis etiam superadditis dimiserunt. Non tamen his malis deiectus animo Nicias, quamuis omnia ad victũ necessaria deessent proximam noctem & sequentis diei maximam partem supra omnium opinionem tolerauit. Inde ad flumen quod Asinarum vocant, traiiciendi consilio mouit castra: cumque iam permulti flumen ingressi essent, hostes superuenere, & dispersos ac palantes cùm offendissent, magnam stragem ediderunt. Nonnulli etiam Athenienſium propter sitis, quam diu tolerauerant, magnitudinem, quasi furentes in flumine sese præcipitabant. Et miserabilis erat sanè rerum facies, cùm alij in medio flumine iugularentur, alij permistum aquæ commilitonum sanguinem potarent. Tandem Nicias ad Gylippi genua procumbens, Miserere, inquit, victor, non mei quidem, qui per hasce calamitates & infortunia nomen & famam peperisse mihi perennem videor, sed Athenienſium reliquorum, Martemque communem, & belli variam fortunam reminiscere. Neque enim te latet quàm clementer Athenienses contra Lacedæmonios victoria vsi sunt. Talibus verbis deprecante Nicia commotus cùm aspectu, tum oratione Gylippus, apprehensa dextra, illum subleuauit, cæteriſque parci iussit. Sciebat enim per omne tempus ipsum Lacedæmoniorum partibus fauisse. Præterea maximam sibi gloriam fore putabat, si duos clariſsimos imperatores captiuos Lacedæmonem duceret: propterea, quamuis serò, vt à cædibus absteneretur imperauit. Iam enim maior occisorum numerus erat, quàm eorum qui superstites remanserant, quanquam

Demosthe. cũ omnib. suis copijs à Syracusæ nũ captus.

87

88

89

permultos milites ipsi clàm è turba captiuos subripuissent. Omnibus inde qui cædi supererant in vnum coactis, ac spoliatis, ingentes arbores, quæ plurimæ in ripa fluminis aderant, captiuorum spoliis exornarunt. Post hæc Syracusani coronati omnes, tum equis etiam suis coronis impositis, captos verò ex hostibus equos detonsis crinibus ducentes in vrbem velut triumphantes rediere, superato tandem certamine omnium, quæ inter se Græci certauerint, splẽdidissimo. Summoque labore ac præclara suæ fortitudinis significatione victoriam consequuti. Post hæc Euryeles Syracusanorum prætor, totius populi, necnon etiam sociorũ aduocata concione, rogationem huiusmodi tulit: Primò, vt dies in quo Nicias superatus esset, sacer atque ab omni opere immunis haberetur, vtque sacra diis immortalibus quotannis eius victoriæ grátia fierent, & celebritatẽ hanc à fluuij nomine Asinaram nuncuparent. Est autem dies hic quartus supra vigesimum eius mensis quem illi Carniũ, Athenienses Metagitnionẽ vocant, Latinè verò Maiũ arbitror appellari. Tulit præterea, vt captiui oẽs, qui Athenienſiũ serui aut socij extitissent dimitterẽtur incolumes. Ipsi verò Athenienses & Siculorũ quicũq; in eorũ exercitu capti fuissent, p lapidicinas ad opus faciẽdũ distributi, summa diligẽtia obseruarẽtur, imperatores verò vltimo affice-
91 rẽtur supplicio. Huic rogationi cũ vehemẽter populus assentiretur, assurgẽs Hermocrates, Nõ minoris, inquit, virtutis esse arbitror, Syracusani, parta victoria bene vti, quã vincere. Verũ eius oratio strepitu ac tumultu repressa est. Gylippus verò iampridẽ Syracusanis odiosus, cũ propter acerbã nimis in imperãdo seueritatẽ, tũ propter insitũ Lacedæmoniis omnibus fastũ, cùm sibi Athenienſiũ imperatores dari exposceret, nõ modò nõ auditus, sed cõuitiis etiã lacessitus, & cõtumeliis grauib. affectus est. Huius gloriæ atq; authoritati plurimũ obfuisse Timæus refert cupiditatis opinionẽ, & animi tenuitatẽ quandã de minimis etiã atque vilissimis rebus solicitam, quos morbos velut hæreditarios à patre accepisse cõstat. Cleandridem enim Gylippi patrem ferunt acceptis aliquando à Syracusanis muneribus aufugisse, eundemq; cùm mille talenta à Lysandro missa Spartam deferret, triginta surripuisse tradunt, atque in itima domus parte defodisse, demumque re per indices pate-

Victoria bene vti nõ minor virtus, quàm vincere.

patefacta, summa cum ignominia restituere coactum esse. Verùm hæc in his quæ de Lysandro scripta sunt, latius e- 92
narrantur. Demosthenẽ ac Niciam non fuisse à Syracusanis interfectos Timæus refert, quanuis illi ita fieri decreto etiã facto statuissent, vt Philistus & Thucydides scripsere. Sed cùm Hermocrates nondum concione dimissa ad eos occidendos proficiscerẽtur, occurrisse quendam carceris custodem ait, ac retulisse, propriis manibus illos sibimet consciſse mortẽ. Eorũ sanè corpora antè fores carceris proiecta diutius iacuere, vt cuique aspiciendi potestas fieret. Accepi autem in hodiernum etiam diem clypeum Syracusis in templo positum, quem Niciæ fuisse dicunt, auro purpuraq; mira arte intexta ornatissimum. Athenienſium qui per lapidicinas distributi fuerãt, magna pars cùm morbo, 93
tũ victus asperitate interiere. Nihil enim præterquã hordei duas, & vnam aquæ cotylam (id autem mensuræ genus est) in singulos dies accipiebant. Multi quoq; à custodibus clanculum subrepti, atque ad colendos agros dimissi sunt. Plerisque etiam abeundi facultas tacitè permissa: nonnulli quoque pro seruis venditi, quibus equi characterem in frõte inurebat, quod seruitutis volebant argumentum esse. Sed ingenuitatis & pudoris, quam præse ferebant, significatio, eorum plurimis adiumento fuit: empti enim aut subitò à dominis manumittebantur, aut in magno honore habiti apud dominos permanebant. Aliquot etiam propter Euripidem poetam salutem adepti sunt, cuius præ- *Euripidis*
teris Græcorum poetis carmina Siculi admirabantur, & si *poemata*
qua à captiuis vllis audire poterant, libentissimè perdiscebat. Multi igitur captiuorum Athenas reuersi, Euripidem *Siculis gra*
salutatum accedebant, suis se carminibus saluatos esse dicitantes. Alij enim cùm illa dominos docuissent, subitò 94
ab eisdem mercedis loco manumissionem acceperant: quidam verò post commissam pugnam varias per ciuitates dispersi, victum carminibus eiusmodi decantandis quæsiuerant. Athenas autem ferunt tantæ calamitatis nuntium serò admodum peruenisse, ac primò propter authoris nuntiantis varietatem, minimè adhibitam fidem fuisse. Hospes enim fortè in Piræum diuertens, cùm in tonsoria taberna consedisset, de his quæ in Sicilia contigerant, quasi iampridem Athenienſibus nota essent, condolens refere

bat. Ea cùm tonsor audisset, citato cursu in vrbẽ veniens, rem omnem ad magistratus detulit. Inde per vniuersum populũ sermones eiusmodi manarunt: ita magno tumultu ac perturbatione exorta, vt in re tãta cõtingere necesse est, magistratus populo cõuocato tonsorẽ in concionẽ introduxit, qui interrogatus vnde hæc audita referret, cùm certi nihil respõdere videretur, in carcerem cõiectus est, eo consilio, vt grauioribus postmodũ suppliciis afficeretur, quòd de tantis rebus incertos rumores in vulgus proferens, seditionem propemodũ in ciuitate cõcitasset. Atq; ita sanè longo spatio seruatus est, quoad certi nũtij superuenere, qui rẽ omnẽ quo gesta fuerat ordine exposuerũt. Adeò Atheniẽsibus incredibile videbatur, ea Niciã fuisse perpessum, quæ ipse multò antè ventura prædixerat.

Marcus Crassus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 Parentes.

MARCVS Crassus partẽ habuit cùm honoribus plurimis, tum triũpho cẽsuraq; insignẽ. Parua in domo tenuique cẽsu, vnà cũ duobus fratribus parcè admodũ educatus est. Hi viuis adhuc parentibus cùm vxores duxissent vna tamen domo & mensa simul oẽs vtebantur, vt vel maximè ea de causa videatur in omni victu modestiam & frugalitatẽ Crassum cõsequutum. Postmodum altero è fratribus mortuo, Crassus illius vxori congressus, filios aliquot procreauit, nulli Romanorum ea etiam in re moderatum se præbendo, inferior. Nec multò pòst accusatus est, quòd cum Licinia vestali virgine rem habuisset, quæ tamẽ facilè iudicio liberata est, quanuis grauiter Plotinus quidam accusationem vrgeret. Erat huic mulieri suburbanum egregiè ornatum, 2 quod cùm paruo pretio ad se trahere Crassus optaret, humilius colere mulierem, eiq; quoad poterat gratificari cœpit: quapropter facilè in eam quam dixi suspicionem incidit. Sed cùm res vt erat iudicibus innotuisset, & auaritiæ potius,

potius, quàm amoris causa factũ animaduerterẽt, facilè suis sententiis Crassum liberarunt, qui non antea cœptũ erga Laciniam cultum omisit, quàm concupitę rei potitus est.

Auaritia Crassi.

Apud Romanos oẽs constat, virtutes, quas plurimas Crassus habebat, vnius auaritiæ sordibus obscuratas fuisse: hoc enim in ipso præcipuũ vitium, cætera, quæ in eo erant, lõgè superauit. Cuius rei clarissimũ testimoniũ præbet magnitudo diuitiarum, quas breui admodũ tempore sibi eõparauit. Nam cùm trecenta solùm talenta ex paterna hæreditate accepisset, prius tamẽ, quàm aduersus Parthos exercitum duceret, septem millium & centũ talentorũ summã coegisse tradunt, cùm etiam decimam facultatũ suarũ partem Herculi consecrasset, & publicum epulum dedisset populo, ac tres minas in singula ciuiũ capita contulisset. Ha- 3 rum diuitiarum maximam partem (si verũ proferre licet) ex ciuilibus bellis atque incendiis comparauit, calamitatibus publicis ad priuatas vtilitates abutens. Cùm enim Sylla victor vrbe potitus, interfectorum à se ciuiũ bona* quasi prædam, & iusto bello ex hostibus captam venderet, cupereteq; quamplures ex potentioribus ciuibus illarum quasi contagione inquinare, nihil vnquam Crassus vel largitionis, vel emptionis nomine accipere recusauit. Multas præterea ciuitatis partes incendio consumptas, & deformes tantùm parietes, quasi domuũ cadauera derelicta cùm vidisset, quotquot earũ potuit paruo admodũ pretio mercatus est, cùm illarum domini partim metu, partim egestate cõpulsi, nihil petenti negare auderent. Hoc itaq; pacto ma- 4 gnam vrbis partem sui iuris fieri contigit. Seruos præter ea circiter quingentos emit fabrilis artis & architecturæ peritos, nec his tamẽ nisi ad propriæ domus extructionem vsus est: sed ciuibus ædificare volentibus eorũ operas mercede locabat, ac simul areæ spatium cuiq; pro arbitrio suo ad ædificandum vendebat. Cumq; signati argenti maximam copiam, & agros mirifice cultos, & in eis cultorum ingentem numerum posideret, minimi tamen hęc omnia facienda videbantur, præ maxima seruorum turba, quos variis artibus instructos habebat, lectores, scribas, pictores, argẽtarios, procuratores, mensarios, quos ipsemet summa diligentia curare, & discentibus assistere, plerosque docere consueuit. Aiebat enim præcipuam domini curã erga

3 Munificẽtia in populum. Diuitias quo modo compararit. Πλάφυρα τῆς νομίσεως τῆς ὄνομάζω.

seruos esse oportere, cũ sint rei familiaris tanquã animata instrumenta. Atque hoc rectè Crassus & iudicare & dicere
5 videbatur. Aliis enim in rebus administrãdis familiariũ ac domesticorum opera vti decet: ipsos verò seruos ac domesticos curare, proprium domini munus & officium putandum est. Oeconomicæ enim disciplinæ pars, quæ circa inanimata versatur, pecuniæ tantùm parandæ studiũ continet: quæ verò circa homines gubernandos intendit, politicã in quãdam scientiam sapere videtur. Illud verò non rectè ab eodem dici cõsueuerat, Neminẽ omninò diuitem aut dici, aut existimari debere, qui facultatibus propriis exercitum alere non possit. Bellicorum enim sumptuũ nullus est modus, nulla mensura bellũ nutritur, vt inquit Archidamus. Itque diuitiarum, quæ ad illud alendũ sufficere valeat, infinitam esse magnitudinem oportet. Laudabilior itaque illa Crassi sententia videtur, qui cùm agri quatuordecim iugera singulis amicorum donasset, permultos tamen his minime cõtentos & plura quærentes animaduertisset, illorum cupiditatem castigare: Nemo, inquit, Romanorum sit qui parum se possidere arbitretur, cùm tantùm habeat so-
6 li, quod ad victum præbendũ abundè sufficiat. Erat Crassus in amicos liberalis, adeò vt omnib. semper eius domus pateret, pecunias insuper sine vllo fœnore mutuò traderet, quas tamen ab eisdẽ cùm repetẽdi tempus aderat, adeò acerbè exigere consueuit, vt magis plerũq; gratis eas accepisse noceret, quàm si ab aliis ad vsuram & fœnus eas accepissent. Ad cœnas atq; conuiuia populares homines vt plurimũ ex media plebe vocare consueuit, cùm esset in omni victu (vt antea diximus) frugalis & modestus. Fuit autem rhetoricæ facultatis perstudiosus, ac vehementer circa illã elaborauit. Cumq; ad dicendũ non satis idoneus natura videretur, studio tamen ac diligentia tantùm profecit, vt eos etiã qui natura aptissimi ad eam disciplinam habebantur,
7 facilè superaret. Nullam enim causam adeò tenuem, aut tam contemnendam fuisse tradunt, ad quam peragendam impræmeditatus accederet. Cumq; Pompeius perlæpe, ac Cæsar, Cicero etiã nonnullas à se causas quasi parum se dignas reiicerent, ipse earum patrociniũ suscipiebat. Quamobrem à populo maximam gratiam consequi meruit, q̃ in causis accuratus & diligens, præterea facilis ad opem indigen-

Crassi liberalitas.

Rhetoricæ artis studium.

digentibus ferendam haberetur. Summaq; in appellandis ciuibus ac salutandis humanitas, gratissimum illum populo faciebat. Nemini enim tam sordido, tamq; humili Romanorum occurrebat, cui salutatus ipse salutem non redderet, ac proprio nomine compellaret. Fertur etiam historiarum fuisse peritissimus, atque in philosophię studio plurimùm tẽporis & operæ posuisse, cùm maximè Aristotelis disciplinam sectaretur, in qua præceptorẽ habuit Alexandrum virum temporibus illis celeberrimum, quiq; humanitatis & contemnendæ gloriæ præclarissima exempla de se præbuit, in ea quam cum Crasso habuit consuetudine.
8 Nec enim iudicari facilè potest, vtro tẽpore pauperior vixerit, an cùm primò ad Crassum accessit, an cùm postea in eius amicitia ac familiaritate permãsit. De quo hoc vnũ dixisse satis erit, q̃ cũ nunquã à Crasso discederet, solusq; ex amicis aliquando cũ illo peregrè profectus esset, in ittinere pileũ popposcit, eumq; statim ex itinere reuersus Crasso restituit. O summã atque admirãbilem viri continentiã qua paupertatem summa ipse in egestate constitutus, rem haudquaquam vulgarem aut cõtemnendam esse putauit. Sed de his aliàs. Cùm Cinnã & Marius rerum potiti, nõ ad patriæ vtilitatem, sed ad inimicorũ vltionẽ & optimatum pernicię victoria vti velle viderentur, & iam plurimos ex nobilitate occidissent, inter quos Crassi pater ac frater fuere, vix Crassus ipse quãuis adolescens mortẽ effugit. Nam
9 cùm se vndique custodibus septũ diligentius tyrãnorũ iussu ad mortẽ obseruari sentiret, tribus tantùm comitibus & decem seruis assumptis, summa celeritate in Hispaniã cõcessit, vbi iam pridẽ sub patre imperatore militãs permultos sibi amicos cõparauerat: quos cùm vehementer Marij timore perculsos offendisset, eiusq; absentis imperium nõ secus atq; instantis perhorrentes, nulli eorum sese credere aut aperire ausus est: sed in Vibij Paciaci cuiusdam agrum qui mari finitimus erat, secedens, in spelunca quæ maxima in eo erat, delituit. Inde cùm iam quæ secum tulerat alimẽta deficerent, vnum è seruis ad Vibium mittit, qui illum, quonam pacto erga se res habeat certiorẽ faceret. Eo nun-
10 tio accepto vehementer lætatus Vibius, diligentius locum in quo delituerat & sociorum numerum percontatus, ipse quidem ne rem patefaceret, ad eum visendum non

Humanitas.

acce

accessit, sed seruum eius agri cultorem iuxta locum in quo Crassus latebat adducens, singulis diebus paratam cœnã eò deferre præcepit, eáque supra saxum (quod ibi aderat) posita cum silentio discedere iubet, nec quis accepturus esset, aut qua de causa id fieret vlterius exquirere: & mortem delicti pœnam futuram minatus est, si quid vltrà quàm præceptum fuerat attentasset: rectè verò mandata exequenti libertatis præmium pollicitus est. *Erat spelũca nõ procul à mari constituta, quam rupes ingentes ac locis pluribus rimosæ claudebant, tenue lumen ac leuem auram suscipientes. Intus verò latitudo maxima pandebatur, pluraque inter se peruia & quasi industria fabricata habitacula. At ne quid omnino deesset quod vsui necessarium fore videretur, perênes aquarũ fontes ex præruptis saxis decurrentes interfluebant, atque inde per scissurã petræ, quà maximè lumini patebat ingressus, in mare deferebantur. Aer verò intùs tenuis & purus, densitate petræ humidum omne & defluens in fontẽ exprimente. Hoc itaque in loco cùm Crassus habitaret, quotidie quæ ad victũ necessaria essent deferebantur à viro, quinam essent qui cibos acciperẽt penitus ignaro. Nec enim eos qui in spelunca erant conspicere poterat, cũ tamen ipse ab eisdem optimè cerneretur, qui aduentus eius tempus & horam diligenter obseruabant. Atque omnia non modò ad vsum, sed ad voluptatẽ quoq; sufficientia abundè suppeditabantur. Cúmque in omnibus quoad posset Crasso gratificari Vibius niteretur, eúmque in adolescentiæ medio constitutũ animaduerteret, vt voluptatũ etiam quas ętas illa deũderat copiã præstaret (nam necessitatẽ vltra nihil ministrare, coacti magis, quàm liberi officij videtur) ancillas duas egregia forma & ætatis flore præstantes ad eã speluncę partẽ quæ ad mare cõuersa est ducit, & per abrupta saxa ascensum demonstrans, maximis præmiis propositis speluncam audacter ingredi iubet. Eas igitur per abrupta saxorũ venientes amici qui cum Crasso erant conspicati, primò ne proditus ac patefactus esset locus timuere. Deinde quidnam quærentes, aut cuius rei causa venissent percontati, cùm illæ vt à Vibio instructæ fuerant, dominum illic latentem se quærere respondissent, intelligens Crassus Vibij erga se colendum amorem ac diligentiã, læto animo puellas suscepit, ac deinceps reliquũ omne tẽpus quo in spelũca versatus est,

Crassi spelunca.

12

Liberalitas Vibij erga Crassum.

Crassus,

Crassus, secum permansere, sæpius ad Vibium, si quid vsus posceret, mãdata deferentes. Ex eis vnam iam ætate confectam se vidisse Fenestella testatur, sæpiúsq; hæc omnia vta 13
cta fuerant, ordine ab eadem narrata audisse. Octo igitur
menses eo modo Crassus in spelunca delitescens permãsit.
Postea cùm de Cinnæ morte nuntium accepisset, spelunca
digrediens, magno ad eum facto concursu, summa alacrita
te exceptus est. Inde duorum millium & quingentorũ ho-
minum exercitu coacto, plurimas Hispaniæ ciuitates per-
lustrauit, & earum vnam Malacam nomine militibus diri-
piendam concesit, vt quidam historici tradidere: quanuis
ipse talia negare, grauiterq; aduersus eos qui id dissererent,
irasci consueuerit. Post hæc nauibus collectis in Libyã tra-
iecit, & ad Metellum Pium, virum per id temporis insignẽ
se contulit, qui cum exercitu validissimo Libyam tenebat.
Nec diutius ibidem commoratus, seditione cum Metello
facta ad Syllam profectus honorificè admodum exceptus
est. Cùmque in Italiam redire Sylla statuisset, omnes qui se 14
cum erant adolescentes negotio aliquo implicare cupiens,
alia aliis peragenda mandauit, Crassum verò in Marsos ad
parandam expeditionem proficiscí iussit. Cùmque ab eo
Crassus in itinere custodes peteret (erat enim ei non procul
ab hostibus iter faciendum) subiratus aliquantulùm Sylla,
Ego tibi, inquit, custodes esse iubeo patrem & fratrẽ tuum
amicos insuper & affines, quos iniustè à communibus hosti
bus interfectos ad præsens vlcisci contendimus. His vocib.
vehementer accensus & irritatus Crassus, à Sylla digressus
est, & per medios ferme hostes ad quæ tendebat loca profe-
ctus, validissimum coegit exercitum, cuius egregia opera
Sylla postmodum maximis in periculis vsus est. Atque ex
his rebus quas circa Syllam vterque gessit, laudis & glo- 15
riæ adipiscendæ causa, æmulationem inter Crassum &
Pompeium exortam ferunt. Erat enim Pompeius mi-
nor natu quàm Crassus, patre insuper ortus infami, qui-
que extremo odio ciuibus suis perosus fuerat. Nihil ta-
men his aduersantibus, indies maior & clarior habebatur,
& ei Sylla honores plurimos quamuis admodum inuenì ex
hibebat, quos æqualium suorum nemini ferme, vel paucis
omnino impẽdere consueuerat. Nã & veniẽti Põpeio assur
gere, & caput aperire, & imperatorẽ appellare dignabatur.

Quæ

Quę res Crassũ vehementer angebat, atq; eius in dies augebat indignationẽ, quamuis meritò præferẽdus Pompeius iudicio omnium videretur: primò quòd in rebus gerẽdis non satis expertus Crassus habebatur, tum quòd magnam suis factis gratiam innata ei vitia adimebant, auaritiæ scilicet morbus, & in minimis etiam rebus suprà quàm satis esset, habita ratio vtilitatis suæ. Cùm enim * Tudertũ Vmbrię ci
16 uitatem cepisset, multa clanculum surripuisse compertus τηδεριαν est, ex quo magnam Syllæ indignationem in se contraxit. In ea verò pugna, quam maximam & eandem extremã Sylla circa Romam pugnauit, cùm ea parte cui Sylla præerat, loco mota acies pelleretur, Crassus alterius cornu præfectus egregiè aduersarios superauit, fugientésque ad noctem vsque insequutus est: inde in castra reuersus victoriæ nuntium ad Syllam misit, qui rem omnem quo gesta fuerat ordine enarraret, ac militibus suis ab eodem cœnam exposceret. In proscriptione quoque ciuium Romanorum & bonorum publicatione magnã infamiam subiit, res mulcas ac præclaras exiguo admodũ pretio mercatus, & munera ab omnibus acrior exigens, si qui vlla de causa eius opera indi
17 gerent. In Brutiis verò ciuitis cuiusdam bona proscripsisse fertur propter quęstũ, ignaro ac minimè id iubẽte Sylla, qui cùm reiã peracta negotiũ resciuisset, grauiter indignatus, nullum ad negotium publicum deinceps Crassum adhibere constituit. Erat autem ingenium, quod adulando facilè omnes mortales persuadere posset, & idem adulatoribus maximè obnoxium. Fertur & hoc illi natura insitum fuisse, quòd cùm esset ipse omnium auarissimus, grauiter tamẽ maledictis auaros insectari, & odisse sui similes homines cõsueuit. Vehemẽter autẽ eius animũ cruciabãt ingentes honores ad Pompeium delati, & assidua sine interuallo magistratuum gerẽdorum concessa potestas, & antequam in senatũ legeretur permissa triumphandi licentia, Magni
18 que à ciuibus vltro cognomen delatum. Itaque cùm aliquando ex Romanis quispiam dixisset, iam aderit Pompeius Magnus, Et quantus nam? inquit arridens cum indignatione Crassus. Cũ se igitur militari gloria inferiorẽ animaduerteret, ciuilibus studiis quàm maximã posset authoritatẽ & potẽtiã cõparare nitebatur. Itaque potẽtibus omnibus præsto aderat, officiis, patrocinijs, pecuniarũ etiã mutuis

tuis dationibus quoslibet ex populo adiuuans, vt sibi vires & gloriam quæreret, quibus Pompeij conatibus posset obsistere. Magnam enim Pompeius à militibus, quibus præfuerat imperator, beneuolentiam consequutus erat, & absentis nomen in dies maius habebatur, ob insignem rei militaris peritiam. Præsens verò nonnunquam a Crasso in honorum petitionibus superatus est, propter summam quam sua præsentia concitabat inuidiam, cùm ex forma & habitu corporis fastus quandam significationem præ se ferret, nec facilè multitudini congrederetur: operã verò suam ac patrocinium difficilius cuiquã præstaret, quasi vires ad res maiores obeundas sortitus, quàm vt supplices aut damnatos in iudicio defenderet. Crassus autem in his studiis 19
assiduè versabatur, & frequens in concione ac foro aderat, atque omnibus facilem & peraffabilem se præstabat, adeò vt in medio rerum gerendarum cursu popularitate humanitatẽque illiũs difficultatem superaret. Corporis autẽ dignitas ac sermonis elegãtia, tum frontis hilaritas quædam facilè ad se amandũ homines allicies, par in vtroque fuisse traditur. Ambitio quoq; & honorũ cupiditas eadẽ, æmulationis cuiusdam, non tamen odij aut maleuolentiæ causas prębuit. Dolebat enim frequenter Crassus, Cæsarem sibi Pompeiũmque in honoribus præferri, Nec eã sanè inter se animorũ alienationem dissimulare penitus poterant. Itaque Cæsar in Asia à prædonibus captus, & vinculis & custodia detentus, magna voce vt plerisque audiretur, clamauit, Quantas, inquiẽs, Crasse, prædonibus habebis gratias, cùm de captiuitate mea certior factus fueris? Nõ multò tamẽ 20
pòst amicitia coniuncti sunt, & inuicem in gratiã rediere. Cúmq; in Hispaniã Cæsari profecturo pecuniæ quas exercitibus daret defecissent, fœneratoribus tantùm pecuniæ Cæsaris nomine credere recusantibus, atque ea de causa *498000
profectionẽ differre Cæsar cogeretur, Crassus * octingen- coronato-
torum ac triginta talentorum sponsor fœneratoribus in- rum.
tercessit. Cúmque vniuersa ciuitas in partes diuisa esset, quarum vna Cæsaris, altera Pompeij, tertia Crassi appellabatur (nã Cato magis sanctitiæ & bonitatis opinione, quã potentia valebat) cùm omnes qui optimi ac sapientes habebantur, Pompeij partes sequerentur: turbuléti verò, & qui maximã in ciuitate licentia habere cupiebãt, Cæsaris conatibus

Aemulatio inter Crassum, Pompeium, & Cæsarem.

bus fauerent: Crassus inter vtrosque medium sese gerebat: at modò huius, modò illius partibus inhærens, sæpe in reip. administratione mentem sententiámque mutauit, cùm nulli in amicitia satis firmum, nec rursus asperum nimis inimicum se præstaret: sed facilè, admodum ac leui momento, vt magis in rem suam conferre arbitrabatur, amorem simul
21 & odium permutabat. Itaq; eorundem hominum patronũ & accusatorẽ, & legũ earundẽ suasorẽ & dissuasorẽ, breui tẽporis interiecto spatio fuisse compertum est. Timore autẽ magis, quàm gratia ad populũ posse existimabatur: quapropter solicitudines maximas ineutiebat his, qui sub sua potestate tenebantur, quoties magistratum aliquẽ gereret. Vn-

Plutarchus in proble.

de & Sicinius multa in quoscunq; probra iacere consuetus, aliquando rogatus cur soli Crasso in cõuitiis parceret, Fœnum enim, inquit, in cornu gerit. Mos autẽ Romanis fuit, vt cornupetarũ boum cornua fœno circunligarent, quò ob

Pellũ Spartacium.

uiam procedentes sibi ab illis cauendum esse monerentur. Interea gladiatorum seditio per id temporis excitata est, &
22 eorum per omnem Italiã discursus prędabundus insequutus, quẽ plerique Spartaciũ bellum appellarũt: atque illum huiusmodi habuisse principiũ ferũt. Lentulus quidam cognomine Bartiatus magnã gladiatorũ familiam Capuæ nutriebat, quorũ maxima pars ex Galatia & Thraciã erãtoriũ di, non ob aliquod perpetratum ab ipsis scelus, sed tantùm propter emptoris impietatem necessariò gladiatoriã exercere coacti. Ex eis ducenti fugiendi consilium cùm iniissẽt, antequam fugæ constitutus dies aduenisset, proditi ac patefacti fuere. Duo tamen & octoginta, cùm reliqui timore impliciti cunctarentur, effugêre, atque è coquinaria taberna verubus ac bipennibus abreptis, cùm cętera arma deessent, è ciuitate digressi sunt, fortèque in currus gladiatorũ armis onustos, quæ ad aliam ciuitatẽ deferebantur, incidere. Illa igitur auidissimè rapientes seipsos armarunt, cúmq; munitum locum quendam occupassent, tres inter se duces
23 cõstituere, quorũ primus Spartacus vocabatur, vir ex Thracia oriundus, ac non minus prudentia, quàm corporis robore & viribus prętans, facilitate insuper ac mansuetudine, tum virtutibus omnibus supra fortunæ & conditionis sortem ornatus, vt Græcus potius, quàm barbarus videri posset. Fertur cùm primũ Romam venalis delatus est, draconem

conem sub dormientis eius capite in spiram complicatum apparuisse: quẽ Thracia itidem mulier conspicata, cùm vaticinãdi peritissima haberetur, & Dionysij sacris esset initiata, signũ hoc esse dixit magnæ cuiusdã & formidabilis potentiæ futuræ, quæ exitũ habitura esset fortunatũ. Eam semper ad se mulierẽ & conuiuiorũ deinceps & itinerum comitẽ Spartacus habuit. Concursu igitur primùm ab his, qui Capuæ fuerant, ad Spartacũ facto, ac subinde paulatim confluẽte multitudine, cùm eis armorum copia ex oppidis quæ ceperant suppeditaretur, gladiatoriis armis tanquam barbaris & inutilibus abiectis, sese militaribus armis instruxere. Aduersus eos cũ tribus millibus armatorum Clodius missus imperator, in monte quodã asperrimo deprẽhensos obsedit. Erat mons vndiq; vastis atq; abruptis rupi- 24
bus septus, in quẽ vna tantùm ex parte peruius aditus, atq; is satis angustus patebat. Eum locũ Clodius egregiè custodibus operibusq; muniuit: reliqua, vt dictũ est, abscissæ rupes ac præcipites claudebant, quæ cùm dumis asperrimis, tum agrestibus maximè vitibus vestitæ, digressum penitus negare videbantur. Verùm qui obsessi erant, cũ iam acrius necessitate rerum omniũ premerentur, cùm cæsos vitium palmites mutuis nexibus colligassent, sese per abruptas rupes expeditos dimisere, vno tantùm derelicto, qui digressis cæteris arma paulatim cùm deiecisset, ipse quoque ad suos descendit incolumis. Inde Romanos nihil tale suspicantes circunuecti à tergo inuaserunt, ac repentino timore perculsos facilè in fugam vertêre, castra quoque nullo ferme labore ceperunt. Huius victoriæ fama vulgata, multi ad 25
Spartacum vndique ex agris confluxere pastores, bubulci, viri audaces ac celeres, è quibus aliquot Spartacus armis instructos in milites elegit, quosdam verò inermes & expeditos ad præcursandum esse voluit. Romani interea P. Varenum secundum aduersus Spartacum imperatorem fecere, cuius legatũ Furium cũ duobus millibus armatorum proficiscentem aggressi hostes in fugam verterunt. Inde Cosinium alterum legatum maioribus copiis contra se missum obseruans Spartacus, quòd se apud Salinas plerũq; lauare consueuerat, non multùm abfuit quin viuum atque inermem caperet: cumq; exercitũ deducens incolumis vix periculũ euadere potuisset, hostes impedimentis omnibus

sunt potiti. Inde Spartacus fugientē exercitū prosequutus,
26 magnam stragē intulit. Ipse etiā Cosinius in ea pugna occisus est. Postremò imperatorē ipsum Varenum leuioribus antea prælijs nonnullis superatū, vna tandē ingenti pugna vicit atq; fugauit, & lictores omnes, atq; equū quo imperator ipse vehebatur, cepit. Tantis igitur prospero euentu rebus gestis, magnū iam atq; terribile apud omnes Spartaci nomen habebatur. Ipse verò secundis rebus modum adhibere volens, cùm esset suarum viriū conscius, non eousque cunctandū arbitrabatur, quoad omnem in se Romanorum potentiam concitaret. Itaque ad Alpes exercitū admouere constituerat, eo consilio, vt superatis Alpibus exercitū dimitteret, atq; alij in Galatiam, alij in Thraciā ad suas quiq; domos remearent. Verùm milites multitudini iā & viribus suis fidētes, eius verbis obtēperare noluerunt: sed mediam peruadentes Italiam, incendiis & populationibus cuncta
27 vastarunt. Quod postquā Romæ auditū est, indignatione maxima patres atq; omnē populum accendit, non tantùm rei turpitudine atq; indignitate commotos, sed imminens etiam reipub. periculū formidantes. Itaq; tanquam ad maximum ac difficillimum bellum consules ambos proficisci decreuere, quorū Gellius copias Germanicas, quæ propter contemptum & iniurias à Spartaco secesserant, subitò aggressus in vniuersum contriuit. Lentulus verò alter consul circūducta exercitus parte medios hostes clausisse putabat, verùm illi à tergo consulem adorti, cōmissa pugna legatos superarūt, & castra cū omnibus simul impedimētis cepere. Inde ad Alpes (vt antea statuerant) proficisci contendunt, quibus venientibus, Casius qui circa Padum oram Galliæ cum decē millibus prætor obtinebat, obuiā profectus est, ac pugna cōmissa, pluribus è Romanis interfectis, Casius
28 ipse vix euasit incolumis. Hæc Romam vt gesta fuerant per nuntios delata, magna aduersus consules iracundia senatum incendere, atq; illis bello abstinere iussis, Crassum imperatorē contra Spartacum delegit, cuius gratia & amicitia nobiles quidam adolescentes cōmoti, cum eo ad exercitum ire comites statuerunt. Profectus igitur Roma Crassus in agro Piceno substitit, venientem Spartacum ibidem excepturus. Interea Momium legatum cum duabus legionibus hostem à tergo circumuenire iubet, & eius vestigijs quam

Orosius lib. 5. cap. 24.

quammaximè posset sequentem à pugna sese penitus abstinere præcepit. At ille cùm primùm ad hostes peruenit, magna suarū viriū opinione inflatus, pugnā conseruit, in qua multis Romanis cæsis, reliqui abiectis armis fugiētes euasere: qui cùm ad Crassum peruenissent, grauiter admodum summaq; ignominia excepti sunt, ac Momius præsertim, qui pugnandi author extiterat. Militibus tamen Crassus 29
iterū arma cōcedens, spōsores ab eis seruandorū armorum qui pugnandi author extiterat. Militibus tamen Crassus postulauit, & ex eis quingētos qui primi fugā in acie cepe-rant, quiq; aliis timendi fuerant authores, in quinquaginta decurias partitus est, inde ex earū qualibet vnam sorte delegit, quē in totius exercitus oculis vltimo affecit supplicio: peruetustum sanè Romanorum puniendi morem in consuetudinē reuocans, qui nō minorem damno ignominiam continet, plurimumq; aspicientibus horrorem incutit. Eo modo confirmatis militum animis ad hostes exercitum ducit. Spartacus verò sub eius aduentu per Lucaniam paulatim retrocedens, ad mare se contulit. Fortè per id tempo-ris piratæ Cilices in Siculo freto versabantur, quorum opibus & auxilio Spartacus fidens, duo millia è suis in Siciliam transmittere cogitauit, qui vix dum sopitum illic ser uile bellum excitarent, quod sanè non multis egere stimulis videbatur. Pacta igitur mercede, Cilices quicquid vel- 30
let se facturos spoponderunt. Inde mercedis parte & muneribus insuper acceptis, abrupta quam dederant fide abierunt. Spartacus igitur ea spe destitutus, rursus à mari digrediens in Rheginorū Chersoneso exercitum statuit. Igitur adueniens Crassus, & loci naturā diligenter contemplatus, Isthmum muro claudere, & illos à continenti disiungere statuit, vt simul hostibus egrediendi facultatē, & militibus suis otiū adimeret. Erat opus magnū sanè atq; difficile: attamen gloriæ cupiditate incensus Crassus, rem tantam aggredi nō dubitauit, ac breui temporis spatio ex transuerso Isthmi, vtrinq; ad mare pertingentē triginta stadiorū fossam, quindecim pedū latitudine, atq; altitudine totidē duxit, superq; eam murum constituit, robore atq; altitudine mirandū. Ea primò Spartacus cōtēnere, ac nullius omnino momenti ducere simulabat. Inde verò deficientibus com- 31
meatibus cùm iam nihil in Chersoneso superesset, quod ad victum suppeditaret, noctem obscuras nebulis obscuram,

& vehementer ventorũ flatibus turbulentã, non magnam
fossæ partẽ abscisis arborũ ramis ac superiniecto aggere
cõpleuit, atq; eo pacto iam tertiò Romanos exercitus fru-
stratus euasit. Quod postquã Crassus animaduertit, citato
itinere abeũtis vestigia prosequutus est, veritus maximè ne
Romam petendi voluntas illũ & animus subiret, cùm præ-
cipuè ad id agendum impelli videretur, quòd sibi magis in
dies singulos vires augebantur, cùm plurimi ex Crassi mi-
litibus propter ortam seditionẽ ad eum cõfugissent, multi
etiã ex finitimis agris ad illũ confluerent. Interea Sparta-
cus iuxta Leucanidis paludem confederat, quã variatis tem
porum vicibus modò dulcẽ atq; potabilem, modò salsum
32 atq; amarum præbere saporem ferunt. Apud hanc igitur
Crassus hostes assequutus, eos à palude submouit, atq; eorũ
vagas discursiones & cædes aduentu suo cõpressit. Cumq;
arduum omnino atq; difficile videretur Spartacũ superare,
quòd ille fugiendo magis, quàm pugnando bellũ gereret,
& modò nusquam conspectus, subitò insperatus adesset,
Romam literas ad senatũ misit, opus esse dicens Lucullum
ex Thracia, & ex Hispania Pompeiũ accersiri. Ipse interim
quoad poterat ante eorũ aduentum bellum conficere nite-
batur: nec etiã ignorabat his aduenientibus perfecti belli
gloriam ad se nõ peruenturã. Cùm igitur omnino sibi pu-
gnandũ esse statuisset, militibus quibus C. Cassius & Can-
nitius præerant, & seorsum à reliquo exercitu castra habe-
bant, præcipit, vt cum sex millibus armatorũ locum quen-
dam insidiis aptissimum occuparent, ibiq; quamoccultis-
33 simè possent, delitescerent. Illi verò diligenter admodum
mandata seruantes, cùm galeas frondibus operuissent, ne
illarum fulgore deprehendi possent, ad cõstitutum locum
deuenere: nec eos omnino quisquam præter duas mulieres
conspexit, quę cùm rem ad hostes detulissent, in extremum
discrimen illos adduxissent, ni properè Crassus cum exer-
citu superueniens asperrimam pugnã iniisset. In qua duo-
decim millibus ac trecentis hostibus cæsis, duos tantum à
tergo vulneratos fuisse compertum est, reliqui conuersis
in Romanos frontibus, & in acie stantes cecidere. Sparta-
cum verò post eam pugnam ad Petilinos montes fugien-
tem, Quintus Crassi legatus, & Scrofa quæstor persequun-
sunt. In eos Spartacus magna vi cõuersus, omnes in fugam
verti-

vertit, & grauiter sauciusquæstor vix è manibus hostium à
circunstantibus ereptus est. Hæc res egregiè ac prospero
euentu à Spartaco gesta, euersionis suæ causam præbuit.
Fugitiuorum enim seruorum manus, quæ maxima sub eo 34
militabat, nimiùm iam de suis viribus sperare ausa, vlte-
rius iam fugiendo bellum gerere, & imperatoris dictis pa-
rère indignabatur. Cumq; in tuta iam loca euasissent, præ-
fectos vt se retro per Lucaniam contra Romanos ducerent
coegere, vt quamprimùm soli Crasso congrediendi copia
fieret. Iam enim adesse Pompeium nuntiabatur, multique
eorum qui Romæ comitiis aderant, eius belli victoriam
Pompeio deberi dictabant, quòd statim suo aduentu bel-
lum confecturus putaretur. Coactus his de causis pugnare
Crassus, cùm locandis castris fossam & aggerem statueret,
irruentes magno impetu serui, intentos operi milites inua-
sere, ac primò leuis pugna cœpta est, inde superueniẽtibus
vtrinque militibus, augeri prælium cœpit. Tandem vr- 35
gente necessitate Spartacus copias omnes in aciẽ deduxit:
cumq; sibi ex astantibus quidam equum adduceret, gla-
dium educens, Victor, inquit, plurimos & optimos ex ho-
stibus equos habiturus sum, victo autem ne huius quidem
mihi opus erit. His dictis, equũ gladio transuerberatũ in-
teremit: inde in Crassum per confertissimos hostes ruens,
multis perfossus vulneribus, Crassum contingere minimè *Spartaci*
potuit: at verò centuriones duos, qui iuxta illum astabant, *interitus.*
interfecit. Tandem omnibus qui secum aderant in fugam
versis, cùm solus derelictus fuisset, ingẽti circa eum globo
Romanorum facto, multis vndiq; irruentibus telis lacera-
tus est. Itaque cùm Crassus bellum tam graue confecisset,
corporis etiã proprij subiisset periculum, non tamen Pom-
peij gloriam potuit obscurare: nam qui Crassi opibus ad-
uersabantur, res quoad poterant gestas verbis minuere ten
tarunt, & Romam ad senatum scripsere, non nisi fugitiuos
aliquot aperta pugna à Crasso fuisse superatos. Pompeius 36
igitur de Hispania atq; Sertorio splendidissimũ triũphum
duxit: Crasso autem permissum, vt ouans vrbem intraret:
nam iustum triumphum, ne ipse quidem sibi decerni postu
labat, quòd perindignum esse videbatur de superatis seruis
triumphare. Quid verò triũphus ab ouatione distet, & vnde
vtriusq; dictũ sit nomen, in ea, quã de Marcello scripsimus,

vita disputatum est. Post hæc autem cùm ad consulatum Pompeius Romam accerseretur, Crassus verò collegam se illi fieri vehementer cuperet, nec omnino propter eā quam ad populū habebat gratiā, diffideret, attamen quò facilius quod optabat, assequeretur, suppliciter ad hanc rem perageudā à Pompeio auxiliū implorauit: qui etsi Crasso non mediocriter infensus esset, studiū tamen suum, & operam egregiè impendit, atq; in concione palàm retulit, non tam se de adipiscendo consulatu solicitū esse, quàm vt Crassum
37 in eo magistratu collegam habere liceat. Ambo igitur consules facti non diu in ea quā simularant benevolentia permansere: sed in omnibus rebus inuicē disidentes, ferme desertam esse rempub. passi sunt: eaq; de causa nihil ab eis in consulatu memoria dignū gestum est, prēterquam quòd Crassus Herculi sacra faciens, pop. Rom. epulum publicè dedit, & in tres menses singulis victū distribuit. Cùm iam ad finem peruenissent consulatus, & comitiorū habendorum causa in campo Martio cōsedissent, Onatius Aurelius vir quidem ex equestri ordine oriūdus, vita autem omnino rudis atq; agrestis habitus, maxima celeritate in forum accurrens, clamauit, Iouem sibi in somnis visum monuisse, vt hoc palàm ad populū ferret, ne antè consules magistratu se abdicare paterentur, quàm simul in gratiā amicitiamq;
38 rediissent. Hęc ille summa voce, cùm è pulpito vociferatus esset, ac populus in gratiā redire cōsules iuberet, Pompeius nec voce, nec loco mutatus est. At verò Crassus assurgens, & collegæ vltro dextra porrecta, Nihil humile, inquit, arbitror, aut parum me dignum facturū, Quirites, si prior ad amicitiam, gratiamq; cum Pompeio conciliandam surrexero, quē vos adhuc impuberem Magnum cognominastis, cuiq; nondum in senatorum ordinem ascito, triumphum decreuistis. Atque hęc à Crasso in consulatu gesta sunt, quę quidem digna memoratu visa fuerint. Censuram verò, ab omni officio immunem atq; otiosam gesit. Neque enim senatum lustrauit, nec equitum notauit quenquam, aut eorum omnino rationem habuit, non etiam ciuium capita censuit. Et in eo magistratu collegam habuit Luctatium Catulum, virum Romanorum omnium mansuetissimum.
39 Itaque cùm Crassus initio magistratus acerbissimum se futurum declarasset, & Aegyptum tributariam Romanis faceret

facere tentasset, summa audacia Catulus obstitit: quapropter orta inter eos seditione, sponte sua nō multò pòst ambo sese magistratu abdicarunt. Coniurationis eius, quæ Catilina author cœpta, omnē penè funditus euertit remp. consciū atq; participem fuisse Crassum nō parua suspicio fuit. Nā ex coniuratis quidā magna voce Crassum cōpellās auditus est: attamen eius verbis nemo fidē adhibuit. Et M. Cicero coniurationis vindex apertè satis in oratione quadā, in Crassum & Cæsarē cōiurationis illius non minima ex parte causam refert: eam tamen orationē nunquā, nisi post vtriusq; mortem edere ausus est. In illa verò, quam de suo cōsulatu habuit, Crassum ad se noctu venisse refert, epistolam à Catilina missam tenentem, qua illum quasi con-
40 sciū, ad firmandā coniurationem hortabatur. Atq; hac de causa semper inposterū Ciceronis inimicus Crassus est habitus. Quòd verò palàm illum nō insectaretur, filius impedimento fuit, qui cùm studiorū ac disciplinæ amātissimus esset, vehemēter Ciceronē diligebat, eiusq; cōgressu ac familiaritate plurimū vtebatur, adeò, vt cùm exilio damnatus esset Cicero, Publius Crasi filius vnà cum eo vestē mutauerit, atq; alios adolescentes cōplures idē facere cōpulerit. Tādem verò patrē etiā Ciceroni conciliauit. Cùm Cæsar è prouincia reuersus consulatū petere statuisset, animaduertisētq; Crassum & Pompeium inuicem cōsulatus gratia certaturos, ipse ne alteri fauens, alterius in se offensam contraheret, summa cōtentione illos inter se concordes facere laborauit, admonens nihil aliud inter se dissentientes efficere, quàm vt Ciceronis & Catuli, atq; etiā Catonis vires ac potentiā augeant, quorū opes nullū pondus habituræ sint, si ipsi inter se cōcordi animo atq; sentētia, amicorū atq; affiniū adhibitis auxiliis, remp. gubernare voluerint. His illi verisimis rationib. cōmoti rursus in gra-
41 tiā & cōcordiā rediere. Itaq; horū triū, veluti quadā cōspiratione facta, inuicta quædā & inexpugnabilis constituta est potentiæ magnitudo, quæ senatus & populi Romani vires comminuit atque perfregit. Nec tam illorum vires Cæsar confirmare tētauit, quàm eorū opibus sese tutissimū ac maximum constituit: statim enim vtriusque cōsensu creatus consul, magnum in populo nomen & gloriam consequutus est. Nam cùm egregiè consulatum

Cæsaris, Pōpeij, & Crassi amicitia.

gereret, imperator factus & prouinciam Galliam sortitus, quasi in arce ciuitatis ab eisdem impositus est. Ipsi verò se pro arbitrio facturos nullo aduersante opinabantur, si Cęsaris quàmaximè potẽtia augeretur. Et Pompeium quidẽ immensa ambitio ad hæc incitabat: ad Crasi verò veterẽ auaritiæ morbũ, triumphorum ac trophęorũ summa cupiditas acceſſerat, quã præclariſsima Cæſaris geſta omnium fama & conſenſu celebrata excitauerant, quibus ſeſe inferiorẽ eſſe, cũ cæteris in rebus ſuperior haberetur, haud æquo animo ferre Craſſus poterat: nec antè cupiditati huic finẽ impoſuit, quàm ſe ad turpiſsimam mortẽ ſumma igno-
42 mina ac detrimento populi Romani præcipitauit. Nã cùm Cæſar è Gallia Luciã veniſſet, multi ad eum viſendum Romã profecti ſunt, inter quos etiam Pompeius & Craſſus venere, multáq; inter ſe remotis arbitris colloquuti, maiora iam animis concipientes, vt omnem in ſe Romani imperij potentiã trãsferrent agitare cœperunt: quod ita ſe demum conſequi poſſe arbitrabantur, ſi Cæſar quidem vt cœperat cum imperio in armis permaneret: Craſſus verò atq; Põpeius quicquid ſupereſſet, exercitũ, & reliquas prouincias inter ſe partirentur. Ad quod vna tãtùm patẽre via videbatur, ſecũdi ſcilicet cõſulatus Pompeio Craſſoq; petitio, cui maximè Cæſarem fauere poſſe animaduertebãt. Hãc igitur ingredi cùm ſtatuiſſent, Romam Cæſar ad amicos hac de
43 re literas ſcripſit, & ex militibus quamplures, vt comitiis intereſſent, eodem miſit. Multi enim ex his, qui ſub Craſſo militabant, eadem de cauſa Romam venere. Quapropter magna apud omnes ciues eſt exorta ſuſpicio, & iam creberrimus in populo rumor verſabatur, quẽ illi inter ſe diu turnum congreſsũ feciſſent, nihil reipub. bonũ aut ſalutare futurũ cõtinere. Cùm in ſenatu Marcellus ac Domitius Põpeium rogaſsẽt, in proximisne comitiis cõſulatũ petiturus eſſet: ille dubiũ reſponſum dedit, fortè, inquiẽs, petã, fortè nõ petã. Rurſus verò idẽ interrogatus: à bonis, inquit ciuib⁹ petã, à malis verò minimè. Cũq; hæc ſuperbè nimis & ambiguè reſponſa viderentur, multáſq; audientiũ animis ſuſpitiones inferrent, Craſſus eadẽ rogatus, ſi quidem, inquit, reipublicæ profuturum eſſe iudicauero, petam: ſin
44 minus, à petitione deſiſtam. Hoc eius reſponſo nonnulli excitati, petere eum, & ipſi ſtatuerunt, inter quos præci-

puè

puè Domitius extitit. Nam cùm alij Pompeij Craſsiq; minis, & occultis denuntiationibus territi ab incepto deſtitiſſent, Domitius Catonis hortationibus confirmatus in ſententia perſtitit, cùm illũ Cato ſuis viribus nõ diffidere, ſed audacter pro cõmuni libertate contendere iuberet. Neque enim conſulatũ, ſed tyrannidem Pompeium Craſſumque petituros deſcendere: nec verò magiſtratus aut honores, ſed prouinciarum atque exercituum diripiendorum facultatem affectare. Hæc atq; huiuſmodi Cato palàm ad populum vociferans, inuitum penè Domitium cãdidatum in comitia deducebat, quem primo aduentu multi comitiis aſſurgentes circunſtetere. Nec parua ſanè admiratio pleroſque tenebat, quænam cauſa ad ſecundam conſulatus petitionem duos illos principes ciuitatis impelleret. De- 45
inde cur ambo, tum etiam cur penè ſoli peterent, cùm in ciuitate complures eſſent, digni, qui cum Craſſo aut Pompeio magiſtratum gererent. Hos rumores, cùm Pompeij fautores accepiſſent, candidatorum neminem palàm prohibere ſunt auſi, ſed occultis artibus inuadentes illos ab incepto deſiſtere compulerunt. Domitium verò noctu cum amicis in campum deſcendentẽ aggreſsi, ſeruum, qui lumen præferebat, trucidarunt, multiſq; ex circunſtantibus vulneratis, inter quos etiã Cato fuit, reliquos intra domũ retruſere, & cuſtodibus ne egredi poſſent, circa fores appoſitis comitia habuere, quibus Pompeius & Craſſus conſules renuntiati ſunt. Qui deinde initio magiſtratus armati rurſus in domũ veniẽtes, nõnullis eorũ qui ſuis volũtatibus aduerſabantur interfectis, & Catone extra concionem eiecto, Cæſari imperium in luſtrũ alterũ prorogauere. Sibi 46
verò Syriam & Hiſpaniã prouincias decreuerũt, quas ſorte demũ inter ſe partiti ſunt, & Syria quidem Craſſo, Pompeio verò Hiſpania obtigit. Fuit autẽ omnibus inuiſa Põpeij ſortitio: neq; enim illũ procul ab vrbe abeſſe multitudini placebat, & ipſe magno vxoris amore incenſus domi perlibenter verſabatur. Craſſus verò ſua ſorte vehementer exultans, nihil ſibi per id temporis fortunatius accidere potuiſſe arbitrabatur, tanquã in alieno ſolo magis quàm domi, & in externis potius rebus, quàm in domeſticis inuenturus quietem. Multa igitur inania ac puerilia præter authoritatis & ætatis dignitatem iactans, cùm minimè ad

ca vitia natura propensus esset, nõ Syriam aut Parthos feli
citatis suæ terminos statuebat: sed quasi puerilem ludum
fuisse dictitãs Luculli aduersus Tigranẽ, & Pompeij cõtra
Mithridatem bella peracta, ad Bactra vsq; & Indos vltimos
extremi fines Oceani, ingẽtem animi spem prolatauerat.
47 Itaque cùm tanta flagraret Crassus eundi cupiditate, multi
profectioni eius aduersabantur, quòd nihil ea lege, quæ de
consulatu eorum lata erat, de peregrinis bellis gerẽdis cau
tum esset. Magna præterea suspicio plerosq; tenebat, cùm
tantoepre ad hoc bellum Crassus properaret, tum & etiam
è Gallia Cæsar ad Crassum scribens pluribus verbis animi
fortitudinem laudabat, ac summo studio ad peragendum
opus hortabatur. Hæc igitur (vt antè dixi) populo suspe
ctam Crassi profectionem faciebant. Itaque cùm iam e-
*Athius gressurus esset, *Acteius tribunus plebis profectionem im
pedire aggressus est, multosq; secum è populo fautores du
cebat, qui grauiter indignabãtur, quòd Crassus imperandi
cupiditate ad eos populos oppugnandos proficiscĕretur,
48 qui amicitia & societate cum populo Romano coniuncti
essent. Horum igitur vim Crassus pertimescens, Pom-
peium vt secum progrederetur, orabat. Magna enim erat
Pompeij apud multitudinem authoritas. Itaque cùm plu-
rimi Crasso aduersari, & voces edere grandiores incipe-
rent, placido vultu atq; hilari fronte respiciens ad eos Põ-
peius, tumultum omnem sedauit, ita vt facilè abeuntibus
iter præstarent. Acteius tamen obuiam veniens, voce pri-
mum retinere Crassum, atque obtestari nitebatur. Inde vbi
se nihil eo modo proficere animaduertit, viatorem ad Cras
sum comprehendendum misit. Id cùm alij tribuni prohi-
buissent, Acteius in vrbem citato gradu accurrens, in via
per quam Crassus iter facturus erat succensam cratem con
stituit. Cumq; ad eum locum Crassus peruenisset, assistens
Acteius, & sacra quædam ac libationes faciens, diras ad-
modum atque horrendas execrationes obnuntiauit, deos
49 quosdam inauditos antea & horrendos nomine appellãs.
Diræ quid sint. Has imprecationes Romani diras appellant, & iam quasi
vetustate obsoletas hanc vim obtinere aiunt, vt qui illis
obnoxius fiat, grauissimas pœnas dare cogatur, & maxi-
mo infortunio affici necesse sit. Quamobrem non temerè
in quẽquam, nec leuibus de causis illarum vti obnuntiatio
ne

ne consueuerunt, multiq; propterea Acteium grauiter in-
cusabant, quòd ob eam, quam priua tam cum Crasso simul
tatem gerebat, tanta mala reip. esset imprecatus, eamq;
tam dira atque inexpiabili religione astrinxisset. Attamen
Crassus Roma profectus, Brundusium venit cumq; non-
dum satis ab hybernis tempestatibus mare pacatum esset,
cunctari tamen, aut diutius moram trahere noluit: sed mi-
lites quamprimũ nauibus impositos traiicere properauit,
& nonnullis nauibus amissis, reliquũ supplemẽtis firmatũ
exercitũ per Galatiã ducebat. Cumq; Deiotarũ regem ex 50
trema iam senectute confectũ, nouam tamen vrbem ædifi- *Iocus Craf*
cantem cõperisset, talibus verbis in eum iocatus est, Orex, *si in Deio-*
inquiens, quidnam hoc est negotij, quòd tibi duodecima *tarum re-*
iam diei hora cùm adsit, nouã vrbem ædificare incipis? Ad *gem.*
hæc subridẽs Deiotarus, Tuverò, inquit, imperator cùm sis
hauquaquã satis, vt videtur. matutinus, tamẽ in Parthos cũ
exercitu properas. Sexagesimum autẽ per id tẽporis annũ
ætatis suæ Crassus agebat, sed longè vetustiorẽ præ se fere-
bat ætatẽ. Cùm itinere cõfecto in hostiles terras peruenis-
set, eam rerum conditionẽ offendit, quæ maximè eius ani-
mum ad spem summã incendere atq; inuitare posset. Pri-
mum enim ponte super Euphratem constituto, facilè vni-
uersum traiecit exercitũ, & multas Mesopotamiæ ciuita-
tes vltro sese dedentes in fidẽ recepit. Vnã verò, quæ Zeno- 51
dotiũ à Græcis dicta est, cui tyrannus Apollonius domina
batur, per vim captã opibus exuit, & captiuos omnes vẽdi-
dit. Cumq; ob id à militibus imperatorẽ se appellãdũ fore
putasset, eumq; spes frustrata esset, incredibile est, quantũ
animũ demiserit, quãq; ad maiora etiã capesẽdalãguidior
factus sit. Inde septẽ peditũ millibus & equitibus mille in
præsidiũ ciuitatibus, quæ ad se desciuerãt impositis, ipse in
Syriã ad hybernandũ cõcessit, filiũ ibidẽ moraturus, qui è
Gallia à Cæsare veniẽs mille equites lectos, & alias quasdã
copias deducebat. Atq; id primũ inter Crassi errata cõnu-
meratur, cũ plurima in ea expeditione deliquerit. Nã cùm
maturato opus esset, & Babyloni, aut Seleucię primis Par-
thorũ ciuitatib. exercitũ admouere, atq; hostes imparatos
inuadere, dum inani otio tempus cõterit. colligẽdi animũ,
ac sese parandi spatium hostibus dedit. Omne autem quod 52
in Syria temporis versatus est, cogendis pecuniis ma-

gis,

gis, quàm militari disciplina exercitũ coercendo consumpsit. Neq; enim recensendis armis, aut militum corporibus aliquo studio exercendis intendebat, sed acerbius à ciuitatibus exigens vectigalia, & omnium etiam minimorum rationem subducens, quanto poterat studio, pecunias coacernabat: thesaurum verò, qui in Hierapoli positus latebat, ad stateram, librámq; numerabat. Cumque finitimis populis atq; principibus, militũ quos ad se mitti vellet, numerũ imperasset, accepta pecunia, militiã illis remittebat. Itaq; segniter omnia ac summa negligentia ministrãti, prodigia etiã non satis faustum euentum portẽdere: quorũ prima eadẽque clarissima, seu Venus, seu Iuno ab incolis dea
53 nuncupata, quę nascentib. rebus principia cõferre putatur,
Prodigiũ. haud obscuris ambagibus dignoscenda mõstrauit. Nam cũ peractis sacris eius templum Crassus egrederetur, filius ante fores templi offenso grauiter pede prostratus cõcidit, quẽ statim pater eodem casu lapsus sequutus est. Cùm iam ex hybernis copias educeret, legati ab Arsace breuia quædam in hanc ferè sententiam mandata portantes superuene
" re. Si quidem à senatu, populòq; Romano missus contra nos
" exercitum ducis, ingens profectò bellum, & summo odio,
" atque omnino infensis animis gerendum censemus. Quòd
" si aduersante atq; inuita patria (vt audiuimus) priuatæ tan-
" tum cupiditatis ac lucri causa Parthis intulisti bellũ, & iam
" regionis nostræ particulam occupasti, non sanè tuas vires
54 aut exercitum magni facimus: itaque moderatius tecum acturum, & senectutis tuæ rationẽ habiturum Arsacem nũtiamus, & Romanis condonaturũ viros quos in Mesopotamia inclusos magis, quàm aliena custodientes habeat. Hęc sibi ab Arsace, vt nuntiarẽt atq; scisciterentur, mandata fuisse. Ad ea indignatus, & iactabũdus Crassus, in Seleucia se responsum his mandatis daturũ dixit. Tunc Agesis legatorum vnus, qui cæteros ętate & authoritate anteibat, sublata manu mediam palmam ostentans, Prius in hac palma setæ nascentur, inquit, quèm tibi Seleuciam conspiciendi sit potestas. His dictis legati discessere, & Hyrodem regẽ adeuntes, virum per ea tẽpora bellicæ virtutis gloria insignem ad bellum cappessendũ cõpulere. Interea milites nonnulli ex vrbibus, quæ in Mesopotamia Romanorũ præsidiis tenebãtur, ad exploranda hostiũ consilia delapsi, haud aspernanda quæ

quædam ad Crassum detulere. Hostium enim multitudinem innumera parari nuntiabant, quorum extremum robur, ac fortitudinem in vrbium expugnatione experti essent, & quemadmodum fieri solet, omnia in deteriorẽ partem amplificantes: dicebant enim Parthos instantes nõ effugi, fugientes comprehendi non posse: tela autem oculorum aciem anteuertentia, priusquam vnde emissa sint, conspiciantur, obuia omnia penetrare: equites verò cataphractos, alios omnia prosternere, alios omnem impetum sustinere. Hæc in exercitu passim audita vehemẽter animos 55
Romanorum turbarũt, atq; omni spe & audacia destitutos reddidere. Nihil enim antea Parthos ab Armeniis aut Cappadocibus differre putabãt, quos quanquam depopulatos, subigere tamẽ Lucullus desperauerat. Cúmq; præcipuã belli difficultatem, itineris longitudinem, & hostis perpetuò fugitantis persecutionem putassent, subitũ & inexpectatũ periculum tantò iam maius videbatur, ita vt multi Romanorum, ac præcipuè Cassius quæstor, Crassum ab incepto desistere suaderent. Multa etiam vates in sacris dira portendi nuntiabãt. Quibus omnibus neglectis, Crassus his solis aures præbebat, qui aduersus hostes quãproperè ducendum exercitum esse suadebant: maximéq; in hac eum sententia rex Armeniorũ Artauasdes confirmauit, qui sex millia lectorum equitum ducens ad Crassum in castra venit, eos circa se custodiæ tantùm causa semper tenere dictitãs. Decẽ 56
millia insuper cataphractorum equitũ ducturum se pollicebatur, ac peditum electorũ triginta millia, quos assiduè domi nutriebat. Is Crasso persuadere nitebatur, vt per Armeniam ducẽs in Parthos traiiceret, facilè enim se cõmeatum copiã præstiturum. Iter præterea tutissimũ fore per asi
dua vndique altissimorũ montium iuga, vt quæ equitibus, quibus Parthi præcipuè valebant, inuia essent & inaccessa. Hac Crassus benignè auxiliorũ pollicitatione susceptа, ac regis erga se beneuolentia collaudata, per Mesopotamiam traducere exercitũ constituisse respõdit, quòd illic magnã & optimam copiarũ suarum partem dimisisset. His igitur auditis, rex domum discessit. Crassus verò ex hybernis exercitum mouit. Cúmque ad fluuium quendam peruenisset 57
ac milites facto ponte traiicerent, mirę magnitudinis exorta tonitrua, & in aduersa militum ora micantia fulgura, quasi

Aduersa omnia.

quasi transitu prohiberet milites videbantur. Ventorum in super magno impetu ruens procella, pōtem quem ad traiiciendum militē ratibus iunxerat, disiecit, & pluribus in locis perfregit. Castris etiam ponendis destituatus locus duobus fulminibus percussus est: equus preterea imperatorius egregiè phaleris præ cæteris ornatus, quasi percitus furore quodam, summa vi contranitente auriga in fluuium desiliit, ac subitò fluctibus obrutus, & adstantium oculis subreptus, nusquam apparuit. Traditur etiā primā aquilā, quæ in exercitu ferebatur, sua sponte, cogente nemine, esse conuersam. Mox post traiectū, cùm necessaria militibus distribuerentur, cōtigit fortè omniū primò lentes ac salem dari, quæ inter funesta habere, & mortuis offerre Romani solēt.

58 Cúmq; Crassus apud exercitum concionem haberet, vox quædā excidens ei totius exercitus animos vehementer turbauit: iubebat enim, vt quem in fluuio pōtem fabricauerāt subitò rescinderēt, ne quis eorū penitus regredi posset: cùmque debuisset verbum, quod exciderat, & quo militem perterritum offensúmque intellexit, reuocare & declarare, perfastū neglexit. Præterea cùm Crassus, vt moris erat, sacrificio instituto lustraret exercitum, porrecta ab aruspice viscera è manibus cecidere: quod cùm grauiter omnes qui adstabant, perturbasset, arridens Crassus, Talia nobis, inquit, incommoda senectus affert, attamen arma nunquam e manibus ceciderunt. His Peractis Crassus secundum flumen ducebat exercitum. Erant autem peditum legiones septem, &

59 equitum quatuor millia, ac totidem velites. Interea exploratorum, qui præmissi fuerant, aliquot ad exercitum redeūtes, nuntiant regionem se vbiq; hominibus vacuam cōperisse: plurima verò quaū fugiētium equorū offendisse vestigia. Hoc nūtio magnopere lætatus Crassus, passim apud milites Parthorū ignauiam & imbecillitatē criminabātur, quasi manus conserere, aut secū congredi trepidantiū. At verò exercitus principes, qui Crasso aderant, longè contraria sentire, ac iugiter admonere, vt in ciuitate aliqua earū, quas suis præsidijs firmatas habebat, exercitū ex itinere fatigatū reficeret, quoad certi aliquid exploratū de hostibus haberet: sin minus id consilij placeret, saltē iuxta fluminis ripā iter faciens ad vrbem Seleuciam duceret, sic enim facilem cōmeatus copiā fore: tutius quoque iuxta flumen iter

facturum,

facturum cū nullæ ex parte fluminis essent insidiæ metuendæ. Cùm Crassus huiusmodi sententias agitaret, & quid si- 60
bi potissimū agendū esset, consuleret, Ariamnes quidā Arabum princeps ad eū venit, vir quidē ad fallēdum aptissimus & omnium, quæ contra Crassum fortuna parauerat, vltimū ac supremū exitiū futurus. Hunc multi eorum, qui sub Pōpeio militauerāt, amicū illius fuisse recordabātur, & quasi Romanorū amatorem præcipuum colebāt. Is tunc à Parthorum regibus ad Crassum missus fuerat, vt eum procul à flumine dimoueret, & in vastas solitudines, & patentes campos deduceret. Omnia enim Parthi facere, ac perpeti malebant, quàm cominus collato pede cum Romanis pugnare. Ariamnes igitur ad Crassū veniens (vt erat in dicendo prō ptus, atque ad persuadendum aptissimus) Pompeium vehementer laudare, ac patrem & benefactorē appellare cœpit. Tum Crassi vires ac potentiam extolere, cunctationem ve 61
rò ac moram in apparando exercitu accusare, quasi armis vtendum arbitraretur, ac non potius manuum & pedum velocitate contra eos viros, qui cum omnibus rebus suis, ac liberis etiam & coniugibus in Scythas, aut Hyrcanos fugere præ timore iampridem cogitauerint. Summa igitur velocitate properandum, vt priusquam omnes vires in vnum Parthi coegissent, manus cōsereret. Surenam enim & Sillacē cum magnis equitum copiis ad reliquum exercitum proficisci, quos facilè, si velit, intercipere posset, cùm alteri Parthorum exercitui eorum aduentus ignotus sit. Hæc autem omnia falsò nūtiabat. Hyrodes enim ac Surenas statim ab initio copias inter se ita partiti fuerant, vt Hyrodes Artauasdi Armeniorum regi bellum inferret, Surenas verò contra Romanos proficisceretur. Id non ea de causa (vt quidam 62
ferunt) Hyrodes instituerat, quòd Romanos contemneret, Crasso præsertim imperatore, qui tunc facilè inter Romanos princeps eminebat. sed periculi magnitudinem reformidans, cum Artasuade bellum gerere maluit, Surenam verò Romanas vires experiri. Erat Surenas non humili sanè, aut obscuro loco inter Parthos oriundus, sed qui diuitiis, genere atque gloria secundus à rege numerabatur: corporis autem robore ac fortitudine ætatis suæ Parthorum omnium potentissimus: forma verò ac magnitudine corporis supra cæteros omnes admirabilis, magnaq; in castris pō-

pā &

pa & apparatu vtebatur: siquidem mille cameli impedimentis, quę suo duntaxat vsui seruiebant, onusti quacunque iter faceret sequebantur. Ducebat etiam pellices circiter ducentas. Mille præterea cataphractos equites, ac totidem leuiter armatos, custodiendi corporis gratia circa se conti
63 nuè detinebat, peditum verò ac seruorum ingentem numerum. Iam ab initio autem illud à maioribus, velut hæreditarium acceperat, vt ei qui Parthorum rex esset declaratus, regium diadema primus ipse imponeret. Hic pullũ domo Hyrodem in regnum restituit, ejecto rege qui per fraudẽ Parthorũ regnum occupauerat: primusque in pugna, quæ apud Seleuciam gesta fuit, ciuitatis murũ conscendit, atque vrbẽ ipsam captã Hyrodi tradidi. Annum tum agens nondum tricesimum, consilio non minus & calliditate, q̃ robore valebat: quibus rebus Crassum, cui antea quidem propter audaciam, fastúmq;, tum verò ob metum ac calamitates imponere perquam facilè erat, superauit plurimùm. Interea suis artib. Ariamnes à flumine procul distractũ Crassi exercitum in patentes cãpos ac vastas deduxerat solitudines, via quidem leni primò ac perfacili, sed quę in dies asperior atq;
64 intolerabilior fieret. Iam enim in arenas profundissimas veniebant, & cãpos aquis, herbis, arboribusque carẽtes, quorum nullus vsquam terminus conspiciebatur, vt non solùm itineris labore ac siti cõficerentur, verùm intuitu ipso miserabili deficerent, cùm nullus vsquam tumulus, nullus fluuius, non deniq; viresces aliquod germen, aut herba apparet, sed vastę tantũ solitudines çstu intolerabili eos exciperent. Tunc igitur Arabis dolos ac fraudes agnoscere, qui cũ Crasso erant cœpere. Legati etiã sub id tempus ab Artauasde Armeniorum rege superuenerunt, nuntiantes Artauasdem ingẽti bello ab Hyrode oppressum auxilia mittere nequiuisse: verũ pro veteris amicitię ac beneuolentię iuremonere atque hortari Crassum, vt relicto quo cœperat itinere, per Armeniã proficisceretur, atq; cõiunctis secũ copiis contra Hyrodem bellũ gereret: quòd si id facere nollet, campestria saltem in proficiscendo loca vitaret, & quam proximè
65 vicinis mõtibus iter faceret. Ad ea Crassus ira atq; indignatione furens, nihil aliud respondit, quàm sibi tũc otiũ nõ dari, vt Armeniis digna respõsa præberet: verũ nõ multò pòst in Armeniam venturũ, vt debitas proditionis pœnas à rege repo

Pellices ducentæ in castris Surenæ.

reposceret. Hoc tam superbè, támque inhumaniter responsum omnes, qui cum Crasso aderant, perindignè tulerũt, & verbis quoad poterant ipsius iram lenire conabantur: seorsum autem grauiter Ariamnem accusabant, Quis te, dicentes, malus dæmõ scelestissime, nobis proposuit? qui quasi veneficiis quibusdam, atque incantionibus imperatoris mentem peruertisti, vt per vastas ac desertas solitudines iter faceret, nõ quasi Romanus ac disciplinæ militaris peritus imperator, sed tanquã latronum ac fugitiuorũ ductor. Hæc 66
in se vulgò iactari, cùm barbarus audisset, vt erat ingenio & calliditate prõptissimus, variè pro cuiusq; moribus talia iactantibus respondebat, & aliis quidem auxilium, leuaménq; polliceri, alios verbis lenioribus cõsolari, nonnullos etiam grauius accusare, quosdam verò iocis ac salibus aggredi: An vos, inquiens, per Campaniam facturos iter putabatis, vbi & fontium & riuorum ingens copia vos exciperet, balneis quoque multifariam emanãtibus, & variorum fructuũ copia abũdaretis? non vos in Assyriorum atque Arabum fines peruenisse meministis? His atque huiusmodi verbis diutius exercitum atque imperatorẽ frustratus, antequam dolus palàm cunctis innotesceret, fugam arripuit, nõ occultè quidem à Crasso digrediens, sed ad hostes se profecturũ dictitans, vt eos artibus quibusdam ac dolis peruertẽs facilius in eius manus ac potestatẽ deduceret. Fertur eo die Cras- 67
sum non purpureum (vt Romanorum imperatorum mos erat) sed nigrum paludamentum ad milites processisse, idq; admonitum ab amicis subitò permutasse. Signa verò, cùm signiferi, velut affixa vix vi eruere possent, Crassus id contemnens profectionem festinabat, legionem, vt equitatum sequeretur, cogens. Interea ex his, qui exploratum præmissi fuerant, citatissimo cursu pauci quidam redeuntes nuntiant, cæteros, qui secũ ierant, ab hostibus interfectos fuisse, se verò illorum vix potuisse manus effugere, eòsque magno impetu ad pugnandum paratos irruere, & numero & robore formidandos. Hoc nuntium vehementer animos militum perturbauit. Crassus verò stupore ingenti ac repentino tumultu vix mentis compos, huc atque illuc furibundus excurrens, vix satis imperatorium munus exequebatur. Primò igitur milites in ordine statuens, vt 68
horum voluntati morem gereret quãlatissimè poterat aciẽ

extendit, & campi quã plurimũ complecti nixus est, ne facilè ab hostibus circũueniri posset: equites præterea in cornibus vtrinq; collocauit. Inde mutato cõsilio copiisq; contractis, agmine quadrato vtrinque exercitũ instruxit, & vniuersam aciem in ordines duodecim partitus est, atq; turmam equitũ cuiq; ordini tribuit, ne qua pars equestris esset expers auxilij. Cornu autem vnum Cassio dedit, alteri verò iuniorem Crassum filiũ suũ præfecit, ipse mediã aciem tutandam accepit. Sic igitur instructi Romani procedentes ad fluuium, qui Balissus dicitur, peruenere, cuius occursus exercitui pergratus extitit ingenti æstu atq; siti laboranti,
69 quam diu propter aquæ inopiam perpessus fuerat. Plurimi igitur duces, qui cum Crasso erant, ibidem castra ponere ac pernoctare suadebãt, quoad de viribus & numero hostium certi aliquid explorarent, vtq; in diem posterũ pugna differretur, hortabantur. At Crassus filio, & his qui secum erant equitibus, ab ordinibus non discedere, atq; in acie stantes cibum capere iussit. Interim non penitus dissolutis ordinibus, nec satis ad pugnam rursus dum instructis, sedato gradu ductabat exercitũ, quoad hostes improuisò ante oculos apparuere, neq; numero primùm, neque aspectu formidabiles. Hos de industria Surenas ante acies incõpositos præmiserat, & vestibus aut pellibus superiectis armorũ fulgorem iusserat occultare. Vt primùm igitur Romanis appropinquantes pugnandi signum ab imperatore accepe-
70 runt, horrendo clamore vniuersos campos compleuere. *Parthorũ pugnã incuntium mos.* Neq; enim cornibus, aut tubis sese ad pugnã animare Parthi cõsueuerunt, sed annulis cauis corio superinducto tympana ferrea circundant. Hæc multi simul pulsant, resonat graue & horribile: nam ferino latratui, tonitruisq; simile quiddam pulchrè permixtum reddũt. Hoc igitur sonitu Romanorũ animis perculsis, cùm vestes, quibus arma tegebãt deiecissent, galeas ac thoracas Margiano ferro micantes subitò ostendere: equi etiam ferreis atq; æneis tegumentis protecti apparuere: Surenas verò inter cæteros magnitudine ac specie præstans, Medorum more atque habitu ornatus, longè mollius, quàm virũ deceat, perfricata facie, atq; ad normã discriminatis comis versabatur: cùm Parthorum cæteri, sicut Scythæ penitus incultis, atq; intonsis de industria crinibus vtantur, quo aspectu etiã & facie maiorem videri

dentibus terrorem incutiant. Cùm iã igitur ad manus vẽtum esset, primò grauibus contis Romanorum aciem pro-
71 pellere Parthi tentauerunt: sed postquam clypeorum dẽsatam testudinem, ac virorum stabilem, & ad pugnandũ firmissimam aciem conspexere, retrocedentes tanquam turbato ordine dissipati, quàm poterant occultissime circunuenire aciem tentauerunt. At Crassus primò leuiter armatos milites in hostes emisit, qui multis sagittis vulnerati subitò retrocessere, & reliquis turbationis atq; timoris dedere principium, cùm telorũ ingentem impetum ac vires intuerentur, quæ perfossis armis torũ etiam corpus penetrabãt. Atq; adeò viris densata erat Romanorum acies, vt ne volẽti quidẽ errandi sagittãdo potestas esset. Itaq; procul astantes Parthi vim maximam sagittarum effundebant, quę fortium atq; magnorum arcuum viribus contortę, grauissimis Romanorum corpora vulneribus sauciabat, ac sorte perimebant miserabili. Stantes enim in acie vulnerabantur, 72
nec manus cõserendi facultas aderat. Si quando enim in hostes impetum fecissent, illi subitò terga vertentes fugiebãt, nec fugientes minus, quàm stantes inferebãt calamitatis. Nanque in fuga etiam sagittas emittere Parthi consueuerunt, idque post Scythas omnium optimè facere norũt. Romani igitur quoad eos pharetras exhausisse putarũt, immota acie permasere. Cùm verò camelos plures sagittis onustos animaduertere, vt affatim, quibus tela deessent, suppeditarentur, nec vllum Parthis sagittandi finem affuturum, vehementius trepidare, ac suis rebus diffidere cœperũt. Quod pergrauiter ferens Crassus ad filium nuntium misit, iubens vt impetu facto, Parthorum aciem perrumpere conaretur, priusquã corona ab eis circunuenirentur. Iam enim plurimũ obequitauerãt Parthi, & circũuenire Romanos parabãt. 73
Audito igitur patris monitu iuuenis mille ac trecẽtos equites capiẽs, inter quos & illi erãt, qui à Cęsare fuerãt missi, quingẽtos in super sagittarios, & scutatorũ cohortes octo, & qualatissimè poterat illos circũducẽs, in hostes impetũ fecit. Parthi verò siue præ timore ad suos reuersuri, siue vt filiũ quã procul à patre diuũgerẽt retrouersi, fugã arripuere. Tum spei & alacritatis plenus adolescens, fugiẽtes hostes ma- * Μεγάλων
gnis incusare vocib. cœpit: Quin statis, inquiẽs, & virorũ cõ- λόγοις.
gressũ non toleratis? Erant vna cũ adolescẽte comites * Cn.

Plancus & Cēsorinus, quorum hic quidem consilio atq; pru
dentia, ille robore & animi magnitudine plurimùm pote-
rat: præterea benevolentia & ætatis æqualitate coniunctis-
simi erant adolescenti Crasso, nunquam illum casu aliquo
deserere parati. Magno igitur impetu equitibus hostes
74 insequentibus, ne pedites quidē otiosè sequebātur, sed ala
critatis & spei magnitudine incensi illorū penèceleritatem
adęquabāt, & ad omnes casus paratissimi aderant, ac se iam
fudisse hostes ac vicisse arbitrantes, eousq; persequuti sunt,
quoad non vltrà fugientibus Parthis, tandem illorum do-
los ac fraudes agnouere. Conuersi enim in eos Parthi, qui
eatenus fugam simulauerant, atque vndique superueniētes
alij, sese ad pugnam parauerunt, atque equites cataphra-
ctos Romanis equitibus opponentes, reliquum equitatum
nullo ordine passim Romanis circunfudere. Ita vndiq; per
planitiem discurrentes, ingentem vim puluerís excitabāt,
vt neque se mutuò videndi, nec inuicē colloquendi Roma-
nis facultas esset, sed mutuis etiam vulneribus seipsos inte-
75 rimerent. Multi etiā attrahēdi spiritus angustia penè suf
focati, & sagittis insuper confossi, miserabiliter in puluere
volutabantur. Nec vulneratis eximēdi teli potestas aderat:
siquidē curuatis oncis instructę sagittarum cuspides, non si
ne maxima neruorum, & carnium laceratione diuelli pote
rant: cùmque multi admodum eo pacto interficerentur, cę
teri metu atq; horrore torpebant. Cùmque pedites Publius
in cataphractos equites impetum facere hortaretur, impli
citas manus clypeis ostentantes, pedes verò arenæ cumulis
altius inhærentes, neque ad pugnandum, neque ad insequē-
dum satis idoneos se esse monstrabant. Quapropter ad equi
tes conuersus Publius, eos quanto potuit impetu in hostes
immisit. Erat autem pugnandi forma omnino dispar, cùm
Galatarum mlites, quorum præcipuè viribus Romani ni-
tebantur, paruis & debilibus hastis ferreos thoraces, aut ex
corio fabrefactos incassum peterent, ab hostibus verò grā-
dioribus contis petiti nuda penè corpora ad ictus præbe-
76 rent. Qui verò grauiter armati pugnabant, contorū ictī-
bus ex equis deiecti, immobiles humi iacere cogebantur.
Multi etiam sponte sua ex equis desilientes, media illorum
viscera perfodiebant, qui vulneris dolore perciti huc illuc
furibundi currentes, sessores pariter, & hostes conculcādo
perimo

perimebant. Interea Galatæ æstu & siti, quorum ea gens ea
impatientissima, vehementer deficiebant, & ex equis plu-
rimi contos in aduersos ruentes perierant. Acriter igitur
instantibus Parthis, referre pedem cogebantur, & sese in se
cundam aciē recipere, præsertim quòd Publiū grauiter vul
neratum, & iam in extremis laborantem ex hostium mani-
bus eripere conabantur. Itaq; tumulum aliquantò supra re-
liquam planitiem eminentem conspicati, ad eum confugē
re, & equis in medium coniectis, clypeis verò quasi pro mu
ro exteriori ex parte circūpositis, facilius barbarorum im-
petū se euasuros esse arbitrabantur. Verùm id longè secus
illis euenit. Nā cùm in edito loco constituti essent, primi 77
nequaquam posteriores occultare, aut potegere poterant:
sed omnes pariter propter loci inæqualitatem, in hostium
cōspectu positi, ac nullo tegmine protecti patebant ad vul-
nera: fugiendi præterea nulla dabatur facultas. Itaque pa-
ssim sagittis confossi interficiebantur, ea tantùm de causa
iniquo animo mortem oppetentes, quòd manus conserēdi
potestas non aderat, sed tanquam ignaui ac desides trucida-
bantur. Erant circa Publium Gręci duo, Hieronymus &
Nicomachus, qui per id temporis Acarnis habitabāt: hi Pu
blium quibus poterant rationibus hortabantur, vt secū in
ciuitatem Romanis amicam, quæ Ithnæ vocabatur, atq; in
de nō procul aberat, fugam arriperet, Quibus ille collauda
tis, Nullum est, inquit, tam graue mortis genus, quod iam
Publius reformidet, aut cuius metu viros optimos, qui pro
me in acie ceciderunt, relinquere velim. Postea illos ami 78
cissimè amplexatus à se dimisit: ipse verò manus ambas gra *Publij*
uiter vulneratus, cùm illis vti nō valeret, armigero trans- *Crassi filij*
uerberandum latus præbuit. Eodē modo Censorinum ob- *interitus.*
iisse ferunt. Plancus verò sibiipsi mortem consciuit. Idem
& optimatum ferè omnes fecere. In reliquos autem barba-
ri irruentes, multos contis vulneratos interfecere, adeò vt
viuos non amplius quingentis in hostiū potestatem venisse
tradant. Parthi demum Publij & optimatum, qui simul ce-
ciderant capita contis superfigentes, magna celeritate ad
Crassum contēdere: qui postquam à filio fugatos hostes au-
dierat, eos qui secum aderāt audaciores factos animaduer-
tens, quoad poterat suos in vnum cogens in patentissimos
campos dimiserat, filium ab insectatione hostium iamiam

rediturũ expectãs. Interea citatissimo cursu nuntij à Publio venientes aderant, summo illum in discrimine versari
79 afferentes, ni magna subitò mittãtur auxilia. Atq; hos iam serò ac penè re cõfecta venisse constat. Primi enim quos miserat Publius, vt imminens periculũ nuntiarẽt, ab hostibus intercepti fuerant: posteriores quoq; cùm in hostes incidissent, vix corũ manus effugere potuerũt. Multa igitur Crassum turbabant, ita vt mente nihil prospicere, aut rectè consulere posset. Nam & de totius pugnæ metuebat euentu, & filio quoq; opem ferre cupiebat. Tandem verò in vnũ vires cogere statuerat, vt filio quamcelerrimè ferret auxiliũ. Vix ea satis animo firmarat, cùm subitò clamore horrisono cũcta cõplentes hostes aduenium, & maximus tympanorum strepitus Romanorũ aures circũstrepebat, atque id alterius pugnæ initium fore arbitrabãtur. Illi verò Publij caput hastæ infixum portantes aderant, & Romanis quamproximè accedentes, contumeliosè quonã ortus genere Publius fuisset, sciscitabantur: neque enim ex imbelli atq; ignauissimo patre tam generosum, atq; omni virtute præditum filiũ ortum esse posse.
80 Hoc tam dirum spectaculũ supra omnia, quæ in ea pugna calamitosa contigerant, Romanorum animos perfregit, nec tamen ad iram & vltionem (vt par erat) excitabantur, sed horrore ac timore perculsi obtorpuerant.

Crassi fortitudo in morte filij.

At Crassus nihil tanto dolore deiectus, omniũ quę in eo bello gesserit, præclarissimũ hoc virtutis testimoniũ præbuit: omnes enim ordines circũuectus, Meus est hic priuatus dolor Romani, clamitabat, mea hęc calamitas, meus hic acprius luctus, publica vero ciuitatis salus, & gloria in salute vestra posita est: quod si quavostato taliq; filio patrisorbati miseratio tagit, hac invleiscẽdis hostibus patefacite, auferte ab eis tanto scelere partam lætitiam, vindicate tam efferam immanitatẽ, nolite malis succũbere, aut animos demittere. Et siqua vos magnarũ rerũ gloria permouet, recordemini neq; Tigranẽ à Lucullo, nec à Scipione Antiochũ siue cæde & vulneribus fuisse superatos. Ducite in memoriam, maiores nostros mille nauium pro adipiscẽda Sicilia iacturam
81 feciſſe, multósque in Italia duces, imperatores, atque exercitus amisisse, quorum nulli nisi relicto spiritu victoriam hostibus concedere voluerunt. Nec vero tam fortunæ prosper euentus Romanorum potentiam auxit, quàm egregia

gia virtus, ac summa in laboribus asperisque rebus toleran
„ tia, aduersis casibus succumbere nescia. Hęc atque hũiusmo
„ di vociferans Crassus, ac milites excitans, non multùm animos cõmoueri illorum sensit: cùmque illos clamorem tollere iussisset, postquam dissonum ac debilem sublatum audiuit, grauiter exercitus ignauiam accusans, rebus iam suis diffidere cœpit. At Parthi clamore ingenti excitato pugnam renouarunt, atque ex transuerso latere inuecti equites sagittarum copiam immensam profudere. Qui verò 82
in prima acie pugnabant, contis ingentibus aduersos ferientes in angustum spatium Romanos cogebant, è quibus pauci admodum in vnum conglobati in confertissimos hostes irruere, & cominus pedem conferre tentabant, verùm iacu lorũm ac sagittarum multitudine obruti, partim etiam contis transfixi citò periere. Tantus enim erat telorum impetus, vt idem sæpe iaculum eodem ictu duos etiam viros interficeret. Hoc itaque modo pugnantes barbari, cùm vsque ad finem diei certamen protraxissent, discessere, vnius noctis spatium ad lugendum filium Crasso concedere se velle dictitantes, nisi melius saluti suæ consulturus, ad regem vltro venire, quàm victus perferri malit. Nec procul tamen ab hostibus cõstituti, noctem cantibus, & tibiis insomnem ducebant. Romani verò multis curis anxij, neq; sepelien- 83
dis mortuis animum adhibere, neque sauciis curandis intendere, sed quisque propriam sortem ingemiscens: magno cum timore futurum diem expectabant: tandémque ex eo loco migrare statuerũt, sed magnam atque ambiguam curam sauciorum multitudo præbebat. Nam neque secum deferre posse animaduertebant, quòd magnam fugientibus moram & impedimentum allaturi essent: nec relinqui facilè posse videbantur, quòd clamore atque vociferatione abeuntes alios essent prodituri. Crassi præterea, quanuis malorum omnium causa esset, vocem ac iussum omnes desiderabant. At ipse solus in abdito atque obscuro loco iacebat, ingens vulgo instabilis fortunæ, sapientibus autem stoliditatis & ambitionis futurus exemplum: quibus vicissim agitatus, non satis esse putabat, si inter tot hominum millia præ cæteris excellentissimus haberetur: sed quia duobus tantùm aliquantò videbatur inferior, omnia sibi deesse arbitratus, tantas res aggredi non dubitauit.

84 Tunc igitur Cassius & Octauius ipsum circunstantes excitabant, & bono animo vt esset hortabantur: quem post quam omnino fractum & desperantem animaduerterunt, ipsi centurionibus atq; ordinũ ductoribus conuocatis, post quam abeundi consilium ab illis probari senserunt, quanto poterant silẽtio castra mouere. Et res primò quidẽ egregiè procedebat: at postquam saucij, & hi qui ad proficiscendũ inhabiles erant, se derelinqui atq; hostibus prodi intellexere, clamoribus atq; vlulatibus omnia complerunt. Magna igitur proficiscentes turbatio, multúsq; terror procedentes inuasit: itaq; sæpe velut imminentibus hostibus vertebant ordines, sæpe etiam quasi paulò pòst pugnaturi struebant aciem. Sauciorum autem quicunq; vadentes sequebãtur, alios suscipiebant, alios quos tollere non possẽt relinquebant, atq; ita maximam profectioni tarditatem afferebant. 85 Inter hæc Ignatius cũ trecentis equitibus, quibus ipse præfectus erat, media nocte Carrhas Mesopotamiæ vrbem præteruectus, Romano sermone custodes appellans, Coponio vrbis præfecto nuntiari iussit, magno prælio Crassũ cũ Parthis conflixisse. Nec plura loquutus, aut se quisnam esset prodere volẽs, citato cursu ad pontem quem supra fluuium reliquerant, peruenit, séque ac suos seruauit incolumes: attamen iusta reprehensione non caruit, quòd imperatorem atq; exercitum deseruisset. Nec sanè parum eius vox Crasso attulit adiumenti: cùm enim Coponio renuntiata fuisset, nihil illam prosperi fuisse, arbitratus, propter nuntij breuitatem ac festinationẽ, suos quãprimùm arma capere iussit. Atque vt primùm Crassum aduentare sensit, obuiam progressus illum excepit, & castra intra vrbem ponere suasit.

86 Parthi autem quanuis nocturnam Romanorum fugam sensissent, non tamẽ illos noctu insequi voluerunt: sed cùm iam dies illuxisset, primò ad castra Romanorum venientes, quatuor millia ferme sauciorum, qui relicti fuerant, interfecere, multos deinde per desertos campos errantes consequuti peremerunt: quatuor etiam cohortes, quæ itineris errore à reliquo exercitu discesserant, & legato Varguntino duce tumulum quendam occupauerant, omnes perdidere, præterquam viginti viros, qui nudatis gladiis per medios hostes vadentes, cùm illi eorum audaciam & fortitudinem admirarentur, Carrhas incolumes peruenere. Interea falsus ad Surenam rumor delatus nuntiarat, Crassum cum totius exercitus robore fugam arripuisse, reliquam verò inutilem turbam atque imbellem Carrhis consedisse.

Ratus igitur victoriæ præmiũ è manibus ereptum esse, nec 87
tamen rumoribus satis credens rei veritatem perquirere cõstituit, vt quid sibi potissimùm agendum esset, statuere posset, an scilicet intra Carrhas Crassũ obsideret, an verò Carrhis omissis Crassum insectaretur. Igitur ex familiaribus quendam vtriusq; linguæ peritũ ad muros ciuitatis submittit, qui Surenæ nomine Crassum aut Cassium ad colloquium vocet. Hæc cùm amici, qui circa Crassum erant accepissent, læto animo colloquij oblationem suscepere. Nec multò pòst duo Arabes à barbaris missi ad muros venerũt, qui se Crassum & Cassium egregiè nosse asseuerabãt. Hi cùm muris superstantem Crassum fuissent conspicati, dicunt Surenam sacris faciendis occuppatũ nuntiare iussisse, pacem se cum Romanis facere velle: cùmq; regis amici Romani habeantur, nihil aliud ab eis petere, quàm vt relicta Mesopotamia discedant: hoc enim vtrisq; magis expediẽs videri, quàm extremam pugnandi necessitatẽ experiri.

Has Cassius suscipiendas conditiones arbitratus, locum & 88
tempus in quo Surenas & Crassus ad colloquendũ coirent, statuere iubebat: id se ita facturos barbari dictitantes abiere. Surenas igitur cùm Crassum in ciuitate clausum accepisset, sese ad obsidionem parans, postero die instructos milites ad pugnandum ad mœnia duxit, qui multa in Romanos conuitia iacientes, ita demum pacẽ impetraturos prædicabãt, si Crassũ & Cassiũ victos Surenę tradidissent. Itaq; metuentes Romani, & Carrhensiũ fidei non satis credẽtes, quid sibi agendum esset vehementer dubitabant. Nã ab Armeniis, quæ sola sperari poterãt, auxilia expectare, lõgum sanè nimiùm videbatur: itaque fugam omnes (si qua insciis Carrhensibus euadẽdi præberetur occasio) suadebant. In- 89
ter hæc Andromachus vir omnium perfidissimus, cùm eiusmodi consilia Romanos agitare sensisset, ad Crassum veniens se itineris ducẽ fore pollicetur. Hoc igitur duce Crassus noctu, cum exercitu ciuitatem egressus est, nec eorum quicquam omnino Parthos latuit, cùm omnia ad illos Andromachus detulisset: sed quia noctu pugnare religiosum apud Parthos habetur, nihil se loco mouerunt. Verum An-

Parthis religiosum noctu pugnare.

dromachus nunc huc, nunc illuc agmen circunducens, nec quicquam tamen in itinere progrediens, & alias aliis causis nectens, tãdem in altas paludes, & loca magnis anfractibus circunsepta, eos qui sequuti fuerant perduxit. Multi enim iam ab initio nihil rectè ab Andromacho fieri suspicati, & itineris perplexitatem veriti, modò huc, modò illuc agmen circunuertentes, ipsum prosequi noluerant: sed Cassius retrò vnde discesserat Carrhas redierat. Cúmq; Arabes quos 90
itineris duces habebat, ibidem moram trahere iuberẽt, quo ad luna Scorpij signum relinqueret: at ego, inquit, Sagittarium magis formido. Inde in Assyriam cum quingentis ferme equitibus traiecit. Plurimi verò fidos itineris duces sortiti, ad montes, qui Sinnaca vocantur peruenere, ibíque tutò constituti diẽ expectarunt. Fuerunt verò ad quinque millia hominũ, quibus vir optimus Octauius præerat. Crassum verò insidiis Andromachi oppressum, tum angustiis & circunstantis paludis impedimento circunuẽtum, superueniẽs dies offendit. Aderant cum illo cohortes quatuor, ac pauci admodum equites, ac lictores quinq;. His copijs comitatus, cùm iam duodecim tantùm stadiis abesse hostes nuntiarentur, & ipse ab Octauio procul abesset, in tumulum quẽdam conscendit, equitibus sanè inaccessibilem, & longo vertice Sinnacis cõiunctum atque subiectum, ita vt ab his, qui cum
91 Octauio erant, facilè conspici posset: qui cùm imminẽs periculum Crasso intuerentur, primus Octauius magna voce milites compellãs, reliqui deinceps alter alterius ignauiam castigãtes, è superiori loco impetu facto, hostes loco dimouerunt, Crassúmque in mediam receperũt aciem, & clypeatis militibus extrinsecus quasi pro muro constitutis, non prius ad imperatoris corpus tela peruentura clamitabant, quàm omnes ad vnum sagittis confossi cecidissent. Surenas igitur magno suorum detrimento futuram esse pugnam conspicatus, simúlque noctis aduentum pertimescẽs, ac ne Romani montes capesserent veritus, vbi difficilis admodum esset insequutio, dolis iterum Crassum statuit circunuenire. Quosdam igitur ex captiuis dimittens in Romanorum castra, nuntiare iubet, audisse se huiusmodi apud Parthorum principes haberi colloquia: Nequaquam regi placere inexpiabile cum Romanis bellum esse, sed pacem facilè conciliari posse, modò Crassus regis amicitiam non aspernare

haretur. Interea Surenas à pugna suos reuocauerat, & cũ 92
primoribus in aduersum tumulum profectus, remissum arcum ante pedes proiecerat, & inermem dexteram protendens nomine Crassum appellabat, atque vt secum loqui vel let hortabatur. Eatenus enim regis vires illum expertũ fuisse, nunc autem benignitatem & mãsuetudinem sua cum salute, si voluerit, experturum. Has voces magna contentione Surẽna clamitante, omnes qui cum Crasso aderant lætis animis excepere. At Crassus nihil eorum fidei credendum ratus, quorum sæpius iam esset perfidiam expertus, cùm tam repentinæ mutationis nullam subesse causam animaduerteret, pugnæ intentos milites suos esse iubebat. Illi verò vnà reclamare, atque in Crassum conuitia iacere cœperunt, eius ignauiam accusantes, qui ne inermibus quidem hostibus congredi audeat, quibus armatis eos velit obiicere trucidandos. Cùm ad ea respondere Crassus pararet, ac reliquum 93
diei spatium tolerare precaretur, quoad superueniẽte nocte in montes euadendi daretur facultas, vbi locorum præsidio tuti futuri essent, ac manu simul viã ostentaret, qua non procul in pacata loca, & amica transitus patẽret, beneque de salute sua sperare hortaretur, illi altius iam vociferari. Tunc perterritus metu Crassus, eorum parẽre voluntati, & ad colloquium proficisci statuit: atque inter eundum ad suos con ,,
uersus, Octaui, inquit, túq; Petroni, cæteríque quotquot ad- ,,
estis Romani ciues, profectionis meæ necessitatem conspi- ,,
cite, méque meorum militum violentia ad hoc fuisse coactum mihi testes apud deos atque homines estote. Verùm ,,
superstit es dicite, non me à meis ciuibus proditum, sed ho ,,
stili fraude deceptum interisse. His dictis cœptum iter ad 94
hostes prosequebatur. Tunc Octauius, quíque secum aderant, solum proficisci non vltrà sustinuere, sed e tumulo descendẽtes illi se comites adiunxerunt: sequentes autem vnà lictores Crassus à se remouit. Cúmque non multùm spatij progressus esset, duo ex misto Parthorum & Græcorum genere oriundi illi obuiam venere, atque ex equis desilientes perbenignè Crassum Græco sermone salutarunt, & aliquos permittere hortati sunt, qui Surenam & omnes, qui cum eo aderant inermes aduentare intuerentur. Ad ea Crassus, Si vel minimam, inquit, vitæ meæ rationem duxissem, nunquam profectò me vestris

mani

manibus, aut fide credidissem. Duos inde fratres Roscios nomine præmisit, intuituros quot secum comites Surenas
95 duceret, & simul aliquid ad eum nuntiare mandans. Eos ad se cùm venissent, deprehendi & vinctos retineri Surenas iussit. Ipse interea cum Parthorum optimatibus equo insidens ad Crassum veniebat. Cùmque iam haud procul abesset, Quidnam hoc rei est, Surenas inquit, pedesne cùm Romanus imperator gradiatur, ego equo vectari patiar? His dictis, equum Crasso adduci iubet. At Crassus illum conscendere nolēs, Nemo, inquit, nostrum aberrauit, cùm patrio veterque more & consuetudine seruata, ad colloquium venerit. Tum Surenas: Certum iam vobis cum Hyrode fœdus ac pacem esse minimè ambigatis, Romani, velim: sed ad proximum fluuium descendentes, æquas pacis conditiones perscribamus oportet: neq; enim omnino pactorum memores estis, Romani. His dictis dexteram porrigens, cùm Crassus equum à suis poscereret, nihil opus est illo, Surenas inquit, hūc enim & velocitate & pulchritudine præstantem tibi rex Hyrodes dono mittit: & simul equū phaleris aureis atq; aureo frēno insignē adduci iubet, atque in hunc Parthi, qui circùm aderant penè vi sublatum Crassum imposuere, inde stimu-
96 lis equum grauiter vrgere cœperunt. At Octauius prius habenis comprehensis equum retinebat, itidémque Petronius facere cœpit. At cæteri quicunque ex Romanis aderāt, globo facto, Crasso circunstetere, equum sæpius perfodere conati, & simul Parthos, qui vtrinque Crassum vrgebant, quoad poterant submouentes. Turba itaque primò & contentio, pòst etiam pugna exorta est. Nam Octauius barbari principis aurigam gladio traiicit: pòst verò barbarorum alius assistens Octauium perfodit. Petronius autem, qui thoraca indutus processerat, multis incassum barbarorum telis
Crassi interitus. petitus incolumis tamen ex equo prosiluit. At Crassum Parthus quidam Pomaxartes nomine interfecit: licet alij non ab hoc interfectum Crassum, sed iacenti cadaueri caput ac dexteram abscissam tradant: quanquam hæc coniicere magis,
97 quàm pro veris asserere licet. Nam eorum, qui pugnę interfuerūt, alij circa Crassum pugnantes cecidere, alij statim pugnæ exorto principio, retro in tumulum vnde discesserant rediere. Ad quos Parthi venientes Surenæ nomine referunt, Crassum quidem meritas audaciæ ac sceleris pœnas dedisse,

dedisse, reliquis per benignè salutem indulgeri, ac liberos abire permitti. Eorum verbis nonnulli fidē adhibentes, cùm è tumulo descendissent, à barbaris capti, & in vincula coniecti sunt. Alij noctis aduentum in tumulo expectantes, passim per agros, vt cuique visum est, sese sparsere, quos errātes Arabes equites insequuti cęciderunt, ita vt pauci admodum incolumes superfuerint. Ferūtur in eo bello viginti ferme hominum millia interempta, & decem millia capta fuisse. Post hæc Surenas Crassi caput & dextram ad Hyrodem, qui tunc in Armenia bellum gerebat, misit: quosdam verò Seleuciam proficisci iussit, qui non occisum, sed viuum captum esse Crassum passim vulgarēt, & illum nō multò pòst Seleuciam captiuum venturum. Interea pompam ridicu 98
lam sanè, verùm magno rerum omnium apparatu constituit, quam ignominiæ causa appellauit triumphum. Quendam enim ex captiuis C. Paccianum nomine, facie & habitu corporis Crasso persimilem, Parthicam vestem indutum equo insidētem circumagi iussit. Huic personam Crassi gerēti omnes, qui circùm aderant, parēre, & imperatorem appellare præcipit. Ante ipsum tibicines, & lictores aliquot camelis vehebantur, sacculos quosdam fascibus appensos gestantes. His proximè sublimibus hastis infixa nobilium Romanorum capita portabātur. Post hæc Seleuciæ meretrices veniebant, multa in Crassi molitiem & imbecillitatem inconditis quibusdam carminibus decantantes. Seleuciorum deinde senatum Surenas cogens, libros quosdā ostendit Aristidis, qui Milesij appellantur, de luxuria & deliciis compositi: atque multa in mores Romanorum conuitiatus est, qui nec etiam in exercitu talibus lasciuiis abstinerēt, atque eiusmodi secum libros in castris etiam gestarent: fuerunt enim inter Roscij cuiusdam impedimenta reperti. Seleuciis sapiens vir Aesopus est visus, cùm Surenam cōtemplarentur, qui antè quidem peram Milesiacæ intemperantiæ, ponè verò luxum Parthicum, tot cōcubinarum vehiculis secum trahebat, prorsus echidnarum serpentúmque more, fronte terribili & fera, hastis, arcubus, equis præcincta, tergo verò caudáque phalangis, in scorta, tympana, cātica, nocturnas cum meretricibus excubias desinente. Dignus erat Roscius qui-dem reprehensione: sed impudentes Parthi, dum Milesios notant, cùm Arsacidæ in Parthis multi regnarint ex Ionicis

Milesij, libri Aristi de luxu ria & deliciis compositi.

Milesia

Milesiacísque scortis prognati. Interea Hyrodes pacẽ cum Artauasde Armeniorum rege composuerat, eiúsq; sororem Pacoro filio coniugem despósauerat, multáque inuicem cõuiuia summa lasciuia ac maximo rerum omnium apparatu celebrabant, plurimáq; in eis Græcorum more cantantes.

100 Neque enim græci sermonis ac literarum Hyrodes ignarus erat. Artauasdes verò tragœdias etiam scripsit, & orationes plurimas edidit, historiam etiam composuit, quarũ aliquæ in hodiernum vsque diem manserunt. Cùm nuntius à Surena missus, qui Crassi caput ferebat, ad Hyrodem peruenisset, fortè regem conuiuio accumbentem offendit, & Iason Trallienſis fabularum actor, remotis iam mensis, Euripidis quiddam ex Bacchis de Agaue recitabat. Cúmque ab omnibus summa iucunditate ac lætitia probarentur, Sillaces Crassi caput in medium proiicit, & magno clamore à Parthis propter lętitiam sublato, Sillaci regis iussu à famulis sella est admota. Iason verò dimissis, quæ tunc in manibus gestabat luctus insignibus, Crassi capite in manibus sumpto, quasi furens debacchari cœpit, ac velut afflatus fic carmen finiuit, versus è tragœdia huiusmodi decantans: Ca

101 preolum è montibus domum referimus felicé prædam.

Atque hoc spectaculo vehementer omnes, qui aderant gauisi sunt. Multis inde alternis versibus decantatis, quidam ex his, qui chorum agebant magna voce clamauit, Meus est hic honos: tunc in medium prosiliens Pomaxartes, qui fortè inter cœnantes aderat, Crassi caput in manibus sumpsit, ac se maximè talia verba decere testatus est. Hyrodes igitur præmia, quæ pro talibus gestis more patrio præberi consueuerunt, liberaliter illi largitus est: Iasonem verò talento donauit. Hũc finem igitur Crassi expeditio quasi tragœdia quædam sortita est. Non tamen ita multò pòst & immanitatis Hyrodes, & perfidiæ Surenas debitas pœnas dedere. Nam que Hyrodes Surenæ gloriæ inuidens, eũ dolo peremit. Ipse autem cùm filium Pacorum bello à Romanis superatũ amisisset, in morbum incidit hydropicum: cui filius alter Phrates insidias machinatus, venenum quasi medicamentũ ad leuandum morbum tradidit, quod cùm profuturum ægritudini videretur, iámque corpus nonnihil conualescere cœpisset, breuissimam interficiendi viam aggressus, propria manu spiritu præcluso illum suffocauit.

Eliquum, vt de Nicię & Crassi inter se- 102
se comparatione pauca dicamus. At primum quidẽ Nicię opes cum Crassi opibus collatæ minus reprehẽsibiles euadunt: per se licet probari satis non possint, quarum maximam partem vel sceleratorum hominum, vel barbarorum vinctorũ opera quæsiuit, quorum plerosque in ipso opere, aut morbus, aut vlcera contracta consumpserunt. *Quòd si cum his, quę Syllana proscriptione comparauit Crassus, pa- *παραβαλλόμενοι δὲ
lam velut agricultura quadam vsus fecit, conferamus, iam πρὸς τὰ
æquissimæ erunt. Maximorũ autem criminum, quibus ob- Σύλλα ἀν-
noxium fuisse Crassum permulti asserunt, quæq; ipse acer- μιάρατα,
rimè denegare consueuit, ne minima quidem suspicio Ni- ἡ τὰς πε-
ciam attigit. Neque enim lucri causa sententiam in senatu ἐπὶ τὸ πῦρ ἐμ-
dixisse, aut facinorosos homines subtraxisse iudiciis, aut so γελαβίας,
ciis auaritiæ causa bellum intulisse, aniculas circumeundo ἐπὶ ἐπιορκί-
captasse, ne calumniator quidẽ vllus vnquã Niciam insimu- ᾳ φανῆ-
lauit. Quòd verò maxima pecuniã timiditatis causa calum τα.
niatoribus Nicias dederit, etsi Pericli aut Aristidi nõ cõue 103
niens opus esse meritò videri potest, ei tamen necessarium fuisse iudicabitur, cùm ad tolerandas inimicitias in repub. nõ satis animi ac roboris à natura sortitus esset. In eo quoq; Lycurgus orator inultis post annis gloriari etiam ausus est: cui cum ab aduersario fuisset obiectum, quòd se pecuniis à calũniatore redemisset, minimè insiciatus est, sed inter orandum maxima voce populum appellans, Bene se habet, inquit, viri Athenienses, quandoquidem per tot annos in reipub. administratione versatus, non accepisse me, sed dedisse pecuniam obtrectatores criminantur. In sumptibus faciendis melior, & ad ciuilem vsum accommodatior Niciæ, quàm Crassi ratio videtur. Ille enim in exhibendis populo spectaculis, & in deorum cultu celebrando, & gymnasiorum, & palæstrarum conducendis præceptoribus pecunias maximas erogauit. Hic autem tam multis 104
hominũ millibus publicè epulum dedit, ac insuper ad quoti
dianum victum copiam suppeditauit, vt omnes in vnum

coacti Niciæ sumptus, ne minima quidem ex parte sint Crassi sumptibus comparandi. Igitur cùm horum virorum mores animaduertam, vehemẽter ab illis dissentire cogor, qui vitium inæqualitatẽ mentis ac dissidentiã esse negant, cùm tamen hosce homines videant tam turpiter in parandis diuitiis versatos, in erogãdo tam faciles ac benignos esse. Et de vitiis quidem hactenus. In reipup. verò administratione nihil vnquam callidè, nixil iniustè, nihil violenter à Nicia factum reperitur: sed cùm esset Alcibiadis potentia & fraudibus circunuentus, summa cum modestia ad populum, quasi iniuriarum vindicem futurum cõfugit. Crassi verò magnã in permutandis amicitiis perfidiam deprehendere licet.

105 Consulatum autem per vim vsurpasse, ne ipse quidem negare cõsueuit: quippe qui milites mercede conduxerit, qui Catoni atque Domitio manus afferrent. In ferenda quoque de sortiẽdis prouinciis rogatione, cũ multi vulnerati fuissent, quatuor etiam interfecti, Crassus ipse (quod suprà à nobis omissum est) Lucium Manlium rationi aduersantẽ pugno graniter in faciem percussit, multóque sanguine fœdatum coegit è turba discedere. Atque vt Crassus vituperandus videtur, quòd violentum quendam ac tyrannicum in administranda repub. morem teneret: sic Nicias pauidus, & supra quàm deceret formidolosus, & vilissimis quibusdam hominibus obnoxius, iusta profectò reprehensione non caret. Accedebat ad hæc, quòd non aduersus Cleonem paruis de rebus Crasso certamen erat, sed aduersus recentissimam Cæsaris gloriam, & tres Pompeij triumphos decertans, nul-

106 li eorum cedens, vtrunque superare nitebatur. Et Pompeium quidam censoria dignitate superauit, quod magnam proculdubio laudem meretur. Oportet enim in maximis rebus & rerumpub. Administrationibus, non penitus inuidiam formidare: sed magno animo ad præclarissima quæque adniti, & virtutis ac potentiæ magnitudine inuidiam superare. Quòd si cui penitus omni periculo carentem securitatem, atque animi requiem sectari placet, & Alcibiadis in concione vehementiam reformidat, aut in Pylo Lacedæmonum ærumnas, aut in Thracia Perdicæ labores extimescit, latissimus in ciuitate patet campus ad otiandum, vbi ignauus considens atque otiosus segnitiei coronam suo capiti contexere possit, vt sophistarum quidam dicere

dicere consueuerunt. In quo genere fortè Niciam aliqui connumerarent: fuit enim pacis & otij amantissimus, & soluendis aut componendis bellis aptissimus, quæ virtus propria Græcorum esse videtur. Atque in hoc nulla ex parte Nicias est Crasso comparandus, qui Caspium pela- 107
gus, atq; Indicum occeanum, Romani imperij terminos fore destinauerat. Neq; verò decet, cùm te virtute ac potentia superiorem intelligas, deterioribus cedere, neque principatu indignos viros ad gubernandam rempub. adscisceere, neque maximis de rebus improbis atque inuidis viris fidem præstare. In quibus omnibus deliquisse Niciam non obscurum est, qui Cleonem garrulum sanè, & clamosum rabulam, impudentissimum præterea atque audacissimum virum, magni exercitus imperatorem deligi fecit. Nec Crassi in bello Spartacio celeritatem laudo, qui festinationis magis, quàm securitatis rationem habens, manus conserere properauit, ne superadueniens Pompeius perfecti iam propemodum belli gloriam auferret, vt Mommius Metello apud Corinthum bellum gerenti abstulerat.
Sed illud Niciæ non paruum delictum videri debet, qui 108
non aduersariorum opibus aut potentia deterritus, sed militandi laborem ac periculum reformidans, maluit cùm res suas in tuto collocasset, rempub. deserere, quàm suo periculo salutem reipub. quærere: quamuis Themistoclis factum probari possit, qui bello Persico, cùm non idoneum imperatorem creatum animaduerteret, atque illum rei gerendæ imparem iudicaret, ne demens vnus atq; improbus vir totius ciuitatis salutem in discrimen adduceret, pecunia data, sese vt imperio abdicaret effecit. Cato autem quo tempore motus maximos ac perturbationes reipub. instare conspiciebat, tribunatum petiuit. Nicias verò contra Minoam & Citheram ac Milesios imperatorem se fieri passus, contra Lacedæmonios bellum gerere noluit: sed imperatorium exuens paludamentum, Cleonis dementiæ atque audaciæ, viros, arma, naues, & totius reipub. imperium committens, non modò propriam gloriam, sed defensionem patriæ atque salutem neglexisse videtur. Quapropter non ita multò pòst inuitus atque relu- 109
ctans contra Syracusios bellum gerere coactus est, cùm non vtilitatis aut dignitatis causa, sed animi mollitie atq;

desidia, quantùm in se esset, obstare videretur, quò minus potentissima Siciliæ ciuitas Athenienſium imperio subiiceretur. Quanquam hoc non minus ignauiæ ac socordiæ, quàm immensæ virtutis & bonitatis testimonium videri potest, quòd cùm semper à bellis gerendis fuerit alienus, eum qui semper imperãdi munus detrectauerit, nunquam populus quasi virum optimum ac peritissimum ducem ad maxima quæq; bella suffragiis deligere cessauit. At Crasso, cùm belli semper & imperij fuisset auidissimus, nunquam nisi bello seruili, populi sponte imperium accipere contigit, quòd per id temporis Pompeius, Metellus atq; ambo Luculli bellis aliis impliciti tenerentur, & tunc tamen opibus & potẽtia magnus Crassus habebatur. Verùm illud comici poëtæ dictum præclarè ei conuenire etiam amicissimi fatebantur: Virum illum magis cæteris in rebus, quàm in clypeo gestando optimum esse. Neq; satis tamen hæc opinio Romanis profuit, amicorum multitudine, & ambitionis excessu, maximum exercitum ei tradere coactis. Athenienses quidem inuitum ac renitentem Niciam ad bellum impulere, Crassus verò inuitos ac abnuentes Romanos eduxit ad bellum: & propter hunc quidem ciuitas, ille autem propter ciuitatem maximum infortunium subiit. Atqui magis in his laudare Niciam, quàm vituperare Crassum licet. Ille enim prudentis imperatoris ratione vtens, suorum ciuium spem non frustrabatur, sed metus causa, vt à Sicilia abstinerent, hortabatur. Hic autem, tanquam facillimum opus, bellum Parthicum aggressus, vehementer quidem ab eo quod proposuerat aberrauit, magno tamen animo concepisse iudicatus est. Cumq; Cæsar Occidentis populos, Celtas, Germanos, & Britanniam insuper domuisset, ipse ad Orientis imperium comparandum intenderat animum, & Asiam omnem Romanis subdere conabatur, quod etiam Pompeius affectabat. Lucullus verò vtriq; aduersabatur. Itaque cùm Pompeio Asiæ imperium à populo mandaretur, senatus obstitit. Cæsarem quoq; cùm trecenta Germanorum millia cæcidisset, Cato hostibus dedendum, atque eius capite omnem deorum iracundiam, ob violata fœdera contractam, expiandam censuit. At verò populus Catonis sententia contempta, quindecim dierum supplicationes in

in eius victoriæ honorem decreuit. Quantam igitur futuram lætitiam, quantaq; sacrificia arbitramur, si Crassus ex Babylone literas ad senatũ mittens, Mediam, Persidem, Hyrcaniam, Susas & Bactra Romanorum prouincias esse nuntiasset? Oportet enim (vt Euripides inquit) eos qui in otio degere, quiq; suis rebus esse contenti nequeunt, quando aliis iniuriam inferre volunt, non Scandeam aut Mendim vilissimas insulas inuadere, nec patriam fugientes Aeginetas, & tanquam aues regionem mutantes persequi, sed magna iniustitiæ præmia quærere, quibus iustitię facta iactura non quidem paruæ aut contemnendæ rei penſetur. Nec illi satis rectè iudicare videntur, qui cùm Alexaudri laudent expeditionem, Crasi audent vituperare conatus. Neque enim decet ex euentu rei iudicia facere. Sed nos ad instituta redeamus. Niciam permulta in bello præclara facinora edidisse constat: multis enim præliis hostes superauit, & à capiendis Syracusis paulùm abfuit. Nec quæ tanta errata sunt, omnia eius culpa euenere: magnum enim rebus gerendis aduersa valetudo impedimentum attulit: plurimùm etiam ciuium, qui domi erant, inuidiam accusare licet. Crassus autem propter innumeram erratorum multitudinem, nullum fortunæ vituperandæ locum reliquisse videtur, atque sola eius apparet accusanda stultitia, quam non tantùm Parthorum virtute, quantùm aduersa Romanorum fortuna superatam fuisse putandum est. Præterea cùm nullum diuinationis signum Nicias aliquando neglexerit, hic autem omnia penitus deorum portenta contempserit, vtriusque idem ferme exitus fuit. Difficilis sanè res ad iudicandum, licet illi minus vituperandi videntur, qui peruicacię & superbiæ crimen fugientes, veterum opinionem atque authoritatem sequuti, propter nimiam religionem delinquunt. In morte verò Crassus laudabilior, qui nunquam timori aut labori succumbens, sed amicorum precibus & voluntati obtemperans, tum etiam hostili fraude deceptus interiit. Nicias autem turpi & infami spe salutis ductus, supplex ad hostium genua procumbens, turpiorem sibimet ipse mortem effecit.

Iniustitia quomodo exercẽda, secundum Euripidẽ.

Ageſilaus.

SIMONE GRYNAEO INTERPRETE.

ARCHIDAMVS Zeuxidami filius, cùm magna Spartæ gloriâ regnaſſet, è duabus vxoribus Lampride Eudocimi, & Eupolia Meleſippidæ filia, filios totidem, ex illa quidem Agim, ex hac multò iuniorem Ageſilaum reliquit. Sed regnum cùm lege competeret Agidi, vixit Ageſilaus velut priuatim. Diſciplina (ſic vocant) Spartana educatus fuit, difficili illa & laborioſa, qua capeſſendis imperiis pulchrè iuuenes inſtituuntur: vnde Simonidi hominum domatricem Spartam vocari putant, vt quæ ipſo diſciplinæ genere legibus audientes cicureſque ciues ſuos reddat, velut equos, principio ſtatim domando. Hanc tam ſeueram diſciplinam 2 deſtinatis imperio regiis liberis quanquam lex remittit, tamen & hoc Ageſilao peculiare fuit, quòd ad imperandum non prius acceſsit, quàm obſequi imperio didiciſſet: vnde multò commodiſsimum ſubditis principem fuiſſe tradunt, imperioſo ſublimique natura ingenio, his quas è diſciplina contraxit, popularitate humanitateque coniunctis. Habuit autem quo tempore inter æqualium greges (ſic enim vocant) puer agebat, Lyſandrum amatorem, impensè ingenij eius elegantiam admirantem. Nam cùm ambitione & audacia longè cæteros anteiret, habereque primas in rebus omnibus vellet, ac præditus vehementia quadam & impetu vinci cogique neſciente videretur, tam manſueto, tam obſequenti contrà ingenio fuit, vt nihil metu, pudore omnia faceret imperata, magiſque reprehenſione commoueretur, quàm vllo grauaretur labore. Tibiæ verò iacturam, illa corporis florentis ætas facilè texit: quam cùm alacriter ferret, etiam ſeipſum ſcommate interdum vltro petens, & malo ſe non mediocriter leuauit, & indolem laudis cupidam reddidit perſpectiorem, nullos aut labores, aut negotia, propterea quòd 3 claudus eſſet, detrectando. Ex ipſius verò membris ſimilitudi

litudinem expreſſam nullam habemus: haud enim paſſus eſt, vt qui moriens etiam, ne quo typo, vel alioqui imitatione, forma corporis exciperetur, edixit. Fuiſſe autē ſtatura parua ferunt, & forma deſpicabili: ſed hilaritas alacritaſque viri, & illa quotieſcunq; locus tuliſſet vrbanitas, poſtremò omni mœſtitia & aſperitate vocis vultus carens, effecit vt eadem ad extremam vſq; ſenectam gratia, præſtantes forma pulchritudineque viros æquaret. Nam vt Theophraſtus ſcribit, Archidamum ipſum, quòd ſtaturæ perexiguæ fœminam matrimonio ſibi copulaſſet, Spartani multarunt, cùm non reges, ſed regumculos progigni ſibi quererentur. Agide verò regnante, cùm exul Alcibiades 4 Sicilia Spartam veniens, iſtic aliquandiu verſaretur, rem cum Timæa Agidis vxore habuiſſe creditus eſt. Nam agnoſcere ſe partum Agis ipſe negabat, vt quem eſſe Alcibiadis diceret: & Timæam haud ægrè probrum tuliſſe Duris eſt author, cùm domi non Leotychidam, ſed Alcibiadem inſuſurrare pediſſequis pueruli nomen ſoleret. Sed & Alcibiades ipſe nulla contumelia, ſed ambitione factum alicubi confitebatur, cùm relinqui ex ſe cupere diceret, cui Sparta obtemperaret. Agim igitur metuens Alcibiades Lacedæmone diſceſsit: puer verò ſuſpectus patri ſemper fuit, caruitque legitimorum liberorum cura. Sed enim ægrotanti ipſi cùm ad pedes lachrymans ſeſe iuuenis prouoluiſſet, vt filius multis audientibus appellaretur, impetrauit. Agide mortuo cùm Lyſander nauali prælio 5 Athenienſibus ſuperatis, plurimùm Spartæ poſſet, Ageſilaum ad imperandum induxit, Leotychidæ notho homini regnum minimè competere ratus. Plerique verò ciuium etiam reliquorum, Ageſilaum tum ob virtutes ipſas, tum propter educationem diſciplinamque communem, ſtudioſè colebant, iuuabantque. Erat autem Diopethes fatidicus quidam vir Spartæ & veterum oraculorum plenus, quique ſapere in his rebus & excellere cùm plurimùm videretur, is Spartano imperio claudum regem præfici fas eſſe negabat, oraculum in ea cauſa defendenda huiuſmodi proferens:

Sis inuicta licet, tibi dico Sparta cauebis,
Ne claudo victrix patiare incommoda regno.

Includent subiti multo te tempore morbi,
Et sæuo bellum prosternens omnia fluctu.

6 Lysander contrà: Si omnino moueat oraculum Spartanos, Leotychidam cauendum esse potius. Deum, si quis cũ rex sit, claudicet, nihil curare: sed si legitimus nõ sit, si Herculis sanguine non natus, hoc claudum regnum esse. Agesilaus etiam nothum esse Leotychidã Neptuni testimonio confirmabat, quòd Agim terræ motu deus cubiculo eiecisset, ac decimo post ampliúsq; mense Leotychidas esset natus. Hoc pacto & his causis Agesilaus rex declaratur, opesq; Agidis cum ipso statim imperio accipit, Leotychida tanquam illegitimo hærede pulso. Verùm cùm huius ex matre familiares bonos viros ac tenues vehementer esse videret, dimidium facultatum restituit, beneuolentiã sibi gloriámq; pro inuidia & inimicitia parans, & quod Xenophõ scribit, obsequendo patriæ, eò perueniens authoritatis, vt
7 omnia pro arbitrio cõstituere iam posset. Adeò tum penes Ephoros & senatores potestas omnis erat: quorũ cùm illi tantùm annuo, hi quò minus infinita regibus potestas esset, perpetuo magistratu fungerentur (vt suprà in Lycurgo docebamus) domesticam quandam inuidiam iam olim à principio senatus regésq; inter sese fouebant. Agesilaus alia via rem aggressus, non obiicere sese, dissentiréve: sed obsequi, nil inconsultis his auspicari, quoties vocaretur nõ gressim, sed festinanter adesse, pro tribunali sedens ingredientibus Ephoris assurgere senatori nouo lænam bouẽq; virtutis argumenta donare. Qua quidem arte, qui suspicere & euehere senatorum dignitatem existimabatur, potentiam sibi, regno amplitudinem maiorem, vtrunque ad
8 istam beneuolentiam mox consequuturum, suspicante nemine, clàm cõparauit. Erga ciues reliquos inimicũ se, quàm amicum præstitit inculpatiorẽ, vt qui iniuria inimicũ afficeret neminẽ, amicis sæpe in re nõ satis honesta sese daret: illo si quid præclarè fecissent, honore suo fraudare turpe ducens, hos si quid turpe designassent, ne reprehendere quidem ausus: quin iuuabat, successibus etiã istis exultans, & peccabat vnà, ac turpe nihil arbitrabatur quòd obsequutus esset amico. Factiosos errantesq; ciues cùm facilius, quàm quisquã vel Ephorus, vel senator miseraretur, ac supplices non grauatim etiã iuuaret, vulgi animos in se passim conuertit,

uertit, & studiis omnium facilè deuinxit. Quod Ephori cũ animaduertissent, quia suspectã iam potentiam illã habebant, hominem multarunt, causa subiecta, quòd ciues cõmunes vendicaret soli sibi. Quemadmodum enim physici putant, lite cõtentionéq; de rebus sublatis futurum vt cęlũ stet, ortus vicésq; rerũ interquiescant, concentu, qui in ipsis reperiatur, omnia interpellãte sistentéq;: sic Laconicus ille 9
legislator contentionem æmulationémq; velut igniculũ virtutis quendam reip. intulisse videtur, semper esse quod inter se ciues boni contendant velitenturq; volens: illam verò priusquam conuicta sit, vltro spontéq; cedentem gratiam, velut ignauam inertémq; repudiauit. Quod etiã Homerum vidisse putant, vt qui nunquam Vlysse & Achille mirandis inter se verbis vsque ad cõuitia euectis, exultantem Agamemnonem induxisset, ni magnum ex ea quæ inter ciues est simultate, commodum reipub. prouenire credidisset. Quæ quidem nemo fortasis est, qui in vniuersum recipienda putet. Ingens ciuibus malum contentio est, quo ties efflagrauit. Agesilao cùm haud pridem imperium suscepisset, ex Asia reuersi quidam, Persarũ regem magnis copiis Lacedæmonios mari prohibere accinctũ nuntiabant.
Lysander itaque rursus Asiaticam expeditionem agitan- 10
do, & his quos istic rebus reliquerat præfectos, quia miserè & per vim vrbibus pulsi, partim etiam trucidati fuerant auxilium moliendo, Agesilaum, vt ei militiæ animũ adiiceret, pro Greciáq; pugnaret hortabatur: quod ita futurum putabat, si mox in Asiam traiiciens, regem celeritate præuertisset. Græcos interea qui Asiam incolebant missis literis subornat, Agesilaum sibi ducem petunt. Agesilaus in concionem progressus, sic bellum suscepit, si quorum vbi cõsilio posset, Spartani homines triginta, rerum bellíq; periti, disciplinæ Spartanæ milites electi mille, sociorũ sex millia, sibi adiungantur. Lysandro negotium conficiente, hæc vt ita fierent, scitum fuit. Agesilaum cum triginta viris statim emittunt, inter quos Lysander primus erat, non 11
tam priuatam gloriam potentiámque, quàm Agesilai amicitiam sequutus, vt cui plus in hac profectione, si rectè successisset, quàm in administrando regno situm videbatur. Copiis igitur ad Ergestum collectis, ipse cum amicis in Aulidẽ proficiscebatur, vbi cùm pernoctaret, in somnis

quendam videre visus est hoc pacto se compellantem:
„ Neminem vnum Græciæ totius esse ducē antea declaratū,
„ quàm Agamemnonē quondam,& nūc te,ô Lacedæmonio-
„ rum rex Agesilae,nosti puto: & quia iisdē imperitas, iisdē
„ bellū infers,eodem ex loco ad bellum excitaris, verisimile
„ est,sacra etiam eadem te facturum,quæ hinc ille nauigans
fecit.Hîc tametsi subiret mactationis eius Agesilao,qua fi-
liam ille vatum persuasione sacrificauit, nihil conterritus
est tamen:sed surgens, amicis re cōmunicata,ita se deā ho-
noraturum dixit,quomodo verisimile sit gratum ei futu-
rum si sit dea:insciti am verò haud imitaturum sceleq́, du-
12 cis. Ceruam igitur inspectis extis offerri à victimario suo
iussit,nō eo modo quo fieri à Bœotiis solet. Quam rē cùm
principes Bœotiorum intellexissent,commoti, mittūt qui
Agesilao interdicant,ne contrà quàm leges & consuetudo
patriæ sit,sacrificet. Hi & interdixerunt, & aris impositā
proiecerunt.Agesilaus perturbatus soluit, & Bœotiis suc-
cēsens,& spe propter omen dubius,quòd nihil præclari fu-
turum, & expeditionem haud ritè successuram suspicare-
tur. In Ephesum venienti statim Lysandri potentia & au-
thoritas ingens illi molesta grauisq́; fuit,cùm illius limina
magna assiduè frequētia terrerentur,illum omnes sectare
tur,& obseruarent,velut nomen titulosq́; tantùm impera-
toris Agesilaus lege suffragante ferret: Lysander verò re
13 ipsa dominus omniū, omnia faceret & imperaret. Nemo
sanè in Asiam ex Græcia missus imperator,maior illo ter-
ribiliórve fuit,nec maioribus vel beneficiis socios,vel cla-
dibus hostes affecit quisquam,quorum omniū recens apud
homines memoria extabat. Ad hæc cùm simplicem Agesi-
laū lenēq́; & popularē,Lysandrum eadē vbiq; vehementia,
eadē asperitate,eodē orationis cōpendio præditū viderent,
ei soli per omnia inseruiebant,solū auscultabant. Vnde tri
ginta illi quos Agesilaus sibi cooptarat,primùm rem indi-
gnè ferre,seruos se dicere Lysandri potius,quàm consilia-
rios regis.Mox Agesilaus ipse,quaquā minimùm inuidus,
aut istis Lysandri honoribus iniquus, sed quòd miro glo-
riæ studio flagraret,veritus ne si quod præclarum se faci-
nus obtulisset,totum pro magnitudine famæ nominisq́ue
14 sui Lysander præriperet,consilium cepit:ac primùm quidē
illius in dicenda sententia studiis palàm repugnabat,vt qui
bus

bus ille in rebus plurimùm esse momenti censeret, eas ne-
gligens hic repudianq́;,pro his alia substitueret:mox eos
qui se vel appellatum,vel rem necessariam petitum conue-
nissent,quos plurimùm illo fretos sciret, infecto negotio
dimisit.In iudiciis eodem pacto, quos ille calumniaretur,
hi vt superiores essent curabat:contrà quibus illum fauere
prodesseq́; cupere constaret,difficilè multam effugiebant.
Atque hæc cùm non temerè,sed velut ex composito, eo-
demq́; semper pacto fierent,olfaciens causam Lysander &
apud amicos rem iam nō dissimulans, propter se multari
milites dixit,hortabaturq́; vt euntes regem placarent, eos
deinde colerent,qui se plus possent. Hæc cùm dicere face-
req́; Lysander inuidiæ conciliandæ causa videretur, gra-
uius illum mordere Agesilaus volens,quæsturæ distribuen 15
darum carnium, honorificæ quidem illi, sed huius gloria
longè inferiori, præfecit, addiditq́; audientibus multis,
Nunc igitur abeuntes hunc meum mihi quęstorem placa-
te. Quam rem vehementer ille dolens,Belle igitur,inquit,
Agesilae, nosti amicos extenuare tuos.Noui, inquit, sed
eos,qui me maiores esse volūt. Atqui,inquit ille,pulchrius
fortasse abs te ista dicuntur,quàm in me quadrent:prouin-
ciā igitur locumq; da,vbi sine molestia prodesse tibi queā.
Pòst igitur ad Hellespontum missus, Mithridatem virum
Persam ex Pharnabazi prouincia, magnis cum facultatib.
equitibúsq; ducentis Agesilao adduxit.Magistratum verò
non abdicauit, sed grauiter reliquum vitæ tempus ferens,
auellere ab istis duabus familiis regnum, & in medium
Spartanis omnibus reuocare cogitabat: ac videtur magna 16
sanè reip.mutatio ex illius simultate impendisse,ni morte
dum in Bœotia militat occupatus,prius oppeteret. Adeò,
si quod nimis est,ambitiosa ingenia non cauent, plus mali
patriæ suæ dant,quàm boni. Nam Lysander quanquā erat
intolerabilis, nimis,quàm tempus illud ferebat, ambitio-
ne euectus, tamen remedium Agesilaus aliud accōmoda-
tius meliúsq;,viro præsertim illustri & gloriæ tantùm stu-
dio delinquenti,adhibere potuisset: sed eodē morbo vide-
tur ille quidem quantùm summo imperio deferendū esset,
nescisse: hic familiaris hominis insciti am ferre nequisse.
Post hæc cùm Tisaphernes primùm quidem metuens
sibi,inito cum Agesilao fœdere confecturum se apud regē

diceret, quî vrbes Græciæ ad ipsum liberæ redirent, mox vi
tibus, vt putabat, idoneis instructus bellum inferret, haud
17 grauatim Agesilaus rem tulit, tum quòd magna expeditio
nis eius expectatio foret, tum quòd turpe duceret, cùm de-
cem millibus hominum Xenophontem ad mare venisse,
regis copias pro arbitrio strauisse: se duce, Spartâq; & ma-
ri & terra regnante, nullum ostendi præclarum facinus pa
triæ posse. Igitur cùm talionem reddere perfidiæ Tisapher
nis volens, iter in Cariam pronũtiasset, ac barbarus statim
copias omnes eò collegisset, ipse mouens Phrygiam inua-
sit: vbi cùm multis vrbibus captis, opes amplissimas quæsis
set, amicos docuit, qui fœdus violet, diuinam aduersus se
iram prouocare: hostem verò qui fallat, & iustè facere &
glorioſè, ac cum voluptate lucrum referre. Equitatu cùm
* Ἀποβα. longè inferior esset, tempore sacrorum quæ *Inuiolata vo
cant. Ephesum reuersus equitatum hoc pacto contraxit.
18 Ditioribus ni ipsi militaret, equũ singulis equitẽq; impera
bat: qui cũ multi essent, subitò equestres copias plurimas
& bellicosas pro armatura leui, qua prius vtebatur, parau-
it. Nam militare volentes à nolẽtibus cõducebantur, itẽ
equitare volentes, ab his qui nolebant: Agamemnonis exẽ
plo, qui bellè fecisse videbatur, equa strenua virum ignauũ
diuitemq; commutans, & militia excludẽs. Captiuos, qui
sub hasta veniebant, nudos produci iussit: ac vestes quidem
cùm multi emerent, ipsos verò, quòd albis corporibus &
mollibus essent, vt puta sub vmbra versati, risu miles, tan-
quam imbelles & inutiles excepisset, astans Agesilaus, His
cum certabitis, inquit: illa verò præmia certantes refere-
tis. Iam hostilem agrum inuadendi tempus erat, cùm
in Lydiam pronuntiaret, nonamplius Tisaphernem ludẽs:
sed ille, dum Agesilai consilium ex superiore dolo metitur
seipsum fallẽs, Cariam petiturum sperabat, equitatui, quo
19 carere hostis videbatur, non satis accessam. Verùm cùm
hic, quemadmodum prędixerat, in plana, quæ iuxta Sardes
sunt, exercitum duxisset, coactus est Tisaphernes repentè
subsidium suis ferre, equitatúque præmisso, eos qui extra
ordines proxima depopulabantur, contriuit quidem. Sed
Agesilaus equitem hosti adesse solum, sibi verò prompta
omnia videns, prælium maturabat, equitatũ, expeditis ad-
mixtis, ire quamcelerrimè & obiicere se hosti iubet, ipse
cum

eum phalange sequebatur. Barbari cùm statim inclinas-
sent, insequutus eques Græcus, castra eorũ cepit, multosq;
necauit. Ab isto prælio non solùm vniuersam illam regis
oram pro arbitrio depopulabantur, sed Tisaphernes perdi
tus homo & vniuerso Græcorũ generi infestus, ad pœnam
deposcebatur. Statim enim rex Tithrausté misit, qui Tisa-
phernem quidem capite plexit, Agesilaum verò vt abducto
exercitu domũ rediret, magnã auri vim pollicens, mit-
tensq; cohortabatur. Agesilaus pacis conciliandæ authori 20
tatem penes se nõ esse, sed penes patriam: opes verò magis
exercitui se quærere, quàm sibi, respondit: ad hæc præcla-
rius videri spolia, quàm munera Græcos ab hoste referre:
verùm gratificari tamen Tithraustæ volens, quòd hostem
Græciæ communem Tisaphernem morte multasset, exer-
citũ in Phrygiã abduxit, viatico triginta talentorũ ab illo
accepto. In eo itinere cũ esset, literas Sparta accipit, in qui
bus ei magistratus maritimũ etiam imperiũ decernebat,
quod nulli antea contigit vnquã, erátq; sine dubio maxi-
mus iam Agesilaus, & omnium qui tum viuebant morta-
lium, quemadmodũ Theopõpus scribit, clarissimus. Equi-
dẽ cùm plus ex virtutibus sibi, quàm propter imperiũ ven-
dicaret, maritimã tamen rem Pisandro cõmittens, videtur
parũ fecisse consultè, & multis tum & natu, & rerum peri-
tia maioribus præsentibus, haud patriæ rationem habens,
sed affinitatis vxorisq;, cuius frater Pisander erat, gratiam
captans, maritimũ iuueni imperiũ demãdarit. Ipsi exerci- 21
tũ in subiectã Pharnabazo prouinciã traducenti, non solũ
largè omnia suppetebant, sed facultates ad hoc etiã exau-
gebantur. Igitur in Paphlagoniã progressus, Paphlagonũ
regem Cotym, qui amicitiã eius propter ipsius fidem vir-
tutẽsq; vltro affectabat, sociũ sibi deuinxit. Sphitridates au
tẽ vbi primùm à Pharnabazo ad Agesilaũ secessit, vnà sem
per proficiscebatur, vnà semper militabat. Habebat hic fi-
liũ Megabetẽ, pulcherrimũ, quem puerũ vehementer Age
silaus amabat: habebat hic filiã virginem pulchram, ætate
iam nubilẽ, hãc vt Cotys vxorẽ duceret, effecit. Hinc mil-
le equitibus, expeditis verò duobus millibus à Cote acce-
ptis, in Phrygiã reuersus, Pharnabazi prouinciam passim
vastabat. Is ad hostilem aduentum nec subsistebat, nec 22
præsidiis sese credebat: sed pretiosam charámque su-
pellectã

pellectilẽ omnem aſsiduè apud ſe habens tergiuerſabatur fugitabátque, alibi & alibi ſubinde latitans locorum, donec obſeruans illum Sphitridates, Eripida Spartiata comitante caſtris exuit, opibus omnibus potitus. Hic cùm acerbius quę de prędа, Sphitridatis milites ſurripuerãt, Eripidas per ueſtigaret, & reſtituere barbaros cogeret, omnibus inſpectis excuſsisque, ſic Sphitridatem offendit, vt momento Sar
*μετὰ τῶν παφλαγόνων. bos * ad Paphlagonas abiret. Eam rem Ageſilaus acerbiſsimè tulit. Dolebat generoſum virum Sphitridatem, & eum hoc virium non parum alienatum eſſe: pudebat ſordium & illiberalitatis, à quaſe & patriam ſummo ſemper ſtudio tuebatur: præſertim amor pueri grauiter virum vrgebat, pro-
*φιλοπαιγνω fundè iam cõceptus, tametſi præſente, quia * tumidiore ſem
32 per vtebatur, euincere malum haud leuiter annixus eſt. Ac ferunt cùm aliquando ſalutatũ oſculatúmque veniente auerſatus eſſet, & ille pudore ob eam rem perfunderetur, ac ſalutatione in poſterum abſtineret, proculiã cum compellans, vehementer doluiſſe Ageſilaum, pœnituiſséque oſculi repudiati, & mirari ſimulaſſe, vnde fieret quòd Megabetes oſculum iam nullum offerret. Cùmque familiares in ipſo culpã eſſe dicerent, qui nõ ſubſiſtat, ſed fugiat oſculum pulchri illius, abhorreátque, quandò nunc etiam perſuaſus ille intra complexum veniat, inquiunt, modò ne rurſum detrectes. Ad hæc aliquandiu apud ſe cogitabundus tacitúsque Ageſilaus, Non eſt cur illum perſuadeatis, inquit: nam ego decertaturus hoc rurſus certamen videor incundius multo, quàm, ſi omnia quæ ſub conſpectũ ſunt, in aurum mihi videam eueſtigio conuerſa. Sic igitur Ageſilaus erat Me-
34 gabete pręſẽte, abeũte verò ſic efflagrabat, vt difficile credi tu ſit reuerſum ab oſculo fuiſſe repulſurum. Poſt hæc in colloquiũ venire Pharnabazus cupiebat, Apollophane quodã Cyziceno communi hoſpite vtroſque inducẽte. Ageſilaus cùm iam veniſſet, ſub vmbrã, quà plurimùm graminis erat, porrigẽs ſeſe, Pharnabazũ ibi præſtolabatur: qui vbi venit, villis mollibus & variegatis tapetiis ſuffultus, ita iacentem Ageſilaum videns, ſe quoque in herbam quà fortè locus erat abiecit, tametſi veſtem tum coloribus, tum ſubtilitate mirandam indutus. Vbi ſe ſalutauere, Pharnabazus multa non ab re commemorabat, quòd qui ſæpe magnísque in rebus, illo præſertim aduerſus Athenienſes bel-

lo, Spartanis præſidio fuiſſet, nunc ab iiſdem bello peteretur. Ageſilaus vbi quos ſecum duxerat Spartanos, oculos ob pudorem in terram figere, & animi dubios eſſe vidit (in 25
iuriam enim Pharnabazo fieri putabant) Nos, inquit, ô »
Pharnabaze, & amici regis antea cùm eſſemus, amicè rebus »
illius vtebamur, & inimici nunc cùm ſimus, vtimur inimi- »
cè, ac per teipſum, quem de numero regiarum poſſeſsionum »
eſſe velle videmus, illum non iniuria perſequemur. Verùm »
quocunque die ſocius amicúſque Græcorum potius, quàm »
mancipium regis eſſe voles, hanc phalangem, hæc arma, »
has naues, & nos denique ipſos tuarum poſſeſsionum cuſto »
des futuros ſcias, libertatisque, qua ſine hominibus pulchrũ »
aut expetendum nihil eſt in vita. Ad hæc Pharnabazus pau »
cis reſpondens, Ego, inquit, ſi rex alium præfecerit impera
torem, veſter ero: ſi me, non alium, etiam atque etiam cura- 26
bo quì fortiter vos repellam, peſsimis modis pro rege mulctem. Hæc audiens Ageſilaus gauiſus eſt, dextrámque prehendens, ac ſimul ſurgens, Vtinam, inquit, ô Pharnabaze, talis cùm ſis, nobis amicus potius, quàm inimicus eſſe pergas. Pharnabazo cum amicis iam diſcedente, relictus filius ad Ageſilaum accurrebat, ridensque, Hoſpitem, inquit, faciam te Ageſilae: iaculum quod manu tenebat ei daus: quod cùm Ageſilaus accepiſſet, aſpectu ſtudióque pueri lætatus, circunſpicit, an vſquam ſit, vnde pulcher generoſúsque adoleſcens remunerari poſſet. Videns autem Adæi, qui tum a tabellis erat, equum phaleris quammaximè excultum, ſtatim reductum eũ puero dedit, ac deinceps haud vnquam rem deſiit meminiſſe: progredientéq; tempore, cùm domo fratribus conſpirantibus eiectus iuuenis eſſet, ac fugiens in Peloponneſum veniſſet, cauſam huius diligenter curauit, etiam amoribus implicitum iuuans. Athletam ille puerum Athenienſem amabat, qui poſtquam adoleuiſſet ferocior aliquantò factus, parum aberat quin in Olimpicis ordine moueretur. Igitur ad Ageſilaum Perſa confugit pro puero rogans. Hic verò gratificari homini etiam hoc volẽs 27
magno tandem negotio rem confecit. Erat per cętera iuſtitiæ vehementer tenax obſeruansque, ſed in amicorum rebus putidum eſſe, tergiuerſantémque, ſeuerioris iuſtitiæ allegationem putabat. Epiſtolium ipſius ad Hidrea Carem circunfertur huiuſmodi: Niciam ſi quidem nihil commiſit

misit, dimitte: si commisit, nobis dimitte: summa, dimitte. Magna igitur parte talis Agesilaus in amicorũ rebus fuit. Interdum tamen vtilitatem respexit potius, præsertim (quemadmodum declarauit) sicubi festinantius castra moueret, haud magnam laborantis amici rationem habens. Nam ille ipse cùm aliquãdo castra mouentem quidam flagitasset, conuersus, Non possum, inquit, rebus simul & tibi seruire. Sic enim Hieronimus philosophus scribit. Iam annus expeditionis secundus agebatur, cũ magna Agesilai gloria, admiranda continentiæ, frugalitatisq; & modera-
21 tionis fama passim obtineret. Nam in castris vsque mansit, etiam tum absens cùm summa festa, & quæ pauci mortales viderunt, domi peragerentur, testes & spectatores sacrorum esse volés deos. Inter tot verò militũ millia, vix cuiusquam lectũ viliorem Agesilai lecto vidisses. Frigus æstúmque ferre sic poterat, vt solus eo semper cælo quod deus cõtemperasset, vteretur. In primis verò iucundũ Græcis Asiã habitantibus spectaculum fuit, cùm graues & intolerandos antea, copia luxuque diffluentes, regis præfectos, hominum linea vilique veste obambulanti, trepidos humilésque seruire viderent, ad vnum breuéque Laconis verbum attemperantes sese, ac subitò transformantes. Multis itaque illusis Timothei in mentem veniebat, Mars tyrannos, aurum Grecia non curat. Igitur Asia commota, & vndiq; ad se deficiente, vrbanis istic rebus citra negotium, citra ciuium exilia constitutis ornatisque, progredi longius decreuit, bellóque
29 à maritimis sociisque Græcorũ vrbibus tralato, de corpore iam & Ecbatana Susianáq; felicitate cum rege certare, otiũ quo sedens ille bella Græcis dispensabat, libertatis authoribus insidiabatur, principio subducere. In hoc tam præclaro instituto cùm esset, Epicydidas Sparta veniens, graui Græcorum bello patriã vrgeri, ipsum per Ephoros, quò rebus istic subsidio esset, domum reuocari nuntiabat. O barbara Græci mala commiscentes. Nam quo alio nomine inuidiã, & illam Græcorum inter se tum conspirationem vocemus, qua fortunam surgentem, arma in barbaros conuersa, bellum Græcia eliminatum, rursus in sua viscera conuerterunt. Haud sentio enim quod Demaratus Corinthius ille, magna Græcos voluptate destitutos esse putans, qui in Da-
30 rij throno sedentem Alexandrum non vidissent. Sed lachry-
masse

masse non ab re puto quisquis tum cogitauit, hoc & Alexandro & Macedonibus, eorum scelere permissum fuisse, qui præstantissimum tum quenque ducẽ, ciuilibus odiis ad Leuctra, ad Coroneam, Corinthum, in Arcadia prodiderunt. Agesilai gestorum nullum est hoc in patriam reditu, aut pium, aut excellens magis, neque exemplum veliustitiæ, vel obediẽtiæ maioris extat. Nam si Annibal fortuna iam non benigna satis vtẽs, & Italia vix iam tutus consistens, ægrè bello suisq; domum reuocanti
31 bus parebat, Alexander verò etiã ridebat (audita enim Antipatri cũ Agide pugna, Videtur inquit, dũ nos hic Darium vincebamus, in Arcadia murium conflictus aliquis fuisse) an non felicem Spartam iudicemus, cui honoris tantùm tribuit Agesilaus, tantam legibus reuerentiam? vt quem tanti
32 successus, tantæ vires, tam certa spes longius inuitabant, omnia mittẽs, abiiciénsq; mométo quo nuntium accepit, soluere cũ propter infecta negotia desideriũ sui relinqueret omnibus incredibile, Phæacensis Demostrati vocẽ, qua communibus quidẽ in rebus Lacedæmonios, suis verò Athenienses præstantiores ille iudicabat, falsam esse docens. Nã qui regem ducémque optimum sese declararat, idem priuatim vti volentibus, amicum & familiarem exhibuit multò iucundiorem. Persici numismatis genus est sagittarium insculptum habens. Agesilaus cùm solueret, decem millibus sagittariorum Asia se per regem expelli dicebat: tantùm enim pecuniarũ Athenas Thebásque missum & principibus datum, populos eos aduersus Spartam concitauit. Helespon
to traiecto per Thraciam iter tenens, nulli barbarorum se submittebat: sed mittens, vnumquenque, per hostium, an amicorum terram iter faceret, rogabat: ac cæteri quidem omnes peramicè exercitũ susciebãt transmittebántq;, so
33 li Tralles, à quibus etiam Xerxem redemisse donis transitum ferunt, centum argenti talenta, totidémque fœminas mercedem postulabant. Ille ridens, quin mox adsunt & accipiunt, inquit: pergensque multos illorum prælio fudit, strauit. Eodem pacto ad regem Macedonum mittens, cùm ille se deliberaturum respondisset: Deliberet, inquit, at nos porrò pergamus. Rex audaciam miratus, metuensque sibi, velut amicum mouere iussit. Agros Thessalorum quòd essent hostib. confœderati, passim vastabat.

Larisam

Lariſſam amicos Xenoclem & Scythen miſit de fœdere tra-
ctaturos: qui cùm capti vinctíque detinerentur, cæteri qui-
dem exercitum admouendum, vrbémque obſidẽdam puta-
bant: ipſe verò cùm nolle ſe totam Theſſaliam capere dice-
33 ret, altero legatorum amiſſo, vrbem tamẽ in fidem ſuam re-
cepit. Nec eſt cur quis illam Ageſilai clementiam mire-
tur. Nam cùm pugnam ingentem ad Corinthum habitam
ac hominum vt vſquam clariſsimorum magnam ſubito
vim deſideratam audiret, pauci licet Spartani, hoſtes verò
plurimi concidiſſent, nec gratulatus eſt, nec exultauit quic
quam, ſed grauiter ingemiſcens, Heu patriam, inquit, quę
tantùm virorum perdit, qui ſi nobis viuant, quantùm vſquà
barbarorum eſt, excindere potuiſſent. Proximi Pharſalij
ſequebantur, qui cùm aſsiduè exercitum infeſtarent, ipſe
quingentis cum equitibus impetu facto, in fugam eos con-
uertit, trophæũque ſub Narthacio erexit, vltrà quàm dici
poteſt ea victoria gratulatus, quòd equitatu quem ipſe eru
diuerat ſolo, eos qui plurimùm ſibi equiſtribus prælíis tri-
34 buebant perdomuiſſet. Hoc in loco Diphridas Sparta ve-
niens, Ageſilao occurrebat, rectà Bœotiam inuadere iubẽs:
quod quanquam propter militum paucitatem in poſterum
facere Ageſilaus decreuiſſet, nihil tamen recuſandum magi
ſtratui putans, ac ſuis diem illam, quã propter, Aſiã reliquiſ
ſent, adeſſe prędicens, duo millia militum qui pugnæ Co-
rinthiorum nuper interfuerant acciuit. Interea Spartæ in
gratiam ipſius præconium edebatur, ecquis dare iuuenum
nomen, adeſſéque regi vellet. Cúmque læti omnes nomina
dediſſent, ſenatus quinquaginta validiſsimos fortiſsimóſq;
delectos ad illum tranſmiſit. Ageſilaus poſtquã Pylas iam
exceſsit, & Phocidam regionem amicã peragrauit, primũ
in Bœotiam traiecit. Ibi cùm iuxta Chęroneam caſtra po-
ſuiſſet, eodẽ tempore & ſolem minus, quàm parte dimidia
deficientem vidit, & nauali circa Cnidum prælio, victum à
35 Pharnabazo & Cononе Piſandrũ, occubuiſſe audiuit. Do-
luit, quemadmodũ par erat, tum propter vrbis, tum propter
viri caſum: verùm ne triſtitia terroréve miles iamiam pu-
gnam initurus conſterneretur, contrà referre qui à mari
venerant iuſsit, nempe victoriam maritimam eſſe partam.
Ipſe cortina impoſita progreſſus, obſnuntium lætum ſacra
fecit, familiaribus epuli parte miſſa. Mouens autem in

Chæ

Chæroneam quamprimùm hoſtes conſpexit, ſimul ſe con-
ſpectum animaduerteus, aciem ſtruens, ſiniſtrum Orcho-
menijs cornu dedit, ipſe tenebat dextrum. Thebani verò
dextrum tenebant ipſi, ſiniſtrum Argiuis dabant. Pugnam
illam ſcribit Xenophon, ſic vt nullam vnquam fuiſſe per-
actam: aderat enim Ageſilao, pugnam obiens vnà cùm ex
Aſia traiecíſſet. Primo igitur congreſſu, nec impetus vio-
lentior, nec certamen longius fuit, ſed & Thebani Orcho-
menios ſtatim pepulere, & Ageſilaus Argiuos. Vtrique 36
vero cùm laborare ſiniſtra cornua cognouiſſent, ſeſe con-
uerterunt. Hîc abſque periculo potuerat victoria parari,
ſi Thebanorum aciem redeuntẽ declinare voluiſſet Ageſi-
laus, & in fugam actos iam Argiuos cędę perſequi: ſed ira,
laudiſque ſtudio flagrans, obiecit ſeſe viris, repellere per
vim, ſummaq; virtute conatus. Illi haud ſegnius hoſtẽ ex-
cipiebant, prælíumq; toto exercitu violentum oriebatur:
violentiſsimum verò iuxta ipſum inter quinquaginta illos
Spartanos iuuenes collocatũ, quorum alacritas & ſtudium
ſalutare, planeq; in tempore adeſſet regi. Nam ſummo ſtu-
dio licet, nec vllo periculo parcentes pro rege certarent,
ſeruare tamen inuulneratum non potuere: multas ſiquí-
dem per arma plagas cùm toto paſsim corpore, haſtis gla-
diiſq; infixis, accepiſſet, vix viuũ eripuerunt, ac obiicientes
ſeſe, ſuiſq; corporibus illum cõmunientes, multos hoſtium
ſuſtulerunt, multos ex ſuis amiſerunt. Quoniam verò dif- 37
ficillimũ fuit acie cõuerſa, pellere Thebanos, facere coacti
ſunt, quod principio nolebant: nam acie laxata tranſitum
obnitentibus præbuere: mox tranſmiſſos, cùm negligen-
tius ordines cuſtodirent, ſequuti, iuxtaq; inhęrentes, latera
eorum cædebant. Thebani non fuga, ſed recedendo Heli-
conem petunt, ea ſibi pugna vehementer gratulantes, qua
inuicti à ſe quidem ſtetiſſent. Ageſilaus quanquã differtum
vulneribus corpus habens, non antè in tabernaculũ ſe rece-
pit, quàm ad phalangẽ perlatus, congeſta in armis cadauera
contemplatus eſſet. Hoſtibus quotquot ad templum con-
fugerãt, parci iuſsit: eſt enim haud procul Itonię Mineruæ
ſacrum, & trophæũ iuxtà, quod Bœoti iam olim Spartone
duce, Athenienſibus iſtic prælio victis, Tolmidaq; interfe-
cto, conſtituerunt. Poſtero die vbi primùm illuxit, coar- 38
guere Thebanos volens, ſi iterare certamẽ pergant, milites

Lib. de Ageſilai laudibus.

coronari, tibiis canere, trophæum adornari, ſtatuiq́; , vt victores iuſsit. Vbi verò hoſtes poſtulatum cadauera ſuorum ſupplices venere, ille pactis induciis conceſsit: atq; in hunc modum victoria cõfirmata, Delphos perlatus eſt, quo tempore Pythia celebrabantur, ſacraq́; deo magnificè fecit, decima ſpoliorum Aſiæ parte, quæ centũ talentorum fuit, oblata. Domum reuerſus magno ſtatim in pretio charuſq́; ciuibus, propter vitam cultumq́; fuit. Neque verò, quod plerique ducum ſolent, rediit ex peregrinatione nouus, alienúſve moribus ſic immutatus, vt domeſtica vel faſtidiret, vel ſuperbius penſicularetur: ſed perinde ac qui Eurotam nunquã tranſgreſsi fuerant, boni omnia conſulens, non cibum, non balneum, non famulitiũ vxoris, non ſplendorem armorũ, non domus ſupellectilẽ mutauit: ſed ne fores quidem, peruetuſtæ cùm eſſent, adeò vt ab ipſo Ariſto-
39 demo poſitæ viderentur: atq; vt Xenophon ſcribit, canathrum nihilo pretioſius filia eius habebat, quàm quæuis
Canathra alia. Canathra verò ſunt vulturum ceruorumq́; ligneorum imagines, in quibus puellulæ vulgò ad pompam ſacrorum deferebantur. Porro filiæ nomen Xenophon non tradit: idq́; Dicæarcho dolet, nec Ageſilai filiæ, nec Epaminondæ matris nomina nobis conſtare: verùm ex actis Laconicis deprehendimus nos, Ageſilai coniugem Cleoram, filias Apoliam & Prolytam fuiſſe vocatas. Cernere haſtã ipſius etiam hodie Spartæ ſitam licet, nihil ab aliis differentem. Sed iam cùm ciues quoſdam, equos ludis Olympicis alere ſolitos, nimis ex ea re contumaces eſſe videret, Cyniſiam ſororem curru ſedere, & Olympia certare perſuaſit, monſtrare Græcis volens, non virtute, ſed ſumptu, victoriæ genus hoc parari. Xenophontem ſapientẽ illum ſtudiis de-
40 ditum, cùm apud ſe haberet, hortatus eſt vt liberos ſuos Spartam vocatos iſtic educaret, rem omniũ pulcherrimam, imperare & imperium capeſſere percepturos. Mortuo Lyſandro, ac factione, quã ille ex Aſia rediens aduerſus eũ concitarat, ingẽti deprehenſa, oſtendere volens qui vir Lyſander viuens fuiſſet, orationẽ, quam Cleon ſcripſerat Halicarnaſſeus, Lyſander pro cõcione de nouanda Repub. pronuntiaturus fuerat, in libello quodã relictã, & ab ſe inuentam, edere in publicũ decreuit. Verùm cùm ſenex quidam orationem relegiſſet, & eloquentiæ vim veritus, non Lyſandrum

ſandrum* eruendum, ſed orationem cum ipſo ſepeliendam * αἰσχύνην
eſſe cenſuiſſet, deſtitit, acquieuitq́; , ac ne cõplices quidem ipſos mulctauit: ſed ex his pleroſq́; vel negotiis, vel copiis militũ aſsiduè præfectos, quales eſſent re ipſa coarguebat, etiam cæteris malitiã eorum & arrogantia conſpicuã reddens. Mox in iudicium pertractis, patronum propugnato- 41
remq́; ſe præbebat, ex inimicis familiares & obſtrictos faciens, & ad ſe transferens, adeò vt aduerſariũ iam in repub. planè nullum haberet. Nam rex alter Ageſipolis, vt qui patre fugitiuo, & ætate prorſus iuuenis, ingenio verò miti & eleganti foret, publica non admodũ curabat, quanquam etiam hunc cicurem reddebat. Nam reges, quoties domi ſunt, in commune eodemq́; triclinio conuiuantur. Adoleſcentem igitur amoribus implicitum cùm noſſet (vt erat) mentionem ſemper aliquam de florida id genus ætate inferre, eodemque iuuenem prolicere, coamare, operamque locare: nihil enim turpe flagitioſúmve Laconici amores habent: ſed pudorem, ſed ſtudium & ardorem virtutis docent, quemadmodum in vita Lycurgi oſtẽdebamus. Igitur cùm plurimùm iam in republica poſſet, Teleutiæ vterino fratri vt res maritima committeretur effecit. Hinc Co- 42
rinthum profectus, ipſe terra, Teleutias mari, quæ ad Lechæum longa mœnia tendunt aggreſsi cepere, ac Argiuos Corinthum tum cuſtodientes & Iſthmia fortè celebrantes, cùm ſubitò ſeſe oſtendiſſent, re diuina nondum prorſus peracta, & ſupellectile vniuerſa relicta, templo pepulere. Hic cùm qui Corintho ad Ageſilaum exules profugerant, vnaq́; in exercitu tum aderant, precibus inſtitiſſent vt ipſe quoque Iſthmia celebraret, hoc quidem non fecit, ſed ipſis celebrantibus & ad finem conficientibus adfuit, ac vt impunè liceret curauit. Hinc ſoluens, eũ ludos Argiui inſtauraſſent, & quidam viciſſent, rurſum quidam qui pridie vicerant tum victi, nihilominus inter victores referrentur, magnam Argiuos ea re declarare timiditatem aiebat, quod cùm tanti ludos ſacraq́; facerent, pro eis certare, & armis conſiſtere auſi non fuiſſent. Equidem de ſacris & id genus 43
rebus omnibus ſic ipſe ſtatuebat, vt modum cuſtodiendum eſſe putaret: quippe qui ludos patrios ſpectaculaq́; ſolitus ſit exornare, & præſens magno ſemper ſtudio, magna cum alacritate adeſſe, non puerorum, non virgunculorum certa-

mina negligendo, cùm cætera quę pleriq; mirãtur, ne nosse quidem satis videretur. Erat Callipides nobilis tum inter Græcos nomine & fama tragœdus, quique admirationi omnibus esset: is Agesilao occurrens, primùm cõpellabat, mox per circunstantes turbulentius inferens sese, coràm ostendebat, arrisurũ vltrò sperans: tandem cùm nihildum profecisset, Non me nosti rex? inquit. Hìc Agesilaus, Tu verò non Callipides Dicelicta es? inquit: sic enim mimos
44 Lacedæmonij vocant. Cùm hortarentur, vt eum qui luscinìam voce repræsentabat, rursus auscultaret, recusauit, ipsas audiui, inquiens. Menecratem habuit medicum, qui cùm propter latã alicubi deploratis morbis opem, Iupiter vocari cœptus esset, nimisq; petulanter cognomentũ sibi vendicaret, & iam sic scribere ad ipsum regẽ auderet, Menecrates Iupiter Agesilao gaudere: hoc pacto rescripsit, Agesilaus rex Menecrati valere. In agro Corinthiorũ cùm versaretur, & Heræum cepisset, captiuaq; militibus omnia trahentibusque spectator adesset, superuenientibus fortè Thebanorũ legatis, quam vrbem semper oderat, interesse putans, si contemptius eos acciperet, ac ob id accedentes non audire, non videre simularet, res ei indigna quædam
45 euenit. Nondum enim digressis legatis, aderant qui circũuentas ab Iphicrate apud Lechæũ cohortes nuntiabant. Erat autem magna clades, & quæ longo tẽpore Spartanos est insequuta, multosque viros egregios amiserunt, partim grauioris armaturæ, quos oppressérant scutati: partim Lacedæmonios, quos mercenarij milites obtruncarãt: exiliit, repentè subsidium suis laturus. Sed vbi actum esse animaduertit, Heræum rediens adesse legatos iubet, respõdere iam volens: illi verò cùm eadem illusione vtentes, iam nil amplius de pace inferrent, sed vt Corinthum transitus permitteretur, orarent, excandescens, Si quidẽ amicos videre vestros, de victoria exultantes, vultis, me duce, cras vobis tutò licebit, inquit: ac vnà postridie ducens, & regionem ipsam populabatur, & ad vrbem Corinthum exercitum admouit. Cumque satis ignauiam hostium pugnam detrectantium declarauisset, legatos dimisit: milites cladi cohortium su-
46 persti tes ad se recepit, Spartamq; abduxit, antelucano mouens, noctu subsistens, cùm Arcadum inuidiæ malitiæque, insultandi occasionem nullam relinquere vellet. Hinc in Acarna-

Acarnaniam cum Achęis, quibus id gratificatur, cum exercitu transiuit, vnde multam prędam reportauit, ipsis etiam acie fusis. Ac flagitantibus Achæis vt apud se hybernaret, quòd hostes eo pacto satione prohiberi posse viderentur, contrà censuit, bellũ ĩ consitos habeant agros, magis formidaturum: quod etiã euenit. Nam exercitũ paulò pòst redeunte, Achæis Acarnani se conciliarunt. Porrò cũ Conon & Pharnabazus rei maritimæ Persarũ prefecti, Laconicam maris oram grauiter oppugnarent, & Atheniensium vrbs, Pharnabazo sumptũ suppeditãte, vallo cingeretur, pacem cum Persa facere Spartanis est visum. Antalcidam igitur 47
ad Teribazum mittunt, Græcos qui Asiam incolebant, & pro quibus enixè Agesilaus decertarat, regi turpissimè & sceleratissimè dedentes. Cuius quidẽ infamiæ labes Agesilaum minimùm contingit, vt cui infensus Antalcidas erat, pacemq; vnus omnium vel maximè fecit, quòd auctum iri eo bello Agesilai gloriam, ipsum clarissimũ maximumque fore vereretur. Atqui nihilominus Agesilaus tamen, cùm Medisare quispiam Lacedæmonios obiecisset, Magis, inquit, Medi Lacedæmonisant: ac pacẽ recusantibus Græcis quibusdam cùm bellum minaretur denuntiaretq;, omnes in eo permanere coegit, quòd æquũ Persa iudicasset. Fecit id propter Thebanos, sperans si libertatem Bœotia recuperasset, illorum vires debilitatum iri, quod paulò pòst declarauit. Postquam enim Phœbidas rem ingentem ausus, fœderum & pacis tempore Cadmæam, Thebanam arcem cepisset, Græciq; simul omnes succensérent, Lacedæmonij 48
indignarentur, præsertim qui aduersarij Agesilao tũ erant, Phœbidam irati rogãtes, quonam id iubente fecisset, cùm ille Agesilaum insinuare videretur, non veritus est palàm Phœbidæ astipulari, rem ipsam si quid vtile habeat inspiciendam esse dicere: rectè tum potestatem sumi, & imperium non expectari, cùm quod vtile patriæ sit, offeratur: tametsi iustitiã aliàs oratione perpetuò prẽferret, virtutum primam esse diceret, nulli vsui fortitudinem futuram, quæ iustitia careret: hæc si publicè colatur, nihil opus illa futurum. Cumq; monerẽt, hæc ita magno regi placere, Nil, inquit, maior est ille me, nisi sit iustus etiã magis: rectè præclareq; putans, iustitia velut mensura quadã quantũ quisq; præcellat regũ existimari debere. Epistolam igitur quam

rex facta iam pace, de priuatis ad eum rebus misit, ne acciperé quidem volebat, priuata amicitia nulla opus esse re-
49 spondens, si publica custodiatur. Sic erat oratio, res longè diuersæ: nec illud propositũ tenebat, sed ambitionis contentionisq; studio plerisq; abreptus, illa præsertim cõtra Thebanos non solùm Phœbidæ factum defensabat, sed vt in se culpam illam Sparta reciperet effecit, & arcem nomine publico teneret, rebus cæteris Archidæ & Leontidæ, quorum consilio Phœbidas arcẽ ingressus occuparat, permisis. Erat igitur statim suspicio opera Phœbidæ, sed authore Agesilao rem esse factã: ac negotia quidem mox insequuta, suspicionẽ reddidere confessam. Nam cùm Athenienses præsidium eiecissent, & vrbem, Archida & Leõtida nomine quidem ducibus, sed re ipsa tyrãnis, interfectis, libertati restituissent, iniuriarum prætextu, bellum ipsis statim indixit. Cleõbrotus iam mortuo Agesipolide regnabat: is acceptis
50 copiis in Bœotiam traiecit: nam Agesilaus, quòd annum à prima iuuenta quadragesimũ exegisset, & militiæ immunitatem legibus iam assequutus esset, hanc expeditionẽ ob ignominiã libenter declinauit, ne qui paulò antè Phliasiis propter fugitiuos bellũ intulerat, nunc ob vindicandos tyrannos multare Thebanos, meritò ab omnibus argueretur. Erat autẽ Sphodridas Lacon factionis Agesilao contrariæ Thespis præfectus, ingenio haud ignauo quidẽ abiectóve vir, sed qui maiore semper fiducia, quàm cõsilio niteretur. Is præclari nominis famã affectans, ac Phœbidæ gloriam, quã quia Thebas inuasisset, ingentẽ putabat, ob oculos habens, ac facinus multò præclarius futurũ sibi pollicens, si Piræum ipse cepisset, ex continente classem subitò inscendere, mari Athenienses prohibere cogitauit. Tametsi commentum hoc Pelopidæ & Gelonis Bœotiæ ducũ fuisse velint, cùm quosdam transfugiendi specie submisissent, qui
51 Sphodridam laudantes tollentesq;, quòd esse solus hoc tam præclaro conatu dignus videretur, ad suscipiendum negotium incitarent, improbum æquè facinus & iniquum, & ad quod nec animus illi satis firmus, nec fortuna benigna satis erat. Nam in Thrasium campum, quo noctu cum Pelopida coniunctos oportebat, clara iam luce venere, & ignem ab Eleusinæ sacris cùm milites vidissent, horruisse & expauisse dicuntur: ipse animum & audaciam illam,

cùm

cùm iam latere non posset, abiecit, ac leuem istinc prædam agens, turpiter & inglorie Thespias est reuersus. Missi Spartam Athenis sunt, qui hominem accusarent: verùm accusatore non erat opus, vltro Spartani iudicium capitis Sphodridæ dictarant: quod ille quidem subire decreuit, iram veritus ciuium, qui reuerentia Athenarum videri iniuria affecti volebant, vt ne iniuriam fecisse viderentur. Sphodridas igitur filium habebat Cleonymum, 52
eleganti forma puerum: eum Archidamus Agesilai filius adamabat. Hic illi tum, vt verisimile est, de patre periclitanti subsidium ferebat, tametsi palàm conficere quicquam aũt amicum iuuare non posset, erat enim aduersarius Agesilao Sphodridas: sed postquam Cleonymus instituit hortando lachrymandóq; vt Agesilaũ patrem placaret, quem Sphodridas maximè terribilẽ sibi putabat, diem vnũ & alterum reueritus metuensq; patrem, tacitè sequebatur: verùm vbi iudicij iam dies instabat, cõpellare ausus, Cleonymi pro patre preces ostendebat. Agesilaus cùm amaret Archidamũ nosset iam olim, haud arguebat, erat enim de Cleonymo etiamnũ puero magna spes, virum vt quẽquam aliũ præclarũ futurũ. Tum verò nihil Archidamo supplicãti cõcesit, vnde coniici vel prę̃sidij vel gratię spes aliqua posset, tãtũ consideraturũ se dicẽs quod bonũ rectumq; foret, abibat. Perculsus Archidamus ad Cleonymũ deinceps 53
non accedebat, quod antea quidẽ singulis etiã diebus sæpiculè solitus erat. Ex eo magis iam illi Sphodridæ salutẽ desperabant, donec amicus Agesilai quispiam Etymocles, vbi in cõmune de ea re cõuenissent, Agesilai sententiã ostẽdit, facinus eũ pessimè odisse quidem, sed Sphodridã virũ bonũ iudicare, vrbemq; videri eiusmodi militibus habere opus. His etiã vocibus addere animum Archidamo volens sæpe vtebatur: ac iam Cleonymus Archidami studium sentire, & amici sumpta fiducia opem conari cœperunt. Erat impensè liberorum amans Agesilaus, fertúrque filiolis puerulis adhuc arundine obequitando domi colludens, amicum qui fortè interuenerat, vt ne cui diceret, monuisse, priusquam ipse quoque liberorum parens euasisset. Sphodrida igitur absoluto, & Athenienſibus, 54
vt primùm audiuissent, ad bellum conuersis, audire pessimè Agesilaus, propter absurdam puerilémq; animi cu-

piditatem cœpit, quòd iustum iudicium interuertisset, vrbem sceleris ingentis ream Græcis faceret. Filium Cleombrotũ cũ minus aptum bello videret, neglecta qua prius militiã detrectabat lege, in Bœotiã ipse traiecit, ac multùm incõmodi Thebanis dedit, multùm accepit item: vnde vulnerato dixisse Antalcidam ferunt, Debita Agesilae, refers ex Thebanis præmia, belligerari nolentes, imperitosq; homines belligerari docens. Nec ab re Thebani seipsis fuisse tũ superiores bellicis artibus creduntur, assiduis Lacedæmonũ contra se expeditionibus velut exercitati. Lycurgus igitur vetus ille, trium quas vocant legum, tertia, in eundum hostẽ sæpius exercitũ ducere vetat, ne belligerari scilicet hostis doceretur. 55 Erat & sociis Agesilaus permolestus, quòd nulla causa publica legitimáue sed ira quadam & contentione perdere Thebanos cogitaret: itaq; nihil obstare dicebant, quò minus militãdo consumerentur, qui huc illuc singulis annis tanti tam paucos sequi necesse haberent. Agesilaus quàm parum ipsorum multitudine fideret, docere volens, vsus eiusmodi commento fertur. Considere socios omnes in vnum permixtímque iussit, Lacedæmonios ité, sed ab his seorsim. Mox per præconem surgere figulos primùm, ab his ærarios, hinc lignarios fabros, deinde domificos, ordinéq; cęterorum opificiorum sectatores omnes iussit, ac iam tota propemodũ sociorũ multitudo stabat, cùm Lacedæmoniorum, quibus opificiis lege interdictum est, nemo dum surrexisset. Hìc Agesilaus, Videtis, inquit, socij 56 quantò plures nos milites mittamus? Cùm exercitum ex Bœotia Megaris reducens, in arcis basilicã ascendisset, vulsio & dolor ingens integram illã tibiã subitò inuasit: mox cùm grauiter intumuisset, & sanguinis plena videretur, cruciatumq; ob inflammationes vehementẽ exhiberet, medicus Syracusanus quidã, venam quæ sub talo est incidit, ac dolores quidem cessarunt: verùm sanguine vberius profluẽte, & sisti iam nequeunte, plurima animi defectio, & periculũ graue circunstetit virum: tandem sanguine represso Lacedæmonem perlatus, multo tempore non satis commodè valebat, militiã verò non poterat obire prorsus. Multæ tum vndiq; Spartanis calamitates mari, terra incidebant, quarũ Leuctrica maxima fuit. Vbi primùm acie victi Thebanis Lacedæmonij succubuerunt, omnes pacem cũ omnibus

bus ineundam esse censuerũt: vndiq; legati ex Græcia Spar- 57
tam inducias facturi conuenere, quorum de numero Epaminondas etiam fuit, eruditione & Philosophiæ studiis clarus, sed qui militaris rei specimen nullũ tum dedisset. Hic cùm cæteros quidem omnes inclinatos Agesilao videret, solus quid sentiret liberè pronuntiauit, oratione non pro Thebis, sed pro communi Græcia in medium illata: bello, vnde cęteris omnibus exitium esset, Spartam augeri docẽs: pacem verò si durare velint, ex æquo iustoq; conciliãdam esse iubens. Cui viro cùm vehementer intentos esse, fauereq; Græcos Agesilaus videret, interrogauit, num & Bœotiam iuris esse sui æquum iustumq; cẽseret: atque illo mox liberè vicissim interrogante num ipse Laconicam liberã degere æquum putaret, exiliẽs iratus Agesilaus, clarè dicere iussit, liberámne Bœotiã dimittat: illo rursum idipsum 58
obiiciente, Laconicámne liberã ipse dimittat, adeò exasperatus Agesilaus est, & responso offensus, vt statim nomine Thebanorum albo pacis expuncto, bellum ipsis denuntiarit. Græcos cæteros conciliatos abire iussit, pace conciliata partim, partim bello incõciliabili suscitato. Erat hoc tempore Cleõbrotus in Phocide cum exercitu: eum statim Ephori traiicere in Bœotiam & Thebis exercitũ admouere iubent: ipsi interea passim mittentes sociorũ auxilia cõtrahebant, qui tametsi bello grauarẽtur, tamen cõtradicere, aut iugũ excutere nondũ audebãt. Hìc quanquã multa inauspicata signa ederentur, & Prothous Lacon palàm reclamaret, tamẽ bellũ Agesilaus nõ remisit, sed perfecit, spe rans reliqua Græcia libera vniuersa, Thebanis verò cõmuni fœdere seclusis, tẽpus esse quo multari cõmodè possent. Eam porrò profectionẽ ipsa festinatio declarat, ira magis 59
quã ratione susceptã. Nã quartadecima Martijmẽsis die, fœdera sunt Spartæ facta, mox Aprilis quinta clades in Leuctris accepta, cũ dies nõ amplius X X interceſsissent. Mille *Leuctrica clades.*
Lacedęmonij cecidere, cecidit Cleõbrotus rex, & iuxtà fortissimus qsq; Spartanus, inter quos & Cleonymũ Sphodridæ filiũ pulchrũ illũ, cùm tertiò pro rege dimicando prostratus esset, ac toties surrexisset, fortiter pugnando occubuisse ferunt. Hæc tã inopinata clades cũ Lacedæmoniis in eidisset, Thebanis verò successus, quo nemo Græcus aduersus Græcũ belligerãdo, glorioso magis est vsus, nihil tamẽ

digna minus admiratione, digna minus ſtudio, Sparta victa, quàm victrix fuit: ac vt Xenophō ſcribit, fortiū virorū voces & geſtus etiam in vino, etiā luſu, dignū ſtudio quid-
60 dā ſeruāt, præclarè iudicans. Equidē nō minus, imò magis operæ pretiū eſt, viri fortes vt ſeſe reflante fortuna gerant, quom vultū ſeruent, quas voces edāt, cogitare. Feſtum vrbs tum fortè agebat, & peregrinis erat plena, puerorū chori (γυμνοπαίδιαν vocant) nudi inter ſe, ſpectante, theatro certabant, vbi qui cladē à Leuctris afferebant, ſubitò interuenere. Ephori quāquā iam tū primùm cæſos, rem & exercitū amiſſum eſſe innotuiſſet, nec chorū diſcedere, nec quicquā de feſto publicè mutari paſsi ſunt: ſed domatim nominib. interfectorū ad cognatos miſsis, ipſi ſpectaculū ludūq; reliquū cōfecere. Poſtera die cùm iam omnibus & qui cecidiſſent, & q ſuperſtites eſſent cōſtaret, interfectorū patres, affinesq; & familiares, in forum progreſsi, vultu integro, lætoq; & geſtiēte, datis dextris accipiūt ſeſe: ſuperſtitū verò
61 velut in luctu, cū vxoribus domi ſe cōtinebant, aut ſi egredi res poſtulaſſet, & habitu, & voce, & vultu deiectis cōtractiſq; viſebātur. Iam matronas videre audireq; magis operæ pretiū erat, cùm illa reuerſum ex prælio filiū toruè iracundeq; ſuſcepiſſet: hæ cùm cecidiſſe ſuos audirent, etiā in ſpectaculo ſurgentes ſanctè ſtudioſeq;, tāquā cōmune gaudiū proteſtātes, ſeſe ſalutaſſent. Verùm cùm multùm ſocio
62 rū defeciſſet, Epaminōdas verò ſucceſſu ſublatus Peloponneſum inuaſurus videretur, in mentem oraculi tum illius de claudo multis veniebat, eratq; plena perturbatione & pauore vrbs, quòd diuinitus affligi videretur, quia integrū regem regno pulſum, orbo claudoq; poſtpoſuiſſet, quę res in primis documēto fuit, monita deorū diligentius cōſideranda obſeruandaq;. Contrà verò propter ipſius gloriā virtuteſq; & authoritatē, non ſolùm rege ducēq; bello, ſed in ciuilibus etiam difficultatibus medico & arbitro vtebantur. Nam cùm his qui prælio conterriti fugerant, quos deſertores vocant, propterea quòd multi eſſent potentésque, res nouas veriti, poſitas legibus pœnas infligere cunctarétur (non ſolum enim magiſtratu omni repellunt, ſed vxorem nec dare cuiquā horum, nec ipſis ducere licet: obuios quiſq; cùm vult, cædere poteſt, ipſi ſqualidi abiectiq; circūeunt iſta ſuſtinentes: pallia conſuta colore tincta ferunt:

Fugitiuos in bello quomodo tractarint Spartani.

barbam

barbā radunt partim, partim nutriūt). Erat graue tot illos per vrbem oberrantes deſpicere, cuſtodire ſine magno præſidio minus licebat. Ergo legiſlatorem Ageſilaum creant. Hic verò nec rogans, nec derogans legibus quicquā, in cōcionem progreſſus, dormire leges ea die ſinendas, ab ea verò deinceps die, ratas habendas eſſe dicebat, ſimul & leges vrbi, & viros honoribus ſuis aſſerendo. Volens autem præ- 63
ſentē iuuenum triſtitiā diſcutere, in Arcadiam traiecit, ac cōgredi quidē acrius impræſentiarū cauit. Oppidulū verò Mantineorū quoddā cepit, ac orā eam percurrens, arrectio rem fiducia patriā fecit, vt quæ nō omnino deſperaſſe videretur. Ex hoc Epaminondas Laconicā, agmine ſociorū accinctus inuaſit, armaturæ grauis milites nō pauciores quadraginta millibus habens, quos leues & inermes ad prædā intenti multi ſequebantur, vt ſeptuaginta millium hominū agmē in Laconica tum feciſſe impreſsionem credatur. Tempus ex quo Dores Lacedęmona habitabant, annorum nō minus ſexcentorum interceſſerat, in quo vniuerſo tum primùm hoſtes in ea regione conſpiciebantur, antea nemo
fuerat auſus. Sed impopulatam hactenus & intactā inua 64
dentes, igni ferróq; omnia vaſtabant, omnia diripiebant vſq; ad flumen, vſq; ad ipſam vrbē, nemine obuiam eunte. Nam Ageſilaus, quemadmodū Theopompus ſcribit, tanto flumini, tantæ belli tempeſtati Lacedæmonios ſeſe obiicere nō eſt paſſus: ſed interiora vrbis præcipuáq; tantū cuſtodibus armatorū cingens, minas inſultúſq; Thebanorū nominatim ſe prouocantiū, & pro regione certare tot malorum authorē belliq; facem iubentiū, fortiter perferebat. Nec minus illi intra mœnia tumultus, clamores & diſcurſus virū cōturbabant, ſenum rem perferre tantam, mulierū compeſci nequeuntiū, ſed vbique tum ad clamores, tum ad ignes hoſtiles furentium. Haud mediocriter verò gloriæ ſuperioris recordatio contriſtabat, cp vrbis, quam maximā acceperat potentiſsimámq;, huc redactam gloriā, huc incluſum nomen videret. Nam & ipſe gloriari ſolitus fuit 65
perſæpe, fumum hoſtilem Spartanæ fœminæ nullū vnquā viſum. Et Antalcidas vir Spartiata cùm Athenienſis quidam cum ipſo de fortitudine diſceptaret, dicerétque, ſæpe Spartanos à Cephiſo flumine repulſos, Atnos, inquit, ab Eurota vos repulimus nunquam. Haud diſsimiliter Argiuo

cuidam

cuidam Spartanus, quanquã inferioris notæ homo, respondit. Nam ille Multi vestrum, cùm diceret, in Argolide sepulti iacent: At vestrum, inquit, in Laconica nemo. Et Antalcidam quidẽ in Cythera liberos suos metu perculsum, tum exposuisse ferunt. Agesilaus verò transire flumen, & iam vrbẽ inuadere hoste conante, pro summis tantùm mediisque vrbis locis, cæteris omnibus relictis, aciem struxit. Excreuerat tum, & seipso maior niuibus auctus Eurotas
66 fluebat, plúsq; negotii frigiditate, quã impetu hosti facessebat. Traiicientem primùm ominum Epaminondã conspicati quidã, Agesilao monstrauere: ac ille, quemadmodũ fertur, oculorum acie diu in illum intenta, & quocunque se vertisset circumacta, nihil quàm hoc vnum dixisse fertur, Omagnificum virũ. Sed quia intra mœnia congredi, trophęúmq; statuere cupiens Epaminondas, prouocare & elicere non potuit Agesilaum, rursus hinc mouens regionem vastabat. Interea Spartę seditiosi quidã iam olim & improbi homines circiter ducenti, cõcursu facto Cereris tẽplum Issorium munitum & expugnatu difficilẽ locũ occuparũt: quos cùm illico depellere Lacedæmonij statuissent, Agesilaus studium veritus rerum nouarum, cæteros quidem omnes quiescere iussit, ipse inermis vno duntaxat familiari assumpto, istuc perrexit, secus clamans mandata eos percepisse: neque enim huc, nec omnes conuenire iussos esse, sed
67 alios illuc (locum aliũ monstrans) alios aliò. Hi nemini dum fraudẽ compertã arbitrati, regis voce gaudebant, diuulsíq;, quò iusserat ille, discesserũt. Issorium igitur statim accitis aliis occupãs, complicũ circiter XV noctu necauit. Detecta est alia maior etiam cõiuratio cõciliabulumq; hominum Spartiatarum, qui de rebus nouis quandam in domũ conuenerat clàm, quos iudicio sistere in tanta rerum perturbatione, aut insidias dissimulare difficile fuit. Igitur habito prius cum Ephoris consilio, & hos indicta causa cęcauit, cùm nemo prius Spartiata morte multatus indicta causa fuisset. Eodem tempore cũ accollæ sacramento astricti, & Spartanæ disciplinę milites haud pauci ex vrbe ad ho
68 stem transfugissent, diluculo strata illorum familiares suos accedere, & arma tollere, celaréq; iussit, quò minus animaduerti multitudo fugitiuorũ posset. Recessisse autẽ ex Laconica Thebanos alij hyeme iam oborta volũt, cùm Arcades abire

abire spargíq; nullo iam ordine cœpissent: alij postquã tres istic perpetuos menses cõstitissent, ac omnia prius depopulati essent. Theopõpus autem, ducibus Bœotiis abire iam parãtibus, venisse Phrixum Spartiatamvirum scribit, ab Agesilao talenta decẽ afferentẽ, discessus mercedem, vt prò fectioni, quam dudum animo destinassent, ab hoste viaticum suppeteret. Quod quidem haud scio qui scriptores cæteri ignorarint, solus animaduerterit Theopompus. Quòd verò superstes ex tanto tũ malo permanserit Sparta, omnes Agesilaum in causa fuisse fatẽtur, qui contẽtione ambitionéq; congenitis sibi cupiditatibus repressis, sapienter vsus est rebus. Vrbis verò gloriã potentiámque ex tanto casu recuperare non valebat, cuius, velut corporis sani quidẽ, sed dimẽsa nimis, nimis addicta victus ratione vtentis, leue mo
mentum, leuis error præter solitũ incidens, vniuersam feli
citatem euertebat, non ab re. Nam cùm esset ad pacẽ virtutémq; & concordiam optimè respub. constituta, postquam 69
regna & imperia sibi adiunxit, quibus ad benè viuendũ minimũ opus esse Lycurgus putarat, graniter impegit. Agesilaus militiam iam omnem propter senium penitus abdicarat: filius autem Archidamus, auxiliis à Siciliæ tyrãno acceptis, Arcadas pugna quam ἄδακρυν id est, sine lachrymis vocant, superauit, vbi ex suis neminẽ amisit, hostium verò plurimũ cæcidit. Vrbis imbecillitas ab ea pugna maximè est animaduersa. Adeò enim Spartanis vincere res erat consueta, vt nec diis quidẽ antea parta victoria sacrificaretur, gallo dũtaxat excepto: nec victoribus acclamaretur, nec allato victoriæ nuntio immodicè, quemadmodum fit, exultaretur. Etiam in illa circa Mantineã pugna, qua de Thucydides scribit, primùm victoriam nuntianti magistratus ex publica comessatione nihil aliud quàm carnem euãgelium misit. Tum verò victoriæ fama allata, & Archidamo redeũ
te nemo continuit sese, sed pater ipse Agesilaus, lachrymis 70
gaudio obortis occurrit: occurebat magistratus, turba senum mulierúmque ad Eurotã descendit manus tollens, superis gratias agẽs, quòd ignominia Sparta pulsa, clarissima sese lux rursus oculis omniũ cõspicienda præberet, cùm antea viri, sicubi rem minus fortiter administrassent, ne intueri quidẽ matronas sustinerent. Iam verò Messana ab Epaminonda ædificata, & ciuibus veteribus in eã vndiq; cõmigrã
tibus,

tibus,cùm nec cõgredi Spartani auderẽt,nec prohibere pos
sent,acerbè cõtra Agesilaum inuehebãtur,quòd regionem
nihil hominum multitudine Laconica inferiorem,sed in
ter Græcas præcipuã,& quam tot annis tenuissent,ipso re
71 gnante amitterẽt. Vnde pacem à Thebanis oblatam Ages
laus recusauit,ac dum,qua re ipsa Thebani regionem tene
bãt,ipsorũ esse fateri non vult,pro qua contendebat,non so
lùm non assequutus est,sed Spartam ipsam dolo hostiũ cir
cunuentus propemodum adiecit. Nam cùm Mantinei rur
sus à Thebanis deficiẽtes Lacedæmonios vocassent,sentiẽs
Epaminondas Agesilaũ cum copijs egressum,& istuc festi
nantem,clàm Mantineis noctu Tegea mouens Spartã cùm
exercitu perrexit,præteriẽsque Agesilaum parũ abfuit
quin vacuam cepisset vrbẽ. Sed cùm, vt Clystenes scribit,
Euthynus Thespiensis,vt Xenophon,homo quidã Creten
sis, Agesilao rem nuntiasset, equitẽ repentè præmittens,
qui domi relictos præmoneret: ipse sequutus Spartã venit,
cum paulò pòst Thebani Eurotam traijcientes,vrbem sum
mis viribus aggrederẽtur. Supra ætatẽ Agesilaus sese tum
72 gessit. Non enim vt prius,cauere iam aut intra munitiones
confugere sinebat res: sed desperationem,sed audaciam fla
gitabat,quibus cùm reliquo tẽpore nunquam nec fisus,nec
vsus esset,tum solis periculum depulit,& ex Epaminondæ
manibus patriam extorsit,trophęum statuẽs,pueriſq; & ma
tribus omnibus,præclarã generosæ educationis mercedem
Lacedæmonios patriæ referentes, ostendens: in primis Ar
chidamũ glorioſè decertãtem, tum animi vi,tum corporis
agilitate celeriter,qua acies nutabãt,per angiportus discur
rentem, vbiq; paruo comitatu,magnis hostium cateruis se
se obijcientẽ. Illidã verò Phœbidę filium non ciuibus solùm
sed ipsis etiã hostibus spectaculum iucundũ exhibentem.
Erat hic insigni proceritate & forma,ætate verò qua dulcis
simè florẽtes homines, cùm ex iuuenibus in viros euadũt.
73 Nudus ille & vestibus & armis, corpore peruncto, hastam
altera,altera gladium gerẽs euolabat domo, per mediã pu
gnantium aciem sese ferẽs; mox quendã ex hostibus obuiũ
cũ prostrauisset,reuersus,vulnus nullũ accepit, seu numine
quodã virtutis ergò protegẽte,seu quòd diuinius & vltra ho
minẽ quiddã ineſſe hostes putarent. Ob hoc facinus primũ
ab Ephoris coronatus fertur,mox mille drachmarũ mulctã
soluisse,

soluisse,quòd inermis tanto sese periculo cõmisisset. Paucis
diebus pòst ad Mantineam congressi,cùm Epaminõdas pri
mam aciẽ repulisset,& iam ad persequendũ hostem incum
beret,suósq; hortaretur,Lacon Anticrates excipiens ingru
entem,quemadmodũ Dioscorides tradit,hasta traiecit. Lace
dæmonij verò etiam nunc eius familiæ homines Machęrio
nas vocant,quòd illum machæra Anticrates percussisse cre 74
datur: adeò illum viuentis Epaminõdę metu diligebãt,mi
rabanturque,vt ipsi honores & munera,generi verò immu
nitas plebiscito decerneretur,quam nostra etiam tempesta
te Callicrates familiæ eius vir quidã Spartæ tenet. Pòst pu
gnam mortẽmq; Epaminondæ,pace iam cum Græcis facta,
sedibus eiicere Messenios Agesilaus aggressus est,quòd ius
ciuitatis non haberent. Sed cùm cæteri Messenios præstito
ab ipsis iuramento,recepissent,secessione facta,Lacedæmo
nij bellũ soli intulerunt,recuperari posse Messenam speran
tes. Violẽtus igitur rigiduſq;,& inexplebili bellãdi cupidi
tate præditus Agesilaus videbatur, cõditiones omnes recu
sans & rescindens. Ad hæc, inopia pecuniarũ etiam amicis
grauis,vndiq; mutuari,vndiq; corradere coactus, vbi finẽ
malis imponere iã decebat,& non imperiũ vniuersum,tan
tum præsertim,vrbis,terræ,maris abiicientẽ, pro Messenæ
opibus redditibusq; tantopere sęuire. Plus ignominiæ ha- 75
buit,quòd Tacho Aegyptio militũ pręfecto sese dedit: cùm
indignũ omnes iudicarẽt virum græcũ, inter primos sem
per habitum,& qui gloria terrarũ orbem compleuisset,ho
mini regis desertori ac transfugę barbaró q; corpus eloca
re,nomẽ & Gloriam pro opibus vendere, rem mercenario
& conductitio militi vix dignam: octoge simum annũ cùm
excessisset, & corpus omne vulneribus differtum haberet,
etiamsi præclarum pro Græcorum libertate bellum susci
piatur,reprehensione tamen ætatem & ambitionem istam
non carituram: suum esse pręclaris factis tempus,imò verò
mensura tantum pulchra turpiaque inter se facta differre.
Has ille voces nihil curabat,nec esse præter dignitatem vl
lum officium publicum arbitrabatur: magis se suáque glo
ria indignum, domi desidere,mortem per ignauiam expe
ctare. Mercenario igitur ex ea pecunia, quam Tachus mi- 76
serat,collecto,& nauibus im posito,soluit,consiliarios tri
ginta Spartanos,vt prius secum habens. In Aegyptum vt pri

mum

mùm appulit, ex regia familia & proceribus Præcipui qui
que ad nauẽ aderant salutatũ. Erat apud cæteros etiã Aegy
prios studiũ ingẽs & expectatio propter nomẽ gloriãq; viri:
spectatũ omnes accurrebãt. Vbi verò splendorẽ nullũ, nullũ
apparatũ, sed hominẽ senẽ in herba circa littus porrectum
despicabili exiguáque statura, horridula viliq́ue veste indu
tum conspexerũt, ridere & illudere gestiebat, cũ illud quod
in fabulis est parturire montẽ, inde musculũ edere, animos
omnium subiisset. Magis inde hominis inciuilitatem mira
bantur, vbi muneribus allatis adductisq; farinam, vitulos,
77 anseres accepit, bellaria, vnguenta repellebat. Cúmq; roga
rẽt & cogerẽt accipere, seruis eadare feretes iussit. Papiro co
ronario impẽsè oblectatũ fuisse, ac id genus coronarũ oble
uitatem postulasse, & vsum esse, Theophrastus scribit. A re
ge digressus, cum Tacho ad expeditionem iam instructo in
colloquium venit, nec quemadmodum sperabat, vniuer so
exercitui dux est præfectus, sed mercenariis tantùm: classi
Chabrias Atheniensis, cùm omniũ imperator esset Tachus.
Malè res Agesilaũ habebat, quanquã ferre superbiam & arro
gantiã præterea Aegyptij, licet inuito, necesse foret. Cõ
tra Phœnices igitur nauigat vnà, præter animi naturam &
dignitatẽ priores illi cedens perferénsq; tãtisper, dum occa
sio sese obtulisset. Erat Nectanabes consobrinus Tacho,
qui ipse quoq; copiarum partem ducebat: is ad defectionẽ
Agesilaum solicitabat, mox ab Aegyptiis rex declaratus,
ad se vocat, rogans vt auxilio veniret: vocat & Chabriam,
ingentia vtrisque dona promittens: quæ cùm Tachus ani
78 maduertisset, & precibus pariter institisset, conatus est Cha
brias Agesilaum in amicitia Tachi hortando suadendóque
retinere. Sed Agesilaus, Licet, inquit, ô Chabria, qui pro
te venisti, consiliis vtare tuis: ego, quem ducem Aegyptiis
" patria misit, haud rectè fecero, si bellum inferam his, qui-
" bus socius sum adiunctus, nisi id rursum patria mandet.
" Hæc respondens viros Spartam misit, qui Tachum accu
sent, Nectanaben prædicent. Miserunt etiam illi ipsi, hic
quidem, vt qui iam olim socius amicusque semper fuisset,
ille tanquam beneuolus, beneuolentiam maiorem aduer
sus vrbem mox declaraturus. Legationibus auditis Spar
tani palàm quidem Aegyptiis sic responderunt: Agesilao
curæ rem futuram: ipsum verò Agesilaum videre iubent,
qui

qui Spartæ comodũ procuretur. Agesilaus mercenario mi 79
lite à Tacho abducto, ad Nectanabẽ trãsit, prætextu patriæ,
cuius id interesse dicebat, excusans rem, quæ si prætextum
tollas, proditio ritè vocari possit. Lacedæmonij verò ho
nesti partẽ primã vtilitati patriæ tribuentes, ius aliud nec
accipiunt, nec norunt, quàm vnde Sparta capere possit in
crementũ. Tachus igitur à mercenario destitutus mox fu
git. Interea Mẽdesius rex alter creatur, Nectanabi fortiter
sese opponens. Is centum millium hominum exercitu col
lecto veniebat. Nectanabes animare Agesilaum aduersus
multitudinem tantam volens, multos esse quidem, sed tur
bam confusam & rudem, ac propter imperitiã minimè me- "
tuendam iudicabat. Atqui ego non multitudinem, inquit "
Agesilaus, sed imperitiam metuo, quę decipi minus potest. "
Doli cõtrà veniũt, quàm expectabat, & quã erat ab eo, qui "
depellit periculũ præuisum: iã qui nihil expectat', nihil co- "
gitat, præripit occasionem dolo, vt colluctandi momẽtum "
is, qui nusquam sese mouet. Dũ hæc fiunt, legationẽ Mẽ 80
desius ad Agesilaum mittit, virũ solicitaturus. Nectanabes
igitur grauiter sibi metuebat, cúmque cõgredi quàprimùm
vellet, & non protrahere bellum, cum hominibus imperi
tis quidem susceptum, sed qui multitudine circunuenire,
vallo includere, præoccupare, & præuertere multa posset,
magis iam suspectam Agesilai cunctationem habebat, ac
metu in locum quendam munitum, & ingenti vallo circũ
datum discessit. Agesilaus fidẽ sibi non haberi tametsi per
molestè ferret, tamen quia ad alteram rursus partem defice
re, aut infecto negotio domum redire pudebat, sequutus
regem intra munimentum sese coniecit. Mox hoste super
ueniente, & vrbem circunuallante, rursus obsidionem Ae
gyptius timens, pugnaréque volens, Græcos quidẽ ad præ
lium paratos intentósq; habebat, commeatus enim regio
ni non admodum supererat: sed Agesilaus à pugna prohi- 81
bens suos multò iã deterius audiebat, ac palàm regis prodi
tor appellabatur. Tulit calumnias facilè, tum quòd intẽtus
circũueniendis hostibus esset. Consiliũ erat huiusmodi: Fos
sam iuxta mœnia profundam hostes agebant, eo proposi
to qui penitus vrbem circundarent: cunque iam extrema
propemodum coirent, & per circulum acta sibi ocurrerent,
noctem expectans & armari Græcos iubens, vocatum Ae-

„ giptium sic cõpellauit: Expectata nobis salutis hora, ô iuue
„ nis, hæc est, quam prodere nolens, pugnam hactenus de-
„ trectaui: nunc quoniam salutem suis nobis manibus hostes
„ fossã tanta circumacta, vltrò moliũtur(nam absoluta pars,
„ multitudinem eludet: relicta, locum ex æquo decernendi
„ præstat) age nunc, age fortis vir esto, & cursu sequẽs, simul
„ & te & exercitum salua: hostis aciem nostram sustinere, si à
„ fronte obiiciat sese, non potest, latera vallum claudit, eáq;
82 „ parte nocere multitudo non valet. Miratus iuuenis prudẽ
„ tiam viri, & medio sese Græcorum agmini permittens, prę
lium cõmittit, hostem momẽto in fugam vertit. Agesilaus iuuenẽ nactus tum obsequentiorẽ, eodem æstu, velut luctæ genere eodẽ hostes rursum cæcidit. Nũc enim fugam simulans, nunc tanquam congressurus sese ostendens: nũc exercitum longius circunducẽs, in locum quendam ab vtroq; latere fossa circundatum hostẽ abduxit, & multitudinem illorum, fronte phalangis suæ pro loci magnitudine explicata occlusit: vbi cùm circunueniendi occasionẽ omnẽ ademisset, aliquandiu reluctantes in fugã egit, ac multos interfecit, cæteri per fugam dispersi, alius altiò peruasit. Ex eo tẽpore bene iam res Nectanabis habebant, essẽque firmæ cœperunt, ac cùm Agesilaum magno studio complecteretur, precibus institit, vt apud se hybernaret: sed ille domum festinans, & inopiam patriæ, quæ mercenarium exercitũ alebat, releuare volẽs abiit, amicè magnificéque dimissus.

83 Præter honores enim & munera cætera, ducenta ac triginta argenti talenta patriæ subsidium reportauit. Verùm tempestate oborta, nauibus circa Lybiam ad locũ quẽdam perlatus, quem Menelai portũ vocant, mortuus est, cùm annos quatuor & octoginta vixisset, vnum & quadraginta Spartę regnasset, plures quam triginta potentissimus idem, & maximus totius propemodum Græciæ dux & imperator, vsq; ad Leuctricã pugnã habitus esset. Erat consuetudo. Spartæ, cæterorum quidem corpora, si peregrè oppetiissent, iustis peractis sinere deinceps, regum verò domum referre. Spartani igitur, qui tum aderant cera corpus perfusum, cùm mel nõ esset, Lacedæmonem retulere. Regnũ Archidamo filio cessit, ac in ea familia vsque ad Agidem permansit, quem patriam disciplinam reuocare conantem Leonidas peremit, cùm quintus ab Agesilao regnasset.

Agesilai mors.

Pom

Pompeius.

ANTONIO TVDERTINO INTERPRETE.

LEGA Pompeium mox ex ipso initio videtur populus Romanus affectus, quemadmodum Prometheus Aeschyli aduersus Herculem. Apud enim Aeschylum liberatus ab Hercule Prometheus inquit. Inuisi patris hoc mihi dulce est piguus. Nullum quippe, aut maius odium, aut acrius Romani in alium ducem ostenderunt quàm in patrem Pompeij Strabonem. Dum enim vixit, eius potentiam armis partam extimuere: nam vir fuit bellicosissimus. Cùm vita cessisset fulmine ictus, elato funere, eius cadauer è lecto abstraxere, ac in summis probris habuere. Non tamen populi beneuolentiam, aut citius inceptam, aut validiorem in rebus lætis, aut in labentibus diututniorem Romanorum quisquam habuit, quàm Pompeius. Illi odij causa vna est habita, inexpleta auaritia: huic beneuolentiæ plures, vitæ continentia, armorũ peritia, linguæ persuasio, morum fides, & conueniendi modestia. Vnde absque tristitia neminem rogauit, absque alacritate nulli est obsequutus. Aderat enim eius gratiis nihil cum fastu dare, nihil que nisi ample suscipere. A pueritia ipsa aspectum habuit non mediocriter populari gratiæ accõmodatum, & quiuo cemipsam anteiret. Quod enim in eo amorem alliciebat, non sine dignitate, & pergrata humanitate fuit. Cùm iuuenili floreret ætate, extemplo mores & verendi, & regij eluxere, nisi ipsius coma paululùm protensa. Ex oculorum lineamentis ac lenitate, ad simulachra regis Alexandri, licet dictu magis quàm prospectu, similitudinem reddidit. Vnde in ipso initio non defuere plerique, qui Alexandri nomen ei adiicerent. Quidam etiam postea per iocum Alexandrũ eum appellauere. Ex quo L. Philippus vir cõsularis in quadã Põpeij defensione, Nihil inquit sese indignũ agere, cũ sit Philippus, si Philalexãdros sit. Florã meretricẽ dicũt iã iam

ſeneſcentem gratè atque piè ſemper meminiſſe conſuetudinis, quam cum Pompeio habuerat, dicentem quòd ab ipſius concubitu ſine morſu abire eũ non erat. Narratur præterea eam retuliſſe, Geminium Põpeij familiarẽ, quòd amore ſuo flagraret, ſolicitando moleſtias plurimas ſibi intuliſſe: ſed ea reſpondẽte ob Pompeium haud illi obſequuturam, Geminius Pompeio rem aperit: qui obſequutus Geminio, deinde cõſuetudine & aſpectu Floræ abſtinuit, licet ſedulò eam amare videretur. Quod Flora nõ meretricio dolore tulit, ſed ex ingenti mœſtitia, viríq; deſiderio, nõ parvuum tempus elanguit. Hoc ſcortũ aiunt formoſitate ſua adeò efloruiſſe, adeò etiam fuiſſe celebre, vt cùm Cæcilius Metellus ſtatuis picturíſque Caſtoris & Pollucis templum ornaret, illius ſimulachrũ pulchritudine inſigne affixerit. Demetrij coniugem, qui Pompeij libertus plurimum apud ipſum poterat, quíue cenſum trium millium talentorũ reliquerat, Pompeius præter naturæ ſuæ mores, non humanè, non liberaliter habuit, timens, ne ab illius pulchritudine, quæ vulgò inexpugnabilis habebatur, victus videretur. Sic ergo Põpeius, cùm in his longè prouidus percautúsq; eſſet, non tamen ab æmulis effugit infamiam, ſed in nuptiis malè audiebat, quòd earum gratia in repub. ad multa conniueret, multàque omitteret. De viuendi ſobrietate atque facilitate hoc ex eo memoratur. Medicus lãguenti ipſi, & adcibum ſe malè habenti turdum dari mandauit: hunc autem cùm venalẽ non inuenirent (nõ enim tum eos ferebat tempus) cognitum à quodam eſt, apud Lucullum ipſos inueniri poſſe, qui eos per integrum annũ alebat. Ad quæ inquit Pompeius, Sine Luculli illecebris ipſe non viuam? Inde dimiſſo medico, ex cibis facillimè comparatis quiddam ſumpſit. Sed hic poſtea adhuc omnino adoleſcens ſub patre militans, qui aduerſus Cinnam ductabat exercitum, L. Terẽtium comitem contubernalémq; habuit. Hic Terentius pecuniis à Cinna perſuaſus, Pompeium ipſe interfecturus erat, ſocij verò eius Imperatoris tẽtorium incenſuri. Cuius rei indicium cùm circiter cœnam à Pompeio haberetur, nihil exterritus eſt, ſed per hilaritatem potúmque Terentium habens, mox vt ad quietem vertendum fuit, clàm è ſtatione ſe proripuit, latuítque, Præſidium deinde cùm circa patrem locauiſſet, accubuit. Terentius, vt opportunitatem

4 *Flora meretrix florẽtiſsima.*

5

6

tem adeſſe exiſtimauit, enſeſtricto imminens Pompeij veluti dormientis lecto, quamplures fruſtra per ſtragula adegit ictus. Inter hæc ob odium ducis fit maximus motus, & ad defectionem magnus militum impetus contubernia paſſim diripiẽtium, armáq; arripiẽtium. Dux tumultuantium metu coràm haud profectus, Pompeius in medium ſeſe ingerens, illachrymánsque furori ſinẽ orare, tandémq; ante valli ipſius portam ſe proſternens, ſe obicem furentibus dare, cúmque gemitu ſeſe peſſundari ab egredientibus iubere. Quilibet ergo pudore captus ceſsit, omnésque præter octingentos milites mutatis animis tum duci cõciliati ſunt. Defuncto Strabone patre extemplo Põpeius peculatus accuſatus eſt. Qui cùm plurima ex ablatis reperiſſet, libertum etiam vnum nomine Alexandrum, qui multa ſurripuerat, prætoribus detexit. Ipſe ob retia quædam venatoria, 7
libróſque quos ex Aſculo rapuiſſet criminabatur. Sed hæc capto Aſculo ab ipſo patre ſuſceperat, quæ poſtea amiſit in reditu Cinnæ, cùm illius ſatellites Pompeij domũ diripuiſſent. In huius cauſæ iudicio in accuſatorem non pauci Põpeio concertauere, inter quos & perſpicax & præter ætatẽ adeò compoſitus viſus eſt, vt cum gloria gratiam beneuolentiámq; reportaret. Ex quo Antiſtius prætor, qui cauſæ præſidebat, Pompeij beneuolentia captus, eius filiam vxorem ſpopondit, deinde pro eo neceſſarios amicósq; perorauit. Quod cùm ſuſcepiſſet Pompeius, & occulta quædã fœdera inter ipſos inita eſſent, tamen ex diligentia ſtudióque Antiſtij, pleroſque res ea non latuit. Sed cùm ſententias tandem iudicum efferret, turba veluti præmonita nuptiale illud verbum Thalaſsiũ ex vetuſto ritu acclamauit. Mos hic inde initiũ cepiſſe memoratur. Cùm Sabinæ, quę ad Ro- 8
mana ſpectacula venerãt, à primoribus vrbis raptæ fuiſsẽt, *Thalaſsius*
ignobiles quidã viri opiliones ac bubulci puellam permagnam eximiæ pulchritudinis abducentes captam, ne à quoquam è primis obuiam fortè facto præda ſpoliarentur, curſitando Thalaſsium acclamauere. Erat Thalaſsius vir inter omnes notiſsimus atque lepidiſsimus, vnde eius nomine audito cum plauſu lætitiáque exultabant omnes, alacri clamore Thalaſsium repetentes. Ex hoc dicunt cùm Thalaſsio id coniugium maximè felix fuiſſet, voce hac fauſtum ſimiléq; connubium cum riſu iocóque nouis nuptiis optari. In his

quæ feruntur ex clamore Thalassij, hoc magis credendum est. Paucis deinde diebus pòst Pompeius Antistiam duxit. Ad excercitum Cinnæ profectus, ex illato quodam crimine, falsò licet, calumniáque, metu actus clàm inde abscessit. Quo in exercitu haud esse cognito, crebruit inter milites rumor, quòd adolescentem Cinna interfecisset: quare qui veteri odio in Cinnam æstuabant, impetum in eum facere. Diffugiens ergo Cinna à quodam cõprehẽsus est, qui insidias ipsi locauerat, quiq; stricto ense eum persequebatur. Captus ante genua persequutoris procubuit, signúmq; quod pretij permagni habebat, illi obtulit. Sed ille insolenter nimis, Non inquit, venio fideiussionem obsignaturus, sed de scelerato & iniquissimo tyrãno vindicaturus: mòxq; eum trucidauit. Cæso Cinna, Carbo crudelior quàm Cinna, tyranni rebus successit, túmque ob præsentia mala desideratus à plerisque & Sylla erat: non enim parum fore bonum existimabant, quòd mutaretur dominus. Eò nãque ciuium clades vrbem impulerant, vt desperata libertate seruitutem mitiorem quærerent. Pompeius hac tempestate apud Picenum diuertebat, possidebat illic agros: præterea quod maius erat, beneuolentiam ac amicitiam ciuitatum: quam à patre sibi relictam cõsuetudine præsentiæ suæ adaugebat. Illic itaque aspiciens ciuium optimos clarissimósq; propria deserere, & vndique in castra Syllana veluti ad portum quendam confluere, sese indignum ratus est, quòd veluti fugitiuus consilij expers, præsidiíque inops quietem ageret, sed tanquam vir cui benemerita aderant, cum copiis splendidè ad Syllam iret. Picenum igitur omne cõmouit, prætẽtans virorum animos. Sed hi auidè ei paruere, próque Carbone profectos haud admisere. Qua in re dicente Vindio quodam, quòd ex ludo pædagogi Põpeius populi princeps confestim emicuisset, adeò illorũ mentes indignatione motæ sunt, vt impetu in eum facto, ipsum necauerint.

Post hæc Pompeius iam tum tertium, & vigesimum annum agẽs prætor à nullo designatus, in Auximo ciuitate quippe ampla, seipsum in subsellio medio in foro poni iusso constituit: deinde geminos fratres Ventidios, qui primores in ea vrbe fuerant, quíue Carbonis partes asserebant, cùm ciuitate damnatione sua eiecissent, delectum militum habuit. Cẽturioneshinc decurionésq; iuxta militię rationẽ, &

& ordinẽ cũ præfecisset delectui, cæteras circùm ciuitates pari opera ambiuit. Ex quo cùm cederent hi, qui hactenus cũ Carbone senserant, & voluntarij alij se cum Põpeio cõmitterẽt, parua mora legiones tres cõparauit. Quibus cùm commeatum, iumenta, currus cæterósque apparatus necessarios apparauisset, ad Syllam contendit, non quippe properans, quòd ea latère haud optabat, sed in itinere ipso morã agens, acerrimè hostes insequẽdo. Præterea quocunq; per Italiam iret, omniũ animos solicitabat, vt à Carbone deficerẽt. Tãtisper igitur tres simul duces simulq; hostes in Põpeium surgunt, Carinnas, Cęlius, Brutúsq;. Hi nõ ab vna fronte impetum parant, sed tripartito agmine Pompeium ambire conantur, veluti ipsum suáq; laceraturi. Non extimuit tamen ille, sed cunctis copiis aduersus Bruti agmen equitatum eduxit, in quo ducis partes ipse egit. Cæterùm cùm pariter, & ab hoste Gallicus equitatus irruisset, præfectũ equitum vnum, eundémq; robustissimum præuenien Pompeius, eum graui hasta ictum strauit. Cæteri tũ in fugam versi, peditatum adeò turbauere, vt idem omnium fugæ esset impetus. Ob hæc ducibus in seditionem versis, quò fors dedit abierunt omnes. Pompeio dissipatis metu hostibus cesserunt ciuitates. Deinde cùm Scipio, qui tum erat consul, Pompeium adoriretur, antequam phalanges sub ictum telorum issent, milites Scipionis Pompeianis saluta tis à duce defecerunt, Scipióque ipse fugam arripuit. Carbone demum iuxta Arsum fluuium frequẽtes equitum alas aduersus Pompeium concitante, cum robore obiectus illi Pompeius, terga dãtes omnes in angusta quædam equiti in uia persequendo egit. Ex quo illi salutis spe amissa, cum armis & equis se dedidere. Hæc ad aures Syllæ nondũ peruenerant, sed ad primum nuntium rumorémque Pompeio timens, tot tantísque ducibus hostibúsq; implicito, appro perat auxilium laturus. Pompeius appropinquare Syllam cùm audisset, omnes copias in armis militaríque apparatu esse iussit, vti pulcherrimè splendidéque se venturo imperatori ostẽtent. Præmia nanq; magna, honorésq; iam plos ab eo sperabat, quibus etiã maiorib. postea potitus est. Vt ergo Sylla venientem Põpeium aspexit, militésq; incredibili adstare robore, & ob pugnas strenuè gestas elatos hilarésq; esse, equo exiliẽs, & imperãtor de more appellatus

Pompeium & ipse imperatorem contrà salutauit: quod præ
ter omnium spē fuit, vt viro iuueni necdum in senatum ad-
misso, id nomen Sylla communicaret, pro quo cum Scipio-
nibus Mariisque certauerat. Cætera colloquij ac beneuo-
lentiæ Syllæ haud fuere his dissimilia, subassurgentis adue-
nienti Pompeio, capútq; enudantis, quæ erga aliū haud fa-
cilè fieri cernebantur, licet iuxta se plures & optimates viri
tum circùm adessent. His tamen Pompeius nihil elatus est,
sed confestim in Celtiberiam mittitur, quam prouinciam
habebat tum Metellus, nihilque in ea apparatu suo dignū
15 egerat. In hac prouinciæ designatione ferunt Pōpeium
dixisse, æquum non esse virum seniorem, & gloria clarum
priuari exercitu: sed si Metellus annuerit iusserítque, vt cu-
ræ socius sit, tum se id prompte susceperū. Quod cùm susce
pisset Metellus, eúmque proficisci scriptitasset, Pōpeius pro
uinciam adortus præclaris suis gestis floruit: vires præterea
Metelli, quas hactenus feruentes audacésque pugnando ha-
buerat, tum ob senectam extinctas, excitauit calefecítque:
quemadmodū æra ab igne liquefacta si frigido firmóq; æri
infundantur, magis magísque ignes illud molliunt dissol-
uúntq;. Sed vt in athleta, qui princeps inter fortissimos ha-
beatur, agonésque vndiq; gloriosè vicerit, nulla habetur ra
tio puerilium certaminum, quæ alicuius memoriæ digna
non existimantur: sic gesta, quæ tum gessit Pōpeius per sese
admiranda stupēdáque, præ magnitudine copiáue, eorum,
16 quæ postea egit, obscurata ac obruta sunt. Ea igitur pro-
sequi timeo, ne his immorando initiis, ab illis abscedamus,
quæ amplissima mores, & habitum viri maximè ostendāt.
Cū ergo vicisset Italiam Sylla, ac Dictator fuisset appella-
tus, cæteros quidem exercitus sui præfectos insigniuit me-
ritis, hos ad diuitias, alios ad dignitates magistratúsq; pro-
uehens, alios vt quenque decuit, abundè donis erexit. Pom-
peij verò virtutem admiratus, magnúmque præsidium si-
bi fore eum existimans, affinitate ipsum iungere sibi curat.
Cui rei cùm Metella vxor suo nutu consilióque faueret,
Pompeio suadent, vt Antistia dimissa, Aemyliam Syllæ
priuignam è Metella Scauróque genitam ducat. Hæc nu-
per viro copulata fuerat, & ex eo grauida erat. Vnde post
coniugium tyrannicum, magísque tempestati Syllanæ
17 congruens, quàm Pompeio visum. Ad ipsum ergo per
domest

domesticum quendam Aemylia ducta est, repudiata Anti-
stia improbè miseréque, quæ nuper ob virum orbata patre
fuerat. Iugulatus nāque Antistius nuper in senatu extiterat,
quòd ob Pompeium Syllanam factionem sequi videbatur.
Hoc repudium cùm Antistiæ mater agnouisset, mortem si-
bi cōsciuit. Vnde noua quædam in tragicorum materia hæ
nuptiæ visæ sunt, cùm etiam nupta ipsa apud Pompeium
mox ex partu obiisset. Inter hęc Perpenna nuntiatur occu-
pauisse vi Siciliā, & in Syllanam factionem insulam hanc
propugnaculum quoddā præparari, Carbone illic cū classe
instructo, & Domitio in Aphricam irruēte, aliísq; etiā illuc
fugitiuis affluentibus magnis atq; præclaris viris, quotquot
Syllanam proscriptionem præuenere. Ad hos motus cōpri
mendos cū amplo apparatu Pōpeius missus est. Ex quo ex- 18
templo Perpenna Sicilia cessit, Pōpeiúsq; ciuitates afflictas
ad se recepit, eásq; omnes præter Messanam clementissimè
habuit. Mamertinis enim ius dicendi à Pompeio petētibus,
ex eorū institutis antiquis à populo Rom. concessum: Non
desinitis, inquit Pōpeius, instituta recitare succincti gladiis?

Visus etiam Pompeius in Carbonis clade immitius se ex
tulisse. Si enim oportebat (quemadmodum fortè oportuit)
eum occidere, extemplo captum perdere debuit, iubentisq;
id opus videri potuerat. Sed Pompeius illum victū produ-
xit in medium, virum triplici insignem consulatu, eúmq;
coràm stantem ipse tribunitio subsellio sedens damnauit,
hoc grauiter, qui aderant, indignéque ferentibus. Damna-
tum deinde procul abductum interfici iussit. Hic quippe 19
Carbo cùm ad cædem duceretur, fertur (vt ensem strictum
sibi imminere conspexit) locum & horam perbreuem ora-
uisse, quòd onere ventris molestaretur. C. Oppius vir Cæ-
sari consuetus, memorat Pōpeium etiam minus piè Q. Va-
lerium habuisse. Cùm enim ipsum nouisset virum philoso-
phum, in primísque eruditum, vt coràm adductus est, fa-
ctis simul quibusdam spatiis, & percontante Pōpeio, illóq;
respondente, mox satellitibus iussit, vt inde abductum oc-
ciderent. Sed Oppio de hostibus Cæsaris, aut beneuolis nar
ranti nimiùm percautè credendum est. Pōpeius hostes Syl-
læ gloria claros ac manifestè comprehēsos necessāriis affe-
cit suppliciis: alios quotquot licuit, latēre passus omisit,
quosdam etiam non sine præsidio suo abire iussit. Himereo

rum vrbem cùm multare censuisset, quia cũ hoste senserat, Sthenis eius populi princeps petita ad defensionem venia, Non, inquit, Pompeium iure facturum, si nocẽtes dimittat, & condemnet innocuos. Hunc autem cùm interrogasset Pompeius, quem nocentem diceret, Meipsum, inquit, qui beneuolis ciuibus meis hæc persuasi, inimicos verò coegi. Admiratus tamen Pompeius viri fiduciam ac dignitatem, eum crimine primùm liberat, cæteróque deinde omnes.

Post hæc audiens Pompeius milites suos cùm iter agerent, ineptè & absque ordine ire, omnium gladios obsignauit, quique signum non obseruabat illæsum, multabatur. Dum hęc in Sicilia ciuiliter administrat, decretũ senatus ac à Sylla literæ datæ, quibus iubebatur in Aphricam traiicere, omníque manu oppugnare Domitium, apud quem omnes hæ conuenerant copiæ, cum quibus nuper Marius ex Aphrica in Italiam rediens rerum potitus erat, tyrannus ex exule factus. Extemplo igitur Pompeius omni apparatu in expeditionem extructo, præfectum Siciliæ Mummium sororis suæ virum instituit, éque insula ipse soluit cum viginti & centum nauibus longis, onerariisque ad frumentum, tela, pecunias, atque machinas octoginta. Hæ cùm partim ad Vticam, partim ad Carthaginem applicuissent, septem millia hostium ad Pompeium defecere, qui & ipse sex integras legiones ducebat. Rem hîc perridiculam ei obtigisse memorãt. Quidam enim milites (vt aliquando assolet) cùm obruto cuidam thesauro incidissent, frequentes pecunias inde nacti sunt. Eo cognito visum reliquis omnibus est, eum locum plenum esse pecuniarum, quas Carthaginiẽses quondam exactis cladibus terra condidissent. Ex quo pluribus diebus nulla suorum militum opera frui Pompeius potuit, omnibus ad perquirendum thesaurum vacantibus. Subridens verò eos ambibat, aspiciens tot simul virorum millia ea loca perfodere, eáque vndique incredibili ferme impetu euertere. Fessi tandem & spe eluſi, sese vt quocũque dux eos ducere vellet, præbuere, vt qui stultitię suę pœnas dedissent.

Domitius autem contrà instructo exercitu vallem quandam grauem & asperrimam superaturus, ab imbre validissimo ventóque, qui matutinus spirabat, detentus est. Vnde ea die pugna desperata, à Domitio ad stationes reditum est. Sed Pompeius ratus id tẽpus sibi conducere, agmine citato uallem

vallem euadit. Tum hostes tumultu facto, nullo ordine manere, neque omnes plane subsistere. Ventus præterea circũinstabat, procellámque coràm propellebat. Nihil tamen minus, & ea hyems Romanum perturbauit, quòd sese mutuò aspicere haud poterant. Ipse etiam Pompeius, quòd fermè incognitus fuisset, ferè periit, quòd rogãti militi signũ tardius dedisset. Cùm hi tamen cæde multa hostẽ vrgerent, feruntur enim ex viginti millibus hostiũ tria tantùm millia effugisse, Põpeius imperator appellatus est. Sed dicente eo honorẽ hunc haud se duce susceпturũ, quousq; vallum hostile staret, sique dignum se tali appellatione existimarẽt illud deiicerent, mox impetu facto, in vallum irruere. Quo in conatu Pompeius priori periculo monitus, absque galea certauit. Vallum tandem captum est, periitque Domitius. Ciuitatum aliæ cõfestim paruere, aliæ vi captę, Hiarbas rex tum comprehensus, qui cum Domitio bellum inierat, cuius sceptro deinde Hiempsal successit. Prospera ergo fortuna Pompeius fretus, ac robori militum fidens, Numidiã impetit: in qua, quod diebus pluribus peragrandum erat, agmine concitato excurrens, ea subegit omnia quibus obuiã est factus. Cúmque barbaris eius regionis populum Rom. extimescendum ostendisset, & potẽtissimum, neque feras aiebat Aphricã incolentes, oportere felicitatis roborísque Romani expertes linqui. Vnde in venationibus leonum elephantúmque, dies, licet non multos, triuit. Omne verò belli Aphricani tempus atque victoriæ, ex quo domitis hostibus regionem subegit, quadraginta dierum fuit. Quo in spatio frequens etiam inter reges factus arbiter, multa iudicauit, annum tum quartum & vigesimum agens ætatis. Reditu in Vticam facto, literæ ei à Sylla sunt redditæ, quibus iubebatur vti reliquo dimisso exercitu, cum vna legione successorem expectaret: in quibus tacitè ipse tristatus est ægréque id tulit, sed manifestò totus exercitus indignatione est motus. Deinde orante Pompeio iussa perfici, obtrectare Syllam cœpere, Pompeiúmque haud permisere, vt absque sese abire speraret, tyranno credendũ nõ esse aientes. Tentauit primò Pompeius eorum animos mollire admoneréq; vti iussis cederẽt: sed postquã suadere id nequiuit, è subsellio descẽdẽs in stationem mœstus illachrymánsque cessit. Sed arreptũ milites in suggesto reponũt. Hac in

aiter

altercatione plurima diei pars absumpta, iubẽtibus illis manere eum ac imperare, Pompeióque contrà exhortante, vt Syllæ iussis absque seditione cederent. Tandem nõ desinentibus illis, sed acrius vrgentibus, precésque cum clamore admiscẽtibus, iurauit Pompeius seipsum interfecturum, si vim afferrent: quo etiam pacto eos vix acquiescere coegit. Cæterùm ad Syllam primum nuntium allatũ est, Pompeium defecisse: in quo ad domesticos versus dixisse fertur, fato vtique sibi imminuisse, vt seni cum pueris certandũ esset. Quod ob Marium iuniorem etiã dictum commemorant, à quo grauia quàmmulta pertulerat, & fermè ad extrema fuerat compulsus. Re postea certius cognita, compertóque vt aduenientem Pompeium vndique viri omnes exciperent, éxque beneuolentia cum ampla pompa prosequerẽtur, prę-

26 uenire eũ accelerauit. Profectus ergo & illi obuiam factus, quamlatissimè dexterã iunxit, eúmque ingenti voce Magnum salutauit, iussítque omnibus, qui tum aderant, vt similiter Magnum eum appellarent. Alij dicũt cognomen hoc primùm in Aphrica ab vniuerso exercitu illi inditum, deinde vim atque consuetudinem ex hac Syllæ affirmatione habuisse. Pompeius tamen ipse omnium postremus, longóque tempore pòst proconsul in Iberiam aduersus Sertorium missus, se in epistolis suis actísque Magnum Põpeium inscripsit. Iamiam enim ex ipsa consuetudine id cognomen inuidia carebat. Vnde meritò quis admirari maximè potest, Romanorum priscos non hos solos, qui præclara confecerant bella, quíue strenuè manu vsi fuerant, sed eos etiam, qui rempub. consiliis virtutibúsque suis decorarunt huius-

27 modi cognomentis sæpe exornauisse. Duos enim populus Rom. cognominauit Maximos: Valerium, quòd patres à plebe dissidentes conciliauit: Fabium Rullum, quòd diuites quosdam viros ex libertis genitos è senatu amouit. Pompeius deinde triumphum petit, cui se obiicit Sylla: consuli enim aiebat, aut duci, triumphum lege tantùm permitti. Vnde superior Scipio magnis & arduis præliis cùm in Hispania superauisset Carthaginienses, triumphũ non postulauit. Non enim tum erat consul, aut id bellum suis gerebatur auspiciis. Addebat præterea, Pompeij triumphum, qui vix pubescebat, quíue ob ætatem necdum in senatu admissus fuerat, omnino gloriam inuidiosam illi pariturum, principatúmque

Pompeius Magnus appellatus

Duo à Romanis Maximi cognominati.

túmque suum ab vniuersis ciuibus ægrè perferendum. Hæc aduersus Pompeium Sylla colloquebatur, veluti illi non assensurus, sed cõtentione sua impediturus rogationem. Non 28 tamẽ ob hoc territus Pompeius est, sed reputare Syllam iussit, plures eos esse, qui orientem venerarentur solem, quàm occidentem, veluti potentia sua tum crescceret, Sylla verò minui & extingui videretur. Quæ Sylla planè non animadnertit: sed cùm adstãtes vidisset & ex vultu, & ex gestu in admirationem actos, quid dictum esset, rogauit. Quo cognito, admiratus Põpeij fiduciam bis acclamauit, Ergo triumphato. Qua in re, cùm indignatio plures caperet, grauitérq; id ferretur, optãs Pompeius grauiori mœstitia eos afficere, conatus est curru quatuor elephantibus ducto triumphum ducere. Inter alia enim, quæ ex Aphrica adduxerat, horum nonnullos captiuos duxerat: angustiori tamen porta vrbis prohibitus, equis vsus est. Inter hæc milites, quod non potirentur quæ sperauerant, cùm molestiores fierent, & appararentur ad tumultum, nihil curæ sibi esse Pompeius inquit, triumphum mittendum magis, quàm eis blandiendum.

Ex quo Seruilius homo clarus, quíue Põpeio in triũpho 29 obstiterat, tunc inquit se videre Pompeiũ meritò magnum, & triumpho dignissimum. Manifestum quippe tum etiam fuit, Pompeium si voluisset, in senatu tum potuisse admitti: sed neglexisse hoc fertur, rem gloriosam cupiens ex minus glorioſa venari. Non enim præclarum id erat, ante ætatem senatoriam dignitatem eum assequi, sed perglorioſum & splendidum, virum nondum senatorium triumphum agere. Quod etiam ei popularem beneuolẽtiam quammultam attulit. Peracto enim triumpho, copioſus plebis numerus Pompeium inter equestres inuentum, laudibus maioribus ornare, eíque congratulari. Sylla verò tum quidem tristari, inspiciens ad quem potentiæ cumulum atque gloriæ ille ascendisset, sed pudore captus impediendi silentium agebat.

Vi tamen & inuito eo Pompeius Lepidum ad cõsulatum 30 euexit. Comitia quippe habuerat, & plebis suffragia, quæ si bipsi inuigilabant, Lepido inclinauit. Quo facto, cùm aspexisset Sylla Pompeiũ multitudine septum per medium abire forum: Video te, inquit, adolescens, ob victoriam læta ri. Quomodo non magna & pulchra hæc sunt, Catulo virorum optimo, Lepidum omnium pessimum consulatu præ-

latum

latum fuisse, te suffragia etiam præbente? Caue ne dormias,
quin rebus animaduerte: validiorem enim aduersarium ti-
bi constituisti. Maximè etiam ostendit Sylla se minus bene
uolè cum Pompeio habere ex testamento. Aliis enim mune
ra legauit, alios filij curatores instituit, sed Pompeium om-
nino omisit. Tulit tamè hoc Pompeius modestè nimis, pla-
cidèque. Vnde obstante Lepido, cæterisque nonnullis, ne in
campo Martio Sylla tumularetur, neue publica efferretur
impēsa, Pōpeius præsidio suo gloriā si mul defensionēq; fu-
31 neri attulit. Defuncto Sylla, postquā ciuiū præsagia ac
coniectationes palàm fuere, & Lepidus confestim se Sylla-
næ factioni caput præstitit, nec id fictè, aut simulatè, seu in-
dagine quadā, sed palàm arma efferendo, prioris seditionis
reliquiæ, quām diu exangues Syllam præterierant, ab ipso
collectæ commotæque. Eius collega Catulus sanioremvr-
bis partē, patrúmque plebisque asserebat: homo enim erat
authoritatis, integritatis, æquitatis, tum ciuium omniū pri-
mus. Videbatur autem hic vir ciuilibus negotiis, quàm rei
militari commodior, & res ipsæ desiderare Pompeium a-
32 gnoscebantur. Quare Pompeius, qui extēplo bonis sese
addiderat, aduersus Lepidū dux declaratur. Hic enim iā tū
in Italia multa occupauerat, & citeriorem Galliam per Bru
tum superatam vi detinebat. Cætera Pompeius facilè vicit.
Sed cùm rediret, Brutum per longiusculam moram Muti-
næ obsedit. Quo in spatio Lepidus ad Romam vectus extra
mœnia locatus, secundum cōsulatū petit, metu ac tumultu
non paruo intra vrbem iniecto: pauorem tamen hunc Pom
peius per epistolam soluit, nuntians se absque congressu ho
stium victorem esse. Nam Brutus seu sponte, seu à militibus
proditus, mutatis ad defectionē animis, salutē suā militúm
que Pompeio cōmisit. Deinde equitibus quibusdā præmis-
sis, ad quoddā castellum iuxta Padum abscesit, eóque post
diem vnā cùm Geminius Pompeij iussu peruenisset, Brutus
occisus est. Cuius cædis Pompeius crimen haud euitauit. In
ipso enim mutationis initio ad senatum scripserat, Brutum
se voluntariū dedidisse: deinde confossò eo, alias per epistō-
las acrius Brutū criminabatur. Ex hoc Bruto genitus est Bru
33 tus ille, qui cū Cassio in Cæsarē cōspirauit, vt quippe patris
Lepidi mors. similis, qui nec pugnans, nec vita fessus obiit, vt antea dixi-
mus. Amissa igitur Italia, Lepidus in Sardiniam fugit, vbi
mor

morbo correptus ex mœrore interiit, mœstior nō ex aduer
sa, vt aiūt, fortuna, sed quòd in literulā quādā incidit, ex quā
adulterā vxorē agnouit. Cæterū Sertorius, qui tū Hispaniā
tenebat Lepido dissimilis, ac timēdus Romani populi ho-
stis erigitur, velutiviltimus intestini belli morbus Pompeio
destinaretur. Multos enim minores duces cū superasset Ser-
torius, Appio Metello tū implicitus erat, viro quidem claro
ac bellicoso, sed qui tunc ob senectæ grauitatem pigrius
pugnandi occasionem consequebatur. Celeritate quippe &
impetu Sertorij belli cōmoda plerūq; Metello ablata: ex im
prouiso enim & tanquā ad latrociniū Sertorius Metello ob 34
iiciebatur. Præterea insidiis ac incursionibus virū inquie-
tabat, legitimorum athletam certaminum, & exercitus gra
uis, firmíque ducē. Pōpeius itaque cùm in armis esset, ani
mū inclinabat ad præsidium Metelli sese destinandū. Quod
suadente Catulo à spe non abfuit, sed in armis circa vrbem
sedulò esse, subinde moræ causas nectens, quousque exopta
ta ei cura mandata est, L. Philippo in senatu orante. Quā in
re fertur, cùm inter patres admiraretur quis, rogarétq; Phi-
lippū, an dignum existimaret Pompeium proconsulem in
Hispaniā mitti: Non proconsulē inquit, sed pro consulibus:
veluti, tum vterq; cōsul nullus esset. Cùm Hispaniam Pom-
eius attigisset, qualia ad iunioris ducis rumorem cōtinge-
re assolent, vulgò efferebātur, suíq; spe sibi hominū animos
conciliabat. Populos Sertorio parum beneuolos cùm solici
taret, & quosdam ad defectionē cùm adduxisset, fertur Ser-
torius insolentissimè scomma id protulisse, Virga & loris
opus sibi esse ad puerum, ni vetulam extimesceret, de Metel 35
lo sene loquutus. Hæc verbo licet iactitaret, facto tamen
prænimiū erat solitò cautior, metúque Pompeij cautius in
hostem ferebatur. Metellus enim, quod incredibile ferme e
rat, deliciis omnibus ac voluptati propemodū fræna laxa-
bat, ingēnsq; in ipso suísq; rerū erat mutatio ex subito luxu,
magnóque impensæ profluuio. Vnde crescebat Pōpeij glo-
ria ac beneuolētia, in ea disciplina milites tenētis, quæ haud
permagno egebat sumptu. Natura enim sobrius fuit, & cu-
piditatibus longè abstinēs. Cæterùm (est enim fortuna belli
varia) nō parum indoluit Pompeius Sertoriū Lauronem vr
bem vi cepisse: existimarat enim se hostem circūuenturum,
in quem hac gloria elatus multa iactauerat, cùm cōfestim
ipse

ipse circùm obsessus est. Castra ergo mouere extimescēs
36 vrbē suo in conspectu inflammata alpexit. Cùm Herennīū atque Perpennā viros præclaros, magnósque apud Sertorium duces, qui ad eum confugerant, illíque se belli addi derant socios, apud Valentiam vrbem fudisset, vltra decem millia hostium cecidit. Qua elatus victoria, mox in ipsum festinat Sertoriū, ne gloria Metello impertiretur. Iuxta ergo Sucronem amnem sole iam vergēte, copias ad pugnam ambo instruxere duces, timentes vtriq; ne prælium præueniret Metellus: Pompeius, vt certaminis solus gloriam haberet: Sertorius, vt cum solo pugnaret. Cōmissa itaque pugna est, tandémque æquo marte direpta. Vterque enim alterum cornu strauit. Verùm ex ducibus maiori gloria eluxit Sertorius. Nam solus aciem oppositam in fugam vertit. Et Pompeij cornu vir permagnus in peditatu Sertorij, tamen eques aggressus, postquam cū Pōpeio ipso ad ictū ensium venit, vterque gladius, dissimili tamen plaga, in manum vtriusque corruit. Pōpeius sauciatus tantùm est, sed
37 hosti manus amputata. Hic tamē, cùm in ipsum plerique Pōpeianis impetū facerēt & suorū fuga iam cœpta esset, se ex insperato recepit, equo hostibus dimisso, phalerisque aū ratis ac ornatu, quo amplissimo fulgebat: quæ cùm sortirētur milites, nō absque mutua militum pugna relicta sunt. Quāprimùm verò postea illuxit dies, ambo duces iterū struxerūt acies, proximæ pugnæ victoriā quisq; suā fuisse asserens. Sed aduentu Metelli soluto exercitu abiit Sertorius. Hi digressus congressúsque iterum virorū horum extitere. Sæpius enim Sertorius nunc solus errare, nunc veluti turbulentus torrēs quindecim ferme millibus militū coactis in acie structa esse. Pōpeius ea peracta pugna cū obuiā Metello fuisset, iamiā conuenturus, lictori fasces summittere iussit Metellū, veluti ampliori dignitate venerandū, sibi cōciliās.
38 Sed ille id vetuit, & in hoc, & in cęteris omnib. æquus, bonúsq; vir, nihil sibi plus dari passus, quā quod veluti cōsulari viro, & seniori figuū, cū æquū imperiū esset, ab se vno prodiret. Persæpius tamē binis metabantur castris: seiungebat enim ipsos hostis varius vagúsq;, ac parua in mora solitus se diuersis in locis ostēdere, & eos ab vno prælio cōfestim in aliud traducere. Tandē hos duces Sertorius cōmeatu prohibens, vndíq; regionem depopulatus, prēterea, quòd pelagi esset

esset potentior, vtrunq; coegit ea parte Hispanię, quā obtinebant, excedere. His itaq; angustiis victi in alienā prouinciam se recepere. Cæterùm Pōpeius cùm priuatim quàm multa ad hoc bellū exposuisset, pecunias à senatu postulat, addens, ni mittant, se cū copiis in Italiam reuersurum. Lucullus tum consulatū gerebat, qui vir licet à Pōpeio dissentiret, quoniā tamen in Mithridaticū mitti bellum affectabat, in mittendis stipendiis studet, timens ne Pompeio re- 39
deundi materia esset, qui dimisso Sertorio, etiam quærebat Mithridatem inuadere regem gloria splendidū, hostemq; (vt videbatur) perfacilè tractandū. Inter hęc Sertorius moritur, à domesticis dolo cæsus, inter quos Perpenna excellentior est habitus, in illū & aliàs id perficere conatus, sed eisdem quibus Perpēna innixus viribus, eisdemq; apparatu ac partibus studens, quò id fieri cōmodè posset, non habuit. Pompeius igitur extēplo exercitū eduxit, cognitoq; quòd Perpenna rebus excellentissimè tumeret, decē cohortes in escam hostiū iussit paulatim per agros in aspectu Perpennæ euagari. Ex quo, cùm Perpenna rerum insciis illas passim insequeretur, Pompeius structa acie irruens, commissa pugna omniū victor fuit. Plerique hìc primorū tunc ab- 40
sumpti. Perpennā ad sese ductū Pompeius occidit, non ingratus, aut eorū immemor, quæ in Sicilia obtigerāt, quemadmodum à nōnullis criminatus est. In huius captura maxima arte in omniū salutem Pompeius est vsus. Perpenna enim cùm in potestate literas omnes, cæteraq; Sertorij monumēta habuisset, epistolas quorundā clarissimorū ciuium Romanorum propalauit, qui ad res vrbis innouandas clanculum studentes, in Italiam Sertorium vocabant. Pompeius ergo timens, ne ex his maiora suscitarentur bella, quàm quæ iam restrinxerat, Perpennam trucidauit, & epistolas omnes minimè inspectas incendio tradidit. His peractis Pompeius cùm apud Iberos diuertisset quousque tumultus oppressisset innatos, incendiaq; rerum extinxisset, in Italiam duxit exercitum, peropportunè vtriq; delatus, cùm bellum seruile iam tum maioribus viribus fluctuaret. 41
Vnde Crassus, qui dux id gerebat bellum, manus conferre accelerauit, lætoq; euentu potitus est, hostium duodecim millibus, atq; trecentis gladio cæsis. His tamen præclaris gestis fortuna, quæ Pompeiū sibi adoptauerat, Pompeium

Pompeij contimentia.

abesse noluit, cùm hostiũ quinq; millia, qui à pugna euaserant, illi vincẽdos reseruauit: quibus absumptis Pompeius ad senatum scripsit, Crassum in acie gladiatores fudisse, se verò bellum ab imis extirpasse. Notat enim Romæ ingẽti assensu hæc audiri celebrariq;, Hispaniam atq; Sertorium nemo, vel iocando, alius præter Pompeium vicisse dicebatur, eiusque omne id fuisse opus asserebatur. In hac tamen tam excelsa viri & gloria & expectatione, suspicio, metusq; fuit, ne exercitũ dimissurus esset, sed planè per exempla Syllæ dominationem armis occupaturus: quare non pauciores ob metum, quàm ob beneuolentiam, obuiam ei
42 salutatum prodibant. Sed postquam eam suspicionem ab animis illorũ exuit, se aiendo post triumphum velle exercitum ponere, vnũ obtrectatoribus locũ tantummodo liquit, sese magis plebi, quàm senatui patribusq; dedere. Sylla nẽpe cùm dignitatẽ senatus oppressisset, statuit Põpeius obsequiis suis gratiã plurimã venari. Quod vtiq; clarè cõpertum erat. Non enim insanius quicquã animi plebis exoptare visi, quàm dominationẽ illam iterũ aspicere. Vnde hoc ciuilis administrationis tẽpus longè fortunatum Pompeio fuit, qui nullo munere alio beneuolentiã plebis recuperaturus erat, si eam alius quis ei præripuisset. Decreto autem secundo triumpho ac consulatu, non ob hanc magnitudinem præstans visus est, sed illud eximij splendoris insigne habitũ est, quòd Crassus tum vir omniũ ditissimus, eloquentissimus, maximusq;, qui Pompeium ipsum, cæteros q; omnes fastu exuperabat, consulatum petere non antè est ausus, quàm petendi veniam à Pompeio efflagitasset.
43 Qua in re Pompeius summè lætatus cesset, materia antè diu perquisita, qua benignè cũ illo ageret. Dexteram ergo Crasso, cùm auidè iunxisset, plebis suffragia illi orauit, manifestè nuntians, non minus gratam habiturũ se Crassi collegam creari, quàm magistratũ assequi. Cùm ambo tamen consulatũ iissent, contentiones graues inter ipsos, dissensionesq; variæ emersere. Apud patres potentior erat Crassus, sed apud plebem Pompeius. Tribunatum namque plebi restituit, iudiciaq;, quæ ad equestres iterum translata fuerant. Dulcissimum etiam plebi spectaculum ipse fuit, cùm bene actæ militiæ iudicium subiisset. Mos nanq; Romæ apud equestres est, cùm per legitimum tempus à quoquam

quam militatum sit, equum per mediũ forum ducit coram viris duobus publicè præsidentibus quos Censores nuncupant, illisq; quemlibet ducum ac imperatorum sub quibus militatum sit recenseri, deinde Censorum iudicio subiici, qui iuxta cuiusq; meritũ, vel laudem, vel infamiã tribuunt. Huic præfecti curæ, tum erant Censores Gellius & Lentu- 44
lus, viri dignitate ornatuq; insignes, insidebantq; curuli. Ad hos cùm equites quidam subituri iudicium ritu prodissent, cognitum est Pompeium in forum descendere, qui alia sui magistratus insignia secum afferens, equum tamen manu perducebat. Vt verò appropinquãs, notior est factus, iussit lictores cedere, equumq; iuxta curulem sistit. Erat tum ingens populo admiratio ac silentium. Censores ad tantæ rei conspectũ, & reuerentia & lætitia opprimit. Deinde eorum alter, qui senior erat, incipit: Interrogo te Pompei Magne, militias omnes iuxta disciplinam absoluisti? Tum Pompeius permagna voce, Omnes, inquit, iuxta disciplinam militarẽ absolui, omnesq; sub meipso imperatore. Quod cùm audisset circunfusa plebs, acclamauit: non enim ob ingentem lætitiã iam tum voces teneri poterant. Vnde surrexere Censores, domumq; illũ prosequuti sunt, 45
plaudenti plebi, assequẽtiq; congratulantes. Iam iam cùm consulatus propè instaret finis, & cùm Crasso discordiæ in diem auctę fuissent, Gn. Aurelius vir ex ordine equestri natus, cui per otium vita fuerat, frequenti in cõcione pro rostris inquit, Per quietem Iouem sibi locutum, iussisseq; vti consulibus referret, ne antea magistratu se abdicarent, quàm in mutuam beneuolentiam rediissent. Quibus expositis, stans Pompeius silentiũ duxit. Crassus porrecta Pompeio dextra colloquium hoc cœpit: Nihil, ô ciues, nihil mihi puto turpe, nihilq; me indignum existimo, si priorem me Pompeio ingero, quem vixdum pubescentem vos Magnum appellauistis, cuive nondum in senatum admisso binos decreuistis triumphos. Ex hoc in amicitiã redintegrati magistratu se abdicauere. Crassus quẽ viuendi morem ha- 46
ctenus tenuerat, illum planè seruauit. Pompeius defensionum causas, quibus permultis vexabatur, repulit, forumq; paulatim deseruit, & in curiam perraro proficiscebatur. Cum multis verò semper priuatim erat, nec ei ferè sine magno comitatu existenti obuiã fieri licebat, ipsumq; conspi

cere. Suauissimus multis & in ampla corona semper dulcissimus inspectus est, venustatem vultu grauitatemq; præferens. Cum multis autē conuenire publicis in locis, & consuetudine publica frui, haud oportere existimabat ad dignitatem illæsam amplè tutandam. Vita nanq; togati ciuis gloria armorū efflorentis, ad ignobilitatē atq; cōtemptum lubrica est, præterea populari æqualitati iniquior. Hi enim quemadmodum in exercitibus, ita & in foro se primos esse dignum existimari iudicant, sed vulgus id quidem minus.

47 Igitur intolerabile eis fit, nihil eos apud turbam pręualere: in foro enim cùm virum bellis præclarum triumphisq; ornatū suscipiunt, consuetudine ac familiaritate mansuetum ipsum efficiunt, eumq; deiiciunt. Homini verò, qui ab hac vulgi frequentia se abstineat, partæ gloriæ decus potentiaque absq; inuidia conseruatur. Hoc res ipsa post paruum tempus planè aduersus Pompeiū ostendit. Piratarum nanq; vis id edocuit. Hæc è Cilicia primùm erupit, initium parguum & ferme incognitū nacta: fastū verò & audaciā bello Mithridatico sumpsit, regiis freta remigiis. Romani deinde exules ob intestinū bellum, cùm vsq; ad portas ipsius vrbis irruerēt, paulatim illi allecti productiq; sunt. Deserto mari præsidiis, hi iam iam non solùm nautas inuadere ausi, sed insulas, vrbes, littoraq; ampla infesti tenuere. Vnde iam homines diuitiis clari, & genere splendidi ac dignitate in primis habiti, ad hęc latrocinij cōmercia ingressi, se socios addidere, ceu gloriā quandam, decusq; hoc facinus pareret.

Piratarū è Cilicia origo, audacia & luxus.

48 Erant iam in locis pluribus ipsorū piratarū stationes, naualia, maritima etiā præsidia munita. Ad hos iam totæ confluebant classes, non tantùm ex strenuorū virorum copiis, non ex gubernatorū artibus, non ex ipsarū leuitate atq; celeritate nauium, vel exercitatione timendæ: sed, quod terrorem exuperabat omnē, incredibili luxu, fastuq; intolerabili execrādæ. His enim aurati erant rudentes, vela purpurea, remi subargētei, veluti nequitiā hanc deliciis omnibus obtegerent, facinusq; suū egrēgia ambitione exornarent. Buccinæ, cātus, ebrietates, per omnia passim littora audiri, ingenuorum corporū principumq; rapinæ, & captiuarum vrbiū redemptiones vndiq; aspici, quę omnia in contumeliam dedecusq; imperij Romani esse. Ad hoc tā nefandum latrociniū naues vltra mille haberi, captæ ciuitates ab ipsis quadrin-

quadringentæ teneri. Tēpla hactenus inuiolata, asyla, aditaq; vastare, Clariū, Didymeiū, Samothraciū: in Hermione Pha- 49 *Tēpla varis in locis culta.*
nam Telluris, in Epidauro Aesculapij, & in Isthmo & Tænaro atq; Calauria Neptuni, in Actio & Leucade Apollinis, in Samo, Argisq; ac Lucania Iunonis. Ipsi noua quædam sacra apud Olympū agere, mysteria cum arcano quodam ritu inire. Horū, quæ apud Mithrum adhuc seruantur, hinc initiū accepisse memorant. Contumelias Romanis, & alias plures cōtulere. E pelago enim egressi, vias eorum quasdam infestauere præda, nonnullas villas ipsi vrbi vicinas vastauere. Prætores duos Sextiliū & Belinum, in ipsis prætextis cū ministris lictoribusq; ac cæteris eius magistratus insignibus, captiuos abduxerunt. Filiam etiā Antonij 50
triūphalis viri in agrū euntem rapuere, quam multo censu postea redemptā reddidere. Hoc autē maximè cōtumeliosum habitū est. Aliquando enim è captiuis quis cùm se Romanum esse diceret, nomenq; proferret, terrore metuq; ingenti simulato *femur percussi, coram captiuo procidēre, veniamq; perhumiliter petiere. Persuadebatur tū captus, & supplices illos, oranteſq; aspiciens lætabatur. Inter hæc alij calceos, alij togā ipsum induere, ne fortè iterum incognitus fieret: cumque per non modicum spatium viro per ludibrium sic freti fuissent, ad mediū tandem pelagus scalas extendebant, iubebantq; illum has lætantē ascendere, abireq; nolentem impulsu ipsi suo obruebant. Occuparat potentia hæc passim omne interius mare: vnde nemini commercia libera, sed omnia inuia, omnia clausa erant. Maiorem tum in modum angustia victus ad animaduersionem tantæ rei Romanum impulit, ipsaq; annonæ caritas, ac expectatio in diem peior animos mouit ad Pōpeium mittendum, qui piratis mare expurgaret. Sabinus igitur 51
vir Pompeio beneuolus rogationem tulit, qua non naualis pugnæ princeps creatus est, sed imperator potestate amplissima in homines vniuersos, omni prouocatione libera. Iuxta enim legem maria omnia vsque Gaditanum fretum in prouinciam illi cessere: præterea quicquid continentis, quod à littoribus quingentis abesset stadiis: quod spatium perpauca Romani imperij loca exuperabāt. Vnde maximi populi, maximæ nationes, potentissimi reges sub eius imperio includebantur. Ad hæc viros quindecim

senatorios potestas eligẽdi data, quos quocunq; oporteret, fas fieret legatos destinare. Deinde censum ex ærario, vectigalibúsq; in potestatẽ habere. Ducentæ hinc naues, quas
52 delectu militum, remigibusq; communiret. Hæc recitata cùm fuissent, auidissimè à plebe susceptа sunt: maximis verò patrũ optimísq;, hoc omni inuidia maius visum est, metúq; dignũ, immensam potestatẽ, licentiámq; tribuere. Vnde præter Cæsarem rogationi obstitere: is enim legi suffragia tulit, partim ob Pompeij gratiã, sed plebi ab initio ipso obsequi cupiens, illámq; sibi conciliare. Alij Pompeium probris lacerare. Vnde alter consulũ dicere, Pompeiũ per exempla Romuli gradientem, eundem finem non euitaturum. Quæ cùm plebi nota forent, ferme consul discerptus est. Catulo autẽ rogationi aduersanti, primò ob pudorem à plebe silentium tactum est: sed postquã is permulta benignè & absq; inuidia in Pompeium orasset, dixissétq; sententiam, vti viro parcendum, neque eum tot periculis, tótque bellis obiiciendum: adderétque præterea, si Pompeium amitterent, in quo alio spes reponerent? vnanimiter indignati sunt, omnésq; vna voce inter ipsos murmurauere.
53 Catulus deinde plebe haud persuasa cõticuit. Inde Roscius cũ orare cœpisset, à nullo auditus est. Digitis verò is ostendit Pompeium non primum, sed secundum ducẽ creandũ esse. Ex quo forunt plebẽ indignatione motam ita acclamauisse, vt superuolans coruus oculis captus in medium forũ ceciderit. Vnde manifestè nosci tur, ex aeris scissione ex qua fortè vacuum fit, volatilia haud labi, sed potius ab ictu vocis percussa, cùm vehementior pulsu veloci in aerẽ perfertur. Ex his tamen soluta frequentia est. Qua deinde die, cùm pro lege promulganda iterum conuenissent, Pompeius in agrum profectus est. Cùm verò legem intellexisset promulgatam, noctu in vrbem rediit, inuidiã ex incredibili multitudine, quæ sibi obuiam fieret, vitans. Vt autẽ
54 illuxit dies, in medium profectus sacra egit. In concionem deinde productus, operam dedit, vt alia legi adderentur, apparatu propemodũ duplici. Quingentę etenim naues ei cõpletæ, peditũ centũ & viginti millia, equitũ millia quinq;. Senatũ præfectos, legatósq; quatuor & viginti ipse delegit. Quæstores duo traditi. Ob hæc, venalia quę in pretium æquius iam tum redacta fuerant, lætæ plebi sermonẽ præbuere,

buere, quòd solo Pompeij nomine bellum dissolutũ esset. Nihilominus maria partitus Pompeius, omne interius pelagus in tribus & decem regionibus diuisit, & parti cuiq; naues ducémq; dedit. Vnde copiis circunlocatis piratas insequutus, venatoris exemplo agreggatos ambiuit. Sed illi disiungi accelerantes, veluti alueare ab omni parte Ciliciã repetunt, aduersus quos Pompeius ipse sexaginta nauibus lectis instructis fertur. Non tamen in ipsos antea nauigat, 55
quàm omnino cætera ipsorum latrocinia deleuisset, maréq; Tyrrhenum, Libycum, Sardoum, Cyrnæũ, Siculúmq; lustrauisset. Quæ omnia diebus quadraginta confecit, sese labori indefesto subiiciens, præfectísq; vtens diligentissimis. Interea in vrbe consul Piso iracundia atq; inuidia permotus, apparatum naualẽ soluit, militésq; stipendiis liberat. Vnde Pompeius classe ad Brũdusium missa, per Hetruriam Romam accedit. Eius in aduentu omnes vndique à mœnibus vrbis effusi sunt, veluti non paucis antè diebus eum fuissent prosequuti. Culmẽ verò lætitiæ ipsis fuit tantæ victoriæ insperata celeritas, omniúmque cõmeatuũ copia. Ex Pompeij profectu ferme Piso consulatu se abdicare coactus est, Sabino iam iam rogationem scripram afferente. Sed hoc vetuit Pompeius: qui cùm etiam alia quædã benignè clementérque egisset, vt opus fuerat, Brũdusiũ delatus hinc nauigat. Inde tempori, rebúsq; solicitus, cùm ci 56
uitates cæteras prætermitteret, Athenas tamen insalutatas nõ dimisit. Vrbem enim ipsam ingressus, ritè rem sacram egit, & populo pro cõcione habito, extẽploabiit, lectis duobus versibus sibiipsi in foribus vrbis inscriptis. Horũ alter, q in aspectu interioris vrbis erat, Latinè trãslatus hic fuit:

Quantùm vltra viros cernis, tantùm deus ipse es,

Alter, qui ab exteriori parte valuæ figebatur, sub his erat verbis.

Te miramur, & te videmus, comitamur, colimus.

Cæterùm cùm piratas quosdã adhuc per maria vagãtes precibus victus clemẽter habuisset, eorúmq; nauibus corporibúsque deditis, nihil eos offendisset, reliqui spe ducti alios euitauere duces, Põpeióque petito, cũ liberis cõiugibúsque se illius potestati mãdauere. His omnib. impunitas 57
data, pérq; hos maximè viros vestigia reliquorũ hostiũ latebrásq; perscrutatę, veluti qui seipsos certè cognoscerent,

Plurimi tamẽ horũ, & hi potẽtiſsimi, ples ſuas, ſubſtãtiáſque præterea turbã bello inualidã in præſidiis, caſtelliſq; munitiſſimis apud Taurũ montem cõdiderunt, ipſiq; munitis nauibus apud Coraceſium Ciliciæ aduenientẽ Pompeiũ excepere, cũ quo inita pugna profligati, obſeſsi ſunt. Tãdẽ ſumma ope ſalute petita, ſeſe ac vrbes, inſulaſq;, quas præſidiis, arcibúſq; firmiſsimas, præterea acceſſu difficillimas tenebant, dedidere. Confectũ itaq; hoc bellũ eſt, horũ latrociniis vndique abſumptis, haud lõgiori triũ menſium ſpatio. Naues cæteras quãmultas, roſtratas verò nonaginta cepit. Viros, qui plures viginti millibus erant, perdere non cẽſuit: mittere verò ſparſos, qui egeni & bellicoſi ſe
58 iterũ iungerent, armarẽntq;, haud vtile exiſtimauit. Ratus igitur hominẽ natura animal nõ indomitũ, nec omnino inſatiabile, ſed qui præter ingenium malitia vteretur, quíve ex locorũ & victus mutatione manſueſceret, quemadmodum feræ, quæ ex conſuetudine vitæ mitioris aſperitatem ac ferociã ponunt, viros ſtatuit è pelago ad terreſtrẽ victũ traducere, illoſq; ad agrorũ cultũ, habitationemq; vrbium quæ dulcioris vitæ ſunt, aſſuefacere. Quoſdam ergo ipſorum paruæ, & ſubdeſertæ quædã ciuitates Ciliciæ ſuſcepere, ipſiſq; regionis ſuæ loca promiſcuè partita ſunt. Soliorũ vrbem propemodum à Tigrane Armeniorũ rege ciuibus vaſtatã Põpeius aſſumens, illorũ multos in ea locauit. Multis etiã Dimen ciuitatem Achęorũ, tum cultoribus viduã & agri vbertate fœcundã, coloniã dedit. Hæc nõnulli obtrectatores tamen improbauere, & geſta, quæ Metellus in Creta egerat, licet etiã Metellum ipſum minus amarent
59 laudibus efferebãt. Is enim Metellus illius neceſſarius, qui æquo imperio cũ Pompeio in Iberos pugnauerat, à ſenatu fuerat prius in Cretam miſſus, quàm aduerſus piratas Pompeius deſignaretur. Hæc enim inſula poſt Cilices fons ſecundus piratarũ erat, multoſq; in ea prædones à ſe comprehenſos Metellus perdiderat, multíque etiam tum in ea adhuc erant ſuperſtites, qui obſeſsi & in deditionem Pompeij venire flagitantes, ſupplices ad inſulam Pompeium aduocabant, veluti ea prouinciæ ſuæ pars foret, & vndique ſub maritimo eius imperio decerneretur. His igitur in curam ſuſceptis, Pompeius Metello ſcribit vti ab eorum impugnatione ſeſe abſtineret. Ciuitatibus etiam inſulæ mandat,

dat, ne Metello pareant: legatũ præterea è præfectis ſuis L. Octauium eò mittit. Quo Cretã appulſo, mœnia obſeſſorum piratarum cũ præſidiis ingreſſus, cum ipſis aduerſus Metellum pugnat, ſeque non ſolum grauem, atq; moleſtũ hoſtem Metello præbuit, ſed Pompeium virum ridiculum 60
oſtendit, qui cum ſceleſtis & nefandis viris nomen ſuũ immacularet, & gloriã veluti veneno quodã inficeret, ex ambitione & immoderata in Metellũ inuidia. Non enim aiebant Achillem viri opus agere, ſed inſani cuiuſdã adoleſcẽtis, & omnino ad gloriã attoniti, cùm cæteros prohiberet ferire Hectorẽ, ne eſſet prærepta cædi ſibi laude, ſecundus. Pompeiũ verò dicebãt cõmunium hoſtium ſalutem eſſe, vt triumphũ Metello auferret imperatori claro, & cui in ea ipſa cura labores permulti obuenerant. Non tamen ceſſit Metellus, ſed obſeſſos ad deditionẽ cõpulit, deq; eis ſupplíciũ ſumpſit. Octauium verò in caſtris per cõtumeliam & ignominiã habitum poſtea dimiſit. Hoc cõfecto bello, & Pompeio ad vrbem Romam reducto, cùm deinde per
61 otium vicinas ambiret ciuitates, Mallius tribunus plebis rogationẽ tulit, vti quotquot loca prouinciã Lucullus obtinebat, ea omnia Pompeio obuenirent, cum omnibus illius copiis. Præterea Bithynia, cui tum Glabrio præerat, accepta, aduerſus Mithridatem regem, atque Tigranẽ dux belli gerendi Pompeius declararetur, additis etiã ſibi maritimis viribus, nauálíq; apparatu, quemadmodũ proximo piratico bello fortitus fuerat. Quod nihil erat aliud, quàm vniuerſum Romanũ imperium ſub vnius poteſtatẽ redigi: prouincias enim, quę ſibi ex priori lege minimè obuenerant, Phrygiam, Lycaoniam, Galatiam, Cappadociã, Ciliciam, Colchidem ſuperiorem, ac Armeniam, ex noua legis rogatione obtinebat. Quibus addebantur exercitus, & copiæ omnes, quibus Lucullus Mithridatem atque Ti-
62 granem ferme debellauerat. Hac in rogatione, cùm Lucullus rerum à ſe geſtarum gloria priuari videretur, & magis ſucceſſorem triumphi, quàm belli cenſeretur habiturus, nulla promulgandæ legis apud optimos ratio accepta batur. Iniuſta enim & iniqua eum virum perpeſſurum norant. Præterea potentiam Pompeij grauiter ferebant, velu ti in manifeſtam euaſuram tyrannidem. Conſtituerunt igitur inter ſeſe priuatim promulgationi obſiſtere, neque

ferre libertatem publicam prodi. Verùm cùm rogationis dies affuisset, alij plebis metu animis fracti silentiũ egere: sed Catulus multa in legem inuehens, legemq; dissuadens, non vno crimine sæpius pro rostris acclamauit, iubendo & hortando patres vti maiorum exemplo mentem reposcerent ob libertatem publicam vendicandam. Promulgata tamen omnibus, vt fertur, centuriis lex est, & oĩa quæcunque armis belloq; hactenus Syllæ delata fuerant,
63 sub potestatem Pompeij congesta sunt. Hic tum ab vrbe absens, cùm decreta hæc ex literis senatus accepisset, circũ gratulantibus amicis, supercilium contraxisse fertur, crureq; à se percusso, veluti, qui dominari grauiter ferret, principatũq; abhorreret. Heu infinita, inquit, certamina: quàm satius fuerat ignobilem nasci, si à militari cura nunquã desinendum est, siq; hac exutum inuidia, in agro degere cum vxore fas nõ sit. Quo in sermone eius proximi ironiam nõ admisere, sed cùm noscerent dominandi cupiditatẽ naturã illi insitam, fomitem esse contentionis aduersus Lucullum exortæ, summè lætabantur, illum simulare dolorem existimantes. Et quippe res ipsa eius animos extemplo detexit. Quocunque enim literis confestim missis, milites ad se vocare curauit, principesq; ac reges omni studio sibi alle-
64 xit. Regionem hostilem ambiens, nihil ex Luculli actis immotum liquit. Multas plærisq; remisit, aliis præmia abstulit, & omnino singula agebat, quæ palã Lucullũ nullius fuisse authoritatis ostenderent. Quæ cùm quæreretur Lucullus cum vtriusq; benevolis, visum salubre est vt ambo conuenirent. Vnde iuxta Galatiam conuentum est per imperatores maximos, qui maxima præclarè gesserunt. Lictores laureas & erectos fasces vtrinq; ferentes, alteri alteris occurrerunt. Lucullus ex amœnis & vmbrosis accesserat locis, Pompeius per aridã & arboribus sterilem tellurem fortè erat profectus. Lictores ergo Luculli, cùm vidissent Pompeianorum frondes pallere, fermeq; esse aridas, è virentibus suis recentibusq;, Pompeij fasces exornauere, currumque illius frondibus impleuere. Quæ permutatio portendere visa est, Pompeium proficisci prędmia atque vi-
65 ctoriam Luculli sibi acquisiturum. Erat quidem Lucullus in ordine consulatus Pompeio prior, ac ætate senior, sed Pompeij dignitas clarior duobus insignis triumphis. In prima

prima tamen salutatione, sicut decuit, amicè comiterque mutuò locuti sunt, alter alterius lætari gestis, eaq; extollere, & strenuitati congratulari. Verùm inter longiorẽ orationem, ambo in nihil modestum, nihil salubre irruere. *Põpeij & Luculli inimicitiæ.*
Hic Lucullum auaritiæ incusat, Lucullus Pompeium ambitionis, sicq; in aperta proditum est iurgia, vt vix ab amicis disiuncti fuerint. Lucullus Galatiam veluti prouinciam à se captam administrauit, munera, honoresq; quibus voluit partitus. Pompeius haud longa distantia metatus castra, prouinciã parere illi vetabat, militesq; præterea omnes, præter mille ac sexcentos, illi abduxit. Hos ob animorum pertinaciam sibi inutiles, & Lucullo difficiliores fore existimauit. Luculli præterea factis detrahens, illum dicebat tragicum & vmbratile quoddam bellum cum regibus gessisse: sibi verò certam atque sobriam hostium vim ad expugnationẽ reseruatam esse, cùm Mithridates ad clypeos, ad enses, & ad equos confugisset. Ad quæ Lucullus, simulachra, & vmbras belli Pompeiũ accessisse expugnaturũ aiebat, suetũ, veluti volucrẽ alieno cadaueri, celerẽ aduẽtare, reliquiisq; bellorum insurgere. Sic enim Sertorio, & Bruto, & Spartanis insurrexisse eũ dicebat, cùm alia Crassus, alia Metellus, alia Lepidus bella strenuè gessissent. Vnde se non admirari inquiebat, si homo ille gloriã Armenio
rum & Ponticorũ certaminum extenuaret, quòd seipsum fugato quidem hosti triumphum ingesserat. Post hæc Lucullus inde traiecit. Pompeius verò postquam tota classe 67
omne pelagus, quod inter Phœniciã & Bosphorum panditur præsidiis firmasset, aduersus Mithridatem cõtendit, qui cum triginta millibus peditum, duobusq; equitum millibus munitus erat, sed qui pugnam cõserere haud audebat. Eius aduentu Mithridates editum atque inexpugnabilem quendã collem, in quo cum copiis fortè insederat, ex aquarum angustiis liquit. Hunc Pompeius mox occupat, coniectánsque ex fruticibus natura ibi pullulantibus, præterea ex recentibus spissisq; fossis, locũ subterraneis manare fontibus, iussit vndique eũ fodi. Ex quo cõfestim exercitui aquãdi copia data, admiratúsque Põpeius est omni in tẽpore hoc Mithridatem latere potuisse. Deinde hostem circunueniens muro cinxit. Sed ille postquam quinque & quadraginta diebus clausus fuisset, clanculum cum robore effugit,

68 effugit,imbellibus ægrísque antè cæsis. Hunc insequutus Pompeius,eum ad Euphratem adeptus est, castráq; illi vicinora posuit. Deinde extimescens ne prœueniret ille, Euphratémque transiret,mediam per noctem copias aduersus hostem producit. Quo scilicet tempore ferunt Mithridatē per quietem imminens iam iam fatum manifestè prœcognouisse. Videbatur enim secundo vento Ponticum nauigare pelagus,& iam inspecto Bosphoro congratulari nauigantibus, veluti ex certa atque prœoptata communi salute alacrior: deinde extemplo ab omnibus desertus,parua quadã scapha vehi visus. Qui dum talia in somnio agitaret,à proximis eum tumultu expergefactus est,, Pompeium imminere ferentibus. Necessitate ergo inire pugnã pro ipsis visum est castris. Quare cũ produxissent copias duces, acies struxere.

69 Sed Pompeius hostium apparatu cognito, dubitauit ob nocturnas tenebras se periculo obiicere. Quamobrē censuit salubrius fore,hostem circumambire,vt fugam interclauderet.deinde prima luce omnibus copiis eos adoriri, spei certus(quoniam exercitu prœualebat)se illos expugnaturum. Dum hæc mente agitat,seniores castrorũ tribuni militum moram pugnandi improbant, Pompeiumque exorant vti pugnæ signum canat: non enim omnino nox tenebrosa erat sed luna in occasum vergens adhuc,tenuē licet,corporum vmbram porrigebat:quod quippe regis milites magis magisque elusit. Dum enim eos miles Romanus inuadit, habés à tergo lunam iam subeuntem occiduum, corporũ vmbræ quam longissimę in aduersos protendebantur hostes. Vnde illi distantiam Romani irruentis, haud clarè intueri poterant,sed in vmbras pro corporibus missilia iactantes, frustra vtebantur viribus. Quod cùm Romanus intellexisset, ingenti clamore in ipsos concitatius irruit,eósq; nihil manere ausos,sed terga præbentes ita passim cæcidit,vt longè vltra decem millia hostium trucidata fuerint,castra præterea capta. Ipse Mithridates ab initio ipso prælij cum octin-

70 gentis equitibus in confertissimos sese hostes intulit,eosq; euasit. A quo disiunctis cęteris palatisq;, ipse cũ sociis tribus relictus est,inter quos eiat Hypsicratia etus pellex,fœmina quidem semper virilis,audáxq;, ob quod Hypsicratem rex eam appellabat. Hæc tum viri Persici habitum habens, equumque,neq; ex lõgo cursu corpore fatigabatur, nq; ad regij

regij corporis curam regisq; equi segnior,quousque ad castellum Inoram,in quo regis gaza condebatur,peruentum est. Hinc Mithridates vestes haud ignobiles sumens,eas partitus his est,qui ex fuga ad eum concurrerant. Proximo prę terea cuique mortiferum ferre venenum dedit,vt nemo nisi voluntarius in potestatem hostium veniret. Deinde ad Tigranē regem in Armeniā mouit. Sed ille cùm à Mithridate desciuisset,& talenta centum prætium ipsius cædis statuisset,Mithridates fontes Euphratis exuperans,fugã per Colchidem agit. Pōpeius tum Armeniam petit à Tigrane iu 71 niore accersitus. Hic enim iam à patre defecerat, iuxtáque *Mithridæ* Araxem fluuium obuiam Pompeio est factus. id nanq; flu- *tis fuga.* men ex eisdē quibus Euphrates oritur locis,sed ad ortũ solis versus,in mare Caspium effunditur. Hi ergo vnà progredientes,& castella vrbésq; passim captabant. Rex verò Tigranes à Lucullo ferme in extrema deductus, audita Pompeij clementia moribusq; vrbanitate egregia refertis,in aulam arcémq; regiam necessarios & quosq; proximos locat, ipséque vt Pompeio se dedat adit. Vt Pompeio castris regē iam iam adesse nuntiatū est,lictores duo Pompeiani egressi, ipsum ab equo descendere, pedestrémque proficisci iubent. Neminem nanque aiebant Romanis castris equo insidentem tempore aliquo inspectum. His facilè paruit Tigranes,præterea ensem,quem tum exuebat,illis tradidit.

Tandem cùm ante ora Pompeij accessisset,è capite corona 72 sumpta,eã iuxta illius pedes properè ponit: deinde,quod turpissimum fuit,se ad genua Pompeij declinabat ni prœuenisset Pōpeius,qui eum dextera porrecta erexit,iussitque apud sese æqua eum sella insidere. Filio deinde in parte altera locato,ipse medius,Cęterũ,inquit,Lucullũ incusare liceat, ,, ab illo nanq; Syria,Phœnicia, Cilicia,Galatia,Sophene vobis ablatæ sunt: quæ ab eo ipso vobis conseruari fas fuit,ea- ,, integra habetote,multa sex millium talentorum ob violatum fœdus Romanis soluta. Sophenæ præterea filium re- ,, guare iubeo. His Tigranes grate acquiescens, clementiam approbat. Inde Romanis regem eum salutantibus lætior factus, se dono daturum pollicitus est militi argentei numi dimidium,centurioni argenteos denos,tribuno militari talentũ. Quę filius cùm ægrè perferret,ad cœnam vocatus, Non inquit,sibi opus esse Pompeio,qui tam magna impēsa

hæc

hæc existimaret: Romanorum alium se facilè inuenire posse ait. Quibus dictis extẽplo vinctus est, & ad triumphum
73 decretus. Paruo deinde tempore pòst Phraartes Parthicus ad Pompeium misit, adolescentem repetens vt sibi generũ, addens se dignum existimare Romanos imperij ipsorum finem in Euphrate ponere. Ad quæ Pompeius respondisse fertur: Tigranem patri magis curæ fore, quàm socero: finem autem Romani imperij sese æquum impositurum. Præsidẽ hinc Armeniæ cùm statuisset Afranium, per occulta Caucasi mõtis loca Mithridatẽ prosequitur. Maximè in his finibus-
74 gentes Albani & Iberi sunt. Sed Iberi montẽ incolũt Taurũ, & in Pontũ vsque vergunt. Albani Eoum tenent, & ad mare Caspium inclinãtur. Hi primùm postulanti Pompeio trans-itum dedere: deinde cùm in regione exercitum hyems cõprehendisset, Saturnalibus diebus Romanos inuadunt non pauciores quadraginta millibus, amne Cyrno exuperato, qui ex Iberorum montibus cadens, Araxe ab Armenia labente susceptus, duodecim ostiis in Caspium pelagus funditur. Pompeius licet impedire posset ne fluuium euaderent, id neglexit, transitumque tacitè pertulit. Pòst capto tempore, in confertos eos irruens, cum strage maxima eos in terga coegit. Rege deinde pacem orante, legatis missis Pompeius iniuriam mittens, fœdus percussit. Hinc̃que in Iberos contendit, qui neque pauciores numero, & longè Albanis bellicosiores habiti, quiue enixius Mithridatis gratia in Pompeium bello accingebãtur. Hi quippe non Medis, Per-
75 sisve vnquam paruere. Macedonum etiam dominationem euitauere, Alexandro quam celeriter Hyrcaniam egresso. Hos tamen Pompeius acri commissa pugna fudit, cæsique ex eis sunt ad nouem millia, capti ad millia decem. Quibus expeditis dum in Colchos fertur, apud Phasim amnem Seruilius ei occurrit cum nauibus, quas ad Ponti præsidiũ habuerat. Verùm hæc Mithridatis fuga, quòd inter Bosphoranas ac Mæoticas gentes se proripuisset, Pompeio angustias plures intulit. Albanos preterea à Pompeio defecisse nuntiatum est, in quos & iracundia & indignatione Pompeius versus, Cyrnum vix æstu artéque exuperat. A barbaris enim longissima eius ripa fudibus vallisque prẽmunita fuerat.
76 Vnde aquarum angustia, quibus Pompeium intercludebãt, ferme inuium præbebat iter. Sed Pompeius decem millibus vtrium

vtrium aqua plenis castra in hostes mouit, quos tandem apud Abantem fluuium ad sexaginta millia peditum, & equitum duodecim millia nactus est armatos vilissimè: ferarum quippe dorsa plerisque pro armis habita. Horũ dux regis frater erat, & Cosis nomine appellabatur. Is cõmissa pugna impetu sese in Pompeiũ agens, telo quà duplex erat thorax Põpeiũ ferit, sed Põpeius ferro stricto eũ adortus occidit. In hac pugna dicũtur Amazones barbaris cõmilitasse à montibus profectæ, qui fluuio Thermodonti superiacent. Dum enim Romanus miles in spoliis barbarorũ obuersaba-
tur, Amazonicæ peltæ cothurnique reperti sunt, muliebre tamen corpus nullum inuentum. Hæ Caucasum montem habitant qua parte ad Hyrcanum portenditur pelagus, nõ Albanis finitimæ, sed Gelę ac Leleges media vtriusq; gentis tenent. His illæ quotannis ad menses binos eodem repe- *Amazoniæ habitatio.*
tito loco apud Thermodontem admiscentur. Deinde di-
77 gressæ, & ad propria reditu acto, solitam vitam repetunt. Expedita ea pugna, Pompeius in Hyrcaniam ad mare Caspium castra mouit: sed cùm ab optato trium dierum itinere iam abesset, ex copia pestiferorum reptiliũ retro actus, in minorem Armeniã iter tenuit, in quam cùm Elymæorum Medorúmque reges ad eum legatos misissent, amicè responsum tulerunt. Parthum verò, quòd in Gordianum hostiliter excurrisset, infestarétq; Tigranis populos, per Afranium cum copiis missum fugauit, eúmq; vsque Arbielitida persequutus est. In his præliis quotquot ex Mithridatis pellicibus captę fuissent, nulli se miscuit Pompeius, sed omnes *Cõtinẽtia Pompeÿ.*
aut eorũ parentib. aut necessariis illibatas remisit. Pleræq; autẽ filiæ aut coniuges magnorũ ducũ, aut principũ erant. 78
Stratonice verò quæ maxima in primis dignitate præcellebat, quæúe ditissimam omniũ arcẽ, gazáq; ingẽti refertã curæ habebat, histrionis cuiusdã haud aliàs hominis fortunati, senis autem filia fuit. Hic quòd eam regio potui assidere nosset, regẽq; in ea oblectari, ipsã ei adduxit. Ex quo lætior factus Mithridates quietẽ duxit, senẽ autẽ dimisit mœstum grauiterq; ferentẽ, quòd rex eum nihil gratè clementerque habuisset. Is tamen vt circiter primam lucem somno exper rectus est, apud se interius vidit mensas argenteis atque aureis vasis onustas: strepitu etiam seruorum, eunuchos

atque

atque domesticos intellexit vestes ingentis pretij adsese
ferre, præterea equum ante portas splendidè sibi ornatum
79 adstare, veluti ex amicis regis & ipse esset. Credēs ludibriū
hoc esse iocúmq; , cum impetu portas ad fugam poscit: sed
ipsum præuenientibus seruis, dicentibusque , quòd diuite
quodam nuper defuncto, rex illius domum ei donauerat,
quódque ea omnia paruę essent primitiæ reliquarum diui-
tiarū, vix persuasus, purpuream vestem induit, Equum dein
de insiliens per vrbem ibat cōcitatius, ea omnia sua esse cla
mitans. Inde ad irridentes versus, non id mirandum esse di
cebat, sed potius quòd obuios lapidibus non feriret, præ ala
critate insaniens. Huius generis huiusque sanguinis Strato
nice fuit. Hanc ille ciuitatem Pompeio postea tradidit:
munera prēterea multa adiecit, quorum omnium Pōpeius
ea tantum quæ ad ornatum sacrorū , & ad triumphi decus
fore aspexit sumens , Stratonicen reliqua habere permisit.
80 Rege pariter Iberorum spōdam, mensam , sedemq; quæ ex
auro erant, ad Pompeium mittente, orantéque vt ipsas vsui
suo sumeret, redigendas in ærarium quæstoribus dedit. In
noua eiusdem loci arce quibusdam arcanis scriptis episto-
lisq; Mithridatis Pompeius incidit, quę cùm affectū regis a
perirent, nō sine voluptate à Pōpeio perlecta sunt. Ibi enim
commentaria deprehēsa venenorum, quibus & multos, &
ipsius filium Ariarathem necauerat, Alcęum prēterea Sar-
dianū, quòd in agitatione equorū is regem improbauerat.
Somniorum etiam interpretationes repertæ , partim quæ
ipse rex, partim quæ fœminæ quędam viderant. Prēter hæc
impudicæ quædam epistolæ Monimes peramatæ mulieris
ad eum, quædam regis ad ipsam datæ. Memorat Theopha-
nes in his repertam esse orationē , qua Rutilius Mithrida-
81 tem exhortabatur ad cædem Romanorū qui tū in Asia fue-
rant. Quod plerique planè existimabāt astū Theophanis fuis-
se, non ob Rutiliū, quem Theophanes odisse nō videbatur,
sed decentius ob Pompeiū, cuius Patrem Rutilius in eius hi
storia virū iniquum ostēderat. Cæterùm Pompeius hinc ad
Amisum profectus ex ambitione in odiosum affectum in-
cidit. In multis enim improbarat Lucullum, inquiens, viuē
te hoste, non decere prouinciā ordinari, munera honorēsq;
partiri, quæ confecto bello victores facere consueuissent.
Quæ & ipsum apud Bosphorum , Mithridate pręualente &
maiore

maiores struente copias , prouincias ordinasse, numeraque
diuisisse, ac si bello finē dedisset, egisse cōtigit, multis duci-
bus multisq; principibus, duodecim præterea barbarorum
regibus ad ipsum cōfluentibus. Vnde & horū gratia ad Par-
thorum regē scribens, eū, quemadmodū cęteri, regē regum
appellare haud dignatus est. Ipsum etiā cupiditas quędam 82
inuasit Syriā occupare, atq; per Arabiā mare rubrū attin-
gere, vt vndiq; qui orbem cingit oceanus trophæis suis im-
pleretur. Etenim primus in Libya vsq; ad exterius progres-
sus est pelagus. In Hispania apud Athlanticū mare fines Ro
mani imperij protendit. Tertiò hic Albanos persequens,
ferme ad Hyrcanū pelagus progressus est. Veluti ergo or-
bis ambitū cōiuncturus, exercitū mouit. Mithridatē nanq;
armis malè cōprehendi posse videbat, illumq; fuga, quàm
prælio grauiorē. Ex quo ratus validiorē illi hoste famem
futuram, quàm exercitū , nauales copias instituit aduersus
negotiatores, qui per Bosphoranū nauigarent fretū, necēq;
in comprehensos edixit. Deinde frequentibus copiis exer-
citus sui assumptis, iter cœpit. In quo obuiā his factus , qui
cum Triario aduersus Mithridatē infeliciter dimicauerat,
qui adhuc inhumati fuerant, eos splendidè decoreq; tumu-
lauit. Quod cùm neglexisset Lucullus, non iniuria odij
materiam est nactus. Inde cùm Afranio duce, Arabas qui 83
iuxta Ammanum incolunt, in potestatē egisset, & inde de-
scendisset in Syriā, regionem hanc veluti legitimis caren-
tem regibus, prouinciā pop. Rom. fecit. Hinc ludæa sub-
acta, regem eius Aristobulum cepit, ciuitates etiā quasdam
condidit, aliasq; seruitute liberauit, earū tyrānis supplicio
affectis. Plurimum autem tempus triuit, dum arbiter inter
vrbes regesq; iudicat. Quas in partes ipse non ibat, bene-
uolos eo destinabat, vt ad Armenios Parthosq; , qui de fi-
nium litibus iudicarent. Tres enim arbitros eò misit ad eos
conciliandos. Magnam enim vim tum nomen Pompeij
habebat, nihil etiam minor & virtutis & humanitatis ru-
mor, quibus omnibus plurima domesticorum atque bene-
uolorum suorum delicta obtegebantur. Non enim à na- 84
tura ipsi datum prohibere, aut suppliciis delinquentes affi-
cere. Seipsum his cum quibus versabatur talem præbebat,
vt eorum cupiditates graueq; affectus toleraret facilimè.
Qui plurimùm apud ipsum poterat, Demetrius libertus

perhibetur, non in cæteris adolescens inurbanus, sed nimiùm fortuna insoléter vsus. De eo hoc memoratur. Cato philosophus adhuc annis iunior, sed expectationē permagnam de se præbens, famaq; iam insignis & dignitate, in Antiochiam profectus est, cupidus absente Pompeio eam vrbem studiosè diligenterq; inspicere. Hic, quēadmodum semper consueuerat, tum etiam pedes ibat, eius proximis qui iter illud secum agebant, equo inuectis. Cùm autem ante eius vrbis portas hominum cohortem in niueis astare vestibus vidisset, & à parte altera ephebos, ab altera pueros inter sese lectos, indignatione motus est, existimans hæc ob honorem quēdam sibi apparari, qui horum nihil optaret, nihilq; præscisset. Comites tamen ab equis iussit descendere, secumq; ire. Cùm verò appropinquasset, tum iuuentutis illius magister, qui ea omnia componebat, coronam virgamq; gerens, obuiam venientibus factus, vbi Demetrium dimiserint rogat, & quādo ipse venturus sit. Tum Catonis beneuoli in risum omnes effundi. Cato, ô miserā, inquit, ciuitatem: aliud nil respondens præteriit. Sed aliis quidem hunc Demetrium Pompeius minus inuidiosum reddidit, fastum eius illecebrasq; indignatione nulla perferens. Dicitur enim cùm Pompeius sæpius in amicorū crebris salutationibus staret, ac alios atque alios immorando susciperet, illum tum molliter insolenterq; tacuisse, caput vsq; ad aures obtegentem. Hic nondum in Italiam profectus, amœnissima Romæ suburbana est nactus, præterea diuersoria pulcherrima, hortos etiā pretij multi possedit, qui Demetrij nuncupati sunt. Atqui Pompeius ipse vsque ad tertium triumphum modicè atq; incōpositè habitauit. Pulchrum deinde cùm illud theatrū à Romanis longè diffamatū construxisset, splendidiorem domū veluti à theatro appendicem ædificauit, qua etiam ab inuidia intactus est. Vnde post Pompeij excessum, eius domus possessor eam ingressus in admirationem venit, rogauitq; vbi Pompeius Magnus cœnauisset. Hæc ita feruntur. Cæterùm rege eorum Arabum, qui apud Petram Arabiæ circùm incolunt, nulla hactenus existimatione Romanorum facta, non paruum tum in modum metuente, scribentéq; quòd in omnibus obsequi Pompeio statuisset: Pompeius viri mentem experiri volens, castra ad Petrā mouit, nō sine ferme omnium querelā.

85

86

Morti Demetrij.

querelā. Putabant enim Mithridatis persecutionem Pompeium euitare, & in Mithridatē ipsum fore dignius, vt totis viribus cōuerteretur, veterē scilicet & præcipuū hostē, qui, vt nuntiabatur, redintegratis animis viribúsq;, per Scythas ac Pæonas in Italiam expeditionem præparabat. Sed Pompeius existimans sese aut facilè illius potentiam absumpturum, si pugnandi copia fieret, aut fugientis potestatem habiturū, nolebat frustra in persequendo tēpus terere. Vnde alia bella non obtrectabat, nec inuitus moram trahebat. Verùm fortuna omnia soluit. Non enim à Petra longius aberat, cùm positis castris inter equestre certamen, quod iuxta exercitum ludi gratia agebat, apparuere tabellarij, qui literas lætæ nuntiātes e Ponto afferebant. Cogniti extemplo hi fuere grata nuntiare ex iaculorum cuspide: lauri enim frōdibus coronabātur. His visis, milites quamprimùm ad Pompeium cursitare, ipsúmq; præcingere. Sed eo agonem imperfectū deserere nolente, cum acclamarent illi, equo desiliit, literāsq; suscepit. Eminentior tum aberat suggestus, & miles in illius structuram, haud peruenerat. Fieri quippe is solet, excisum cespitē excisō accumulando cespiti. Properè ergo iumentorū sellas afferens miles, editum erexit tumulum, quē cùm ascendisset Pompeius, ex literis recitat Mithridatem per filij Pharnacis seditiones mortē sibi conscisuisse, ac omnia quæ ipse possederat, Pharnacē sibi sortitū: déq; his gestis Pharnacē ad se, Romámq; scriptitasse. Quibus auditis, omnis exercitus (vt fas fuit) summa alacritate effusus est. In sacris deinde conuictúque obuersari cœptum, velut in vno Mithridatis pectore, inuitmeri hostes extincti essent. Pompeius postquā vidit gestis & expeditioni suæ ferme ex insperato caput datum, confestim ex Arabia exercitum mouit, statimq; medias egressus regiones ad Amisum peruenit, vbi munera quammulta à Pharnace splēdidius ornata accepit, multa etiā corpora ex regiis assumpsit. Ipsum etiā Mithridatē apprehendi iussit defunctū, & ex facie ipsa haud planè notū: latuerat quippe ministros illius cerebrū liquefactū fuisse, ab exploratorib. tamen & cicatricibus plenè prēcognitus. Ipse verò Pōpeius illum minimè intueri tolerauit, scelus abominans, defunctum ad Sinopen misit. Quam verò portabat vestē, armorumq; magnitudinem, splendoremq;, admiratus est. Gladij thecam

87

88

89

Gladij Mithridatis thecā prætiosa.

thecam quadringentorum impensa talẽtorum instructam Publius furatus, eam Ariarithi vẽdidit. Cidarim Caius Mithridatis cõmensalis, clàm Fausto Syllæ filio petenti dedit. Erat hæc admirandi & incredibilis operis. Hæc tum Pompeiũ latuere, à Pharnace verò postea cõperta re, qui hæc abstulerunt pœnis affecti. Põpeius rebus illic cõpositis pacatisq; iter sumpsit, festos cõtinuò agens dies: ad Mitylenen profectus, Theophanis gratia ciuitatem liberat, ibiq; scenicos poetas inspexit, iam tum ipsius gesta materiã habenpompeij liberalitas in liberaliũ artium professores.

90 tes. Hic theatri formam admiratus, eius similitudiné typumq; stylo expressit, persimile Romæ conditurus, licet maius atq; speciosius. Cùm Rhodi adesset, professores artium omnes audire curauit, & præceptori cuiq; talentum dono dedit. Hinc Posidonius philosophus ad Hermagoram oratorem scripsit, Pompeium se audiuisse, singulaque vir ille narrauit, quæ tum in ea conuentione quæsita fuere. Eadem in Athenis circa philosophos egit. Inde ad ornatum vrbisq; eius architecturam quinquaginta talentis dimissis, in Italiam festinat, sperans omnium splendidissimus illam attingere, optans domi se suos aduentũ eius optantes visurum: sed quod fieri solet plerunq; inter præclara hominum gesta, vt fortuna semper infaustum quiddam afferre curet, id iam diu præparatũ fuerat ad illius reditum tristius agendum. Mutia enim post Pompeij abscessum ignominia domum turbauit, Pompeiusq; dum in remotis ageret, id ne-

91 glexit: sed Italiam cùm iam attingeret, impensiori cura rumori insistens, quòd (vt opinandum est) causam magis apprehendit, repudium illi dedit, neq; tunc, neq; postea cur eam repudiasset fassus. Huius tamen rei causa apud epistolas Ciceronis patet. Cæterùm de reditu Pompeij varij rumores vrbem cõpleuere, tumultusq; hinc non paruus exortus, quòd ducturus hic in vrbẽ esset exercitũ, & monarchia extẽplo ineunda. Crassus etiã liberis pecuniisq; ad sẽ receptis ab vrbe abiit, seu vero compulsus metu, seu (vt magis creditũ est) ad præstandũ rumori & obtrectationi fidem, inuidiamq; in Pompeiũ exasperandam. Põpeius autẽ Italiam ingressus, militibus ad concionẽ vocatis, cùm eos ornasset laudibus, rei accommodata locutus, per ciuitates ac municipia disiungi iussit, & ad propria quenq; verti, admonens tamen triumpho omnes conuenire. Sic ergo soluto exercitu

citu, admiratio omnium animos oppleuit. Ex quo cùm viderent vrbes Pompeiũ Magnũ armis positis cũ paruo proximorum suorũ comitatu prodeuntẽ, nec expeditionẽ eam præferentem, beneuolentia effusè eum maioribus copiis Romam assequutę sunt, enixius paratæ, seu mouere bellum ipse cuperet, seu rebus studeret innouandis. Ex lege deinde cùm cautum esset, neminem ducẽ ante triumphum vrbem ingredi, ad senatum oratum mittit, vti consularia comitia differrentur, vt liceat præsenti sibi cum Pisone comitia inire. Cui rei cùm obstitisset Cato, Pompeius animis frustratus est. Admiratus autem Catonis audaciam atq; constantiam, quibus manifestẽ æquitatis gratia vsus ille fuerat, ipsum sibi affinitate cõiungere curauit. E sorore ergo Catonis cùm essent geminæ, sibi alteram, filioq; alteram vxorem postulat. Sed Catone rem suspectam habente, veluti 93
perditionis suæ materiam, quòd illius affinitas dolo compararetur, cõiunx sororq; id grauiter tulere, Pompeiũ Magnum affinem haud repellendũ aientes. Inter hæc optauit Pompeius ad consulatũ Afranium prouehere. Vnde pro inclinandis suffragiis, argentũ centuriis impensum est, idque susceptisse eos qui tũ ipsius Pompeij hortos ingressi essent, cognitũ est. Itaq; cùm res hæ passim vulgarentur, in Pompeium obloqui cœptum, quòd amplissimũ eum magistratum, in quo tot strenua egisset, venalẽ illis institueret, qui virtute assequi eũ non possent. Hęc Cato mulieribus refert, ostenditq; in quam incidissent cõtumeliam, si cũ Pompeio affinitatem iniissent: quibus auditis petiuere veniam, planè salubrius Catonis fuisse consilium fassæ. Cęterùm trium- 94
pho, licet eũ in binos dies partitus esset, non satisfecit tempus: sed apparatuum tot in eo prætermissa sunt, quot alteri triũpho sat fuissent, præ illorũ dignitate ornatuq;. Ex prænotatis autem literis clarè cognoscere erat, ex quo genere gentiũ triumpharet. Erant quippe regiones hæ, Pontus, Armenia, Cappadocia, Paphlagonia, Media, Colchis, Iberia, Albania, Syria, Cilicia, Mesopotamia. Præterea hi qui circa Phœniciã & Palæstinã incolunt, Iudæi, Arabes: Piratarum etiã quotquot genera terra mariq; debellata erant. Inter hæc notabantur castella haud pauciora quàm mille capta, ciuitates ferme noningentæ, piraticæ naues octingentæ, vrbes præsidiis Romanis firmatas esse vnde quadra-

ginta. His quoq; addebatur, vniuersa Romanæ vrbis tributa ante id bellum quinquagies decies centena millia fuisse: cũ his verò, quę pop. Rom. ipse quæsiuit, octuagies & quinquies decies cẽtena millia. In ærariũ prẽterea vasa, aurum
95 argentumq; signatũ ad viginti millia talentorũ, præter quę militibus diuisa sunt, quorum qui minus accepit, mille & quingẽtos æreos tulit. Captiui post principes piratarum in triumpho ducti, Tigranis Armenij filius cũ vxore filiaq; ipsius regis, Tigranis coniunx Zosima, Rex Iudæorũ Aristobulus, Mithridatis soror cũ liberis quinq;: Scytharum quoq; quam multæ mulieres, Albanorum & Iberorum ac regis Commagenorum obsides ducti. Trophæa quoque quam plura notata, omnia præliorũ numero æqua, quæ aut se duce, aut per legatos adeptus erat. Maximùm verò ac splendidissimũ fuit, & quod Romanorũ nemini hactenus obtigit, quòd trinum è trina vniuersi orbis parte triũphum
96 duxit. Nam licet tres ex hac vna parte antea triumphauerint, ipse tamen primum ex Aphrica, secundũ ex Europa, tertium hunc vltimũ ex Asia ducens triumphum, quodammodo visus est ex vniuerso ambitu orbis triumphasse. Eius tum ætatem, qui ipsum Alexandro perũmilẽ dicunt, eumq; illi in omnibus æquare innituntur, nondum quatuor & triginta annorũ fuisse tradunt: sed quod est verius, quadragesimum tum attingebat annũ. O quàm ipsi satius, si quouis Alexãdri fortunã nactus fuit, vita excessisset: vlterior enim ætas felicitates ipsi inuidas, & clades quoque intolerandas attulit. Quam enim potentiã ex eius virtute dignè comparauerat, hac iniquius in alios vtens, quantùm virium illis ipsis addebat, tantùm gloriæ sibi abstulit: vnde inscius robore ac magnitudine sua clàm repulsus. Quemadmodum enim cùm validissimæ ac munitissimæ ciuitatũ partes hostes admittunt, adiiciunt hosti robur: sic ex Pompeij potentia elatus Cæsar, his armis quibus in cæteros vtebatur,
97 eisdem Pompeiũ authorem euertit. Res nanq; sic acta est. Lucullus ex Asia cùm rediisset, à Põpeio per contumeliam habitus, à senatu splẽdidè exceptus est. Qui deinde ab optimis monitus, Pompeio etiã præsente animũ ad Rempub. iniecit: huius enim robur ac natura ipsa iam iam obtundi, fugereq; negotia, inerti otio opumq; deliciis dedita. Cùm autem Pompeium inquietare cœpisset, & rectà in eum versus,

Id est secũdum Budæũ, vicies semel centena et trigintaquinque millia aureorum.

Põpeij aduersæ fortunæ primæ causæ.

sus, acta quę Põpeius rescinderat, sanciri obtinuisset, Catone secum in senatu certante, reiectus Pompeius confugere ad tribunos plebis coactus est, & sese adolescentibus addere. Horum in primis detestandus, & omnium audacissimus erat Clodius, qui Pompeio suscepto, eum plebi subiecit. Inde per medium forum eum habens iuxta sese, prætérque dignitatem ipsum circunducens, in suffragiis eo vtebatur, & in gratia blandimentisque plebis: mercedem etiam ab ipso expostulauit, veluti, non ex probris, sed ex beneficiis Pompeius obnoxius illi foret. Solutum id postea pretium 98
est, cùm Pompeius Ciceronẽ virum sibi amicum atque benevolũ, & qui plurima Pompeij arbitrio in repub. gesserat, neglexit. Cũ enim Cicero extremo in periculo Põpeij orasset auxiliũ, ille Ciceronẽ corã venire haud passus est, sed vestibulo accedenti clauso, ipse postico egressus clàm est. Inde Cicero iudicij metu in exiliũ abiit. Inter hæc Cæsar militia functus reip. sese ingessit, Vnde hic rerũ status, tum benevolentiam maximam, & in posterum potentiam permagnam ei attulit, Pompeium verò maximè oppressit. Consulatum deinde Cæsar petit: qui animaduertens Pompeij Crassiq; contentiones, quodq; si alteri ipsorum amici tia iungeretur, alteri inimicus fieret, ad amborum cõcilia tionem vertitur, opus aliàs pulchrum ciuiléque, sed ex vili causa compositóq; dolo patratum. Vrbis enim potentia 99
quemadmodũ in cymba, cuius onera vtrinq; æquata sint, in vnum cõgesta, vnaq; facta, robur omne ciuitatis, quod in diuersis altercationibus scindebatur, Cæsari addidit. Ex quo Cato in ciuili postea bello inter Cæsarẽ & Pompeiũ conflato, falli eos dicebat, qui horũ discordias dicerẽt causam euersionis reip. esse: nõ enim illorum seditionem, non illorum inimicitiam, sed illorum conciliationem atq; cõcordiã, primũ & maximum hoc ciuile malum vrbi pepercisse. Cæterùm Cæsar consul designatus, confestim ad pacandos inopum & egenorum animos conuersus, de deducendis coloniis, agrisque diuidundis rogationem tulit, egrediens quodammodo magistratus dignitatem, & ad tribunatum consulatum ducens. Cui rei cùm collega Bibulus obsisteret, & Cato in suffragiis validissimè cum Bibulo sentiret, Cæsar manifestè ad rostra Pompeium produxit, ibique eum appellans, ab ipso quæsiuit an legem

100 probaret. Annuente Pompeio. Quid, inquit Cæsar, si quis aduersus promulgationē vim afferat, nónne ad plebem auxiliū laturus accedes? Accedā equidē ait, & aduersus eos qui cū ensibus vobis minitentur, ensem & clypeū feram. Hoc dicto, Pompeius vsque in eam diem neque acerbius quicquā dixisse, neque fecisse visus est. Vnde eius beneuoli purgare eū parati, verbū illud aiebant ex improuiso Pompeiū effudisse. Post hæc tamē manifestè cognitus est omnino in repub. se tradidisse Cæsari: Iuliam etiam Cæsari natam Scipioni pactā, iámque nuptui ducendā, id minimè speràs, post dies paucos Pōpeius vxorem duxit: & ad pacandā Scipionis iracūdiā, filiā Fausto Syllę filio antea locatā, ipsi tradidit. Ipse verò Cæsar Calphurniam duxit Pisonis filiā. Ex hoc tēpore Pompeius replens vrbē militibus, rem omnem

101 vi tenuit. Descendente in forum Bibulo cum consularibus insignibus, Lucullo ac Catone comitantibus, irruentes hi desuper fasces illi effregere. Ex his etiam aliquis fimi cophinum in verticem & ora Bibuli iecit. Duo præterea tribuni, qui comitando præcesserant consules, saucij. Sic ergo ab his foro deserto, atque ab aliis qui legem impugnaturi

Lex de agris diuidūdis lata à Cæsare.

erant, de diuidundis agris promulgatū est. Ex quibus animi plebis illecti, ad omnia illorū gesta quiescere, nihilque animo obuersari cœptum, sed silentio rogationes quasque perferre, sententiisque annuere. Acta ergo quibus Lucullus in Pompeiū altercabatur, rescissa. Decreta Cæsari vtraque Gallia cum Illyricis ad quinquēnium, in prouinciam cessit cum quatuor legionibus. Creati in proximū annū cōsules sunt, Piso Cæsaris socer, ac Gabinius, vir inter omnes

102 Pompeij adulator egregius. His perfectis Bibulus se domi claudens, octo mensibus consulatus curam omisit, literas verò dabat obtrectans criminánsque Cęsarē Pompeiúmque. Cato veluti veris admonitus somniis, & diuinatione certa, imminentem vrbi atque Pompeio cladē prædicere in senatu. Lucullus curis fessus quietē agere, veluti reip. ineptus ciuis. Ex quo id à Pōpeio manauit, cōmodius esse seni deliciis obuersari, quàm reip. administrationi. Extemplo tamen & ipse amore sponsæ lenitus, nuptæ quam maximè cessit, in agris hortísue cū ea victitans, neglecto foro & reip. cura. Vnde Clodius tum tribunus plebis audacissimus, intentus rebus, illū omittit. Cùm enim eiecisset vrbe Cicero

Ciceronem, & Catonē captata præfecturæ materia, in Cyprum destinasset, Cæsaremq; expeditionē in prouinciam agentem videret, plebemq; in omnibus haberet obsequētem, cùm in eius gratiā suo in magistratu studuisset, extemplo quædam ipsius Pompeij acta rescindere conatur. Qua 103
in re Tigranem, quem è vinculis diripuerat, comitē habet. Beneuolis præterea quibusdam Pompeij crimen iniicit, in ipsis Pompeij potentiā experiri volens. Demum cùm Pompeius defensioni cuidā fortè adesset, Clodius sceleratorum & impudicorū hominum multitudine septus, in editoloco se collocat, deinde sic rogat: Quis imperator impudicitia laborat? quis vir virum quærit? quis vno digito caput scalpit? Ad quę illi veluti chorus quidam cum plausu, discutien
te Clodio togam, ad vnumquodque magno clamore, Pompeius, respondent. Hæc ingenti mœstitia Pompeium afficiunt, insolitum malè de se audire, & huiuscemodi pugnæ inexpertum. Tristabatur etiam magis, quòd senatum nouerat hac in causa contumelia lætatum, Ciceronianæ pro-
ditionis pœnas exprobrantem. Hinc cùm in foro plagas 104
vsque ad vulnera prodisse contingeret, & quidam ex domesticis Clodij, turba summota se ad Pompeium tulisset, gladiū à circunstantibus inferre cognitus, Pompeius quousq;
Clodius magistratum eum gesit, in forum haud ingressus est. Causam absentiæ Pompeius hanc ferebat. Sed Clodij iurgia & obtrectationes, certior erant (vt fertur) testis vt
Pompeius in publicum non prodiret. Domi ergo se continens, cum amicis consultabat qua ratione iracundiam senatus posset exuere. Dicente Culleone Iuliam dimittendā esse, & ab amicitia Cæsaris ad senatum redeundum, non
acquieuit. His verò qui censebant Ciceronem ab exilio reuocandū, quòd vir esset Clodio inimicissimus, senatuíq;
pergratus, annuit. Vnde Ciceronis fratrem cùm in medio foro magna manu produxisset, cæsis ibi quibusdam, non-
nullisq; sauciis, Clodium superauit. Quare Cicero ex S. 105
C. rediit, qui confestim Pompeio senatū conciliauit, quíve deinde pro lege orans frumentaria, quodammodo iterum omnis terræ omnisq; pelagi populo Romano subiecti potestatem Pompeio integram dedit. Ea enim lege portus omnes, negotiatorum conuentus, frugū dispensationes, & vnico nomine omnia nautica atque terrestria Pompeio

subdita. Clodius legem hanc à senatu non prodisse ob annonæ caritatem aiebat, sed angustiam annonę emanasse vt lex promulgaretur, veluti non ferente Pompeio potẽtiam suam extingui, sed ex nouo quodam magistratu excitare eã semper quæritãte. Alij dicũt hoc cõsulẽ Spinterẽ machinatũ esse, conantẽ ad magistratũ promouere Põpeiũ, vt ipse ad regẽ Ptolemæũ auxilio mitteretur. Verùm Canidius rogationem ad tribunos pleb. tulit, vti Pompeius sine exercitu cum gemino lictore ad Ptolemæum cum Alexandrinis
106 cõciliandum destinaretur: cui rei Pompeius non grauiter hæsisse visus, sed senatus id omisit, causa honestè reddita, quòd viro timeret. Cæterùm in senatu & apud forum proiectæ quædã literæ repertæ sunt, quibus notabatur, Ptolemæum orare, vti pro Spintere Pompeius dux ad se mitteretur. Timagenes verò Ptolemæum sponte inquit fugisse & reliquisse Aegyptum Theophanis suasu, qui materiã quærebat, vt senatus Pompeium cum exercitu eò destinaret, non ut bellandi causa perquisita. Sed hoc ipse astus Theophanis non tam credibile fecit, quantùm natura ipsa Pompeij incredibile, qui ambitionem non tam vafram, neque tam seruilem habebat. Designatus itaque Pompeius rei frumentariæ dux, diuersa in loca legatos amicosq; mittit. In Siciliã ipse atque Sardiniam, deinde in Aphricam nauigans, vim
107 permagnam frumenti apparauit. Repetiturus Romam, cùm mare procellis infestaretur, & gubernatores se alto committere timerent, primus nauem ingressus anchoram solui iussit, clamitans: Nauigare est necesse, viuere necesse non est. Hac audacia & animo vsus, læta cũ fortuna omne forum frumento, & omne mare nauibus impleuit. Vnde & cæteris extra vrbem incolentibus hic apparatus superabũdans etiam fuit, velut è fonte quodam immensa frumenti copia manasset. Inter hæc res Gallica maximè Cæsarẽ extulit, qui in remotissimis locis cùm esset, & bellũ aduersus Belgas Britannosq; consereret, ob dignitatem & humanitatem suam non animaduertente Pompeio, apud populum grauissimarum etiam reip. rerum curã gerebat. Corpore quidem circa rem militarem nõ aduersus barbaros, sed veluti venator in agonibus se frui videbatur, & sese inexpu-
108 gnabilem timendumq; præparare. Aurum præterea, argentumq;, spolia, cæterásque diuitias ex hostibus partas (tanta

(tanta horum aderat copia) magno in numero Romã misit. Horum deinde largitionibus animos ciuium tentans, ædilibusq; ad spectacula tribuens, prætoribus quoq; atque cõsulibus, eorũq; donãs vxoribus, multos sibi allexit. Quare in reditu superatis Alpibus, cùm apud ciuitatem Lucanã hybernaret, omniũ virorum & matronarum magnum numerum eò accessisse memorant, cum plausu lætitiaque ingenti se offerentium. Consulares viri eò profecti sunt decenti, inter quos Pompeius & Crassus fuere. Proconsulum quoque ac prætorum centum & viginti fasces ante Cæsaris fores inspecti. Alios quippe omnes spe donisq; repletos Cæsar dimisit: cum Crasso autẽ atque Põpeio fœdus initũ vti petant ipsi consulatũ, Cæsarque eis auxilio sit, ad suffragia frequentes mittẽs milites. Deinde cùm declarati cõ- 109
sules fuissent, vt extemplo prouincias exercitúsque decernerent, Cæsarique Gallias in aliud obsignarent quinquennium. Hæc cùm vulgarentur, grauiter ab optimis habita. Ex quo Marcellinus magna in populi frequentia ambos coràm interrogat, an consulatũ proximis in comitiis peti turi essent. Cui cùm à plerisque respõdere iuberẽtur, prior inquit Pompeius, se fortè petiturũ, aut nõ. Crassus mitius respondisse fertur: inquit enim se facturum quod in vsum reip. fore existimaret. Marcellinus itaque cùm non esset æquo in Pompeiũ animo, sed vehemens obtrectator fieret, & minus grate respõsum sibi fuisse videbatur, omniũ inquit Pompeius Marcellinũ intustisimũ esse: gratiam nõ habet quòd ex muto eloquens factus sit, & ex famelico crapulã exhalans. Cæteris deinde à petitione consulatus abstinenti 110
bus, L. Domitium Cato exhortatus est ne cederet: nõ enim pro magistratu aiebat, sed pro libertate publica cum tyrannis esse certamen. Vnde Pompeij fautores hunc Catonis tonum extimescentes, & ne omnis senatus illi inclinaretur plebisque immutarentur animi, non permisere Domitium in forum descendere, sed viros armis munitos mittentes ipsi obuiam, Melitum qui cum lampade præibat, trucidauerunt, aliosque verterunt in fugam. Cato fugientium vltimus dextrum cubitum saucius abiit, victus dum Dominatiũ palàm vindicat. Hac igitur via dominationẽ aggressi, non honestius cætera administrarunt. Sed primùm cùm Catoni Præturam populus decerneret, sententiamque

pro

proferret, Pompeius incusatis auguriis cõcionem dimisit.
111 Antiam postea & Vatiniũ corruptis largitione centuriis elegerunt, deinde tribuno plebis Trebonio rogationem tulere, vti Cæsari (hoc enim ei ex priuato fœdere debebant) secundum quinquenniũ in Gallias decerneretur, Crasso Syria & expeditio in Parthos, ipsi Pompeio Aphrica & vtraq; Iberia cum quatuor legionibus. Quibus peractis, Pompeius ex legionibus petenti & oranti Cæsari duas ad bellum Gallicum concesit. Crassus consulatu dimisso, in prouinciam profectus est. Pompeius constructo theatro, gymnasia alia atque alia, sed in eius consecratione musicum exhibuit, venationes præterea, quibus quingenti leones cæsi, elephantes deinde, horrendum quippe dirúmque spectaculũ. Ex his iterum in admirationem populi atque beneuolẽtiam ductus, permagnam in se conflauit inuidiam, quòd reteribus amicis militiam prouinciásque decernens, ipse per amœna Italiæ loca tum hic, tum ibi vxori cedebat: nõ enim
112 siue amans, siue amatus, disiungi patiebatur. Hoc quippe se
Iuliæ mirus amor in Pompeium maritum. rebatur vulgatúmque erat, sponsam virũ prænimiũ amare, quæ immaturè carere eo nequibat. Sed huius causa fuisse videtur viricontinentia, qui non nisi illi admisceretur. Modestia etiam cõsuetudinis domesticæ, res quippe pergrata, & qua mulierum genus maximè oblectatur. Continentiæ verò credendũ erat, ni Flora ipsa scortũ periurio crimineturFertur comitialibus ludis, cùm saucij quidã cæsique nonnulli ad Pompeium venissent, eúmque sanguinis contacta cruentassent, vestem mutandam petiisse. Qua in re cùm tumultus seruorum illam portantium, cursúsque permagnus fieret, sponsa quæ tũ erat grauida, toga inspecta cruẽta, collapsa semianimis est, vixque id tulit. Ex hac turbatione metúque immaturè ferunt partum editum. Qui ergo Cæsaris atque Pompeij amicitiam querebantur, mulieris amorem maximè incusabant. Iterum ea grauida facta fœ-
113 minam peperit, atque è dolore pariendi mortem obiit. Na-
Iuliamors. ta etiam non multos post dies matrem sequuta. Pompeius cùm coniugem apud Albanum tumulare appararet, à plebe coactus in campum Martiũ funus extulit, in quo magis sponsę miseratio cognita est, quàm Cæsaris, seu Pompeij gratia. Verùm ex duobus his magis absenti Cæsari, quàm præsenti Pompeio honores tribui visũ est. Confestim enim tumul

tumultuari ciuitas cœpit, résque omnes insano discordiq; sermone versari, veluti hactenus magis occuluisset ingenium, quàm extinxisset virorum horum affinitas. Nõ mul tùm deinde pòst Crasi clades apud Parthos accepta Romę nuntiatur: is quippe cùm magnus esset obex belli intestini, defunctus viris fræna laxauit. Ambo enim eum timuerãt,
*eóque viuente quisque viro infidebat: vt verò fortuna ob 114
staculum illud certaminis abstulit, extemplo (vt inquit comicus) alter in alterum vngitur, & in arena manus fricat: tam parum fortuna humanæ naturę confert. Ea enim nihil cupiditatem implet, vbi tãta imperij amplitudo, diuersa rumq; magnitudo nationũ locorumq; duobus sat non est viris. Audientes legentésque omnia ab eis tripartita quondam fuisse, ac vnumquéque sua sortitum acquieuisse, Roma manum imperium sibi non sufficere arbitrati sunt. Atqui Pompeius pro concione inquiebat, magistratum omnem se antea assequutum, quàm speruisset, eumq; deposuisse citius, quam speratum esset. Et hercule certissimum sibi testimonium erãt exercituum dimissiones. Cùm verò Cęsar copias dimissurus non videretur, quærebat Pompeius publicis magistratibus aduersus Cæsarem se munire, aliud nihil tamen innouabat, volens omnia videri se non credere, sed despicere magis ea negligereque. Cæterùm vt dilata comi- 115
tia sunt, ciuibus largitione corruptis, Pompeiusque interrogatum despexit, rumor extemplo ad dictatorem exortus in vrbe est. Hunc Lucilius tribunus plebis primum efferre est ausus, plebi suadens vti Pompeium Dictatorẽ declararẽt. Verùm cùm his obsisteret Cato, Lucilius ferè se tribunatu abdicare coactus est. Pompeiũ tum amicorum multi excusauere, quòd magistratũ illum non quæsiuisset, pro eo nil obsecrauisset, eumque haud voluisset. Quę cùm laudauisset Cato, Pompeium exhortatus est ad reip. curam recapessendam. Ob quę veritus Catonem ille, ad priorem ornatum vrbis versus est, creatique consules sunt Domitius ac Messala. Sed cùm postea res ad interregnum redisset, sermonésque multi de Dictatore iterum excitarentur, vim extimescens Cato, censuit legitimũ quendã magistratum Põpeio dandũ, & impurã illam Dictatoris potentiam atq; tyrannidẽ abolendã. Qua in re Bibulus Pompeio inimicus prior in senatu 116
rogationẽ tulit, vt vnicus cõsul Pompeius decerneretur: aut enim,

*πρὸς πρὸς ἀμιλλᾶται ἀμοιγέπως ἐνίεμενοι δὲ ἀρχοιτ.

enim, inquit, resp. ab instanti turbine salua fiet, aut optimo parendū erit. Hęc sententia cùm propter oratorē monstrosa videretur, surgens Cato, expectationē præbens, quòd Bibulo cōtradicturus esset, silentio acto, eidem innixus est, à sese illam inquiens minimè afferendam fuisse: sed ab alio illatam cōprobare, iubereque in ipsam iri, quencunque magistratū magis eligens, quàm neminem, Pompeiumq; existimans ea tempestate salubrius, quàm alium esse profecturū. Quo à senatu suscepto, decretū est vti Pompeius consul creatus solus magistratum gerat, fiąque collega opus esset,
117 non ante duos menses, experimento doctus, collegam sumeret. Sic ergo per Sulpitium interregem Pompeius consul factus, Catonem grata beneuolentiā salutat, gratias se illi habere fassus: eumque orauit vti priuatim in eo magistratu consilij curam secum gereret. Sed Cato Pompeium gratias sibi habere haud dignum existimauit: ob eum enim nihil se dixisse respondit, sed ob reip. causam. Priuatim verò rogatus consultor fieri, etsi minimè id rogetur, publicè se dictu

Cornelia à Pompeio ducta.

rum inquit, quæ in remp. fore iudicauerit. Huiusce modi in omnibus erat Cato. Pompeius in vrbem profectus, Corneliā Metelli Scipionis filiam duxit, non virginem, sed viduā nuperrimè relictam à Publio Crassi filio, qui apud Parthos defunctus eam virginem duxerat. Aderant quippe puellæ, præter etiam formositatem, multæ amoris gratiæ. Circa enim literas pulchrè perita, circa fides, circa geometrica,
118 præterea consueuerat philosophis sese salubrimè præbere. Mores deinde omni fastu & importunitate mundi, quæ duo iunioribus obuersari fœminis solēt in ęasdem disciplinas ductis. Pater & genere & gloria haud pudendus. Id tamen cōiugium, quia incongruum ætate videbatur, multi improbauere: filio enim Pompeij illam fore magis copulādam ea ætas admonebat. Honestiores verò ciues rem Romanam tum procellis vectam à Pompeio despici aiebant, quem populus liberatorem vrbis constituerat, eumque vni cum ei curę præfecerat. Sed ipse sertis, inquiebant, coronatur, nuptiasque celebrat, cùm consulatū ipsum rem infortunatam sibi fore existimare deberet, qui haud sibi ita præter legem mādatus esset, si floruisset patria. Cęterùm cū in reos ambitus ac ex largitione corruptos pręsideret, leges scribēs per quas iudicia ferebantur, incæteris se honestū integrūq;

seruauit, præsidium ornatumque simul quietémque in curia, suo consensu, suisq; armis præbens: in Scipione tantùm 119
socero, qui tum damnari videbatur, crimen non effugit: apud enim sese sexaginta trecentis iudicibus domi conuocatis auxiliū illi attulit. Quare accusator ab rei impetitione destitit, cùm Scipionem vidisset medio in foro à iudicibus præcomitatū. Iterum & malè de se Pompeius audiuit, quòd cùm leges statuisset, ne pro reis laudes fierent, ipse ad iudices ingressus est Plącum laudaturus. In quo Cato (erat enim ex iudicum numero) aures manibus obstruens, nō bene inquit se habere, si laudes præter legem audiat: vnde Cato priusquam sententiā ferret, eiectus est. Plancus tamen iudicum sententiis est damnatus, non sine Pompeij rubore. Post paucos etiam dies Hypsæus vir consularis iudiciū vitans cognito Pompeium ad cœnā lotum proficisci, eius ge 120
nibus accubuit, eumq; obsecrare cœpit. Sed Pompeius cum fastu eum præteriit, illum inquiens cœnam sibi disperdere, aliudq; concussit nihil. Sic ergo iniquior esse visus, probris laceratus est. Cætera antē omnia ordine composuit, collegámq; sibi socerum ad reliquos quinq; menses delegit. Deinde decreto senatus prouinciæ sibi in aliud quadriennium datę, milléq; talenta quotannis sumere, quibus exercitū teneat, alátq;. Quibus cognitis, amici Cæsaris dignum existimauere & de Cæsare rationem habendā esse, qui pro Roma no imperio tot bella tractabat. Aut enim dignū eum dicebant secundo potiri consulatu, aut militiæ tempus sibi prorogandum, ne dux alius ei succedens gloriam laborum ipse auferret, sed ipse honoris præmia iniret. Circa id cùm altercatio orta esset, Pompeius veluti ex beneuolentia pro Cæsare inuidiam esset excusaturus, se literas habere à Cęsare inquit, quibus optabat successorem, & se ab expeditione libe- 121
rari. Ius tamen petendi consulatum dari sibi, licet absenti, æquum esse censere. His cùm obsisteret Cato, Catonisq; factio, iuberentque Cæsarem dimisso exercitu priuatum accedere, atque id demum commodè obtinere posse, Pompeius nulla contentione facta, sed veluti victus, suspicionem de se maiorem præbuit, quòd ęgrè in Cæsarē sentiret. Misit deinde pro legionibus quas Cæsari cōmodauerat, eas repetēs, tebus Parthicis simulatis. Sed Cęsar, licet nosset quibus ex causis milites repeterētur, ipsos remisit gratèamplęq; do

datos. Inter hæc cùm Pompeius apud vrbem Neapolim
122 cùm vitę periculo elanguisset, conualuit. Hinc Praxagoræ
Sacra habita ob pō Pompeij salutem. suasu eius vrbis ciues sacra pro ipsius salute fecerunt: quos cùm imitarentur finitimi, & deinde cùm res hęc sic Italiam omnem ambiret, quæque magna & quæque parua ciuitas dies quamplures festos egit: præterea vndecunq; sibi sic obuia proditū est, vt pro numero nullus satis esset locus, sed viq; oppida, portus oēs passim victimis ac libaminibus repleri. Multi pręterea sertis ornatis sub lampadib. eū susc ipere, flores in cū iacere, gradientémq; vsq; comitari. Vnde ipsius cultū profectúmque, pulcherrimum ac splendidissimū spectaculū, inter alias belli causas non minimā fuisse ferūt. Subiit enim fastus illi exuperans cum magnitudine simul lætitiæ omnem agendorū rationē. Præterea felicitates gestáq; semper tuto in loco ponens, óbque id desinens cautior esse, in impuram audaciam contemptúmque incidit de Cæsaris viribus, quòd non armis, non aliquo industrio operesibi opus foret, sed multò facilius Cæsarem esset absumpturus, quam
123 eū antea sublimauisset. His addebatur Appij reditus qui legiones Cæsari concessas Pompeio è Gallia adduxerat. Is enim maximè res Gallicas Cæsaris extenuauit, & in Cæsarem malè dicacem exercuit linguam ipsumque Pompeium dicebat suarum se virium nominisque ignarum esse, qui alijs armis in Cæsarē muniretur, quem eisdē Cęsaris copijs perditurus erat cùm primùm inspiceretur: tantū esse odiū aiebat, quod milites in Cæsarem seruabāt, tantúmque esse desiderium, quod aduersus Pompeium tenerent. His ergo Pompeius elatus est, ac huiuscemodi contemptus ob ingentem fiduciam ita plenior factus est, vt eos qui bellum extimuissent, eluderet. Cúmque dicerent quidam, ad inuasionē Cæsaris se non videre quibus viribus se Pompeius tueatur, subridens vultuq; profusior, eos haud id curare admonuit.
124 Cùm enim, inquit, terrā Italiæ pede pulsabo, scatebunt pedestres equestresque copiæ. Sed Cęsar validius iam iam rebus imminebat, qui cùm nondum longè Italiam attigisset, sedulò ad vrbem destinabat milites, vt comitijs adessent. Multos hic tum ciues pecuniis sibi allexit, multos etiam primorum munere placauit. Inter quos Paulus consul ob mille & quingenta talenta mutatus est, & Curio tribus plebis à Cæsare ingenti ęre alieno liberatus, ac M. Antonius ob

ob amicitam Curionis, eorū, quę Curio debebat, particeps. Improbatus tum inter hæc Cęsar est: quòd cùm quis ex his qui ab ipso venerant, stans iuxta senatum audisset quòd Cæsari prorogatio non daretur, manu ensis capulo percusso, inquit, At hic dabit gladius. Hæc itaque acta apparatúsque, in hanc mentem inclinabantur. Curionis tamen sententiæ 141 precésq; pro Cęsare magis populares videri. Eduobus enim vnum æquum fore censebat, aut à pompeio repetendū exercitum, aut Cæsarem ab expeditione non reuocandum. Aut enim priuatos iuxta eos perpessuros dicebat, aut æmulos in his quæ publicè obtinent quieturos. Sed hic alterum inualidum facere moliens, quam timet potentiā geminat. Ad hæc cùm consul Marcellus prædonem appellaret Cæsarem, iuberétque eum à senatu hostem iudicari, ni arma ponat, Curio comite Antonio ac pisone senatum redarguere statuit. Iussit enim eos qui censerent Cæsarem tantum arma ponere, Pompeiúmque in magistratu esse, è loco transferri, & maior eorum numerus in alteram curiæ partem translatus est. Pòst autem cùm iussisset transferri eos qui censerent ambos pro armis amouendos, nullóque esse in magistratu, pro pōpeio duo & viginti tantùm sensere, Curioni verò omnes hæ 126 sisse visi. Ex quo hic veluti victor splēdidus lætúsq; ad plebem prouectus est, atque ab ea cum plausu iniectóque serto rum florúmque susceptus. Pompeius tum in senatu non aderat: exercituū enim ducibus vrbem ingredi haud mos fuit. Marcellus inter hæc surrexit, se inquiēs sedendo orationes non audire. Deinde cùm video, inquit, decem legiones iam Alpium iuga exuperantes, vado & ipse virum missurus, qui pro patria eis obiiciatur. Hinc vestes veluti publico in luctu mutauere. Marcellus autem ad pompeium per forum gradi tur, senatu subsequente, qui coram illo cōstitutus, Iubeo te, inquit, pompei patriā defendere, fruíque præparatis copiis, & aliarum delectum habere. Eadem dixit Lentulus, alter in proximum annum tum consul designatus. Pompeius inde cùm cœpisset delectū agere, alij non paruerunt, alij (& hi pauci) segni fragilíque animo dictis acquieuerunt, plerique verò militiæ salutationem acclamare. Antonius 127 enim Cæsaris epistolam inuito senatu apud plebem recitauit, affectus populari gratiæ accommodatos cotinētem. Orabat enim ambos prouincijs excedere, & exercitibus

dimissis sub plebe ambos constitui, plebisque iudicio subiici. Lentulus iam inito consulatu senatum haud habebat. Ciceróq; nuper è Cilicia profectus, conciliationem ambo rum agitabat, vt Cæsar Gallia decedens, reliquo dimisso exercitu, cum duabus legionibus apud Illyricos alterũ expectaret consulatum. Quibus dedignãte Pompeio, persuasi sunt beneuoli Cæsaris alteram legionem etiam dimitti: sed aduersãte Lentulo, iterumq; acclamante Catone falli eos Pompeium decipi, concordiæ finis nullus datus. Dum hæ aguntur, nuntiatur Cæsarem Ariminum ciuitatem amplã Italiæ apprehendisse, ac palàm cum omnibus copiis Romã
128 impetere. Sed hoc falsum erat: proficiscebatur enim maiorem non habens manum quàm trecentorum equitum, & quinque millium peditum. Alias enim copias quæ trãs Alpes tum erant, non expectauerat, irruere extemplo turbatis rebus improuisisque magis eligens, quàm tempus hosti præbuisse ad pugnæ apparatum. Ad fluuium igitur Rubiconem profectus, qui prouinciæ suæ limes erat, silentio subsedit mente anceps: secum enim voluebat magnitudinem audaciæ. Deinde veluti qui in vastam profunditatem à præcipitio se inducunt, animo mussans, & ad ingentem rem stupidus, cùm ad aditantes versus, hoc solum græcè exclamasset, Iacta alea, sic exercitum traiicit. Huius rei rumor cùm primùm in vrbem irruisset, eámque palàm compleuisset, metus tumultúsque qualis nũquam antea terrorem passim
129 iniecit. Patres extemplo ad Pompeium delati, omnésq; magistratus simul concurrere adeséq;. Deinde interrogãte Tullo de exercitu, deque apparatu, & Pompeio subtrepidè aiente à Cæsare profectos præsto se habiturum, putaréq; priorè delectum quem celerè egerat, ad numerũ fore triginta millium: exclamauit Tullus, elusisti nos Pompei, legatósque ad Cæsarẽ mitti censuit. Phaonius verò in cæteris homo haud improbãdus, sed licẽtia atque iurgiis quàm sæpe conatus audaciã Catonis imitari, tum iussit Pompeium terrã pede pulsare, quas promiserat copias conuocantem. Quam intemperantiam Pompeius modestè tulit. Cato inde cùm Pompeium admoneret eorum, quę in ipso initio de Cæsare sibi prædixerat, respondisse Pompeius fertur, diuinora illa fuisse quæ Cato vaticinatus fuerat, sed mitius ab se per-
130 actum extitisse. Hinc Cato sententiam dixit, vti Pompeius

ius dux imperatoria potestate deligeretur, addens, huiusce modi virorũ esse magna efficere mala, eádémque fugare. Hic autem extemplo in Siciliam profectus est. Eam enim prouinciam ipse sortitus fuerat: aliorúmque quisq; versors dedit aliam sibi designatam petiuit. His ergo omni ferme Italia commota, quid agendum esset, cuique in dubio erat. Alij fuga Romam repetiuere, alij ab vrbe foras efferri, linquentes vrbem tot procellis tantoq; turbine infectã; habẽtémque quod in vsum foret perfragile, quod verò euitandũ validius, ducibusque ipsis perdifficile. Non enim fas erat metũ soluere, neque sinebat quis ratione Pompeium vrit: sed omnis qua perturbatione affectus fuerat territus, aut mœstus, vel anxius, eadẽ illum opprimebat, eádémque die 131
diuersa innitebatur in consilia. De hostibus nil Pompeio audire certum erat, cùm nuntiarent multi quæ casu perce-pissent, deinde quòd postea re aliter comperta, negaretur fides. Ergo cùm statuisset huiusce turbationis certior fieri, omnes iubens patres se sequi, præmonito quòd qui remanfisset, vir Cæsaris existimaretur, vrbem circiter diluculum liquit. Consules tum nullis peractis sacris, quemadmodum in bellorum auspiciis fas erat, effugerũt. Inter hæc ipsa pericula consideratus Pompeius est magna virorum beneuolentia. Cùm enim multi obtrectarent militiam, repertus nemo est, qui ducem odisset, sed certum erat plures cos esse qui Pompeium linquere haud possent, quàm qui ob libertatem tutandam fugerent. Paucis inde diebus pòst, Cæsar Romæ cùm castra admouisset, eam apprehẽdit: qui cæteris plã eide benignéque pertractatis; vni tantùm Metello tum tribuno plebis, quòd ex ærario Cæsarem assumere censuni vetuisset, necem comminatus est, minisque addidit orationẽ etiam asperiorem. Inquit enim, non magis id sibi dictu quã 132
factu graue. Ergo Metellũ cùm inde amoueri coegisset, capto pro opportunitate censu, Pompeium persequitur, eum ab Italia eiicere properans, antequam ex Hispania copiæ illi coniungerentur. Pompeius autem Brundusio susceptо, potitus classe cõsules confestim traiicit, cúmq; consuli bus cohortes triginta Dirrhachium præmittit. Scipionem verò socerũ, ac Cn. filium in Syriam misit ad classem construendã. Ipse vallo Brũdusij portas munies præterea in niœ nibus instituens leuis armaturę quammultos milites, iu-

bensque Brundusinos absque metu domi esse,omnem interius ciuitatem effodit,vallauítque,acutísque sudibus imple uit omnes ipsius vicos præter duos,per quos ipsę ad mare descendit.Tertia deinde die cęteram multitudinem in nauibus magno silentio locatam habuit:quo facto,murorũ custodibus dato signo,cùm eos accelerantes suscepisset,extéplo cũ omnibus nauigat. Cæsar cùm derelicta ab hoste 133
mœnia vidisset,fuga intellecta,parum ferme abfuit quin in sudes fossásque præceps inferretur.Sed rẽ aperiẽtibus Brundusinis,Cæsar inspecta ciuitate,circúmque ambita,soluisse omnes inuenit præter milites paucos,qui cũ duabus superfederãt nauibus. Alij hũc pompeij absessum inter eius præclara rei militaris opera reponunt.Sed Cæsarem admiratio cepit,quòd pompeius qui ciuitatem permunitam habebat, quíue copias expectabat ab Hispania, pelagíque tum erat possessor,ita Italia relicta abscesisset.Incusat & ipsum Cicero,quòd Themistoclis militiã magis imitatus esset quã Periclis:cùm res ipsius,huius magis,quàm illius gestorum similitudinem gererent.Inter hæc Cæsar, quoniam tempus aduersum extimescebat, studiosissima pacis opera ostendit. Capto quippe Numerio pompeij benеuolo,Brundu 134
sium eum misit,rogans æquo ei iure conciliari:sed Numerius cum põpeio abnauigauit.Cęsar igitur diebus L X.Italia absque cæde potitus de persequẽdo hoste consultat:sed defectu classis mutatis animis,castra ad Hispaniam mouet, optans copias quæ illic pompeio militabant ad sese ducere. Dum hæc aguntur,magnæ vires pompeio conuenere. Vis enim maritima ferme inexpugnabilis affuit:quingentæ naues ad pugnam expeditæ,& in ampliori numero speculatorię lyburnæque:equitum Romæ ac Italiæ flos millia septẽ, non genere,non opibus,non dignitate infimus: peditatum verò,quòd is promiscuus erat,& egebat exercitationis,in Iberia subsidens exercebat,nõ quidem piger,sed veluti pri- 135
ma florens iuuẽtute,gymnasiis frui. Magnũ quippe tum erat ad animorum fiduciam,pompeium Magnum aspicere duodesexaginta annos natum pedites primò, deinde equites in armis exercere, nudaréque perstrenuè ensem equo currenti vectum, conderéque peropportunè: præterea in iaculatu non agilitatem tantùm, sed robur procul iacula torquendo ostentare, quem ex iunioribus plerique haud exu

Pompeij virtus in rebellica.

exuperabant.Ad ipsum confluxerunt & reges, & nationum principes, atque à Roma tot primorũ, vt circa se numerus perfecti senatus esset. Accesit & Labeo Cæsare relicto, cũ quo longa fretus amicitia in Gallos militauerat. Deinde & Brutus,eius Bruti filius qui in Gallia cæsus fuerat,vir quidẽ magnanimus,& qui Pompeio nil de accessu prędixerat,anteáque pompeium nunquam salutauerat,ceu patris interfectorem:ei tum ille sese subiecit vt duci qui pro libertate patriæ arma sumpsisset. Cicero etiam,licet aliter scripsisset 136
censuisset,tamen pudore est captus,non esse in eorũ numero qui pro patria se periculis obiicerent. Delatus & Sestius huc est,homo ætate decrepitus, cui alterum in Macedonia crus mutilatum fuerat.Huic,cùm ipsum eluderẽt cæteri,riderẽntque,Pompeius primo in conspectu assurrexit, occurrítque,magnum existimans sibi testimonium fore,vi ros præter ætatem viréque pro libertate commune periculum cum ipso subire.Habito deinde senatu, & Catone sententiam dicente,cùm statuissent neminem ciuẽ extra aciem interimendum,neque ciuitatem Romę sociã diripiendam, tùm magis Pompeij partes amari cœptæ. Quibus enim beli nullum commercium erat,vt quòd procul incolerent,aut quòd eorum fragilitate negligerentur,hi tamen animis,fauore,& oratione,æquitati concertare,putantes deorum hominúmque hostem illum esse,qui cum voluntate Põpeium victorem esse non optaret. Nihil tamen minus & Cæsar be 137
neuolum sese vincẽdo præbere,qui Pompeij copias cùm in Hispania superauisset,captiuásque duxisset,earum duces abire dimisit,militésque sibi adiunxit. Deinde iterum Alpibus exuperatis Italiam percurrens, ad Brundusium delatus est,cùm iam dies breuissimi anni forent. Pelago hinc superato ipse ad Nericum mouit, Iubiúmque virum Pompeio amicum captum habens ad eundem mittit, prouocans nempe vt in vnum ambo conueniant: tertia inde die copias omnes soluturi, amicíque facti iureiurando obnoxij in Italiam redeant. Hæc Pompeius dolum iterum esse existimauit, celérque ad pelagus profectus loca omnia oppidáq; apprehendit, quæ vel receptacula ad pedestres copias haberẽt, vel stationes aut signa quædam nautis essent. Vnde quo- 138
cunque spirante vento,aut frumentum,aut milites, aut pecuniæ Pompeio afferebantur.Cæsar interim terra marique

locorum angustiis oppressus, necessitate victus pugnã exoptabat. Hinc aggressus sæpius hostium munitiones, eósque lacessens leuibus prælijs, pleráque earũ cepit. In his & obtigit vt fere pessundatus Cæsar fuerit, omnémq; amiserit exercitum, Pompeio strenue certamen ingresso, ac vsque omnium fugam cum cæde duorum millium persequente.

Quain re cùm vi irruere, aut congredi, aut non timere nesciuisset Pompeius, Cæsar dixisse fertur, ea die victoriam apud hostem fuisse, si vincentem hostem habuisset. His itaque Pompeij milites elati, rem omnem ferro decerni studebant. Pompeius regibus, ducibus, vrbibúsque externis veluti confectum esset bellum nuntiauit: à periculo autem pugnæ longè abhorrebat, putans & tempore & angustiis sese viros expugnaturum, viros armis in-
139 uictos, suetósque annis quammultis simul vincere, & ad aliã militiã errorésque ac mutationẽ, castrorúmque fossas, murorúmque erectiones ob senectam tardos, óbque id cõgredi manúmque cõserere celeres. Nihil minus parũper antea Põpeius ad suos versus, vt manerẽt exhortatus est: Cùm verò post pugnam Cæsar ob angustias cõmeatus castra mouisset, & per Tamanos Thessaliam peteret, Pompeianorũ animi haud amplius cõtineri potuere, sed fugere Cæsarem clamãtes, alij ipsum mox persequendũ, alij in Italiã transeundum censebant. Seruos alij amicósq; Romã destinauere ad domos iuxta forũ conducendas, veluti cõfestim magistratus inituri. Voluntarij etiã multi Lesbũ ad Corneliam
140 nauigare, nuntiantes bellum finem habere: illuc enim Põpeius ipsam subdestinauerat. Frequente verò senatu Afranius sententiã dixit, Italiam fore tenendam, eam enim esse maximum belli præmium, statímq; his qui eam habuissent aiebat addi Siciliam, Sardiniam, Corsicam, Hispaniã, Galliámq;: præterea omnes ipsius patriæ preces plurimũ ad Põpeiũ ferri, manus propemodũ ad eũ protẽdẽtis, pulchrumq; non esse eam despicere propulsatam, famulantémque seruis & tirannorum adulatoribus. Ipse verò Pompeius non splendoris sui existimabat, Cæsarem fugiẽtem non persequi, fortuna id dante: præterea indignum iniquúmque ceu sebat Scipionem linquere, aliósque consulares viros circa Græciam ac Thessaliam confestim in potestatem Cæsaris venturos cum censu copiisque permagnis. Romæ satis eos curam

curã gerere inquiebat, qui remotissimis locis bellum propsa gererent, vt quieta malorúmque expers, libera vincẽtem expectaret. Hæc cùm statuisset, Cæsarem persequi- 141
tur, animi quidem certus pugnam nõ inire, sed obsidione ambire hostem, propiúsque insequendo eũ angustiis commeatus conterere. Hoc enim maximè sibi conducere & alia ex causa putabat. Sermo enim inter equites sparsus erat, quòd confestim profligato Cęsare oporteret illum priuatum esse. Dicunt alij Põpeium huius rei metu nulla in re alicuius digna opera Catonis vsum fuisse: sed quòd in Cæsarẽ proficiscens, maritimi apparatus præfectum eum liquisset, trepidus ne Cæsare cæso ab eo confestim cogeretur magistratum ponere. Quietus ergo cùm hostes insequeretur, in crimine obtrectationéq; erat, quòd non cõtra Cæsarẽ militiã duceret, sed in patriam senatúmque, vt omni in tẽpore dux esset, & abesset, nunquã ab his qui eum dominari optabant, ac ministrorũ satellitúmque vsu. Domitius autem 142
Aenobarbus Agamemnonem eum & regem regum semper appellare solitus, inuidia ipsum perurgebat. Phaonius prę terea non minus infestus erat, vir summæ audaciæ & malè dicaci lingua potens: Viri enim acclamabat, hoc non licebit anno ficus in Tusculano carpere. Lucius etiã Afranius is qui in Hispania copias amisit, proditionis haud intactus, Pompeium tunc aspiciens pugnam detrectare, mirari se eos dicebat qui eum incusabant, cur ad institorem prouinciarum profecti non pugnent. Hæc huiuscemodíque alia multa oblocuti, Pompeium virum fama & pudore aduersus notos inferiore vi compulere, vt optatibus & illorum spei obsequeretur, optimámque suam rationem omitteret, quod non vnicæ nauis gubernatori, nedum tot militum & copiarum amplissimę potestatis duci tolerãdum fuerat. 143
Hic quippe medicos qui nunquam cupiditati obsequerentur laudans, longiori ipse militiæ cessit: veritus ne in salute mœstior fieret. Qua enim ratione diceret quis illos fuisse sospites, cùm alij iam iam consulatus, ac præturas, alij per castra circunducti ambibant? Scipioni ac Spinthe ri Domitióque de pontificatu Cæsaris contentiones altercationésque ac conciliabula erant, veluti aduersus sese Tigranes Armenius, aut Nabathæorum rex militaret, non Cæsar ipse, Cæsarisque illius copiæ, cum quibus mille

vrbes vi cepit, regionésque trecentas subegit, à Gallis Germanísq; pugna inuictus, qui prælia plura gesit, quàm recensere quisquam posset, qui decies cẽtena millia hostium persequendo cepit, cẽtena rursus in acie cæcîdit. Hi tamen iam pugnã exoptare ausi, tumultúq; ei imminere, cùm in
144 Pharsalicum campũ descendisset, Põpeium senatum habere coegerũt: in quo Labienus equitum præfectus pro rostris primus, se iurauit nõ antea àpugna reuersurum, quàm hostes in fugã egisset. Eam & omnes sententiam iureiurando affirmauere. Cæterùm per quietem visum Pompeio est, ad theatrum se proficisci, inque eo plebẽ sibi longè applaudere. Ipse Veneris victricis tẽplum multis exornare spoliis videbatur. Ex quibus prębuere hęc fiduciam, hæc terrorem iniecere, trepido ne generi Cæsaris, quod à Venere ductum est, gloria splendórque ex sese fieret. Seduli deinde per tumultum strepitus eum à somnio excitauere. Vltima hinc vigilia ipso in diluculo quietem permagnam agentes in castris Cæsaris ingẽs flamma emicare visa supra Põpeij exer
145 citum aduolauit. Hoc se vidisse Cæsar affirmat, cùm vigilias circumambiret. Prima deinde luce, cùm vasa colligi iussisset, & contubernia raperent milites ac impedimenta præmitterent, aduenere exploratores nuntiatum se arma multa aspexisse in hostium castris circunferri, motúmq; ac tumultum eum virorum esse, qui ad pugnam mox exituri essẽt. Post hos affuerunt alij afferentes iã primos in aciem strui. Tum Cæsar exoptatã inquiens aduenisse diem, in qua cum viris, non cũ inedia, non cũ egestate pugnandum esset, extemplo coram contubernio tunicã rubrã poni iussit: hoc enim Romanis pugnæ signum est. Milites id cùm aspexissẽt, cum clamore atq; alacritate dimissis cõtuberniis ad arma inferũtur. Ducibus deinde designatæ intẽtis aciei, quisq; veluti chorus quidã absq; tumultu, cũ meditatu quiẽque instruitur: Põpeius dextro pręsidet cornu, quod An-
146 tonio oppositum erat. Mediam aciem Scipioni socero locauit. Aduersus Albinũ Lucium sinistrum cornu L. Domitius tenuit, quod robore equitum maximè cæteris præstabat. Huc enim cõfluxerunt omnes, veluti irrupturi in Cæsarẽ, & legionem decimã percussuri (vt plurimus erat rumor) bellicosissimam, in quã Cæsar ipse instructus pugnare cõsueuerat. Sed Cæsar cùm sinistrũ hostiũ cornu cõspexisset, tot

Tunica rubra signũ pugnæ Romanis.

tot munitũ equitibus, timens armaturæ splendorẽ, sex cohortes è legionibus eductas legioni decimæ à tergo locauit, iussitq; eas quietẽ agere, hostibúsq; ignotas esse. Sed cùm irruerent equites, per propugnatores egressos admonuit, quòd neq; vt solitũ esset, iacerẽt pila festinantes, quem admodum robustissimi ad stringendos enses, sed ferire altius eos iussit, oculósq; frontésq; hostiũ ad vulnera impete re: non enim permansuros eos fulgẽtes floridósq; insultato res inquit, neque cõtra ferrũ inspectaturos in oculos illatũ.

In his obseruabatur, tũ Cæsar. Põpeius verò acies ab equo 147
animaduertens, vt hostes nouit cum silentio congrediendi tempus ex ordine expectare, suúmque exercitũ sine strepitu non esse, imò turbulentũ & imperitia tumultuantẽ, extimuit ne in ipso pugnæ initio penitus dissolueretur. Vnde acierũ primos monuit, vt in congressũ stãtes manentesque solidissimè hostes exciperent. Cæsar verò strategema improbat: plagarũ enim ictus impetu cursúq; illatos subsistendo restingui inquit, insultúmque in multorũ cõgressu hostium furore ac impetu vectũ augere ex clamore cursúq; animos, quo ablato molliri ac refrigerari viros. Cum Cæsare feruntXX & duo millia militum, cum Põpeio verò multò plures, quàm bis totidem fuisse. Signo igitur ab ambobus ex vtrisque castris dato, & tuba, vt cõsererent manus, iã
canere cũ cœpisset, è turba quisq; vni sibi intẽtus erat. Pau 148
ci verò & hi ciuium Romanorũ primi, & ex Græcis, qui aderant, quidã, extra aciem quãprimùm periclitatio immi-
nuit, ambitionẽ contentionémque meditari incepere, quo ardorẽ dominandi afferrent. Cognata etenim arma, acies fraternæ, signa cõmunia vnius ciuitatis robur, copiæq; in ter sese irruere, planè ostẽdẽtes humanum ingeniũ cupidita te actũ cæcum quidẽ furiosúmque esse. Quietè enim si dominari fruíque rebus iã cõparatis voluissent, plurimã opti
mámque terræ ac pelagi partẽ habuisse licebat. Si tropheorum ac triũphorum amori quid vltrà tribuere exoptatum esset, erat & sitim restinguere Parthorum Germanorúmq; bellis. Multũ in Scythia opus supererat, multũ & in India, &
ad cupiditatẽ explendã nõ inglorioſa materia barbaras na- 149
tiones assuefacere. At qui Scytharũ equi, aut quæ Partho
rũ Sagittæ, aut quis Indorũ cẽsus LXX virorũ millibus ferro instructis obstitisset, Põpeio & Cęsare ducibus, quorum

nomen prius apud eos auditũ fuerat, quàm Romanum? Sic immistas, sic varias, feralésq; nationes victores superauisset. Sed hîc, vt simul pugnarent, tum ambo conuenere, non ipsorum gloriã ob quam patriæ peperc erant miserati, qui vsq; in eam diem inuicti appellabantur. Eorũ enim affinitas, & Iuliæ amores, ac illæ nuptiæ extemplo dolosę, suspectęque. Pignora nanque opportunæ tum conuentionis, nõ veræ cuiusdã amicitiæ illa fuere. Vt ergo Pharsalicus campus viris, equis, armísque cõpletus est, & ab vtrisque signa pugnæ data, prior è Cæsaris phalange procurrit C. Crassianus *vigiti alarũ ductor, qui permagnã spem victoriæ Cæsari dedit. Quem vt primum Cæsar è castris vectũ prospexit, eum appellás, quid de pugna sentiret, interrogat. Tũ ille dextram protendens, clamauit splendidius, Vinces Cæsar: me autem hodie, aut viuum aut mortuum laudabis. Horum itaq; memor, impetũ in hostes fecit, multósq; ipsorũ strauit, in confertissimã aciẽ inuectus. Cùm tamen certando ad enses peruentũ esset, pluribus cęsis, innitentẽ eum contrà obuiósque cõcidentem, subsistens quis, per ora ensem illi adegit, cuius cuspis per ipsam euasit ceruicẽ. Crassianus itaq; cùm è vulnere cecidisset, æquo marte pugnari cœptũ. Dextrum verò cornu Põpeius nondum eduxerat, sed oculos circunuolués, equitúmq; operam expectãs, immorabatur. Illi autem iam turmas produxerant circùm obsessuri (vt putabãt) Cæsaré, ac equites prima in fronte instructos, qui pauci propemodũ erant, in phalangem impingunt. Sed à Cæsare dato signo, equites quidẽ redeunt: præmonitæ autem cohortes, tria millia virorum ad circunlationem mox procurrere, hostíq; aduersari, equitíq; obsistendo, quemadmodũ prædocti fuerãt, longis iaculis frui, frontésque hostium, oculósque petere.

151 Tunc illi, veluti huius pugnæ omnino imperiti, quíue id pugnãdi genus haud expectarant, pręsciuerántque, nihil audere, nihil plagas in ore oculisque adactas tolerare, sed auersi manibus protegẽdo oculos fœdè terga præbuere. Hos fugiẽtes Cæsaris copiæ neglexere, cõfestimque in peditatum eruperunt, qua maximè parte cornu hostium equitibus nudum circumambire cingeréq; eos satagebat. Sed hi pariter eorum irruptionẽ vtrinq; actã, præterea impetum decimæ cohortis Cæsaris â fronte vectũ haud tulere, cõsisteréq; nõ ausi sunt, videntes in se id quod inferre aliis sperarent, hostes quippe

Pugna inter Cæsarem & Põpeium.

ἀνδρῶν ἐκατὸν εἰκοσι λοχαγῶν.

150

quippe circũuenire, sese tum perpeti. His in fugam itaq; versis, vt vidit puluerem Põpeius, cladémque equitũ coniectauit, quo animo fuerit difficile dictu est. Similis autem insano, attonitóq; est visus, nedum magnũ Pompeium se existimaret. Nemine inde salutato in castra abiit, nimium poetico illi congruus: Iupiter ipse pater currus exterruit alto

Aiacis, stetit ille amés, clypeúmque tumentem Tergore septeno post terga immania iecit, Hincque oculos voluens mœstus se vertit ab armis. Talis stationem ingressus Põpeius, veluti inuitus incubuit, quousq; vlciscẽdo plurimi cũ fugiẽtibus simul cõcidissent. In his vocẽ tunc vnicam hãc emisit, Ergo ad castra. Aliud nihil locutus surgit, vestéq; sumpta pręsenti clade accõmodata, castris egressus est. In fugã & cęteræ legiones versæ, cædésq; in castris permagna facta ministrorũ, eorũque qui cõrubernia defenderẽt. Milites tantũ ad sex millia cecidisse refert Asinius Pollio, qui in ea cũ Cęsare militauit. Castris direptis hostiũ ignorantiã leuitatéq; admirari fuit. Omne enim contuberniũ myrto coronabatur, omne stratũ floribus plenũ, mẽsę vasis graues, crea teres vino vndique spumantes, apparatus, ornatúsque litantium ac festa ducentium magis is erat, quàm virorũ ad certamen se præparantium. Sic ergo inani sua spe elusi perditique, & insanæ cuiusdam temeritatis pleni, ad pugnam profecti fuerant. Pompeius cùm parum à castris progressus esset, equum dimittit, paucos propemodũ viros circa sese habens, vt persequentes èlàm euitaret. Abibat, & cum silentio ac meditatu grauis, quemadmodũ virũ esse decet annis XL vincere ac subigere omnia solitũ, & conflictus atque fugæ, tũ primum in senectute experientiã captantẽ. Is tũ etiam cogitãs ex quot certaminibus bellísq; hora vna amisisset auctã gloriã atque potentiã, quibus paulò antea tot armis, tot equis, tot classibus septus fuerat, abit ita tenuis nudúsq;, vt in quirẽtes planè lateret hostes. Larissam trãsgressus, vt ad Tẽpe peruenit, se in ora prosternẽs, sitibũdus è fluuio hausit: indéq; exurgẽs, per tẽpe graditur quousq; ad mare delatus est. Hîc in tugurio quodã piscatorio p reliquã noctis partẽ cùm quieuisset, circiter diluculũ cymbã fluuiale ingressus est, assũptísq; in ea qui eũ sequebãtur ingenuis, seruos iussit ad Cęsarẽ ire, nihilq; timere: deinde iuxta litus delatus, permaximã nauẽ onerariã inspicit, solui iã iã paratã. Huius gubernator

Põpeÿ fuga.

152

153

154

Rõ

Romanus erat,homo haud nimiùm pompeio cõsuetus, sed aspectu notus,Petitius nomine.Huic proxima nocte obtigerat per quietem Põpeium vidisse, non quẽ sępius aspexerat,sed humilem,mœstúmq; secũ colloquentem.Quod nautis,que madmodũ de huiusmodi rebus sermo fieri solet inter homines otiosos, vix narrauerat Petitius,cũ extemplo nautarum quis se videre inquit fluuialem scapham à littore adremigare,præterea quosdam vestem excutere,manúsque ad se protendere.Subsistens igitur Petitius confestim pompeium qualem in somniis viderat,agnouit.Genas inde percussus,nautas iussit scapham excipere, dexteráq; protensa, Põpeium appellat,iam ex gestu percipiẽs infelicitatem, vi-
355 ríque mutationẽ.Nullis deinde precibus factis,nullo acto colloquio,sed susceptis quoquot cum ipso adire pompeius iusserat(Lentuli quippe vtrique aderant ac phaonius)nauẽ soluit,Susceptus & parũ pòst rex Deiotarus est, * in littore certare cognitus.Cęterùm,cùm cœnæ tẽpus affuisset,& apparauisset gubernator,quæ tum aderant,vidẽs phaonius põ peium absque seruorũ ministerio seipsum abluere,procurrit,eúmque abluit,vnxítque. Deinde in posterum ei sedulò esse, eíque seruire quẽadmodum serui dominis vsque ad pedum purgationem,cœnæq; apparatũ,haud destitit.Vnde liberalitatem ministerij nudi,ac synceri aspiciens quis,O, inquit,genorosis quã decora sunt omnia.Sic ergo præter Amphipolim nauigans,ad Mitylenẽ transiit,optãs Corneliam, filiúmque inde suscipere . Cùm insulæ hæsisset iuxta littus, ad ciuitatem nuntium mittit,non qualem expectabat Cornelia pro his,quæ ob gratiam scripta,nuntiatáque sibi fuerant:sperabat enim ex bello apud Dyrrachium gesto opus pompeio tantum vnum supereſſe,Cæsarem fugientem per-
356 sequi. In quibus eam obuersantem comprehẽdit nũtius, qui salutare eã minimè compos,sed plurima malorúmque maxima lachrymis magis,quã verbo exprimens , festinare ipsam iussit,si pompeiũ aspicere optaret,naui,sola eáq; alic na inuectũ.Hęc cũ Cornelia audisset terræ sese strauit,mul támque in horã amens mutáq; iacuit.Pòst vix cõpos mẽtis cũ facta esset, nosséteq; idtẽpus nõ querelarũ nec lachryma rum esse,per vrbẽ ad pelagus procurrit.Põpeio inde obuiã ei facto,eáq; vlnis susceptа sordida,terræq; illabẽte,Video, inquit,vir,non tuæ fortunæ opus,sed meæ,vna te naui vehi,

*ἀπὸ γῆς ἀμελῶ μενον.

Vnctio ante cœnam.

qui

qui ante Corneliæ nuptias quingẽtis nauib.hoc adnauiga- ,,
bas pelagus.Quid me inspicere profectus es?Quid me inui ,,
sæ non liquisti fortunæ , quę, teipsum clade tanta impleui? ,,
quàm felix quippe fuissem mulier,si ante publij obitũ , cui ,,
viridis sponsa fui,vitam amisissem.Innocẽs post illum,quẽ
admodum preces optarunt , mori debui, sed pompeio Ma- 157
gno,vt misera fierem,seruata sum. Hæc Corneliam dixiſ
se aiunt.Quibus pompeius, Vnam quippe fortunã,respon ,,
dit,Cornelia,meliorẽ,quæ te æquè decepit,agnouisti.quòd ,,
ea me per maius tempus,quàm mores eius sint,expectauit. ,,
Sed & ista homines ferre oportet,fortunámq; etiam experi ,,
ri.Non enim desperandũ est ex his cladibus illam ereptură
virum in hæc infausta præcipitatum.Cæterùm Cornelia ser
uitia,pecuniásque è ciuitate petitas nacta est.Mitylenæi põ
peio salutato,ad vrbem eum ingredi petiuere enixius, qui-
bus non annuit,sed eos victori parere suasit,ínq; eo fidere:
clementem,æquúmque esse Cæsarem inquit.Inde ad Cra-
tippum philosophum versus(descẽderat enim ille è ciuitate
desiderio põpeij)post querelas breuia de prouidẽtia intulit.
A quibus subterfugiens Cratippus, cũ ad spem mitiorẽ ad-
duxit,ne austerus,néue cõtradicẽdo minoris mœstitiæ cau-
sa illi fieret. Interrogabat enim pompeius de prouidentia, 158
illéque contra ostendebat ob reipub.mala in monarchiam
res Romanas labi oportere.Deinde quomodo, inquit,pom
pei,quóue signo asserimus melius tecũ fortunam egisse , si
Cæsaris victor fuisses?Sed hæc quidem mittẽda sunt,quóue
etiam modo se deorum facta nunc habeant . Põpeius susce-
pta coniuge,amicísque nauigat,sese figẽs in locis hærénsq;
ad aquandum,commeatúmque captandũ cõmodis. Primă
autem ciuitatem Attaleã pãphyliç ingressus est post eius fu
gam,vbi triremes quædam sibi obuiam è Cilicia aduenere,
militésque hîc quidã aggregati sunt,præterea iterũ ordinis
senatorij viri sexaginta.Inde audiẽs classem adhuc sospitẽ
esse,Catonémque militibus multis ab se collectis in Aphri
cam traiicere , lamentatus cum amicis est , seipsum incu-
sans , quòd inuitus cum peditatu concurrisset, quódque va
lidiores copias absque pugna nulla in re amisisset,quódque 159
classem nullo statuisset in loco , vt, si aduersa terrestris pu-
gna fuisset,extéplo maritimas vires,copias,robúrq; tam in
gens cõtrà oppositurus esset.Nullũ enim pompeij maius crimen,

neque Cæsaris strategema melius fuit, quàm id prælium à
maritimis abstraxisse auxiliis: nihil tamē minus coactus ob
præsentem rem quid decernere, ageréque, ciuitates circum
nuntiis solicitat, quasdam ipse accedit, pecunias perquirés,
supplementúmque ad naues. Cæterùm hostis ingenium ac
celeritatem extimescens, ne apparatu præriperetur inuasus,
abscessum, fugámque præmeditatur. Prouinciarū nulla tu-
ta cognita est fugæ, viris animo cuncta euoluētibus. Regio
num Pompeius ipse asserebat Parthicam impræsentiarum
ad se suscipiendum aptissimam esse, eámque se perfragilem
recreare, iterúmque erigere posse, plurimísque copiis in ho-
160 stes armare. Alij in Africam ad regem Iubam mentem in
clinauere. Theophani Lesbio insanum quiddam videbatur
Aegyptum linquere, trium dierum nauigatione absentem,
Ptolemæúmque non adire, ætate quidem puerum, sed bene-
uolentia beneficiisque à patre susceptis Pōpeio obnoxium.
Insanum præterea visura est se Parthis cōmittere generi in-
fido, viróque Romano quondam affini, apud quem si secun
da pati posset, cęteris prior haberetur, nō fidere, eiúsque mo
destiam experiri nolle, ac Arsacem magis dominū sibi con-
stituere, qui Crassum viuētem ferre non potuit. Deinde ini
quum censebat cōiugem iuniorem ad barbaros duci è Sci-
pionis genere ortam, qui cum contumeliis ac impudicitia
æquè licentiam metiuntur. Si enim hæc non patiatur, dum-
modò pati posse videatur, pergraue est inter eos ipsam ob-
uersari, qui facere iniuriam posse videantur. Hoc solùm (vt
aiunt) Pompeium ab itinere Euphratis auertit: siquidē Pom
peij ratio, nō fortuna ipsa iter illud animaduertisse potuit.
161 Igitur, vt decretum est in Aegyptum fugere, è Cypro tri
remem Seleuciæ cum coniuge soluit. Comitum hi in lon-
gis pariter nauibus, alij in onerariis simul vehi. Pelagus hinc
tutò præteriit. Audiens inde Ptolemæum apud Pelusiū cum
exercitu esse, aduersus sororem bellum gerentem eò erigi-
tur, nuntio ad regem exorandum præmisso. Ptolemæus per
nimis erat iuuenis, sed qui regnum administrabat Pothinus
senatum primorum coegit. Erant enim hi primi, quos ipse
volebat, quibus coactis, quid quisque sentiret, dicere iussit.
Graue quippe tū fuit de Pōpeio Magno cōsulere Pothinum
eunuchū, & Theodotū Chium præceptorem in facultate o-
ratoria mercede conductum, Achillámq; Aegyptiū. Excel-
lentis

lentissimi hi quidem consultores inter cubicularios cæte-
ros alumnosq; tum erat. Pōpeius horū decretū anchoris insi
xis iuxta regionē innixus expectabat, indignus quippe ob
salutis gratiā Cæsari deberi. Aliorū sentētiæ inter sese ita 163
diuersæ prolatæ sunt, vt hi Pompeium expelli iuberent, hi
pulchrū dicerent virū suscipi. Ad quæ Theodotus eloquen-
tiæ vim ostentans, neutrū satis tutum fore demonstrauit. Si
enim susceptissent, se Cæsarē hostem habituros, Pōpeiúmq; Mortui nō
dominū aiebat. Si repulissent, cum Pompeio eiectionis cri- mordent.
men subituros, Cæsari causam persequutionis præbere: o-
ptimū itaq; esse virum accitum occidere. Beneficium enim
inquit hinc Cæsari sese allaturos, meritúq; Pōpeij sese libera
turos. Addidit præterea subridēs (vt aiunt) hominē mortuū
nō mordere. Hæc cùm decreuissent, Achillę facinoris cura
mandata est. Hic Septimiū quendā sub Pōpeio duce quon 164
dam tribunū militum & Saluium centurionem cùm assum
psisset socios: præterea tres aut amplius quatuor satellites,
puppim ad Pompeium mouit, ad quē tum è suis connaui-
gantibus primi, præstantiorésq; omnes descēderant, vt rem
euentúmque inspicerent. Hi ergo, vt classem non regiā, nō
cultā, non iuxta Theophanis spem Pōpeium recipiendum
viderunt, sed paucos admodū homines vna in scapha adre-
migare, cōfestim id vilipendiū habuere suspectum, Pom-
peiumq; admonuere, vti nauem in interius ageret pelagus,
donec extra periculū esset. Interea scapha iā, cùm propior
esset, præueniens Septimius surgit, Romanóq; eloquio Pō-
peium imperatorē appellauit. Achillas Pōpeio græcè salu-
tato, ipsum admonet in scapham cōscendere: limum enim
esse quamultū inquit, nec profundū, quod triremi ad naui-
gandū suppetat, eū mare perarenosum sit. Vix hæc dixerat,
cùm naues quasdā regias instructas aspexere, littúsq; ab ar
matis obtineri, vndē cuncta fore inuia ad regressum cogno
scebantur. Præterea ob abscessum erat & percussoribus ius,
perstare in scelere infidelitatis atque nequitię persequēdæ.
Cornelia ergo, quæ iā viri sinē lamētabatur, Pōpeius cùm 164
vltimo cōplexus esset, duos cēturiones in scapham ingredi
iussit, & ex libertis vnū Philippū, seruúmq; Scynē nomine.
Inde cùm Achillæ comites dextris eū susciperé apparārent,
ad vxorem filiumque versus, Sophocleum illud iambicum
protulit, Quisquis domum tyranni proficiscitur, fit illius

ser

seruus, licet liber siet. Hæc postrema ad suos locutus scapham ingreditur. Continuò inde spatio à trireme ad littus interpositio, vt vox nulla pia humanáq; inter nauigandũ ad ipsum est facta, ad Septimiúmq; inspiciens, Non ego te, inquit, commilitonem quondã meum agnosco? ille nulla salutatione data, nullóq; grato colloquio, tantùm capite annuit. Deinde cùm iterum multum fieret silẽtium, Põpeius paruo in libello orationẽ ab se græcè præscriptã ad Ptolemæũ oratorus legere incepit. Vt littori propius fiũt, Cornelia quę in triremi Põpeij anxia erat, finẽ tacitè animaduertens, cùm multos aspexisset ex regiis descẽdere, veluti ob gratiam salutésq; viri conuenisset, fidere incepit. Inter hæc Põpeius cùm philipi fortè manũ apprehendisset, vt facilius surgeret, Septimius tergo instãs, prior ense eũ transfigit, inde post eum Saluius, póstq; Achillas gladios nudauere. Põpeius vtraq; manu toga super fronte obducta, nihil seipso indignum aut locutus est, aut fecit: sed tãtum suspirãs se ictibus præbuit, LIX annos natus, vitámque claudẽs die natalem suũ insequenti. Qui in nauibus erant, vt aspexere cædẽ, vlulatu ad littus vsq; emisso, anchoris celerrimè eductis effugêre. In pelago altius petito, ventus adeò vehemẽtior flauit, vt ab Aegyptiis persequi satagentibus auerterentur. Cęterùm põpeij caput humeris vulsum, reliquum verò corpus è scapha nudum in littus eiecere, ac in spectaculum cuiusq; reliquere. Iuxta autem id permãsit Philippus, quousq; astantium oculi abundè implerentur. Is postea mari ipsum cùm circumabluisset, quadã suimet tunica id circunuoluit. Deinde cùm cæteris caruisset, littore circuinspecto, reliquias paruæ scaphæ reperit, veteres quidem, sed quæ corpori nudo satis essent, quæúe necessariam pyram integro totóque cadaueri haud prebuissent: hæc cùm afferret ille, struerétque, homo occurrit Romanus ætate iam senex, quíue primas militias quondam iuuenis cum Pompeio simul peregerat: hic quis homo, inquit, es qui magnum tumulare Põpeium accingeris? respondẽte illo, se libertum esse: sed nõ tibi vnico, dixit, hoc decus obtinget, at me huius piisimæ sortis in partẽ habebis, ne in omnibus peregrinationẽ meã pro multis miseriis cõquerar. Huic ergo cũoccurrerim, palpare me sinito, manibúsq; meis circũinuoluere maximũ Romanorũ omniũ imperatorem. Sic tumulatus Pompeius est. Postera verò die L. Lentulus horum ignarus è Cypro nauigans iuxta litus vectus, vt funereã pyram inspexit, Philippumq; iuxta insidẽre, nondũ eo ab aspectu cognito, Quis vtiq;, inquit, fatis hîc peractis quiescit? parumperq; amens factus, ductis pòst suspiriis, fortè, inquit, tu hîc es magne Põpei. Deinde paulùm cùm descendisset, comprehensus obiit. Hic magni Pompeij finis. Cæterùm non multò pòst Cæsar in Aegyptum perturbatã prouinciã profectus, afferentẽ Pompeij caput, vt scelus execratus est, oculosq; ab ipso auertit: gemmam verò Pompeij, cùm suscepisset, illachrymauit: eius gemmæ signum erat ensifer leo. Achillam autẽ, atq; Pothinum iugulauit. Ipse rex pugna victus, iuxta fluuium euanuit. Theodotus sophista Cęsaris supplicium euasit. Aegyptum enim cùm effugisset, humili, miseroq; in gestu perrauit odij metu. M. Brutus is, qui Cæsarem occidit, eum apud Asiam inuentum comprehendit, omniq; cruciatu afflictum trucidauit. Pompeij reliquiæ ad Corneliam delatę, apud Albanum positæ sunt.

Interitus Pompeij.

165

166

167

COMPARATIO AGESILAI ET POMPEII.

SIC vitæ sunt, discrimina nunc percurramus. Primùm ad istam potentiam, gloriamq; Pompeius integritate peruenit, Syllæ patriam tyrannide liberanti, præclaris in rebus amicus. Agesilaus dum ad imperium contendit, nec fas, nec ius respicit, pulso Leotychida, velut notho, quem filium frater Agis legitimum declararat, voce numinis contempta, quæ claudum regno prohibebat. Iam Pompeius Syllam & viuentem coluit, & mortuum venerabatur, corpore ipsius à Lepido per vim extorto, & Fausto filio in generum accito. Agesilaus contrà, leui causa contumelia Lysandrum affectum reiecit. Quanquam non minus in Syllam Pompeius contulit beneficij, quàm accepit: cùm Agesilaum Lysander & Spartæ regem, & Græcię fecerit imperatorem. Circa rempublicam, legesq; quæcunque transgressus Pompeius est, pleraq; Cæsaris & Scipionis coniunctorum necessitate commisit. Agesilaus verò Sphodriam, ob Athenienśium

168

169

iniuriam capite plectendum, filij amoribus indulgens iudicio subtraxit. Phœbidam, Thebanum fœdus violantem, eadem causa palàm & enixè defendit. Summa quicquid iniuriarum Pompeij in suos est pudore inscitiáue susceptum, hoc vniuerso Spartanos hic per iram & ambitionem affecit, graui Thebanorum bello moribus istis susceitato. Quòd si tribuere quid in his erroribus fortunæ licet, conijcere Pompeij fortunam poterat nemo, cùm Agesilaus Lacedæmonios, quòd regnum claudum præuidebant, suffugere non pateretur: haud defuit enim Leotychidæ, sexcenties licet illegitimus, & regno alienus argueretur, quin Eurytioni genuinum regem Spartæque prout oraculum iussit, rectipedem ducē exhiberet, nisi propter Agesilaum Lysander oraculo tenebras offudisset. Ei verò quòd de Leuctricæ pugnæ desertoribus respondens, quiescere leges eo die iussit: simile ne Pompeij quidē, tam expromptum
170 in republica factum vllum habemus. Contrà enim, ne his quidem legibus, quas ipse tulit, teneri Pompeius volebat, quoties ostentare potentiā libuisset: ille verò legum quas inuiolatas esse iussit, pro ciuiū salute soluendarū viam talem inuenit, qua nec reis illæ nocerent, nec si non noceant, soluerentur. Cui facto etiam hoc inimitabile connumeremus, quòd mandatū patriæ cùm primùm accepit, inchoatā per Asiam negotia momento linquens, abiuit, non quemadmodum Pompeius iis modò rebus, vnde gloriam aucuparetur, patriam iuuans, sed hanc propositam solam habens, tantam potentiam, gloriamq; dimisit, quantā nemo pòst, priúsve Alexandro habuit excepto. Sed iam bella & expeditiones conferamus: equidem tropheorum numero, viriúmve multitudini, quas Pōpeius cumulauit, aut multi-
171 tudini prælioru, quibus victor toties fuit, ne Xenophōquidem ipse, puto, victorias Agesilai collaturus fuisset, præter cæteras licet pręclaras naturę dotes, hoc illi peculiare cōcessum sit, quid libet de hoc viro scribere, dicereq; posse. Plurimū autē illa in hostes clemētia differre videntur. Nam hic quidē, dū subiicere Thebas, Messenā excindere vult, illam gētis totius matrē, hanc solā tum patriæ superstitē, parum abfuit, quin Spartam amisisset, certè principatu Grecorum excidit: ille verò piratis etiam, supplicibus modò, habitandas vrbes dedit. Tigranem triumpho destinatum, so-

cium

cium adiunxit, æternam, quàm vnius diei memoriā malle dicens. Quòd si primas imperatoriæ virtutis, summis tantùm belli casibus tribuere par est, longè post se Lacon Romanum relinquit, vt qui LXX. millibus hostium patriam inuadentibus, nec reliquit, nec destituit suos paucos licet armatos habens, & eos haud pridem ad Leuctra victos. Pompeius verò, Cæsari quinq; tantùm millibus & trecen- 172
tis vnum Italiæ oppidum occupanti, statim vrbe cessit, seu metu tam paucos illos ignobiliter formidās, seu falsò plures esse coniectans. Ad hæc suis tantùm liberis, vxoreque coniunctis omnium verò cæterorum desertis fugitabat: cùm vel pro patria pugnando vincere, vel meliori, ciui pręsertim & familiari, cedere decuisset. Nunc verò cui prorogare prouinciam, decernere consulatum graue putabat, eius voces, dum vrbem prodidit, audire necesse fuit, cùm victor diceret, Tribunum & cæteros omnes captiuos esse sibi. Quod igitur maximum boni ducis officium semper fuit, vt ii viribus superior sit, ad prælium hostē compellat, 173
sin inferior, vt ne cogi possit, procuret: hoc Agesilaus strenuè seruans, inuictum sese dedit. Similiter Pompeium Cæsar, quà fuit inferior, ne quid is incōmodi daret, fugiebat: quà superior erat, sic illum adortus est, vt semel terrestri prælio congressum, de rebus omnibus coegerit periclitari, opum, fori, maris, ista peruicacia momento potitus, quas illæ res æquè sine prælio retinere potuisset. Quod factū si quis excusare pergat, magis dignum reprehensione facit. 174
Iuuenem enim tumultu, & clamoribus euictum cōmoueri, & à proposito certo concedere, vt verisimile, sic est venia dignum: Pompeium vero magnū illum, cuius exercitum patriam Romani, castra senatum, huc quisquis non confugisset, proditorem vocabant, penes quem vnum imperium esset, cuius ductu semper res præclarè cessissent, quis ferat eum Phaonij & Domitij scōmatis,* Agamemnon scilicet ne vocaretur, tantùm nō coactus, omne pro libertate, principatuq; periculum susceptum neglexit? Qui si subitarum rerum assiduas vices cogitasset solùm, principio statim pro patria pugnādo sese opposuisset, nec turpe putasset, si fuga Themistocleo consilio susceptā, paululum in Thessalia cunctando subsisteret. Neque verò stadium hoc, hoc theatrum, Pharsalios inquā campos, pro imperio decernētibus

* μὴ ἵνα μὴ ἀγαμέμνων λεγηται, παρὰ ἐλάχιστον, ἐκβιασθέντα τὰ περὶ τὴν ἡγεμονίαν καὶ ἐπουσίαν ἀναρριψαι κινδυνον.

sic ostenderat deus, vt velut præconis voce ad congressum citatus, vel prodire, vel alteri coronam cedere necesse foret: sed multos campos, vrbes innumerabiles, terrā vniuersam, opportunitas maritimæ rei præbebat, imitari modò Maximū illum, Mariúmve, aut Lucullum, aut Agesilaum ipsum deniq; voluisset. Nam is haud minores Spartæ tumultus, Thebanis, vt pro regione certaret, prouocantibus, toleranit: calumniarum & reprehensionis in Aegypto plurimùm subiuit, stultum regē ferendo, & quiescere iubēdo, dum exequi rectissima consilia posset, vnde non solùm inuitos Aegyptios, Spartamq; ex tanto rerum discrimine tutam seruauit, sed trophęum etiā victis Thebanis intra mœnia erexit, nō aliunde victoria parta, quàm quòd ad certum
175 exitum hortantibus se non obtēperasset, à quibus laudem postea seruatis ingentē reportauit, cùm Pompeius eosdem, quibus incitantibus obsequutus est, errorū suorum graues habuerit insectatores. Tametsi deceptū quidam à Scipione socero putent, cùm is allatam ex Asia pecuniā interuertere conatus prælium maturaret, tanquam nullo ad protrahendum bellum sumptu iam amplius suppetente. Quod vt verum sit, nihil moueri tamen debuit imperator, aut rationibus falsis ad prodendum tantas res induci. Hactenus hæc ita habent. In Aegyptum verò fuga coactus ille venit: hic nec coactus, nec honestè satis, quippe qui pecuniam, vnde bellum Græcis inferret, inter barbaros corrogaturus erat. Deniq;, quæ res meritò propter Pompeiū Aegyptiis obiiciuntur, easdē isti obiiciunt Agesilao. Nam eorum ille perfidia periit, circunuentus, quibus sese credebat: hic fidem suam sequutos destituit, secessione à sociis ad hostes facta.

Alexander Magnus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 REGIS Alexandri Cæsarisque, qui Pompeium profligauit, vitam in hoc volumine scribere orsi, ob propositam rerum gestarum magnitudinem nihil aliud, quàm excusationem lectori præfari visum est, vt si amputatis plurimis, haud vnamquanque rerum famosissimarū in numerum explicamus, ne nos cat

pat: quippe cùm nō historias, sed vitas perscribere in animo sit. Præterea non vsquequaq; clarissima gesta virtutē, flagitiaq; declarant: verum exigua persæpe res, ac verbum, locusq; quispiā, mores magis aperit, quàm hostes infiniti prælio cæsi, ingentes acies, & oppida oppugnata. Quemadmodum igitur pictores neglectis cæteris partibus, ex facie ac vultus forma, vnde morū indicium extat, similitudines capiunt: sic & nobis indulgendum est, vt animorum signa ineamus, per ea vtriusq; vitā significantes, eorum amplitudines, ac res bellicas aliis relinquentes. Porrò credendū est, 2
paternum Alexandri genus ab Hercule per Caranum, maternū verò ab Aeaco per Neoptolemū extitisse. Philippus cùm adolescens esset, vnà cum Olympiade in Samothracia sacris se initiasse traditur, quā puellā parētibus destitutam adamarat, eamq; Arybba fratre consentiente, cōnubio sibi coniunxisse. Illa igitur desponsata, ante eam noctē qua in cubiculo se viro cōmiscuit, existimauit facto tonitru sibi in vterū fulmen illabi, ex cuius ictu cùm magnū emicuisset incendiū, postea in latè diffusas flammas abiit. Philippus quoq; post nuptias per quietē visus est coniugis aluo insignem affixisse bullam, cuius sculptura, quēadmodū is existimauerat, leonis habebat imaginē. Ob quod somniū, cùm cæteri quidē coniectores attentiori custodia obseruandam esse Philippo coniugē interpretarētur, Aristander Telmeseus grauidā esse mulierē affirmauit: haud enim solere vacuis sigilla rebus affigi: animosum quoq; & leonis naturā præditum infantē paritūrā. Quondam iuxta dormientis 3
corpus Olympiadis draco accubuisse conspectus est: quæ res amorē, charitatemq; Philippi vehemēter extinxisse dicitur: adeò, vt illius persæpe cōcubitus euitauerit, siue aliquas magias & veneficia reformidās, siue illius consuetudinem & contuberniū cuiquā deo ex quadā religione permittens. Alij sunt, qui de hisce rebus sic perhibeāt. In ea regione mulieres vniuersas, quas Dodonas ac Mimallonas cognominant, ex vetusto ritu Orphei ac Bacchi numinibus afflatas, multa sicut Edonides, & quę Aemi rupes incolūt Threscæ, perpetrare, à quibus Thresceū, hoc est, deos amplè sedulóq; venerādi nomē exortū videtur. Olympias hisce afflari numinibus auidissima, eorū solēnia sacra horribiliori quodāmodo atq; barbarico producebat. Ad thyasos enim 4

Iustinus in fine duo decimi.

eximiæ magnitudinis & mansuefactos quidē trahebat an-
gues, qui multoties per hederas & mystica illabentes vēti
labra, fœmineósq; thyrsos atq; coronas amplexi, viros ter
rore simul ac stupore afficiebāt. Philippus autē, cùm pòst
illā causa Chæronem Megalopolitanum Delphos misisset,
hoc à deo relatū est oraculum: Iubere eum Hāmoni rem
diuinā facere, & hunc in primis deum venerari, ipsum ex
oculis alterum amissurum, quo in draconis formā coneu-
bantē deum Olympiadi per ianuæ rimā aspexerat. Olym-
pias quoq; (sicut inquit Eratosthenes) soli proficiscenti in
expeditionem Alexandro genituræ detexit arcana: proin-
de dignos genitore animos fouere iussit. Alij tradūt ipsam
id deuitasse, ac dicere solitam, Non desinet Alexander in-
uisam me Iunoni facere. Natus igitur est Alexander circa
5 idus Augusti. Ipso natali die templū Ephesiæ Dianæ cōcre
matū est, sicut Hegesias ille Magnesius vociferatus est: cu-
ius adeò truculēta extit inclamatio, ac frigida, vt ipsum ex
tinguere debuerit incendiū. Iure enim Dianæ tēplū arsisse
aiebat, quæ in Alexandri ortu obstetricando fuisset occu-
pata. Vniuersi verò magi ac sacerdotes Ephesij alias per
hoc incendiū portendi calamitates præsagientes, percussā
facie vociferantes discurrebant, ea die magnam Asiæ pestē
simul ac permiciē exoriri. Eodē ferme tēpore cùm Philip-
pus Potidæā cepisset vrbē, terni ad eū simul afferuntur nun
tij, & Illyrios ab eius duce Parmenione ingenti prælio pro
fligatos, & suum ad Olympia victorem equū extitisse, ter-
6 tius natū Alexandrū esse. Quas ob res lætū Philippū vates
magis ac magis ad spem erexere, quòd infantem tribus or
tum victoriis, insuperabilē futurum affirmabant. Corpo-
ris staturam egregiè à Lysippo factæ declarant imagines,
Val. Max. lib. 8. c. 11. à quo solo dignū duxit effingi. Eum multi cùm amici, tum
successores posterius sunt imitati. Ceruix quidē ad læuam
paulùm acclinatior: humectātes etiā oculos mirificus ille
artifex diligenter conseruauit. Apelles autē cùm fulmē ge
stantem pingeret, haud colorē imitatus est: siquidē fuscū &
facie sordidum fecit, quem colore candido fuisse perhibēt.
Mistus candori rubor vultum ipsius ac pectus illustrabat.
In Aristoxeni commentariis legimus, eius membra atque
os tam suauissimum odorem exhalasse, vt & interiores tu-
nicæ mirabili fragrantia complerentur. Cuius rei causa
forta

fortasse fuit, quædā corporis tēperies innato calore feruē-
tis. Cū enim (vt Theophrastus æstimat) humor à vapore di 7 ὑφ' τοῦ πυρὸς
geritur, suauis gignatur odor oportet. Eapropter aridaatq; ὀσμήν.
torrida orbis terrarū loca, plurima & præstantissima ferūt
aromata. Sol enim putredinis materiā humorē exhaurit,
qui rebus abundat extrinsecis. Alexandrum ab ipso calore
corporis bibacem iracundumq; fuisse constat. Eius adhuc
adolescentuli effulsit modestia, qui cùm cæteris quidem in
rebus exertus propensusq; ferretur, ad corporis voluptates
continens atque immotus omnino perstabat, eas multa cū
temperantia attingens. Honoris cupidus, præter ætatem
grauitatem quandam, & animi magnitudinem sapiebat.
Non enim qualibet ex re omne gloriæ genus, quemadmo-
dum Philippus, affectabat, qui dicendi vim à sophisticis cō
parabat ornamentis, tum curules Olympiorum victorias
numis insignibat. Cùm ex æqualibus nonnulli ex eo per- 8
contarentur, ad Olympicum nunquid stadium libens de-
certaret (plurimùm enim pedū celeritate pollebat) Libens
equidem, inquit, si decertaturos mecum reges habiturus es
sem. Is autem quanquam ab omni prorsus athletarum ge-
nere auersum alienatumq; habuisse videatur animum, plu-
rima tamen nō tragœdorum modò, tibicinum ac citharœ
dorum, verumetiam heroicorum vatum edidisse certami-
na traditur, venationes item multifarias, & clauarum pu-
gnas, Pugilum verò & pancratiastarū spectacula non ma-
gno studio curauit. Olim cùm fortè absente Philippo lega
ti à Persarum rege venissent, eos cùm hospitio, tum consue
tudine captos, iucundissima sibi familiaritate coniunxit,
admirantes quòd is nihil aut puerile, aut humile scisci tare-
tur: verùm aut viarum longitudines, aut superiorum mo-
dos itinerū sedulò perquirebat, multa nunc super rege qua-
lis in hostes esset, nunc super Persis, quæ vires, aut quæ es-
set potentia rogitabat. Quas res admirati legati, & latè 9
diffusam Philippi grauitatem nihil præ huius pueri alacri
tate ac magnificētia ducere. Quoties à Philippo, aut nobile
quoddā captū oppidū, aut memorabili prælio parta victo-
ria nūtiabatur, haud magnopere lætabatur: cæterū ad suos
aiebat æquales, Omnia, ò pueri, genitor occupabit, itavt ne
vobiscum grande vllum ac insigne facinus ostentare mihi
sit reliquum. Non enim ipsum vlla illecebrarum aut pe-

cuniæ,sed sola virtutis ac glorię cupido tenebat,quoq; m a
iores à patre facultates acciperet, eò se minora gesturum
existimabat. Quocirca crescente dominio,regendarũ rerũ
exhaustã sibi materiã ratus,non opes,non deliciarum vsus
verùm certamina & pugnas ardebat,& vnde sibi gloriam
10 compararet,principatum affectabat. Quamobrem ipsius
Leonidas Alexandri alumnus. cura cõpluribus(vt par erat)nutritoribus, pædagogis, ac
præceptoribus mandata. Præerat vniuersis Leonidas, vir
cùm morum seueritate conspicuus,tum Olimpiadi neces-
situdine iunctus.Is cùm pædagogiæ nomen honestũ alio-
qui atque clarissimũ abhorreret,à cæteris cùm ex hominis
dignitate,tum verò ipsa necessitudine,alũnus ac dux Ale-
Lysimachus pædagogus. xandri vocabatur.Lysimachus autem natione Acarnan,&
re & nomine pædagogus erat.Qui cùm nihil aliud vrbani
tatis haberet,nisi quòd se Phœnicem, Alexandrum Achil-
lem,Philippum verò Peleũ nuncupabat,amabatur,& iam
secundũ proinde sibi locum vendicarat.Inde cùm Philoni
Bucephalus Alexandri equus. cus Thessalus Bucephalum Philippo tribus ac decem talen
tis emisset,experiundi gratia ductus in campum equus fe-
rox admodum & rebellis visus est,vt qui neminem ex his,
qui circa Philippum versabantur, tergo sessorem admitte
ret,nec plaudentis vocẽ sufferret,cunctos passim reiiciés.
11 Id grauiter tolerante Philippo,equumq; perinde omnino
ac indomitum abiici mandante,Alexander cùm fortè ad-
esset,Qualem,inquit,equum negligunt,dum eo per impe-
ritiam ac mollitiẽ vti nequeunt?Quod dictum primò Phi-
lippus tacitus tulit.Eodem sæpius obloquente, ægréq; fe-
rente,Maiores natu increpas,ait,tanquã & prudentior, &
in hoc domando equo longè potentior?Tum ille, hũc sal-
tem,inquit,me commodius,quàm cæteri pertractaturum
affirmo.Cui Philippus:Sin id non feceris,quam pro hac in
solentia pœnam lues?Ego Iouem obtestatus, inquit, equi
pretium soluam.Sublato risu,simulac inter eos argẽti mo-
dus definitus est,festinabundus Alexander correptum ha-
benis equum cõtra solẽ cõuersum statuit: animaduerterat
12 enim equũ dum prolapsam ante se vmbrã agitari cõspice-
ret,perturbari. Inde ipso nonnihil molliter circunducto,
blandéque iuba manibus attrectata, vbi nihilominus ani-
mosum afflantemq; naribus cernit,reiecta sensim chlamy
de se iuueniliter attollit,equumq; securus ascendit. Quem

nullis

nullis fatigatum verberibus aut calce,cùm loris attractis
minas nihil curare,& magnopere cursum appetere cerne
ret,laxat habenas,& ipsum acrius vociferãs infestis vrget
calcibus.Tacitũ primò Philippum angebat solicitudo: vt
verò lætus,& gestiẽs versas retorsit habenas,cæterorũ qui-
dé ingens clamor insequitur, pater verò præ gaudio illa-
chrymasse traditur,descendentiq; caput osculans dixisse,
Aliud tibi par iam regnũ quære,nec enim te Macedonia ca
pit.Cæterùm cùm iam peruicacis Alexãdrũ ingenij,& ne
vi superaretur summopere contendentem cerneret, qui ta
men ad virtutem ratione facilè induceretur, persuadendo
magis,quàm imperando secũ agere nitebatur.In eo quoq;
commonefaciendo ac erudiendo paruã musicæ ac libera- 13
lium artium præceptoribus fidẽ habens,q; ei maiori qua-
dam opera ac diligentia,& (vt Sophocles inquit)fræno pa
riter, & clauo multiplici opus existeret,accersit cunctorũ
illustrissimum & clarissimum & doctissimũ philosopho-
rum Aristotelem,pulchra quidem illi, & pro ipsius digni-
tate disciplinæ pretia constituens. Destructam enim ab se
Aristotelis vrbem Stagiram exædificauit,ciuesq; tum dis-
sipatos,tum seruos restituit.Eis igitur scholam ac gymna-
sium in Nympheo circa Miezam oppidum assignauit,vbi
vsq; in nostram ætatem Aristotelis sedes marmoreæ,vm-
bracula,& deambulationes visuntur. Constat autem Ale-
xandrum non ethicæ tantùm ac politicæ, verumetiam oc-
cultæ magisq; arduæ disciplinæ præcepta comparasse,quã
peculiariter contẽplatiuæ cognitionis scientiam appellã-
tes,haud multitudini impertitam edocebant. Etenim cũ 14
iam Alexander transisset in Asiam, & nonnullos de hisce
rebus ab Aristotele libros editos accepisset, ad eum quan-
dam de philosophia paulò liberius scripsit epistolã, cuius
hoc extat exemplum. Alexander Aristoteli felicitatem. *Gellius lib. 2. cap. 3.*
Haud abs te rectè factum est,quòd speculatiuas edidisti di
sciplinas.Qua enim in re cæteris iam nos præcellemus, si ,,
ea quibus eruditi sumus studia omnibus cœperint esse cõ- ,,
munia?Mallẽ enim singulari disciplina,quã potestate prę- ,,
stare. Vale.Hãc gloriæ cupiditatẽ ita consolatur Aristote- ,,
les,vt qui eos libros editos perinde ac nõ editos excusaret.
Et profectò Metaphysicorũ opus cùm ad docendũ, tum ad
perdiscendũ nihil vtilitatis habẽs,his qui ex initio eruditi

sunt,exemplar quoddam perscriptũ est. Aristoteles autem Alexandri gratia præcipuũ medicinæ studiũ operamq; dedisse videtur. Eius enim artis nõ solùm contẽplandæ studiosus extitit,verumetiã ægrotãtibus amicis opem attulit & remedia quædam ac ciborum obseruationes instruxit, sicut ex ipsis percipi licet epistolis. Idem & discendi,& legendi cupidus,Iliadem quam rei militaris viaticum existimare ac appellare solebat, Aristotele exponẽte perdidicit, eam semper vnà cum pugione sub puluino iacentem (quẽadmodum Onesicrates tradit)tenere solitus. Cùm in superioribus locis librorum copia sibi deesset, ea causa dimisit Harpalũ,à quo Philippi codices,multas Euripidis,Sophoclis,& Aeschyli tragœdias accepit, præterea Telestæ,& Philoxeni dithyrambos. Principio Aristotelẽ summa prosequẽs admiratione dicere solebat,se illũ nõ minus, quàm genitorẽ amare:ab hoc enim viuendi, ab illo autem bene viuendi rationem,& causam se assequutũ. Posterius autẽ concepta de illo suspicio est,nullo tamen eum affecit incõmodo:verùm cùm vehemens illa iucunditas,& immensus amor remitteretur,alienati animi signa proferebat. Ille tamen ingenitus pariterq; innutritus philosophiæ zelus ardorq;,haudquaquam ex pectore dilabebatur. Cuius rei testimonio est,redditus honos Anaxarcho,& missa Xenocrati quinquaginta talenta. Item Dandamis & Calanus, quos studiosissimè coluit. Inde bellum aduersus Byzantios gerũ te Philippo, Alexandro tum sextumdecimũ ætatis annum agenti,rei Macedonicæ ac regni administratio relicta est. Tunc deficientes ab eo Megarenses prælio fudit. Capto mox oppido,expulsis vi barbaris mistos ad id habitandum induxit incolas,ciuitatem Alexandropolim appellauit. Ei quoque pugnæ,quæ contra Græcos gesta est in Chęronea, cũ copiis affuit,primusq; contra sacra Thebanorũ cohortẽ irrupisse dicitur. Hodie quoq; vetusta penes Cephisum quercus ostenditur,quã proinde Alexandri quercũ vocant quòd ibi castra posuisse fertur. Nec lõgè Macedonũ extat sepulchrum. Quas ob res Philippus summa erga filium, vt æquum est,beneuolentia affectus erat:quam maximè verò lætari,quòd Macedones Alexandrum quidem regem, Philippum autem imperatorem vocabant. Cæterùm cùm ex amore ac nuptiis Philippi domesticæ seditiones exorirentur

Iliadem Homeri Alexãder sub pului no tenebat.

tur,ita vt regia vxor, & cæteræ mulieres ægrè se inuicem ferrent,magnæ interius querimoniæ,iurgia, ac discordiæ versabantur,quas Olympiadis asperitas, zelotypia & animorum ferocitas augebat. Alexãdrumq; lacessebat. Aptissimamq; præsertim inter Cleopatræ nuptias inimicitiarũ causam adhibuit Attalus,quam cùm immaturã Philippus adamasset virginem,mox vxorem duxit. Auunculus enim puellæ Attalus ipso conuiuio temulentus Macedones exhortabatur,deos orarent, vt ad regni successionem legitimus ex Philippo,& Cleopatra crearetur hæres. Quare exandescens Alexander,O improbum caput,inquit,nos verò tibi nothi videmur? simulq; in eum raptum misit poculum. Insurgens inde Philippus contra Alexandrum nudato mucrone fertur:fauente vtrique fortuna,tum furore, tum vino,ictus inanis excidit. Tunc Alexander conuitiis ador tus,hic est ille,inquit,viri,qui ex Europa in Asiam transitum instruens, & ex toro in proximum transgressurus torum,pronus concidit. Post eam vinariam disceptationem, Alexander vbi receptã secum Olympiadem in Epiro reliquit,ipse in Illyriis obuersabatur. Ea tempestate Demaratus Corinthius hospes Philippo perquàm familiaris,ingenuam quandam dicendi præ se ferens audaciam ad eũ peruenerat. Quem post iunctas dexteras blandósq; sermones interrogante Philippo,quonam modo Græci mutuam inter se agerent concordiam,Tua minimùm interest,inquit, Philippe,Gręciæ curã suscipere,qui tot discordiis atq; calamitatibus propriam cumulasti regiam. Quocirca resipiscens Philippus Demaratũ misit, qui precibus Alexandrũ reuocauit. Inde cùm Pexodorus Cariæ præpositus per amicitiam inita cum Philippo societate, maiorem natu filiam Arideo Philippi filio coniugem dare concupiscereret,in Macedoniam misit Aristonicũ. Eam ob rem cùm amici, tum mater ingentes cum Alexandro seditiones, & colloquia serebant: Philippum enim splendore nuptiarum, & rerũ amplitudine ad capessendum regnũ Arideũ confirmare. Quibus rebus perturbatus Alexander, Pantomimũ tragœdiarũ Thessalum mittit in Cariam,qui Pexodorũ inducat, vt repulso Aridęo,qui & nothus sit, & minimè mentis compos,id secum matrimonium conficiat. Ea res Pexodoro longè magis,quàm prior est complacita. Id vbi Philippus sensit,

sensit, amicum quendam admodum familiarem ipsis Philo
tam Parmenionis filium secum assumens, cubiculū ingres
sus Alexandri illum acriter obiurgauit, & asperis carpsit
conuitiis, degenerē, & præsentibus indignum bonis appel-
lans, qui Cario homini, & barbari regis seruo se generū fie
ri affectet. De hinc ad Corinthios scribit, vt ad se vinctum
pedicis Thessalum mittant. Cæteros autem æquales, Harpa
lum, Nearchum, Phrigyum, Ptolemęum ex Macedonia coe
git excedere, quos posterius Alexāder reuocatos per sum-
mos habuit honores. Cæterùm cū Pausanias Attali & Cleo
patræ consilio constupratus, nullam assequi posset vltionē,
Philippum obtruncauit. Cuius cædis, vel maxima in Olym
21 piadem causa relata est, quòd furentem adolescentem ex-
Iustinus lib. 9. hortata, magis atque magis lacessisset. Nonnulla etiā Ale-
xandrū attigit calumnia, nam dum post id stuprum obuiū
sibi Pausaniam multa conquestum habuisset, illud Medeæ
iambicum protulisse traditur: Socerum simul maritumq;
ac sociam tori, Quinetiam consocios insidiarum perquisi-
tos pœnis affecit. Eo deinde foris absente, cùm Olympias
Cleopatram suis manibus crudelissimē necauisset, indo-
luit. Alexāder annos viginti natus plenum inuidia, & grauis
simis odiis ac periculis vndique circunseptum assequutus
est imperium. Nec enim vicinæ barbarorum prouinciæ, &
nationes modestè seruitutē ferebant. Auita verò dominia
patriosque principatus affectabant. Occupata enim armis
Græcia, Philippus nullum eius componendæ pacandæque
tempus nactus, cæterùm mutatis tantummodo perturbatis
22 que rebus & ingēti procella per insuetas nouitates fluctuā-
tibus, diem obierat. Ea tempestatis conditio cùm grauem
Macedonibus metum incuteret, opus esse censebant, vt Ale
xander Græciæ rebus omissis, vim nullis afferret, & barba-
ros qui ab eo desciuerant, per comitatem & clementiam ad
se reuocaret, nouandarū rerum initiis pro tēpore captatis.
Huic aduersatus sententiæ Alexander, regnum potius au-
dacia, & animi magnitudine tueri, & conseruare statuit. Si
quidenim excelsi, & elati animi remisissēt, mox se à cūctis
pessundatum iri. Itaque barbarorum motus ac bella cum
exercitu aduolans confestim ad Istrum vsque compescuit,
vbi Syrmum Triballorum regem commisso ingenti præ-
lio superauit. Postmodum cùm Thebanos ad defectionem
con

concitari, socioque illis Athenienses accepisset, per Ther-
mopylas statim copias adduxit, sese virum pro Athenien-
sium muris declaraturum dictitans, quem Demosthenes
puerum quidem dum Illyriis ac Triballis versaretur, mox 23
verò in Thessalia adolescentulum appellare solebat. Theba
norū igitur muris admotus, eis vt facti pœniteret spatium
exhibens, Phœnicem & Prothytem sibi tradi poscebat, ac
modò sibi conciliarentur libertate donatos per præconem
declarabat. Contrà Thebani Philotam & Antipatrum de-
poscebant. Inde quisquis liberam vellet esse Græciā, socias si
bi iungere acies publico monebant edicto. Tum Alexan-
der Macedones ad bellū instruxit. A Thebanis aduersum ho
stes, & longè quidem plurimos, summis viribus ac virtute *Thebæ ca-*
impigrè decertatum est. Interim Macedonibus, qui custo- *ptæ ab Ale-*
diæ Cadmeæ arcis præerāt, à tergo inuadentibus, circunuen *xandro.*
ti Thebani in ipsa pugna cecidere. Capta ciuitas & direpta,
vrbs euersa funditus est. Qua quidem in re ea spes, idque cō
silium extitit Alexandro, vt huiusmodi casu ac terrore per-
culsi compressique Græci quietem agerent, cùm alioqui in *Iustinus*
cusantibus Thebanos, sociis morem gerere, gratificarique *lib. 11.*
concupiscerent. Phocenses siquidem & Platæenses Thebano
rum insimulatores aduentasse constat. Præter sacerdotes au
tem hospitesque Macedonū, ac Pindari stirpem, quíq; defe
ctionem illam dissuaserant, vniuersos triginta millia nume
ro venundedit, plures sex millibus oppetiere. Dum grauissi
mis ciuitas calamitatibus agitaretur, Thraces quidam ex-
cisa Timocleæ domo, clarissimæ sanè ac pudicæ matris fa-
miliàs, fortunas diripuerunt. Illorum verò dux ipsam per
vim constupratam diligenter interrogabat, sicubi aurum
aut argentum defossum haberet. Ea verò se habere cōfessa,
solū perduxit in hortū, & puteum ostendens, ibi capta vrbe
inquit prætiosissimas se opes deposuisse. Inclinatum Thra
cem, locúmq; accuratius considerantē, ponè constituta mu
lier voluit in præceps, eumque saxis frequenter iniectis ex 25
animat. Illa dehinc à Thracibus ad Alexandrū in vinculis
producta, aspectu quidem ac incessu maximæ dignitatis &
amplitudinis signa dabat, secura & inter duces intrepida,
sciscitanti postea regi quænam foret matrona, Theagenis
sororem se fuisse respondit, qui in Chæronea imperator in
structis aduersus Philippū aciebus, pro Græciæ libertate
cecide

cecíderat: cuius responsionem clarúmq; facinus admiratus Alexander, libera cum filiis abire iussit. Cum Atheniensibus pacem egit, quanquã Thebarum casũ haud modeste ferentibus. Cùm enim solennia instarent mysteria, eius causa mœroris omissa sunt: quiq; Athenas cõfugerant, summa humanitate sunt excepti. At siue Leonis more iã furore saturatus, siue crudelissimę rei clemẽtissimã gratiã adiicere voluerit, nõ solũ nihil Atheniẽsib. succẽsuit, verũetiã res Gręcorũ curę habere iussit: solũs enim si quid ei aduersi accideret, fu
26 turos Græciæ principes. Eum quoq; posterius Thebanorũ sæpenumero calamitas afflixisse dicitur, eorúmq; complurib⁹ summã clementiã impartisse. Cliti verò cædẽ inter vina perpetratã, itémq; repudiatos in India Macedones, vt qui imperfectam adhuc militiã detrectarent. ipsi usque gloriam abiicerent, ad Liberi patris iras omnino referre solebat. Hoc sanè constat, neminẽ Thebanorũ posthac ei vacuas adiecisse preces. Hæc quidẽ de Thebis. Cæterũm coactis in Isthmo Græcis, ac expeditionem in Persas decernentib. Alexãder imperator appellatus. Qui cùm plures philosophos, & primarios in ciuitate viros sibi obuios, & congratulantes habuisset, idem facturum Diogenem Sinopensem existimauit, qui per id tempus Corinthi versabatur. At is pauci faciens Alexandrum in Cranio diuersoriũ habebat.
27 Quò tum pergens Alexander, ad solem apricantem offendit. Ille vt tam illustres aduentare viros vidit, paulum cedit Alexandrum suscipiens. Eodem familiariter salutato, rogat Alexander, rei ne cuiusquam indigeat. Cui Diogenes, parumper, ait, à sole mihi secedas, qua in re, quòd is regium splendorem amplitudinémve nihili fecerit, adeò delectatum admiratúmque ferunt Alexandrum, vt eo discedente cùm amici irriderent, & per iocum morderent, dixerit: Ego profectò, nisi Alexander esset, Diogenes esse vellẽ. Volens autem illius gratia expeditionis diuinum consulere oraculum, Delphos venit. Tum fortè nefasti dies agebantur, in quibus ne fari quidem illi mos est oraculo. Quamobrem cùm ipsam primò vatem reluctantem, seque lege tuentem orasset, ipse inuitam trahens templum ascendit. Ea verò studio ac hominis importunitate victa, inuictus es, inquit, fili.
28 Qua voce accepta Alexander, haud alio sibi opus esse vatiẽnio dixit, verũ assequutũ se, quod ab ea cupiebat oraculum.

Eo

Eo deinde ad exercitum proficiscente, cùm alia deorum visa prodigia, tum verò Orphei simulachrum, quod in Libethris ex cupresso extat, per id tempus sudorem emisisse traditur. Vniuersos eo prodigio terrefactos bona spe esse iussit Aristander, sempiternæ nanque memoriæ illius gesta futura: sudorẽ enim maximum & laborem poetis ac Musarum cultoribus allatura. Copiarum numerum, qui minimum asserunt, tricena millia peditum ac equitum quinque fuisse tradunt: qui verò plurimũ, peditum quatuor & tricena millia, equitum autẽ quatuor extitisse scribunt: quibus Aristobulus non nisi septuaginta talentorum commeatum fuisse
29 prodidit. Duris triginta solummodo dierum cibaria. Onesicritus etiam ducenta æris alieni talenta conflasse Alexandrum. Qui tametsi tot compressus rerum angustiis tam ardua moliretur, non antè nauem cõscendisse traditur, quàm rebus amicorum pensitatis, huic quidem agrũ, illi villã, alteri domorũ prouentum, nonnullis portoria elargitus est. Absumptis iam, & ferme distributis regiis opibus, Quid tibi rex, supereſt: Perdicas inquit. Cui Alexãder, Spes, ait. Tum Perdicas: Hæc nobis cõmilitonibus tuis futura cõmunis est. Obsignatum igitur sibi prædiũ recusante Perdica, quidam identidem ex amicis factitarunt. Cæterùm quisquis aut acceperit, aut postularit, ei promptissimo gratificatus
30 est animo. Rebus hoc pacto Macedonicis consumptis partitisque, tali consilio ac animi dispositione concitus Hellespontum traiecit. Inde petens Ilion, perfecto sacrificio, Minerux semideísque parentauit. Deinde ad Achillis statuam vnà cum sociis vnguento delibutus nudúsq; de more circũ currens, eam coronis ornauit, felicem illũ appellans, quòd viuo quidem tam fidum amicum, mortuo autem tam magnum cõtigit habuisse præconem. Eum ciuitatem postmodum perlustrãtem ac visentem interrogauit quidam, Alexandrine Paridis citharã videre cuperet, eam minimè sibi curæ esse respõdit: Achillis verò citharam quæritasse, qua ille fortissimorum gesta virorum, & res inclytas decantare solebat. Interea cũ Darij præfecti magnam anu coacta, acies pro Granici transitu, perinde ac Asiæ portis dispositi sẽt, intrare volẽtib. nõ nisi prælio cõmisso irrũpere licebat. Subinde ꝓfũdi, ac vndosi amnis impetus, & ripę vlterioris asperitas, quę nõ sine collato marte superãda erat, plurimos

Alexãder Achilem se licẽ cur appellauerit.

terro

terrore confecerat. Quidam etiam * Iunij mensis obseruan
31 dam religionem existimabant, quippe cùm eo tempore
*Δαισίοις exercitum deducere haud Macedonię regibus mos sit. Quā
rem facilè correxit Alexander, ipsum secundum vocitari
Maium edicens. Cúmque Parmenio ea minimè tentare pe-
ricula sineret, quòd id quàm serum tempus esset, Futurū in-
quit, vt Hellespontus erubesceret, si eo superato, Granicum
extimesceret. Quo dicto raptis secum tribus ac decem ordi
nibus equitū, flumen irrumpit. Vbi cùm septos armis equi
tes contra prærupta loca hostilesque sagitas vrgeret, raptan
te ac obruente fluminis vortice, amentia magis furere, quā
ratione aut consilio militiam gerere videbatur. Postquam
euasit, vix dum ripam summo labore ac difficultate tenue-
rat (erat enim locus cùm vdus, tum cœno lubricus) cùm eue
stigio cōfertim aduersus irruentes prius, quàm suos pro
32 acie locare facultas esset, conferre manum coactus est. Illi
enim clamore incumbentes, equósque æquis conferentes,
hastis agebant, quibus fractis mucronibus decertabatur.
Cęterùm aduolantibus in eum plurimis (erat enim tum pel
ta, tum cassidis iuba insignis, quam circum candidissimæ
vtrinque mirum in modum pennæ surgebant) ab vnius ia-
culo sub thoracis lamina ictus, haud sauciatus tamen est.
Inde cùm Rhœsacem simul ac Spithridatem regis præfe-
ctos in se concitos ferri cerneret, deuitato Spithridate, Rhœ
sacem petit, cui cùm thoracem induto hastam infregisset,
33 gladium crispat. His itaq; consertis, ex obliquo adacto Spi
thridates equo auidè insurgens, conum barbarica bipenni
disipat altera penna deiecta, cuius ictui penè cesit galea,
adeò vt crines altera bipennis pinna perstrinxerit. Spithri-
datem alteram librantem plagam magnus ille Clitus occu
pat, & mediū telo transfigit. Rhœsaces quoq; Alexādri gla
dio vulneratus exanimis cecidit. Inter huiusmodi rerum di
scrimina equestri pugna constituta, traiecerat phalanx Ma-
cedonica, pedestresq; simul aderant copiæ, quocirca haud
diutius, quamquā acer, stetit hostis: at cuncti terga verterūt,
Græcis duntaxat exceptis, hi stipendiarij quidē milites in
quendam euadentes tumulum, Alexandri fidē implorabāt.
At ille furore magis, quā consilio eos adortus, equum, non
Bucephalum quidem, gladio per ilia transfixum amisit. Ibi
plurimus sauciorū & cadentium numerus fuit, quippe cum
deserpa

desperatis ac bellacissimis viris collata pugna fuerat. Si-
quidem barbarorū militum viginti millia, duo equitum &
quinquaginta cecidisse traduntur, cùm ex Alexandri exer- *Celebris*
citu quatuor & triginta cæsos constet, ex quibus nouē pe- *Alexādri*
dites, Aristobulus refert. Eis æreas statuas Lysippi opus at- *victoria.*
tolli iussit. Ex hac victoria Græcis exuuias impartitus, 34
Athenienſibus quidē trecētos ex captiuis clypeos transmi-
sit, cæteris passim spoliis plus satis ambitiosè hoc iussit in-
scribi: Alexander Philippi, & absq; Lacedæmoniis Græci,
hæc ab incolis Asię barbaris. Pateras verò hostiū, purpuras,
cæteraq; id genus ad matrē ferme cuncta trāsmisit. Ea pu-
gna magnū ad res Alexādri momentū peperit. Sardis enim
maritimi barbarorū imperij tutamen & propugnaculum
cepit, multaq; ad se alia transtulit. Solæ cōtra illū Halicar-
nassus, & Miletus perstabāt, quas inde vi adortus cepit. Sub-
actis finitimis omnibus, dubius animi ad ea, quæ gerenda
supererant, fuit. Interdum enim cōtra Darium summo stu-
dio ferebatur, vt de rei summa periculū faceret: interdum
maritimis intentus erat, vt in eis primùm exercitatus ac
stabilitus ipsum postmodū inuaderet. Lyciæ fons iuxta 35
Xanthiorum oppidū extat, è quo per incrementū funditus
verso, tabellas quasdā æreas sua sponte dilapsas fama est, in
quibus antiquissimarū characteres literarū indicabant, re-
gnum Persarū à Græcis destructū periisse. His elatus mari-
timā orā ad Phœniciā vsq; & Ciliciā subigere maturauit.
Excursio verò Pamphyliæ ingentē plurimis historicis scri-
bendi materiā ad immensum vsq; stuporem exhibuit, quòd
diuina quadam sorte mare ipsum alioqui sæuum semper,
& procellosum cesserit Alexandro: cùm rarissimè contin-
gere soleat, vt præcipitia præruptaq; iuga glacie modica
tenuiq; cōtegantur. Declarauit id Menander in comœdia,
dum ad mirandum facinus alludens ait, Quàm Alexādro-
sum hoc, inquit, si quempiā quærito, Is vltro præsto fiet mi-
hi: Si quem maris superarier locū iam oporteat mihi, Hu-
ius continuò facilis reddatur transitus. Alexander autem 36
in epistolis suis nihil tale monstri simile perscribens, se per
cognominatam Scalam iter habuisse, perque Phaselidem
transisse asserit. In qua vrbe complures versatus dies, cùm
interea loci Theodecti prærmortui (erat autem Phaselide
oriundus) erectam in foro statuam conspexisset, ibi post

cœnam mero perfusus lasciuè saltauit, multasq; sparsit coronas, nõ ingratum homini per iocum reddens honorem, quem inter philosophiæ studia sub præceptore Aristotele sociũ habuerat. Post hæc rebelles cepit Pisidas, Phrygiam domuit, & oppidũ Gordium antiqui Midę regiam, vbi vulgatum illud ex corni libro innexum plaustrum aspexit, de quo ex barbaris passim creditus sermo manarat, quisquis eius nexũ soluisset, illi orbis terrarũ imperiũ fata portendere. Cũ igitur cęca nexuũ capita, obliquisq; inter se spiris obuoluta Alexãder soluere nequiret, nodũ gladio cæcidit.

37 Quo itaq; cæso, multa apparuisse tradunt capita. Aristobulus autem facillimè ipsos soluisse nodos affirmat: dempto siquidem clauo quo temoni iugũ annectitur, mox iugum subduxisse. Hinc Paphlagones Cappadocesq; subegit. Audita interim Menonis morte, qui clarissimus classis Darij præfectus per multas turbas, & obstacula Alexandri victorias retardabat, de ductando ad superiores partes exercitu sese magis magisq; confirmauit. Hæc agente Alexandro, Darius magnitudine copiarũ elatus, è Susis castra deducit.

Darij somniũ. Sexcenta enim hominum millia agebat. Confisus etiam somnio quodã traditur, quod ad gratiã magis, quàm veritatem coniectores exposuerunt. Visa enim late fuso igne Macedonica phalanx depasci, Alexanderq; sibi ministrare, ea amictus stola, quã ipse olim regi seruiẽs gestare solebat. Eum postea cùm Beli tẽplum intrasset, è conspectu euanuisse. Hisce rebus portẽdisse deũ opinor illustrissima atq; famosissima futura Macedonũ gesta, Alexandrum regno

38 Asiæ potiturũ, quemadmodũ ex *ministro rex factus Darius vendicauerat: cæterùm vitã maturè summa cũ gloria relicturum. Maior item illum spes extollebat, quòd Alexãdro in Cilicia diutius cõmoranti timiditatẽ obiectabat. Commorandi verò causa erat aduersa valetudo, quam immensi labores adduxerant: vel (vt quidam perhibent) Cydnus amnis, quẽ gelidissimum is se lauandi causa intrauerat. Ad cuius quidem remediũ cæteris desperãtibus medicis, & quauis ope validius imminere periculũ ratis, & re

Curtius lib. 3. in contrariũ versa calumniã Macedonũ reformidantibus,

39 Philippus Acarnanus accesit, qui tametsi dura impendere animaduerteret, tamen amicitia fretus, qua in eo regis discrimine, non commune etiam per extrema experimento-

rum genera suscipere periculum iniquum ducebat, remedijs adortus est, eiq; (modò perferat) ad pugnã proximam anhelanti, breui salutem potionibus pollicetur. Interea ex castris à Parmenione missa redditur epistola, qua regem ab insidijs Philippi cauere admonebat. Magnis enim largitionibus à Dario corruptum esse, desponsatam præterea habere eius filiam, vt Alexandrũ necaret. Quam vbi perlegit, nemini ex amicis & familiaribus indicatam, sub puluino collocat. Ingredientibus autem familiaribus, simulq; Philippo calice potionem afferente, Alexander tradita illi epistola, poculum intrepidus ac securus cepit. Præcipuæ verò admirationis spectaculum erat, cùm eo legente, poculum hauriret, inde mutuò haud eodem se gestu conspicerent. Alexandri quidem erga Philippũ amœna & aperta 40
facies, beneuolentiam fidemq; declarabat: ille autem ea percitus calũnia, nunc inuocatis numinibus obtestatisq;, manus tendebat in cælum, nunc lectulo collabens Alexandrum sibi audire, & bono animo esse solicitus orabat. Ea vis medicaminis interius recepta, initio corpus ita depressit afflixitque, vt intercepta voce, ac perexili admodum intercepto sensu, illum ferme animus deficere videretur. At paruo pòst tempore pristina salute recepta, collectisq; viribus, Macedonibus videndum se præbuit. Non enim prius sese discruciandi finem facturi videbantur. Erat in castris Darij transfuga Macedo Amyntas nomine, haud Alexandri naturæ insçius. Is vbi festinantem Darium, vt Alexandrum inter angustias adoriretur cernit, supplex deprecatur, vt ingentibus copiis aduersum paruam manum prælium initurus, in latissimis locis & planissimis campis hostem expecter. Vereri se Dario respondente, ne Alexander 41
ac hostes effugiant, huius rei gratia solue metum, inquit, ille enim ad te vltro aduentabit, aut in præsentia fortasis aduentat. Haud tamen regi placuit Amyntæ consilium: verùm in Ciliciã castra mouit. Alexander contra illũ contendit in Syriam. Noctis tenebris haud obuij inter se facti, vbi illuxit reuertuntur. Quam rẽ hunc in modũ obtigisse lætus Alexander, hostẽ in angustiis obuiũ habere curabat. Nec minus exultabat Darius, quòd eductis iam ex mõtium faucibus copiis, prior castrorũ loca metauerat. Iam enim ipsorum commoditatem locorũ intellexerat, quòd ea cùm

mari ac mõtibus vicina, tum influenti Pindaro amni equitatui minus idonea peragrarat, cæterùm quaquauersum confragabilem hostium paucitati situm habebant. Alexan
42 der, locum suppeditãte natura longè melius, quàm fortuna præbuerat, ad quærendam victoriã acies instruxit. Barbarorũ numero inferior, ne ab eis circũueniretur, ad dextrum hostium cornu obliquè læuum opponens, in fugam barbaros conuertit: vbi inter primos præliũ capessenti mucrone coxa vulneratur, & vt Chares prodidit, à Dario: eos enim manibus congressos refert. Alexander autem cùm de ea pugna scriberet Antipatro, à quo vulnus acceperit haud significauit, cùm tamẽ sauciam gladio coxam sine periculo fuisse scribat. Ea gloriosa extitit victoria, quippe cùm cæsa, tum capta decẽ & cẽtena millia hostium. Darium per quatuor, aut quinq; stadia fuga præripuit. Cæterùm illius curru arcuq; potitus rediit in castra, vbi Macedonas immensas barbarorum diuitias cùm ferentes, tum congerentes in-
43 uenit. Qui quò expeditiores ad prælium essent, omnia ferme Damasci impedimenta apparatumq; reliquerant. Tentorium Darij pecunia splendidissimisq; ornamentis ac pretiosa supellectile refertum excerpserant Alexandro. Inde exutis armis balneũ intrans, Eamus, inquit, in Darij balneo sudorẽ pugnæ loturi. Cui familiaris quidam, Minimè per Iouẽ, inquit, Darij, ast Alexãdri: fortunas enim victi esse, & dici bona victoris oportere. Cæterùm *aquarũ ductus, hydrias, pelues, & alabastros, cuncta auro lita plurima conspicatur, & velut vnguẽta ac aromata diuinũ quendã interius spirabant odorẽ. Post hęc sublime cubiculũ magnificè conditum subiens, vbi stratũ, mensas, cœnaculũ, miroq; instructa ornamento omnia perspexit, ad socios cõuersus, Hoccine, inquit, imperare erat? Ei postmodũ cœnaturo nuntiatur, matrem ac vxorẽ Darij geminasq; simul filias virgines captiuas adduci, easq; viso curru & arcu, Dariũ periisse ratas, plangere lamentariq;. Alexander diu cunctatus, ipsa-
44 rum magis sortem miseratus, quàm suis elatus successibus, per Leonarum renuntiat, haud interiisse Darium, neq; illis Alexandrũ timendũ esse, se enim cum Dario pro regno dimicare, eas omnia quæ ex Dario imperante, insignia dignitatis assequuturas. Quæ cùm mulieribus & captiuis quidem clemens & amœna apparuisset oratio, nõ minoris huma-

Curtius lib. 4. Iustinus lib. 11.

*μιγάλια.

humanitatis opera responderunt. Quoscunq; enim Persas voluerunt, sumptis ex præda vestibus & ornamentis, sepeliendi potestatẽ dedit. Nihil cultus aut honoris pristini illis ademit, quin longè magnificẽtiores solito rerũ vsus habebant. Quod verò pulcherrimũ & gratia regali dignissimũ extitit, mulieres ingenuas modestissimasq; & captiuas quidem nihil ex eo turpe vel audisse, vel intellexisse, vel expectasse contigit, nec eas perinde ac intra hostium castra, verumetiam in sacris ædibus castisq; virginum cubilibus conseruatas, & nullius prospectas oculis vixisse. Et pro-
45 fectò Darij coniugẽ vniuersas decore ac forma reginas anteisse, quẽadmodũ & Dariũ cunctos specie ac proceritate viros superasse, memorię traditum est, similliimasq; parentibus fuisse puellas. Alexãder seipsum magis, quam hostes, domare regiũ opus existimans, nõ has aut quampiam ante nuptias, præter Barsenem, attigit. Hæc post Memnonis obitum vidua Damasci capta est, mulier Græcis erudita literis, moribus suauissimis, patre Artabazo regia stirpe edito. Hanc Alexãder incitãte Parmenione, genere quippe & pulchritudine egregiam compressit, sicut tradit Aristobulus. Cæteras cùm Alexander captiuas aspiceret, dicere per iocum solebat, Dolores oculorum Persicæ sunt puellæ. Contrà dum earum formis suæ continentiæ & modestiæ specimen ostendebat, ipsas velut exanimes statuas prætermittebat. Præfecto classis Philoxeno apud se Tarẽtinum
46 Theodorum eximia facie duos pueros venales habentem diuertisse scribẽte, & num emere vellet percontãte persæpe vociferans, æquales rogauit, quidnã olim tam obscœnum de se Philoxenus animaduertisset, vt hæc illi probra compararet. Scribens etiã ad Philoxenum, post multa in illum maledicta & conuitia, ipsum cum suis mercibus Theodorum malam in rem mittere iussit. Quendam etiam adolescentem Agnonem nomine, cùm ei se egregia forma Crobylum ex Corintho emere, & ad illum deferre velle scripsisset, ingentibus affecit conuitiis. Damonem & Timotheum Macedonas quorundam stipendia sub Parmenione merentium violasse mulieres audiens, ad eũ scribens mandat, vt si conuicti sint, eos, tanquã pernicios as humano generi belluas, sæuis trucidet modis. In ea epistola hoc pacto de se verbum ex verbo scripsisse liquet: Ego enim Darij 47

Mira continentia.

,, vxorẽ nedum aſpexiſſe aut aſpicere decreuiſſe, ſed eorum,
,, qui eximiã illius formã prædicant, ne verba quidem admi-
,, ſiſſe cõperiar. Seq; duabus potiſsimùm rebus mortalitatẽ
ſuã intelligere aiebat, ſopore ac coitu, tanquã ſola naturæ
infirmitas laſsitudinẽ ac voluptates pareret. Ventris quoq;
cibiq; tẽperatiſsimus fuit, quod cùm multis aliis, tum ver-
bis ſuis ad Adã declarauit, quã ſibi in matrem aſſumptam
Cariæ reginam deſignauit. Illa enim vt maiorẽ in eum cha
ritatem oſtenderet, multa obſonia & delicata ferculorum
condimenta, poſtremò ſolertiſsimos coquos ac piſtores ad
eum tranſmittente, his haud ſibi opus eſſe dixit: nam me-
liores ſe coquos, quos ſibi Leonides pædagogus cõparauer-
rat, habere: ad prãdia enim nocturna itinera, ad cœnas verò
48 prandiorum parcitatem. Idem cùm lectum ingrederetur,
diſcuſsis accuratè veſtibus, Num quicquam hîc, aiebat, ſu-
peruacanea refertũ mollitie mater adminiſtrauit? Ad vinũ
quoq; longè minus, quàm credebatur, pronus. Quod ſecus
idcirco creditũ eſt, quòd maius colloquẽdo, quàm potãdo,
tempus ad vnumquẽq; calicẽ protrahebat, ſemper longius
ſermone deducto: & hoc quidem dum multa otio facultas
eſſet: quippe cùm à rebus gerendis illum non vinum, non
ſomnus, non iocus, non nuptiæ, nõ ſpectaculum, quemad-
modum cæteros imperatores, abſtraxerit. Indicio eſt bre-
uiſsima quã vixit ætas, quã infinitis omnino rebus ampliſ-
ſimiſq; referſit. Cùm vacuus erat, primùm vbi exurrexiſſet,
peracta re diuina, ſedens prãdebat. Poſtea diem aut venatu
conſumebat, aut cõponendis rebus impartiebat, aut miliri-
49 bus ius dicebat, aut lectitabat. Sin haud nimis vrgentem
viam vaderet, interdum aut ſagittare, aut concitatos cur-
rus aſcendere deſcendereque perdiſcebat. Multoties etiam
* ἐφημερίδας. vulpes ioco venabatur, aueſq;, ſicut per eius * Diaria perci-
pi licet. Cæterùm metatus vbi ſe vnxerat ac lauerat, cum
præpoſitis coquorũ atq; piſtorum de ſumẽdis epulis ratio-
nem habebat: ſerò poſtmodũ ac multã in noctẽ cœnaturus
accũbebat. Mirabilis autẽ illius cura & reſpectus in diſtri-
buendis dapibus fuit, ne quid iniquè aut parũ accuratè par-
titus videretur. Potũ, ſicut prædictũ eſt, longius inter confa
bulandũ producebat. Idem nullius iucũditatis expers, cùm
cæteris in rebus, tum conſuetudinis comitate vniuerſis ex-
cellens regibus, iactantia & elatione infeſtus ad arrogantiã
vſq;,

vſq; vti miles quiſpiã, ferebatur: ita vt aſſentatoribus ſeſe
calcandũ & equitandũ ferme permitteret: quæ res gratiſsi
mos eius familiares ferè perdidit, qui neque adulatoribus
reluctari, neq; ipſum offendere volebant. Illud enim turpi
tudinẽ, hoc verò diſcrimen afferebat. Interdũ cùm ſe poſt 50
potum lauiſſet, quieti ſe ad meridiem vſq; dedebat. Nonnũ
quam etiã totũ dormiendo diem agebat. Exquiſitorũ quo-
que ita ciborũ abſtinens, vt ſæpenumero cùm rariſsima ad
eum ex mari obſonia, aut piſces deferrentur, eis inter ami-
cos partitis, nihil ſibi reliquum faceret. Cœnarũ magnifici
ſemper apparatus, & aucto pariter imperio ſumptuoſio-
res. Poſtremò cùm ad decem millia drachmarũ proceſsiſ-
ſent, ibi modus factus eſt, & his, qui Alexandrũ inuitabant
præfinita ſumma. Poſt cõmiſſam in Iſſo pugnam Damaſcũ
mittit qui pecuniã, ſupellectilẽ, liberos vxoreſq; Perſarum
ad eũ redigerent. Ex quibus maximã in equites Theſſalos
ad id de induſtria miſſos portionem cõtulit, & viri ſtrenui 51
& egregij bellatores eſſent. Reliquũ etiam ditauit exerci
tum. Tum primùm Macedones guſtato auro, argento, mu
lieribus, & barbarorum deliciis, veluti canes odorata ſemi
ta, venari ac per veſtigia Perſarũ opes indagare cœperũt.
Poſt hæc Alexander ad occupandũ maris imperiũ verſus,
Cyprũ, & cunctã (excepta Tyro) Phœnicià, tradentibus re
gibus recepit. Tyrum obſidere ſtatuens, aggeribus & ma-
chinis ducentiſq; triremibus à mari menſibus ſeptem cin-
xit. Interim per ſomnũ vidit Herculem, poſtquã illũ cre-
brò vocaſſet, è muro ſibi dexteram porrigentẽ. Compluri
bus etiam Tyriorũ in ſomnis Apollo dixiſſe viſus eſt, ſe ad
Alexandrũ proficiſci: non enim ſibi quæ in ciuitate perpe-
trarentur placere. Eapropter perinde ac transfugã hominẽ
planè deprehẽdiſſent, eius ſimulachrũ catenis ac clauis ad
baſim alligatũ Alexandrinũ appellabãt. Aliud dormienti 52
Alexandro euenit inſomniũ: videre ſe Satyrũ exiſtimabat
qui procul ei iocabundus applauderet, cumq; ipſum cape-
re vellet, fugiebat. Poſtremò cùm multa verſatus oraſſet,
in manus venit. Conſulti vates partito nomine longè cre-
dẽda dixerũt: Sa, hoc eſt, tua, Tyrus eſt. Adhuc fontẽ ipſum
oſtentant, quẽ penes Alexander Satyrũ cernere videbatur.
Ea durante obſidione, in Arabes qui Antilibanũ incolũt,
expeditionem egit, in qua ob Lyſimachum pædagogum,

non paruum vitæ periculum adiit. Subsequutus enim est, cùm se Phœnice neq; peiorem, neq; natu maiorem esse diceret. Postquã ad mõtes ventum est, missis equis pedes ire cœpit, & iam cæteri procul abscesserant, cùm intercipientibus tenebris ac propinquis iã hostibus. Lysimachũ ętate graue, ac labore fessum, nunc hortando, nunc iuuãdo haud deserere sustineret, longè ab exercitu (quod minus intellexerãt) cũ paucis relictus est comitibus ita vt per frigus im-
53 mensum horrentibus in locis noctẽ exegerit. Tum multa sparsim eminus inimicorum conspicatus incendia, vt aliqua ex parte Macedones in rerum inopia cõsolaretur, corporis agilitate & quotidiano confisus labore, ad propiores cursu peruenit. Ibi duobus assidentibus foco barbaris ense obtruncatis, torre correpto reuertitur ad suos. Magno itaq; igne facto, nonnulli ex hostibus metu attoniti terga dedere, quidã eos aggressi vertuntur in fugam, reliquũ noctis securi duxere. Hæc quidẽ Chares refert. Tyriorũ obsidio talem habuit euentum. Cùm Alexãder post multa prælia maiorem copiarũ partem quieti dedisset, paucis tamẽ, ne otiosus foret hostis, pro murorum statione relictis, arus-
pex Aristander mactatis hostiis signa perspexit, quibus au-
dacior factus ad circunstantes præsagit, eo prorsus mense
54 ciuitatem in eorum potestate futuram. Quare cùm ingẽti cachinno irridere cœpissent (ea enim extrema mensis dies erat) subdubitantẽ cernẽs hominem Alexander, vt qui eius plurimi semper fecerat vaticinia, eã nondum trigesimam, sed vigesimamsextam adnumerari iussit. Deinde signo tuba dato, enixius, quàm antea constituerat, muros adoritur. Qua re strenuè inchoata, & exercitu ad ferẽdũ auxiliũ matu-
rè concurrente, cùm desperatio Tyrios frangeret, ea die potitus oppido est. Post hæc Alexandro amplissimã Syriæ *Curtius lib. 4.* vrbem Gazam expugnanti, auis quædam ex alto demissa, cespite perstrinxit humerum. Ea deinde cùm super quodam machinamento consedisset, inter funium nodos incauta complicatur. Quamobrem Aristãder humeri vulnus, & potiendę victoriam ciuitatis vaticinatus Alexandro est,
55 itáque euenit. Inde cùm Olympiadi, Cleopatrę amicísque hostiles exuuias mitteret, spei cuiusdam puerilis ætatis admonitus, Leonidæ pædagogo quingenta thuris, & centena mirrhæ talenta trasmisit. Olim cùm Alexander inter sa-

crifi

trificandum vtraque manu thura vaporandis deis excipe-
ret, tum Leonides, Alexander, ait, cùm ferentibus aromata terris imperitabis, hoc pacto copiosè adeò vaporibus, at in præsentia rebus vtere parcius. Tum igitur Alexãder ad eũ ita scribit: Ad te thus myrrhámq; abundè transmisimus, vt cum deis parcus esse desinas. Delato ad eum scriniolo, quo nulla inter opes Darij sumptuosior & ornatior fuisse res videbatur, amicos sciscitatur, quidnam in eo pretiosum di-
gnè collocandum existiment. Multos eius vsus aliis demõ
strantibus, Hoc optimè, inquit, Iliadis Homeri custodiæ
56 dabitur. Hanc quippe rem cõplures haud paruæ fidei au-
thores affirmant. Cæterùm si vera sunt quę Alexandrini He-
raclidem sequuti tradiderunt, non segnem, non cõsilio va-
cuũ cõmilitonem Homerum Alexandro fuisse censuerim.
Nam potitus Aegypto, de vrbe græca condenda, quam ma-
gnificam, populosam, & ab se cognominandã relinqueret,
agitabat. Quam quidem ad rem magnũ soli ambitũ, quan-
tum superiori tempore nullus, architectorũ consilio meta-
tus erat. Dehinc noctu per quietẽ mirabile vidit insomniũ *Somnium*
virum cùm canitie plurima, tum statura venerandũ astare *Alexãdri.*
sibi existimauit, hos illi versus recitantem:

Præterea vndisono quædam iacet insula ponto,
Quam Pharon appellant, Aegyptia littora contra.

57 Confestim igitur consurgens Pharũ adit, quæ illa tem-
pestate paululũ supra Canopicum ostium insula erat, nunc verò per aggerem in continentem recepta: ea instar coro-
næ Isthmos erat, parem quaquauersum latitudinem habẽs. *πλευρᾶς.*
Ingens in ipsa lacũ & *moriens mare portus amplectitur. *σαρ.*
Egregiã loci naturã contemplatus Alexander, Homerus profectò, inquit, cùm cæteris in rebus admirabilis, tum sa-
pientissimus extitit architectus. Dehinc vrbis formã pro illius loci similitudine designari iussit. Quã ad rem tellus cùm alba deesset, in nigri cãpi planitie gyratũ farina signũ deducũt, cuius actæ rectius velut ex fimbria lineę chlamy-
dis instar interiorem efficiunt vrbem. Eius formam sum-
ma cum delectatione spectante rege, infinitæ multitudinis & generis omnifariam aues è proximo lacu ac flumine in *Val. Max. lib. 1. c. 4.*
eum repentè locũ vrbis in modũ prouolant, ita vt nihil sa-
rinæ relinquerent. Id Alexandrum perturbauit augurium: 58

ast illum bona spe esse aruspices monent: ab eo enim vrbem condi, quæ feraciſsima variis hominibus futura ſit educatrix. Poſt hæc commiſsa operis cura, ipſe ad Iouem Hammonem pergit, longum ſanè iter, durum ac laboris plenũ gemino præſertim diſcrimine: aquarum inopia, qua non paucorũ ſpatio dierũ deſerta regio eſt: alterum, ſi per apertã & profundã euntibus arenã rapidus incũbat auſter, quemadmodũ de Cambiſis exercitu traditur. Is enim ingentes arenarũ aceruos attollens, fluctuante planitie quinquaginta hominum millia obruta necauit. Hæc cùm vniuerſũ ferme animaduerterẽt, Alexãder tamen quicquid inceptaret deterreri non poterat. Fortuna enim ſuis propitia conatibus, promptiores ei reddebat animos, & donec agenda nauarentur, inuicta ferebatur animoſa contentio, qua non hoſtes modò, verùm & loca & tempora violẽtus vrgebat. In ea profectione multa pro incõmodis aſſequutus eſt adiuuãtia, quæ à Ioue miſſa fuiſſe poſteriora cõfirmant oracula: quin ea quodã modo fidem ipſis vendicant oraculis. Primùm quidẽ aquarũ multitudo & diuturni imbres à Ioue demiſsi ſatis ſoluêre metũ, & humectãtibus arenis ſic citatẽ extinxerũt, quibus in ſe cõdẽſatis, & ſuaues ſpiritus, & purior impẽdebat aer. Inde cùm ductores cõfuſas amiſsiſſent metas iamq; errare cœpiſſent, diſperſis ex ignoratione comitibus, coruos qui præuolantes eis iter monſtrarẽt, & tardius ſubſequentes præſtolarentur, apparuiſſe conſtat. Quod verò longè mirabilius eſt, tradit Callisthenes noctu palãtes cantu ac vocibus ad ſequẽda comitũ veſtigia reuocaſſe. Superato deniq; deſerto, vt tẽplum intrauit, Hammonis antiſtes illũ Iouis perinde ac patris nomine ſaluere iuſsit. Illo rogante num quiſquam ex patris interfectoribus impuniſe fugerit, ſaniora loqui iubet antiſtes, nec enim parentẽ illi mortalẽ eſſe. Mutato dehinc ſermone, eũctóſne Philippi interfectores vltus ſit percontatur, & datúmne ei ſit vt vniuerſos ditione mortales ſit moderaturus. Cui & hoc ipſum dari, & plenè peractã Philippi vltionẽ eſſe diuinũreſpõdit oraculũ. Quãobrẽ pretioſis deũ donariis, & pecuniis ipſos ditauit antiſtites. Hæc ſunt quæ de Hammonis ſortibus plurimi tradiderunt ſcriptores. Alexander autem ſcribens ad matrẽ, ſe quædam occulta inquit accepiſſe vaticinia, eaq; cùm redierit ad eam ſolam explicaturum.

Iuſtinus. lib. 1.

59

Corui Alexandro duces per loca incognita.

60

Aſſe

Aſſerunt quidam ſacerdotem, dum græcè ipſum ſalutaret, & blandius παιδίον, hoc eſt, filiole, compellare vellet, per barbariſmum pro μ, abuſum σ, παιδίος, id eſt, Iouis fili, pronuntiaſſe. Illum vocis errorem Alexandrum libenter perinde ac omen audiſſe. Quocirca confeſtim vulgatum eſt, eum ab oraculo Iouis filium appellatum. Pãmonem quoque Aegypti philoſophum cùm audiuiſſet, illud maximè probaſſe fertur, quòd dicebat omnes homines ſub dei imperio eſſe. Principatũ autẽ obtinere, ac imperitare, diuinum quiddam affirmabat. Quibus de rebus acrius etiã philoſophari ac diſputare ſolebat, deũ cõmunem quidem mortalibus patrem, optimum quenque peculiarẽ ſibi filiũ adoptaſſe. Cæterùm Alexander cùm ſe deo genitũ perſuaſum haberet, in ipſos inſolentior erat barbaros. Ad Græcos verò modeſtius ac parcius de ſua diuinitate ſermonẽ habebat, excepto dum ad Athenienſes pro Samo ſcriberet: Ego quidẽ, inquit, haud liberã vobis tam inclytam ciuitatẽ tradidiſſem, quam ab eius tunc domino, quem parentem meũ appellabãt, ſuſceptam habetis: Philippum intelligens. Poſtremò cũ ſagitta ſaucius doloris acerbitate collaberetur, Amici, dixit, hunc planè cruorem mortalium, at non diuorum vulnera ſpargũt. Dum ingẽs ronitrus cõſternaſſet vniuerſos, fortè prælens Anaxarchus ſophiſta, Tu quoque Ioue genitus num quicquam tale perages? Ad quæ ridens ait, Nolo, vti iubes, amicis eſſe terrori, qui meas per cõtemptũ cœnas habes, quòd non ſatraparũ capita, ſed piſces in menſa mihi cernis appoſitos. Et profectò Hephæſtioni miſſis à rege piſciculis, Anaxarchus eum protuliſſe ſermonem traditur, tanquã eos aſpernaretur & carperet, qui per magnos labores & pericula, illuſtres & claras res perſequentes, nullam aut perexiguam ſibi voluptatem comparantes, nihilo magis, quàm reliqui, iucũditatis fructũ adipiſcũtur. Ex his, quæ ſuperius enarrata ſunt, liquet Alexandrum non per ſuperbiam aut cõtumeliam, ſed diuinitatis opinione cæteros ſubiugaſſe. In Phœniciã ex Aegypto reuerſus ſacra diis feſtósque dies celebrauit. Tum ſtata certamina & ludos ſcenicos edidit, non apparatu modò, ſed etiã certantibus permagnificos. Eis præfecti ſunt Cypriorũ principes, quemadmodum & Athenis qui tribus ſortiuntur. Decertatum eſt mirificè ac ſplẽdidè à Salaminio præſertim Nicocreonte, &

61

62

63

te,& Solio Pasicrate,His vt nobilissimis præessent histrionibus sorte obuenit. Pasicrati quidem Athenodoro, Nicocreonti autē Thessalo,cui studiosissimè fauebat Alexander nec tamen suum antè studium patefecit,quàm omnibus ferè suffragiis victor Athenodorus declaratus est. Tunc abiens se quidē iudices approbare dixit, verùm enimuerò ne superatum vidisset Thessalum, regni portionem perlibenter amissurum fuisse. Postea verò cùm Athenienses Athenodorum,quòd Dionysiis non interfuisset, multassent, eo regem vt pro se scriberet obsecrante,id facere noluit,at multam remisit. 64 Cùm Lycon Scarphei filius lepida quædam ageret in theatro,inter recitandū comœdiam,versum, quo decem talentorum petitio significabatur,inseruit.Quod ridens Alexander,ea præberi iussit. Deinde missi à Dario legati pro redimendis captiuis cum regiis literis peruenerūt: quibus decem millia talentorū,cunctam quæ intra Euphratem est.regionē,ac filię matrimoniū pollicebatur,tum amicum se sociúmque futurum. Quibus inter amicos suos communicatis,Parmenio,Si Alexander,inquit, essem, hās ego conditiones accepissem. Cui subinde Alexander, Et ego medius fidius si Parmenio. Alexāder itaque Dario vt ad se veniret rescripsit,cuncta apud se humanitatis opera consequuturus:quod si recusauerit,ad eum mox se profecturum. 65 Et confestim incepti piguit, quòd eo in itinere vxor Darij dolore partus correpta diem suū obiit. Cuius rei mærorem nec dissimulanter tulit,quia maximā benignitatis suæ declarandæ occasionem amississe videbatur.Ipsam igitur magnificis humauit impensis.Erat inter eunuchos reginæ cubicularios vnà captiuos quidam Tyreus nomine,is ex castris profugus ad Dariū equo prouolans, vxoris obitum renūtiat.Quo nuntio accepto, Darius cùm per multas lachrimas caput planxisset,Prō Persicam,inquit,fortunam, silregis vxorem eandémque sororem captiuam non modò vixisse,sed etiam decessisse regiis priuatam funeribus contigit.Excipiens Tyreus,Atenim mi rex,ait,profectò funeris gratia & cuiusque pro regia dignitate honoris nihil quòd pessimam Persarum fortunam incuses,habes. Nanque Statiræ reginæsuperstiti, itémque matri & puellis nusquam pristinus opū ac rerū vsus splendorque defuit,nisi vt tuæ claritatis lumé aspicerēt,quod denuo potens restituet Oromasdes.

Valerius Max. lib. 6.cap.4.

des.Nec ea moriēs vllius generis ornamentorū expers fuit, 66
quippe cùm ipsius obitū hostiles etiā lachrymę decorarint.
Alexander enim sicuti prælio terribilis, ita parta victoria
clemens.His rebus auditis,Darius animi ægritudine ac per
turbatione vexatus,indignissima suspicans,eunucho ad in
timā tētorij partē adducto,Nisi tu quoq; cū ipsa simul fortuna,inquit,Macedonicæ factionis es,si me tuū appellas he
rū,per,hoc ingēs te solis iubar ac regalē dextrā obtestor ac
oro, hæccine minima sunt Statirę mala quæ lugeo,an illius viuæ longè magis miserāda perpetimur,& vltra dignitatē sęuior nos afflixit calamitas,quòd insuper in crudelem
acerbumq; hostem incidimus? Nam quod honestatis & ca
stimoniæ signū est,virum ætatis integræ hostis vxorē tam
multis honoribus decorasse?Eo adhuc loquente,Tyreus ad 67
eius se pedes demittens, vt meliora diceret supplex orabat,
ne & iniuriis Alexandrum lacesseret,neu defunctæ vxori ei
démq; sorori turpes inureret maculas,néue afflictis in reb.
maximo sese solatio priuaret,quòd prestantiorē,quàm crea
uerit natura,victorē habuisset.Verùm enimuerò admiratio
ne prosequendū Alexandrū,quòd maiorē erga Persarū mulieres cōtinētiā,quàm in viros fortitudinē declararit. Eáq;,
simul & cæterā Alexādri modestiā terribili iureiurando cō
firmauit.Tum ad familiares egressus Darius, tensis in cælū
palmis ita orasse fertur:Natales regalésq; dij, date obsecro,
vt quemadmodū lætissimam olim fortunā accepi,ita resti-
tuā ac diuitiis incolumem posteris relinquam,quò parta vi
ctoria,quas ab Alexādro per domesticorū ærumnā gratias
accepi,æquali persoluam merito: quòd si deorum ira fata- *Darij ad deos oratio*
le hoc tempus ingruit,quo permutandum iam Persicū ruet
imperium,neminē nisi Alexandrū in Cyri solio sedere pre
cor.Hęc plurimi scriptores sic dicta factaque commemo- 68
rant.Alexander omni intra Euphratē regione subacta, con
tra Darium decies centenis millibus militū descendentem
castra mouit.Inter im iocosum quippiā in exercitu fieri renuntiatur, commilitones in geminas se per iocū partes diuisisse, atq; vtriq; ducem ac imperatorem præfecisse, vocasę alterum Alexandrū, Alterum verò Darium.Cúmq; mutua certaminis præludia primùm glebis, dehinc pugnis in
choassent, eò disceptationē excanduisse, vt iā à multis per
saxa sudésq; res agi cœpta sit,ita vt ne sedari quidē posset.

Tum

Tum Alexander ipsos imperatores singulari prælio decer
tare iubet. Ex quibus ipse quidē Alexandrum, Dariumverò
Philotas armauit, inspectante rem exercitu quasi quoddam
futurorum auspicium. Acri pugna commissa, is quem Ale-
69 xandrum appellabant, victor euasit. Is igitur ab Alexandro
duodecim vicis & Persica stola donatus est. Hæc Eratosthe
nes ait. Ingens dehinc cum Dario prælium non in Arbelis,
vt quidam perhibent, verū in Gaugamelis commissum est.
Id autē vocabulū Cameli domū significat, quam olim rex
quidam cū hostium manus Dromedario effugisset camelo
ibi condidisse traditur, & ad eius curam & impensam quo-
rundam vicorum prouentus destinasse. Mense Iunio cùm
Athenis mysteria inchoarētur, luna defecit. Vndecima pòst
nocte in mutuo conspectu constitutis exercitibus, Darius
suas in armis copias tenuit, eásque lampadibus obibat. Ale-
xander quiescentibus Macedonibus, ante tentorium cum
Aristādro vate sacra peragebat, & hostias Phœbo mactabat
Vt verò familiares sui grādiores natu, tum verò Parmenio,
70 omnem qui inter Niphatem & Gordynæorum montes ia-
cet agrum, barbarorū collucere facibus vident, præterea in
certum quendam clamorem terribilémq; ex castris tumul-
tum, velut ex vasto resonare pelago, eorum multitudinem
admirati, colloquia inter se habuerunt, ingens quippe ac ar
duum opus impendere, si aperto congressuri marte tam ma
gnam capessere pugnam auderent. Inde perfectis sacris re-
gem adeunt, vtque hostē noctu inuadat hortātur: hoc enim
modo maximum impendentis pugnæ terrorē per tenebras
occultaturum. Ille verò vulgatum illud, Non ego victoriā
furor, ait. Quod dictum nonnulli iuuenile nimis ac inane
iudicabant, quòd in tanto rerum discrimine cauillaretur.
Quidam in præsentia spe ac fiducia elatum, rectè futurorū
euentum diuinasse putabāt, nec vllam Dario præbere occa
sionem voluisse,, vt superatus aliam denuo bellandi fiduciā
attentaret, in hoc noctem incusaturus ac tenebras, quemad
71 modum superiori prælio mare, montes, & angustias increpauerat. Nec enim inter tot copias tam lata regione valentem Darium, armorum aut hominum inopia pugnam detrectaturum, nisi aperta congressione summis dimicando viribus victus spem ac feroces deponeret spiritus. Illis post modū discedentibus, rex intra tabernaculum accubuit, vbi in

Iustinus lib. 11.

in reliquum noctis præter consuetudinē suam tam profun-
do pressus sopore dicitur, vt ipsi ductores mirarentur, & il-
luscente iam diluculo, militibus vt corpora cibo curarent,
edixerūt. Postea solicitāte tempore, ingressus Parmenio cū
lectulo astetisset, bis illum tērq; nomine cōpellauit. Quem
experrectum hoc modo percōtatus traditur: Quidnam hoc
malum, inquit, quasi nō iam iam dimicaturus maximo præ
lio, sed victor esse videaris, tanto somno securus dormis?
Tum subridēs Alexander, nónne nos, ait, vicisse putas, qui
peregrè ac per abrupta loca detrectantē pugnam Darium
persequi desinimus? Non solùm igitur ante prælīū, sed & in 72
ipso discrimine, magnā animi constantiā ac fiduciam sui de
clarauit. Nam cùm Bactrianorū equitatus cōtra Macedo-
nes magno impetu & summis ferretur viribus, in sinistro
cornu, cui præerat Parmenio, ingenti fluctuatione dimica-
tū est. Subinde Mazæus ex acie miserat equites, qui impe-
dimentorū & sarcinarū custodiæ relictos adorirentur. Tur
batus igitur vtrinque Parmenio, ad Alexandrum qui renun
tiet mittit, nisi ex prima aciei fronte fortes euestigio auxi-
liarij ad postremos succedant, vallū, res, ac impedimenta di
ripi. Per id ferme tempus Alexāder suis ad egrediendū si-
gnum dabat. Tum accepto Parmenionis nuntio, virū desi
pere, nec animi constare dixit, ac per consternationem obli
uisci, quòd victores quidem hostium fortunas vendicāt: vi-
ctis autem non supellectiliū, non pecuniæ, non mancipio-
rū habendam esse curam, sed quo pacto strenuè dimicando
glorioſam mortem oppetant. Hæc vbi ad Parmenionē re- 73
sponsa dedit, galeam imposuit. Aliā quidē armaturam intra
tentorium induerat, Siculū in primis amiculū, inde lineum
thoraca duplicē, quem ex Issi spoliis acceperat. Ferrea cas-
sis erat puro lucidior argento, Theophili opus: ceruicis tu-
tamen ferreū gemmis insertum. Ensis cùm temperatura,
tū leuitate mirandus, quē à* Cypriorū rege dono susceperat, eo cum pugnas obibat, vti solitus. Insigne enim ferebat
balteū, egregia magis illius arte, quàm cætera delectatus ar
matura. Antiqui nāq; opus Heliconis erat. Idē præterea ob
ciuitatis Rhodiorū gloriā, à qua eo donatus fuerat, gestare
videbatur, cū ipso etiā inter prœliandū vteretur. Cęterū Ale-
xāder donec aut acies instrueret, aut milites adhortaretur,
aut cōcionē haberet, aut lustrans obequitaret, vt Bucephalo

parcius

parcius vteretur,alium sumebat equũ,quoniã is ætate iam
74 grãdior erat. Cùm igitur congrediendũ esset,eo adducto
statim ascendit,ac ire pergit, magna ad Thessalos ac Græ-
cos habita prius oratione. Qui vbi robur animis addiderũt,
sese in barbaros agi certatim clamitant. Tum hasta in lęuã
recepta,dextra(vt Callisthenes tradit) deos precatus est, vt
si verè Ioue natus existat,suis auxiliũ atque robur addat. Va
tes Aristãder candido indutus amictu, & coronam gestans
auream secum cominus equitans,sublimè supra Alexandri
verticem aquilã ostendit,aduersus hostes recto volatu dela
bentem. Eo auspicio plurimùm spei & alacritatis cunctis
Pugna inter Alexãdrũ & Darium Persarũ regẽ. increuit: quare sese inuicẽ exhortati equites in hostes cur-
su procedere: vndantẽ verò phalãga diceres. Ante primam
congressionem inclinati barbari, fugientibus victores in-
stant. Alexander ad mediam aciem vbi Darius erat, victos
insequitur. Ipsum enim eminus conspicatũ inter confertis-
75 simos regiæ cohortis emicantẽ agnouit, virum formosum,
procerum, sublimi curru incedentem, & rutilantiũ equitũ
caterua stipatum, qui circa currum pro acie stabant parati
hostem excipere. At cominus terribilior cõspectus Alexan
der, vbi fugientes vsque ad hostilem globum persequutus,
etiam consistere ausos terruit. Strenui ac fortissimi ante re
gis ora cæsi, mutuoq; cadentes fugã inhibebant, ita vt con-
globata morientiũ agmina equos circunuallarent. Dario
grauissima cuncta obuersabãtur oculis, cæsa manus quam
circa se præsidij causa locauerat: currus omnino immobilis
verti nequibat, tanta obtruncatorum strages rotas immer-
serat. Equi etiã tot inserti cadaueribus saltibus aurigã de-
Darĳ fuga turbarant. Inter hæc Darius relicto curru armisq;, effœtam
76 (vt fertur) equã ascendens, salutẽ fuga cõparauit. Qui tamẽ
haud euasurus videbatur, nisi denuo missi à Parmenione e-
quites Alexandrum reuocassent: ingentes enim inuehi ad-
huc copias, necdum hostes sese dedere. Ineo prelio sunt qui
segnẽ imbellémq; fuisse Parmenionẽ carpant, siue langue
scente iam ob senectutem audacia, siue quòd (vt Callisthe-
nes refert) crescentem Alexandri potentiam grauiter & in-
uidè ferebat. Quamobrẽ mœstus Alexander, dissimulato
militib. dolore, vt à cædibus temperaretur, nec insequi vel-
le se finxit, & perinde ac iam pugnam nox dirimeret, rece-
ptui cecinit. Inde cùm laborantib. auxiliũ laturus pergeret in

in itinere profligatos omnino hostes fugatósq; accepit. Hu
iusprælij exitu omne Persarum imperium funditus exci-
disse creditur. Tum Alexander Asiæ rex appellatus, sacrifi
cia magnificis struxit impẽsis. Dehinc amicis diuitias, do 77
mos, ac principatus largitur: maxima etiã in Græcos vtens
munificentia, vniuersas aboleri tyrannides, restitui omni-
bus libertatem, ac suis viuere legibus iubet: præcipuè Pla-
tęensium vrbem exædificari mandans, quòd eorum patres
olim pro tuenda libertate se socios Græcis asciuerant. Ad
Crotoniatas quoque in Italiam magnam exuuiarum par-
tem trãsmisit, ob Phayli decus & gloriã impigri & fortis
athletæ, qui Medico bello, cùm Græcos cæteri destituissent
Itali, propria triremi Salaminam nauigauit, illius periculi
cõmunicationem susceпturus, adeò omnia virtutis opera
summo studio & beneuolentia obseruabat. Postmodũ Ba-
byloniorũ regionem ingressus omnibus in potestatẽ reda-
ctis, ibi in Ecbatanorum agro telluris hiatũ assiduè ignem
tanquam ex fonte scaturiẽtem miratus est. Haud procul 78
inde Naphtha magno inundat fluctu, qui bitumini perquã *Strabolib.*
similis, tantam cum igni cognationem habere videtur, vt 15
priusquã flammam attingat, per ipsum luminis splẽdorem
medium persæpe aerem incẽdat. Cuius vim atq; naturam
volentes ostendere barbari, cum angiportũ qui ad regium
ducit domicilium, ea re paulisper irrorassent, primo crepu-
sculo extrema in parte constituti, faculas guttis admouere.
Vix dum primis incensis haud sensim flamma depascens v-
nico mentis intuitu finem inuasit alterius, ita, vt angipor-
tus perpetuum foret incendium. Erat Athenięnsis quidam
nomine Acheno phanes, qui regis quidem corpus vnguen-
to ac lauacris curare, animum verò per iocos & oblectamẽ-
ta ducere solebat. Is cùm intra balneum astantem Alexan-
dro pusionẽ, cui nomẽ erat Stephano, aspectu quidẽ ridicu-
lũ ac suauissimè cantantem aspiceret, vis inquit, rex, hoc in
Stephano pharmacũ experiamur? Si enim eo incẽso extin 79
gui nequeat, pollentẽ vtiq; ac inexpugnabilẽ illius esse na-
turã affirmauerim. Quam quidẽ ad rẽ impigrum se præbẽ
te puero, vixdũ peruncto, ac lumine cõtacto tanta emicuit
è corpore flamma, tantúmque pullulauit incendium, vt an
cipitem Alexandrum subtrepidasse constet: quòd nisi for-
te complures aquæ vasa manibus tenentes affuissent, nõ an-

tè ferri auxilium potuisset, quàm totũ ignea vis occupasset, cùm hoc etiam modo pueri corpus vdique inardescens, maximo labore vix potuerit extingui. Verùm membris post hæc debilitatum vixisse certum est. Iure igitur nonnulli fabulę fidem faciẽtes, hoc esse venenum affirmant, quo Medea vulgatam in tragediis coronam & pallium perunxisse traditur. Nec enim ab eis sponte sua ignem emicuisse, ni-
80 si cùm admota flãma celeri tractu clandestina irrepsit. Radios enim ac fluxus igneos longius allatos, aliis quidẽ corporibus lumen tantummodo atque calorem constat adiicere, aliis verò pinguem quendam ac perpetuum habentibus humorem siccitatẽ afferre spirabilem: hi collecto feruore celeriter in eis mutant materiam. De huius generatione dubium est, si potius æstuans per id humidum flamma sufflat, quæ ex illa tellure pinguem ignigenámq; habet naturam.

Babylonia tractus vaporibus maximè obnoxius,

Est enim Babylonia vaporibus vehementer obnoxia, ita vt posita humi sæpe hordea in sublime prosiliant, quasi ea loca languore quodam tumentia salientem pulsum habeant. Incolæ quoque per æstus immensos super plenis aqua vtribus somnos capiunt. Harpalus, cui eius vrbis expoliẽdæ cura relicta fuerat, regias ac deambulationes Græcis ornarat arbusculis: cùm cæteræ adoleuissent, solam hæderam nunquam tellus adoptauit, at continuò necauit, quòd illam minimè ferret temperiem: illa nanque feruida regio est, hæc
81 verò locis amica frigidis. Has quidẽ excursiones cùm modestè fiunt, minus forsan importuni carpũt. Alexander sub actis Susis, ex regia X L millia æris talenta, itémque pretiosam supellectilẽ cepit, cuius inexplicabilis omnino numerus. Ibi & Hermionicæ purpuræ V millia talenta reperta traduntur. Ea ab annis ferme ducentis repositа, nouum adhuc & recentem floris seruabat colorem. Cuius causam fuisse perhibent, quòd rubræ quidem tinctura melle, candidæ autem albo fiat oleo: in his enim cùm par tempus habẽt purus ac lucidus splendor cernitur. Dinon refert eos reges ex Nilo atque Istro aduectam aquam solitos gazæ recondere, vt hoc pacto regni magnitudinem assererẽt, cùm omniũ domini apparerent. Cæterùm cùm Persidis fines cùm locorum asperitate, tum impigerrimis Persarum aditum statione tenentibus, Alexander intrare nequiret (iam enim Darius effugerat) ducem quendam nactus est, qui eum paruo introdu

introduceret circuitu. Is geminæ nationis homo, patre qui 82
dem Lycio, matre verò creatus Persica: de quo, cùm adhuc puer Alexander esset, Pythicum prædixit oraculum, profi-
ciscenti in Persas Alexandro ducem fore Lycium. Ibi loco-
rum potitus, ingentem captorum hominum cædem com-
misit: quos idcirco suo iussu necatos scribit, quòd ita sibi ad
rem conducere existimabat. Ibi quantùm Susis, tantundem
pecunię comperisse se refert. Diuitias verò & reliquum in-
strumentum, mulorum iuga dena millia, & quinque came-
lorum vexisse dicuntur. Dein ingentem Xerxis statuam
conspicatus, quam intra regiam irrumpentium multitudo
ignominiosè subuerterat, ad eam substitit, & perinde ac vi
uentem allocutus, Vtrúmne, inquit, propter eam quam ad-
uersus Græciam expeditionem egisti, collapsum te sine-
mus, an propter animi tui magnitudinem aliásque virtutes
iacentem attollemus? Denique diuturno secum silentio me 83
ditatus excessit. Inde militum corpora curare volens (hy-
bernum enim tempus erat) quatuor ibi menses egit. Cùm
Alexander sub aurea primũ regij tribunalis testudine con-
sedisset, Corinthius Demaratus ei beneuolus, & paternus
olim amicus, senilibus effusis lachrymis ad eũ ita locutus
fertur: Quàm magna Græci voluptate priuati, quibus antea,
quã in Darij throno sedentẽ spectauerint Alexandrũ, expi
rasse contigit. Hinc Darium insectaturus amicis se per io-
cum largiore præbuit vino. In ea lasciuia mulieres accitæ
à suis amatoribus affuere, inter quas famosissima Thais, ge
nere Attica, quam inferiore tempore regnans Ptolemæus
scortum habuit. Ea Alexandrũ nunc lepidè collaudans, nũc
ioco demulcens, inter potandum in quendã incidit sermo-
nem, qui tametsi patriæ suæ ritum consuetudinémque dece
ret, haud mulebris tamen extitit animi. Eorum enim labo 84
rum, quos in Asiam peragrando pertulerat, illa se die gra-
tissimum suscepisse fructum dixit, quòd intra superbissi-
ma Persarum palatia tam delicatum conuiuium celebras-
set: verò longe maiorem sibi voluptatem futuram, si Xer
xis regiam, qui suas olim concremarat Athenas, ipsa quoq;
per hilaritatem incenderit. Tum spectante rege, ipsa fa-
cem accendit, vt diuulgaretur, quòd quæ cũ Alexandro fœ-
minæ fuerant, maiorem pro Græcia vltionem accepissent,
quã si superiores illi tum maritimarum, tum terrestrium

copiarũ duces. His dictis plausus simul ac tumultus exoritur. Sociis inde ad tam magnum facinus exhortantibus, concitatus Alexander exiliit, & coronatus lampada tenens ductor erat, cæteri, clamore ac petulantia consectantes regiam incendentes circuibant. Quod vbi sensere Macedo
85 nes, alacres cum facibus concurrerunt. Sperare enim eum iam rebuspatriæ animum aduertisse, nec amplius inter barbariem obuersari debere, atque ob id ignibus atria vastari. Hæc quidam iniussu regis, quidamita, vt dictum est, perpetrata memorant. Atenim mox piguisse, ac restingui incendium iussisse, haud incertum est. Cæterum cùm Alexander natura munificentissimus esset, eò magis liberalitatem auxit, quò latius ipsum propagauit imperium. Aderat quę dam in dandis alacritas, qua sola gratificari beneficus potest. Qua de re pauca, verũ egregia meminisse sat erit. Pæonum ductor, cùm hostis à se truncati caput ei ostendisset, ô rex, ait, his apud nos donis pretium aureum solet esse poculum. Tum ridens Alexander, vacuum quidẽ, inquit, est: ego id mero plenum tibi propino. Dum quidam ex Macedonibus mulum regium ferentem aurum ageret, defatigatumq; iumẽtum esset, is sublatum onus ferre cœpit. Quẽ sub põ
86 dere pressum conspicatus Alexander, vbi re cognita depositurũ videt hominẽ, ne reliquo defatigeris itinere dixit, hoc ad tuum deferes tabernaculum. Denique renuẽtibus, quam postulantibus tristior, ad Athenienſem Phocionẽ scribens, eum minimè existimaturum deinceps amicum asseruit, si sua repudiet munera. Serapioni cuidam adolescenti, qui pila secũ luserat, quia nihil popoſcerat, nihil exhibuit. Pòst ludente Serapione, iacta ad cæteros pila, mihi nequaquam prębes, dicenti regi, non petis, Serapion inquit. Huic cùm arrisisset, quãmulta elargitus est. Erat Proteas quidã vir sanè facetus, & in sympoſiis haud illepidus, cui cùm Alexander succẽsere videretur, obsecrantibus amicis, ipsóque col-
87 lachrymante, secum in gratiã rediisse dixit. Tũ ille, quod dã mihi primę fidei pignus præsta, confestim ei quinq; erogari talenta iussit. Quãtas autẽ familiaribus, & his quos sui corporis præsidio habebat amplissimas facultates impartierit, Olympiadis ad eum declarat epistola: In amicos be-
,, neficia confer, & gloriæ splẽdore auge: at in præsentia vni-
,, uersos tibi pares reges efficis, quibus cùm multas amicitias com

Liberalitas ac munificentia.

compararas, teipsum destitutũ reddis. Talia cùm persæpe scriberet Olympias, is occultas seruabat literas, semel duntaxat excepto cùm Hephæstion solutã de more illi lectitaret epistolam, haud palàm inhibuit, verùm dẽpto sibi anulo, illius ori velut sigillum apposuit. Inter Darij proceres dignitatis amplissimæ Mazæus extiterat. Huius filio quandam habenti præfecturã, alteram adiecerat Alexãder: quam recusans adolescens, Mi rex, inquit, olim vnicus erat Darius, tu cõplures Alexandros effeciſti. Parmenioni Bagoi 88
domicilium vendicauit, in quo ex Susiorum manubiis mille talentùm vestem offendisse traditur: Scribens ad Antipatrum, vt exquisitam corporis sui custodiam haberet admonuit, quòd ei insidias parari diceret. Ad matrem complura transmisit munera, quam nimiùm gerendis implicari negotiis, & bellicis immiscerì rebus vetuit. A qua cum grauius increparetur, ipsius asperitatẽ æquo perferebat animo. Semel quoq; scriptam ab Antipatro cõtra matrẽ prolixam epistolam lectitans, ignorare dixit Antipatrum, quòd vnica matris lachryma innumeras deleret epistolas. Suos posteà deliciis ac illecebris omnino solutos sumptuosissimèq; viuentes animaduertẽs, ex quibus Teium quidẽ Agnonem argenteos sub crepidis ferẽtem clauos, complures Leonato camelos puluerem ad gymnasia ex Aegypto vsque transferentes, Philotam cùm venaturus erat, per stadia centum au 89
rea & pretiosa disponẽtem tabernacula, plures etiam inter vngẽdum ac lauandum pretiosis odoribus quasi oleo vtẽtes cubicularios secum ac vnctores circumagere, cunctos benignè ac philosophorum more obiurgatos, hunc in modum admonuit: Mirari se inquit eos, tot tantísque cõfectis ,,
certaminibus, haud meminisse, quòd hi qui alios fatigant, ,,
mollius defatigatis ipsis dormiant, neque cernere se Persarũ moribus suos æquiparasse. Seruile quippe amare delicias, apprimè regium insudare laboribus. Quonam modo ,,
suum quispiam curabit equum, aut hastam exercebit, aut ,,
cassidem induet, cùm per desuetudinem ne charissimũ qui ,,
dẽ corpus manibus attingat? An ignoratis hunc esse victoriæ finem, ne hostium mores ac opera in nos transtulisse videamur? Eos magis ad virtutem inflammabat, cùm vel militia vel venationibus cunctos in perferendis malis ac laboribus superaret. Cùm Alexander eximiæ magni- 90

tudinis leonẽ ſterneret, Spartanorum legatus qui fortè ade
rat, Pulchrum erat medius fidius, ait, Alexander, vt pro im
perio cum leone decertaſſes. Hanc venationem æreis con-
flatam imaginibus Craterus Delphis appendit. Canes au-
tem inerant, & leonem Alexander adoriens, & Craterus ad
iutans: quorum partem Lyſippus, patẽ Leochares effinxit.
Hoc pacto Alexander vt ſe ſimul laboribus exerceret, ac
ſuos ad virtutem incitaret, cùm multa ſubiret diſcrimina,
eius amici fortunis elati, illecebriſque ac otio magis intẽ-
ti, tot militias peregrinationéſq; moleſtè perferre, inde ſen
ſim ad contumelias & maledicta tendere, quæ ille per quã-
dam manſuetudinis abundantiam modeſtè ac comiter tole
rabat, regium eſſe affirmans, vt à quibus malè audias, in eos
91 magis ſis beneficus. Quæcunq; in amicos vel puſilla con
Beneuolentia in amicos. tulit, ea ingentis beneuolẽtiæ honoriſque extãt indicia. Ex
quibus pauca expoſuiſſe ſat erit. Cùm Peuceſtas vrſi mor-
ſu vulneratus, id quidem aliis, Alexandro verò minimè ſi-
gnificaſſet, ad eum multa conqueſtus ſcripſit: At nunc quo-
nam te habeas modo ſcribe, inquit, & ſi quis ſociorum in-
ter venandum te deſtituerit, vt debita luat ſupplicia. Abſen
ti ob res gerendas Hephæſtioni ſcripſit, dum ipſe ac nõnul-
li Ichneumonem per iocum infeſtarent, Craterum Perdicę
iaculo occurrentem in vtraque coxa vulnus accepiſſe. Au-
diens ex ægritudine quadam priſtinæ reſtitutum incolumi
tati Peuceſtam, Alexippo ſcribens medico magnas egit gra
tias. Dum Craterus aduerſa valetudine teneretur, ob quod-
dam inſomnium nonnulla pro eo ſacra peregit, eúmque vt
92 itidẽ faceret, admonuit. Pauſanię quoq; medico, cùm Cra
tero pararet elleborum, poſtquam pro animi ſolicitudine
multa ſcripſiſſet, quo pacto antidotum propinaret admo-
nuit. Ephialtem & Ciſſum, qui primùm Harpali fugã nun
tiauerant, in vinculis habuit, quòd ipſos de eo viro falſa ob
loquutos diceret. Cùm infirmis ac ſenectute confectis re-
meandi poteſtatem faceret, Eurylochus Aegæus ſe inter ægro-
tos inſcripſit: poſtmodũ vbi nulla infirmitate detinexi de-
prehẽſus eſt, amore Teleſippæ captũ ſe cõfeſſus eſt, eamque
diſcedentem ad mare vſque conſectari velle dixit. Eius fœ-
minæ conditionem percontatus Alexander, vt ingenuum
eſſe ſcortum accepit. Nos inquit, Euriloche in hac pera-
manda ſocios habes, proinde aut largitionibus, aut verbis
vt

vt ad permanendum inducas vide, quandoquidem ex libe-
ra ortã affirmas. Hunc ſæpenumero virum admirari licet,
quòd amicorum gratiã, pro rebus huiuſmodi operam & ac
curatam quidem in ſcribẽdis dederit epiſtolis: qualia hęc,
cùm Seleuci puerum qui in Ciliciam profugeret, diligẽtiſ-
ſimè iuſſit inquiri. Peuceſtã quoque laudibus proſequu- 93
tus eſt, quòd Crateri ſeruum Niconem comprehendiſſet.
Seruus quidam in aſylo reſederat, quam ob rem ad Mega-
byzum literas dedit, vt illum è templo ſi queat elicere, cor
ripiat, intra ſacram ædem nullam vim afferat. Principio
cùm in cauſis capitalibus ius diceret, orante accuſatore, al
tera manu aurem ſolebat occludere, vt ipſa reo omnis ex-
pers calumniæ cõſeruaretur. Poſteriori tempore ad calum-
nias quanquam falſas ac veriſimiles vehemẽter excandeſce
bat, præcipuè cũ de ſe malè audiebat, ita vt ſæuiẽs inexora
bilſque deſiperet, adeò vitæ ac imperio gloriam antepone
bat. Inde cùm tertio congreſſurus prælio aduerſus Darium
caſtra moueret, is captus à Beſſo nuntiatur, tum præter ſti-
pendia Theſſalis duum millium talentùm munus erogans,
eos domum dimittit. In perſequẽdo autem Dario aſperis 94
atque longiſsimis exactis itineribus (vno enim equo decem
diebus tria millia & ducenta ſtadia emenſus eſt) vniuerſum
ferme exercitum per loca præſertim aquarum expertia la-
bor affecerat, vbi quædam Macedonum manus mulis aquę
plenos exfluuio ſubuehens vtres, Alexãdro ſit obuiã. Quem
vergente in meridianum tempus die, ob ſitim ægrè ſe habẽ
tem conſpicati, extemplo impleram aqua galeam attule-
runt. Ei deinde percontanti ad quos eos perferrent latices,
ad ſuos reſpondẽre liberos, quos ſi nunc amiſerimus (tibi
modò vita ſuperſit) alios creandi facultas erit. His auditis *Curtius*
vbi galeam in manus cepit, circunſpiciẽs quos circa ſe habe *li. 7.*
ret equites, demiſſo capite & fixis in potum oculis, inguſta
tam reddidit lympham, probatíſque viris, ſi ſolus bibero,
inquit, hos mœror inſtigabit. Eius continentiam & animi
magnitudinem cùm inſpexiſſent equites, eundum eſſe ma-
gna cum ſpe certatim acclamarunt, ſtatímque calcaria e-
quis ſubdũt. Non enim laborẽ perferre, non denique mor 95
talitati ſeſe obnoxios exiſtimare, donec talẽ eis regẽ adeſ-
ſe cõtigerit. Vna itaq; cunctorũ ſedulitas & animi prõptitu
do fuit. Cæterùm cùm ſexaginta tantummodo (vt aiunt)

viri fusa iam Darij castra irrupissent, disiectum grande auri & argenti pondus calcantes, multos quoque puerorum & mulierum currus aurigis destitutos aspernati, proceres solummodo fugientes, in quibus Darium esse arbitrabantur, persequi contendunt. Vix tandem compluribus confossum vulneribus Darium in vehiculo iacentem feréque expirantem offendunt: is cùm frigidam aquam præbente Polystrato potasset, Quisquis es mortalium, inquit, hoc mihi extremum vniuersę calamitatis genus accidit, vt pro tanto in me beneficio dignas tibi referre grates nequeam, at referat Alexãder, Alexandro verò dij, pro eius summa in matrem, vxorem, ac liberos meos humanitate ac clementia, cui hoc dextræ pignus pro me dabis. Hæc dicentem accepta Polystrati manu, vita destituit. Ad eum perueniens Alexander, ipsius casum per maximam doloris acerbitatem haud dissimulanter tulit, demptáque sibi chlamyde illius corpus ornauit. Postremò in potestatem redactum Bessum grauissimo cruciatu dissipauit: proceris nanque in vnum curuatis arboribus, cùm vtrique corporis partes alligasset, eas tanto concitatas impetu remisit, vt laniata passim membra dissiecerint. Tum Darij corpus regiis ornatum insignibus ad matrem deferri iussit. Eius fratrem Exathrem magna sibi familiaritate deuinxit. Inde cum robustissimis copiis profectus subegit Hyrcaniam, vbi maris sinum haud Ponto minorem, cęteris autem maribus dulciorem cõspicatus, cùm nihil ex eo certi perdidicisset, quandam Mæotidis paludis partem esse cogitauit. Huius tamen rei veritas haud latuisse Physicos videtur, qui diu ante illam Alexãdri expeditionem memoriæ prodiderunt, ex quatuor exterioribus Oceani, qui mediterraneum irrumpunt, sinibus, Hyrcanum pelagus, quod Caspium vocãt, propinquum magis esse Boreæ. Ibi cùm quidam ex insperato barbari stabularios inuasissent, equum abduxere Bucephalum. Quam rem immodestè adeò tulit, vt nisi restituissent, se cunctos eorúmque liberos obtruncaturum per pręconem interminatus sit. Quocirca equum mox referentes, suásque ciuitates in eius potestatem ponentes affuere. Quos omnes benignè alloquutus, equi captiui præmia reddidit. Hinc castra mouit in Parthiam: vbi intentus otio, barbaram primò stolam induit, siue vt probatis illorum legibus, ipsos per quandam sibi consuetudinem conciliaret.

96 *Darij interitus.*

97 *Curtius lib. 6.*

conciliaret, quòd ad mitigandas hominum mentes plurimùm patrij moris valeat consuetudo: siue vt hoc pacto Macedonum tentaret animos, quos paulatim ad spernendos patriæ ritus assuefacere nitebatur, quò illũ adorari modestius perferrent. Nunquam tamen vt Medorum amictum barba 98
rum nimis & ab se alienum assumeret induci potuit, semper anaxyridas, candyn, tiarámque repudians: at medium quendam inter Persicum & Medum habitum aptissimè temperans, qui vt illo iucũdior, hoc ita erat augustior. Eo primùm vsus est in barbarorum conuentu, ac domi cum æqualibus: dein passim seu equitaret, seu ius diceret, eodem spectabatur ornamento. Quod quanquam Macedonibus triste spectaculum esset, reliqui tamen eius virtutem ingenti admiratione prosequentes, quædam illi ad voluptatẽ gloriámue concedenda existimabãt. Is quanquam accepto nuper in tibia sagittæ vulnere, ita saucius abierit, itémque lapidis ictu percussus in collo, adeò vt oborta caligo diu oculos oppresserit, haud tamen sibi temperauit, quò minus audentius ante alios pericula primus iniret. Superato Orexarte fluuio, 99
quem is Tanaim existimabat, Scythas fudit, & ad stadia centum vsque fugauit, vlterius insequi fluxu vẽtris inhibitus. Ibi occurrisse illi Amazonem multi perhibent, ex quibus, sunt Clitarchus, Polycritus, Onesicritus, Antigenes, Istrus. Aristobulus autẽ, Chares Isangeleus, Ptolemeus, Anticlides, Philon Thebanus, Philippus Isangeleus, præterea Hecatæus Eretrieus, Philippus Chalcidensis, & Duris Samius, id figmentum fuisse referunt: quibus testimonium Alexander videtur afferre, qui cùm ad Antipatrum vniuersa perscriberet, Scytharum regem sibi filiam despondisse ait, Amazonem verò ne commemorauit quidem. Posteriori tempore cùm regnanti Lysimacho quartum librum Onesicritus, in quo de Amazone illa perscriptũ est, legeret, Lysimachus paulũ subridens dixisse fertur: Et tunc vtiq; ego aderã. His 100
quisq; fidẽ aut habeat, aut deroget, haud Alexandrũ propter ea, vel minori, vel maiori admiratione prosequetur. Veritus autem ne Macedones in posterum militiæ pertæsi fatiscerent, cætera quidem dimissa multitudine, ipse cum flore copiarum XX M. peditum, & tria equitum secum ducens, in Hyrcaniam proficiscitur. Quibus pro concione habitis, nunc se barbaris velut in somniis ostendisse ait,

qui si perturbatis tãtummodo Asiæ rebus abierimus, in nos illico tanquam in mulieres impetum facient. Verùm enimuerò quisquis abire cupiat, excedat, inquit, obtestatus se amicorum, eorúmq; qui eam secum perferre expeditionem velint, viribus, vniuersum terrarũ orbem Macedonum imperio subditurum. Hæc epistola quadam ad Antipatrum his
101 ferme vocabulis conscribuntur. Additur præterea cunctos milites quocunque terrarum ageret sequuturos sese libenter acclamasse. Hi cùm alexandri conatus animo suscepissent, reliqua ductu facilis turba consequitur. Tum ritum indigenarum propensius imitatus, ad Macedonicos quoq; transtulit mores, eorum temperata communicatione, facilius beneuolentia, quàm vi, rerum imperium comparare ratus, præsertim cùm procul abesset. Itaq; triginta puerorum millibus delectis, eos græcarũ disciplina literarum instrui, & Macedonico more armorũ vsibus versari præcepit, compluribus ad eam rem magistris institutis. Roxanen conspicuæ formæ mulierem olim in conuiuio conspicatus adamauit, quod rerum gerendarum proposito maximè conduxisse visum est. Eius enim matrimonium sublatos ad spem barbaros plurimùm alexandro fide beneuolentiáque coniunxit, in quo tanta vsus est castimonia, vt cuius vnicæ amore fœminæ victus erat, eam nõ nisi cũctis solenni more per
102 actis attigerit. Eas res cũ summus eius amicus Hephæstiõ approbaret, paribúsq; vteretur ornamẽtis, Craterus autẽ in retinendis patriæ moribus pergeret, per illum barbaris, per hũc Græcis & Macedonibus respõsa dabat, iúsq; dicebat. Deniq; cùm Hephæstiona vehemẽter amaret, Craterũ honoraret, illum quidem Alexandri, hunc verò regis, amicos vocare ac existimare solebat. Quapropter cùm multas haberent simultates, sæpenumero dissidebant. Semel in terra India nudatis ensibus conferre manus cœperant: succedẽtibus deinde ad ferendum vtrique auxilium amicis, celeriter interuenit Alexander, & Hephæstionem apertis carpsit conuitiis, vecordem, insanúmque vocitans, qui dempto sibi Alexandro, nihil se prorsus esse intelligat. Seuocatum quoq;
103 Craterum per acerbissimas habuit contumelias. His inde conciliatis, Hammonem cæteróque deos obtestatus, se illos cunctorum amicissimos hominum habere iureiurando confirmauit. Verùm enimuerò si eos in posterum discep-

tare

ptare senserit, vtrunque, aut qui inchoarit, necaturũ. Quam obrem hi postea quicquam neque per iocum dixisse, neque inuicẽ perpetrasse traduntur. Erat Parmenionis filius Philotas amplissimæ inter Macedonas dignitatis, vt qui fortissimus ac robustissimus haberetur, & munificus ac benignus, quantùm post Alexandrum nemo. Cùm ex familiaribus quidam argentum ex eo peteret, ísque erogari præcepisset, se dispensator habere negauit. Cui Philotas, Quid ais? inquit: neque poculum, neque vestem habes? Elatione animi, diuitiarum amplitudine, corporis ornamento, & vitæ modis supra priuatorum morem odiosius vtebatur, ita vt per quendam excelsi fastum animi, insipidúmque ac ingratum cunctis incessum, magnam suspicionẽ inuidiãque contraxerit. Quocirca ei nonnunquam Parmenionem 104
dixisse fertur, Paulò mihi deterior esto. Cæterùm hic Alexandro iam pridem in suspicionem venerat: nam post superatum in Cilicia Darium, correptámque Damasci prædam, cùm multa captiuorum corpora referrentur in castra, comperta est serua quædam genere Pydnæa, facie decora, nomine Antigone. Hanc Philotas assequutus, cùm inter potandum sibi, vt adolescens amicæ, multa rei militaris magnificè gesta paulò liberius iactaret, quicquid strenuè factum est, suum aut patris opus esse demonstrauit. Alexandrum quoque, quem adolescentulum vocitabat, per eos nomen tenuisse regium. Id vbi mulier amatori cuidam renuntiasset, ille alteri, vt fit, denique sermo manasset ad Craterum, ille mulierem adduxit ad Alexandrum. Qua audita, iubet vt cum Philota consueta facere pergat, ex eo quicquid excusserit, ad se renuntiatum eat. Nescius Philotas huiu- 105
scemodi se circunuentum insidiis, contubernium frequentabat Antigones, multa interim contra regem verba per indignationem atque iactantiam ineptissimè profundens. Alexander, tametsi aduersus Philotam id perquam efficax vehemẽnsque foret indicium, tacitus tamen perferre, seque cohibere statuit, seu magna in se Parmenionis beneuolentia fretus, seu ingentem ipsorum gloriam ac potentiam reformidans. Ea tempestate Macedo- Philotas.
quidam ex Chalæstra, nomine Dimnus, capitales Alexandro struebat insidias: quam quidem ad rem iuuenili ætate Nicomachum, cuius amoribus tenebatur, socium

adsci

adſciſcebat:quod'ille aſpernatus, rem fratri Cebalino aperit. Qui procedens ad Philotam, ſe introduci rogabat ad Alexandrum. Ipſe verò neſcio quid cogitans (incertum enim eſt) eos minimè introduxit, quòd regem maiora quędam a-
106 gitare negotia diceret. Quod & ſecundò factum eſt. At illi ob Philotæ inſolentiam ad alium ſe vertunt, à quo mox ad Alexandrum admiſsi, cùm primùm Dimnum accuſaſſent, Philotæ factum indicant, quòd à ſe bis appellatus eos vſque parui penderit. Ea res Alexandrum vehementer inflammauit. Miſſus deinde vt captum ageret Dimnum, ipſum reluctantem ſeque defendentem obtruncat. Quare magis atque magis Alexander excanduit, quoniam illum hoc pacto ne ſuæ detegerentur inſidiæ effugiſſe ſuſpicaretur. Mox vbi acerbiſsimum in Philotam odium patefecit, illius inimicos exciuit, palàm dictitantes, eam regis ignauiam eſſe, ſi Dimnum Chalæſtrinum hominem tantum in ſe facinus audere putet: cęterùm eum miniſtrum quendam, imòverò maioris inſtrumentum fuiſſe potentiæ. In illis eam diſcutiendam eſſe coniurationem, quibus vt celaretur plurimùm conduce-
107 cebat. Cùm ad huiuſmodi ſermones atque ſuſpiciones regiæ patuiſſent aures, innumerabiles aduerſus Philotam calumniæ afferebantur. Captus itaque Philotas in quæſtionibus habitus eſt præſentibus amicis, extrinſecus autem è tabernaculo audiente Alexandro. Quo ad Hephæſtionem miſerabiles ac ſupplices emittente eiulatus, dixiſſe ferunt Alexandrum: Cùm mollis adeò effœminatúſque eſſes Philota, tanta receptabas facinora? Occiſo Philota eueſtigio miſſus in Mediam Parmenio ibi interficitur, vir complurium rerum geſtarum Philippo ſocius, qui ſolus autē ex natu grandioribus pręcipuè Alexandrum, vt in Aſiam tranſiret accenderat. Ex tribus liberis quos in ea expeditione habuerat, duo pridem ante ora parentis præliando cæſi, ipſe vnà cùm
108 tertio periit interemptus. Eas ob res cùm multis Alexandri familiaribus, tum Antipatro vehemēs terror incutitur. Aetolis vltro citròque data acceptáque clandeſtina fidei pignora. Hí ob deſtructos Oeniadas Alexandrum extimeſcebant: qui eius deſtructione gentis audita, Aetolos non Oeniadum filiis, verùm ſibi ſupplicia daturos obteſtatus erat. Haud longè pòſt Cliti caſus conſequitur, quem ſi quis accuratè intellexerit, maioris ſæuitiæ, quàm Philotæ factum iudica-

dicabit: ſin tempus cauſámque ratione perpenderit, non magis conſilio, ſed infelicitate perpetratum inueniet, cùm per *Iuſtinus lib.12.*
iram ac ebrietatē ſuo fato Clitus materiam occaſionémque *Curtius lib.8.*
præbuerit. Hoc modo geſta res eſt. Quidam ex ora maritima græca ad regem poma detulerant, quorum cōſpicuam *Val. Max lib.9.ca.3.*
maturitatem admiratus, Clitum vt commōſtraret & imperatiret accerſit. Ille ſacrificia peragebat, quibus omiſsis regē
adiit. Tres illum oues ex immolandis hoſtiis conſequun- 109
tur. Quod prodigium conſpicatus Alexander, accitis ariolis Ariſtandro & Cleomanti Spartano aperit. His dira portendi affirmantibus, ilicet pro Clito inſtaurari ſacrificium iuſsit: tertio ſiquidem antè die horrendum per quietem videratinſomnium. Exiſtimarat enim Clitum inter Parmenionis liberos atris ſedere veſtibus, omnéſq; exanimatos. Necdum litato, Clitus poſteaquam Caſtori & Polluci Alexāder immolaſſet, venit ad cœnam. Poſtquam exempta vino ſitis eſt, Pranichi, vel (vt quidam aiunt) Pierionis carmina decantabantur, quæ illi contra ductores Macedonum nuper à barbaris profligatos, per riſum & ignominiā ediderat. Quam rem cùm natu grādiores moleſtè ferrent, poetámque ſimul & cantorem per contumelias interpellarent, Alexander & nonnulli cum eo magna cum voluptate audientes, canentem exhortabantur. At Clitus iam vino grauis, natura fe- 110
rox & indomitus, id ægrè tolerabat, indignum eſſe affirmās inter hoſtes barbaros maledictis carpere Macedonas, viros ipſis longè præſtantiores irriſoribus, tametſi minus ſecunda fortuna obtigerit. Tum Alexander nihil à ſe diſcrepare Clitum inquit, qui Macedonum formidinem, minus ſecundam appellet fortunam. Inſurgens Clitus, hæc, inquit, formido te diis genitum, iámque Spithridatis gladio terga vertentem, letho eripuit. Te Macedonum cruor, te vulnera hęc eò peruexerunt, vt Hammonem vſurpans genitorem Philippum aſperneris. Inflammatus his Alexander, Cùm hæc de nobis infandum caput obloqueris, Macedones ad ſeditionem inſtigans, alacrem te futurum exiſtimas? Tum Clitus, neque verò in præſentia ſumus alacres, inquit, Alexander, talia laborum præmia conſequuti. Felices verò quibus antè contigit oppetere, quam Macedones Medorum virgis percuſſos, nóſque vt ad regem admitteremur Perſas obſecrantes aſpicerent. Hæc atque talia Clito liberius dictitante, 111

cæteri

cæteri qui Alexandrum circunſteterant exurgere & conuitiari, longæui autem ſenes exorientem ſedare tumultum. Cõuerſus ad Xenodochum Cardianum Artemiúmque Colophonium Alexander, nónne Græcos inter Macedones, inquit, tanquam ſemideos inter belluas ambulantes cernere videmini? Clitus haudquaquam obſequutus, Alexandrum quodcunque velit in medium proferre iubet: at viros ingenuos & loquendi fiduciam habentes, ne in cõuiuium voces, ait, verùm cum barbaris atque mancipiis vitam exigas, qui zonam Perſicam cãdidúmque adorent amiculum. Irarum impatiens Alexander, cùm proiecto pomo Clitum percuſſiſſet, gladium perquirebat, quem ſatelles quidam Ariſtophanes prior ſubduxerat. Inde cùm cæteri precibus detinerent, proſiliit, Macedonico ſermone clypeatos vocans mili
112 tes. Id verò ingentis ſignum tumultus erat. Subinde iuſſo canere tibicini, perinde ac tardius agenti tubámque detrectanti, pugnis inſultauit. Is poſtremò collaudatus eſt, quòd potiſsimũ ne caſtris tumultuaretur obſtitiſſet. Clitus cùm nullo pacto cederet è triclinio, vix tandem ab amicis explo ſus, ſubinde per alias irrupit fores, iambicum illud ex Andromacha Euripidis per ſummam contentionem temerita témque pronuntians, Heu quàm truces in Græciam mores veniunt. Alexander arrepto ex ſatellitis manu ſpiculo, oc-
Cliti mors currentem ſibi Clitum, iámque aulæum ianuæ ſubducẽtem tranſuerberat. Eum ingenti clamore ac ſuſpiriis corruentem, ſtatim defecit animus. Alexander vbi ſecum facinus reputans, tacitos cernit aſtantes, ex occiſi vulnere telũ raptim eductum, in ſuum vertiſſet iugulum, ni ſatellites correptas ipſius magnus à cæde retraxiſſent, ipſúmque vi intra cubicu
113 lum intuliſſent. Eam noctem nunc vociferans, nunc lamentans, ſæuis exegit luctibus, adeò vt malis feſſus, nullis editis vocibus, poſtridie iaceret elinguis, graues tantùm emittens gemitus. Ipſius æquales ea veriti ſilentia in cubiculum irrumpunt, vbi cęterorum quidem verba minus admittebat. Cùm autem vates Ariſtander tum ex ſomnio Cliti, tum aliis ex prodigiis, ea iam pridem ex fatorum ſerie obtigiſſe memoraſſet, ſedari nonnihil dolor viſus eſt. Quamobrem intromiſſus eſt Calliſthenes ariſtotelis neceſſarius, & abderita ſimul anaxarchus. Calliſthenes quidem honeſtatis rationibus per quandam ſuauitatem adortus, ſermone

ne circunducto mœrorem leniter excerpebat. Anaxarchus principio quandam philoſophandi viam ſibi vendicauerat, qua inſolens & æqualium contemptor exiſtimabatur. Is igitur quamprimùm ingreſſus clamitabat, Hicci- 114
ne eſt alexander, quem cùm orbis terrarum ſuſpiciat, more
mancipij luget abiectus, hominum leges & ignominiam
reformidans, quibus ipſe ſe legem & iuſtitiæ metam con-
ſtituiſſe debuerat, per illam quam victor obtinet maieſta-
tem, non autem inanis cuiuſdam gloriæ cupiditate victum,
ſeruilem animum induere. An ignoras, inquit, proinde fas
iúſque cominus aſsidere Ioui, vt quicquid reges perpetrauerint, licere iuſtúmque eſſe intelligas? Hac vſus oratione anaxarchus ægrum quidem regis leuauit animum, at
ipſius mores compluribus in rebus nefarios magis molliores reſque reddidit, eique miro ſe modo deuinxit, Calliſthenis conſuetudinem alioqui ex illius ſeueritate ingratam reprobans. Olim cùm inter cœnandum de anni partibus, & cæli temperie orta diſputatio eſſet, dicentibus hîc aſperiora, quàm in Græcia ad hybernandum loca eſſe, anaxarchus per
contentionem aduerſabatur. Tum Calliſthenes, Atqui 115
hæc illis longè frigidiora confitearis oportet, inquit: iſtic enim lacerna velatus vniuerſam exigebas hyemem, hîc autem tribus inuolutus tapetibus accumbis. Ea res anaxarchum acriter irritauit, reliquos verò ſophiſtas & aſſentatores dolore inurebat: qui cùm ab adoleſcentibus propter ſermonis elegantiam ſummo ſtudio coleretur, non minus natu maiores oblectabat, quòd ad bene honeſtéque viuendum ſeipſo contentum virum cernerent: ſuæ quoque peregrinationis vulgatam occaſionem confirmabat, quòd reducendorum ciuium, inhabitandæque cauſa patriæ, per quandam animi magnificentiam ad Alexandrum commigraſſet. Atenim ob eius gloriam & opinionem inuidioſus, obtrectatoribus interdum inter ſe obloquendi materiam præbuit. Nam quopiam inuita- 116
tus perſæpe repudiabat: in ſodalitiis per grauitatem atque ſilentium nullum probare factum, nihil denique placere ſignificabat. Itaque Alexandrum ei dixiſſe tradunt, Odi ſapientem, qui ſibi ſapiat nihil. In ipſo conuiarum cœtu iuſſus aliquando inter pocula laudes explicare

Mace

Macedonum tanto eloquentiæ fluuio rem ipſam exornaſſe fertur, vt ſurgẽtes vniuerſi ſecundo in eum plauſu coronas ſparſerint. Tum Alexander: Profectò quiſquis (vt ait Euripides) perpulchram nactus eſt in dicendo materiam, ei haud immenſum eſt opus bene ornatéque dicere. Cæterùm quò magis eloquẽtiæ tuæ vires oſtentes, inquit, ipſos accuſa Macedonas, vt hi ſua noſcentes errata, viros ſeſe meliores inſtituant. Calliſthenes igitur cùm ad palinodiam ſeſe conuertiſſet, multa Macedonum delicta liberius explicans, propter Græciæ ſeditiones atque diſcordias Philippi auctum imperium fuiſſe demonſtrat:

Calliſthenis eloquẽtia.

Venit honos ſceleri miſera vt diſcordia regnet.

117 Quę res aduerſus illum acerbam grauémq; Macedonum conflauit inuidiam. Tum Alexander, Calliſthenem non orandi grauitatem, ſed ſummum contra Macedones odium comparaſſe inquit. Hæc quidem Stroibum Calliſthenis lectorem Ariſtoteli narraſſe prodit Hermippus. Poſtmodum Calliſthenes cùm alienatum ab ſe regis amorẽ intelligeret, eis bis ac ter hunc protulit verſum:

Occidit & Patroclus vir te præſtantior olim.

Nõ ab re igitur Ariſtoteles dicere ſolebat, Calliſthenem magnam in dicendo potentiam aſſequutum, mẽtis inopem eſſe. Cùm ergo quadam philoſophiæ acrimonia & rigiditate adorandum diſſuaderet Alexandrum, ſolus ea palàm dictitabat, quæ Macedonum proceres appriméq; ſeniores per grauem animi indignationem taciti perferebant. Quare cùm illum adorandi morem auertiſſet, effectum eſt vt magna quidem Græcos, maiori autem Alexandrum infamia liberarit, ſibi perniciem comparans, vi magis, quàm perſuaſione regem abſterrere conatus. 118 Chares autem Mitylenæus memorię prodidit, Alexandrum in conuiuio quodam cùm epotauiſſet, phialam cuidam ex familiaribus porrexiſſe, qua recepta, illum ad laresverſum ſurrexiſſe, primúmque vt epotaſſet adoraſſe, poſtea exoſculatum Alexandrum diſcubuiſſe: quod cùm omnes ordine feciſſent, Calliſthenem accepta phiala poſt potum vt regem oſcularetur acceſsiſſe, qui cum Hephæſtione colloquens minus animaduerterat. Tum Demetrius cognomento Phydon ad regem, Ne oſculare, inquit: te enim ſolus hic haud adorauit. Quapropter Alexander

Alexãder oſculũ deuitaſſe fertur: at Calliſthenes altè vociferans dixiſſe, Vno igitur minus habẽs oſculo diſcedã. Tãlibus alienati ſignis animi habita Hephæſtioni fides eſt, cùm Calliſthenẽ quidẽ adorare pollicitum, promiſſa verò mentitum diceret. Inde Lyſimachi & Agnones inſtare, qui 119 virũ affirmabant ad labefactãdas imperij vires procaciter obeuntem. Ad illũ concurrere adoleſcentes, illi fauere, ſolum hũc inter tot millia ingenuũ appellare. Idcirco deinde aduerſus Alexandrũ Hermolai coniuratione detecta, illud ei veriſimilius obiectare crimẽ viſi ſunt. Siquidẽ percõtãti cuipiam, quonã modo illuſtriſsimũ ſe virum faceret: ſi illuſtriſsimũ interemeris, inquit. Dumq; ad perpetrandũ facinus Hermolaũ exhortaretur, ne aurea fulcra formidaret admonuit, verùm ſe hominem morbos ac vulnera patientem inuadere reminiſceretur. Ex ipſis autẽ Hermolai complicibus neminem vel extrema neceſsitate adduci potuiſſe conſtat, vt quicquam aduerſum Calliſthenem loqueretur. Alexander quoq; ad Craterũ, Attalum, & Alcetam ſtatim 120 ſcribens, ait: Adoleſcẽtes quidem habitos in quæſtionibus eas res inceptaſſe confeſſos, ſe verò conſciũ habuiſſe neminem aſſeuerantes. Poſtremò ſcribens ad Antipatrum, poſt multa Calliſthenis conuitia, iuuenes quidem inquit à Macedonibus ſaxis obrutos, ipſum autẽ philoſophum, quiq́ue illum emiſerunt, quiq; meos intra oppida ſuſceperunt inſidiatores, ego ſupplicio afficiam. In quibus ſe contra Ariſtotelem apertè detexit, apud quem ob generis propinquitatem educatus erat Calliſthenes: eius ſiquidem mater Hero conſobrina fuit Ariſtotelis. Ipſum ab Alexandro cruci ſuffixum vitã finiſſe quidam perhibent: alij in vinculis morbo correptum expiraſſe. Chares refert eum poſteaquã captus eſt, vt corã Ariſtotele in ſenatu cõdemnaretur, ſeptem menſibus in compedibus obſeruatum: cumq; Alexander apud Mallos Oxydracas circa Indiam vulnus accepiſſet, Calliſthenem ob nimiã aruinam contracto pedore ac ſordibus, ſupremum obiiſſe diem. Hæc poſteriori tempore 121 contigerunt. Demaratus Corinthius ætate iam confectus, ſtudio ac voluptate profectus ad Alexandrum, cùm illum viſeret, quammagna priuatos amœnitate Græcos inquit, quibus priuſquam in Darij, ſolio ſedentem conſpexiſſent Alexandrum, vita exceſsiſſe contigit. Nec amplius regiæ

Curtius lib. 8.

Hermolai coniuratio in Alexandrum.

Strabo lib. 15.

fructum beneuolentiæ consequutus, aduersa correptus valetudine diem suum obiit. Eum Alexander funere extulit magnificentissimo; exaggeratus est ei ab exercitu tumulus ambitu quidem amplissimo altitudine verò octoginta cubitorum: reliquiæ autē ornatissima quadriga ad mare vsq; delatæ sunt. Deinde castra moturus in Indiam, cùm prædæ magnitudine onustum tardumque cerneret exercitum, vt primùm illuxit dies, suos ac familiariū currus paratos prio
122 res incendit, postea cæteros Macedonum subiectis vrere flammis edixit. Cuius rei cùm grande primò consilium videretur, maior extitit euentus: paucis enim dolore perculsis, cæteri perinde ac numine afflati voces clamoresq; alacres attollere, vsibus tātùm necessaria capere, reliqua velut superuacanea succendere. Quæ res impetu alacritateq; refertum magis atq; magis Alexandrū concitauit. Iam enim suis esse terrori cœperat, inexorabilis ad errata castigator. Nam quendam ex æqualibus suis, Menandrum nomine, castelli custodiæ præfectum, ob desertam stationem necemultauit. Orsodatem barbarum, qui ab illo defecerat, ipse
Prodigiū. sagitta confixit. Interea ouis quædam agnū, qui colore ac forma tiaræ capite, gemellosq; vtrinque corymbos habebat, enixa est. Id abhorrens prodigiū, quibusdam Babyloniis, quos ea de causa de more secū ducebat, purificandum
123 se præbuit. Tum ad amicos, non sui, verùm ipsorum causa turbari atq; solicitari dixit, ne post seuilissimum ac degenerem quempiam regni fastigio fortuna præficiat. Qua in re haud tamen diutius animi pendens extitit, postea enim lætius apparens prodigium, omnem soluit tristitiam. Cùm enim sarcinarū custodiæ vir præfectus Macedo Proxenus nomine regio locum tabernaculo prope Oxon amnem foderet, pinguis fontē liquoris aperuit. Quo primùm hausto, clarus ac lucidus scatens, non odore, non gustu quicquam ab oleo differre videbatur, quin eiusdem omnino splendoris ac pinguedinis: quoq; magis mirere, oleā illa nusquam fert regio. Oxi quoq; fluminis adeò pinguis aqua traditur, vt qui in eo loti fuerint, cutim eis ac corpus inungat. Ex eo autem prodigio quantum admirandæ voluptatis Alexander ceperit, in his, quæ ad Antipatrum scribit, maximè declarat, qui hoc à diis immortalibus quàm amplum susce-
124 pisse munus existimat. Vates autem eam expeditionem tum

tum clarissimam, tum asperam & casibus refertam significabant. Oleum nanq; ad leniendū corpus à deo tributū esse mortalibus. Multa igitur illi inter pugnas obtigere discrimina, grauia recepta vulnera, vehementissimā quoq; suis pernicie inopia rerū attulit. Aspera cæli intemperies magna ex parte cōfecit exercitum. Ast ille cùm fortunam audacia, viresq; virtute superare studio gloriæ niteretur, nihil fortibus indomitum, nihilq; munitum satis ac tutum contra audentes ducebat. Cùm Sisimethris vrbem rupis inaccessæ, obsidione cinxisset, tristes conspicatus milites, percontatus Oxiartē dicitur, quid animi gestaret Sisimethres: respondente Oxiarte, timidissimum illum esse hominum: Petram, inquit, capi facilem nobis refers, quandoquidem immunitū ac imbecillem ipsius inquis esse principem. Ita 125
factum est: ea enim, terrefacto minis Sisimethre, potitus est. Cùm alteri in rupe quadam oppido iuuentutem Macedonicam admoueret, quendam Alexandrū nomine compellans. Tua interest, inquit, vel ipsius virtute cognominis, strenui gesta militis conficere. Dehinc cùm ipse fortissimè dimicans adolescens oppeteret, non mediocriter animum perculit Alexandri. Postmodum in aggredienda Nisa dum pauore torpent milites, siquidem profundum ei oppido flumen allabitur, emicat Alexander, &, O deterrimus inquit, ego, qui nunquā nare didici: moxq; rapto incumbens clypeo traiecit. Ibi consummato prælio, ex obsessis vrbibus supplices aduenere legati, qui primùm in armis terribilem conspicati virū, stupore perculsi stetere, allata postmodum sella, grandæuum quendam nomine Acuphin sedere iussit. Tum eius splendorem ac clementiam admiratus Acuphis, 126
interrogat, Quidnam facturi tuam assequi beneuolentiam possumus? Cui Alexāder, Si suum te ciues principem creauerint, & ad me centum præstantissimos miserint viros. *Taxiles.*
Tum ridens Acuphis, Maiori cum dignitate imperabo, inquit, si nequissimos ad te misero. Erat præterea Taxiles ingnis vir sapientiæ, * sub cuius imperio maior Indiæ pars, quàm vniuersa ambit Aegyptus, tenebatur, pingue solum pabulo, & lætus ager frugibus. Hic cùm salutatum venisset Alexandrum, Quid mutuo decertandum est nobis bello, inquit, si nō aquam, aut necessarium nobis cibum intercepturus aduentasti? pro quibus duobus strenuos ac sapien-

* ἀλ ἰνδικῆς ἔχεν μοῖραν ὑπὸκάτω Αἰσσαμ αὶ γνῶτα τὸ μέγεθ.

,,
,,

tes belligerare viros decet. Equidem si te ditior aut locupletior sum, in dandis ad te beneficiis paratus aduenio: sin inferior existo, tua in me confer officia: ego verò dignas habere tibi gratias non recuso. Ea re lætatus Alexander, 127 virum comiter amplexus, Atqui putas, ait, sine bello hac sermonum familiaritate nos amicitiam assequutos? Atqui ne superes faxo. Ego enim hoc vno tecum bellandi genere enixissimè decertabo, ne quanuis frugi vir, & conspicua benignitate existas, in gratificando vincar abs te. Inde Alexander multis ex illo susceptis, pluribus verò redditis muneribus, postremò mille ei æris talenta transmisit. Quæ res suorum animos vehementi dolore conficiens, maiorem in modum pronas in se barbarorum mentes effecit. Postquam stipendiarij quidam & bellacissimi Indorum milites eorum præsidio ciuitates egregiè tutarentur, magnas Macedonum copiis strages inferentes, Alexander cum eis intra quoddam oppidum pactis induciis, postmodum abeuntes in potestatem redactos cæcidit ad 128 vnum. Id quidem facinus bellicis illius rebus, alioqui iustè & regia cum dignitate confectis, quandam inusit maculam. Non minori illi impedimento quidam fuere philosophi, qui fauenteis Alexandro reges deteriorem in partem vertebant, & ingenuos quosdam populos ad defectionem solicitabant, proinde complures illorũ suspendio affecit. Bellum autem quod aduersus Porum gessit, suæ declarant epistolæ. Scribit enim, cùm inter castra medius fluat Hydaspes, Porum elephantibus pro fronte locatis transitum assidua statione tuentem: se verò per quotidianos strepitus atque fragores, suos, ne barbaros reformidarent, assuefecisse. Inde per hybernæ noctis tenebras cum delecta peditum ac fortissimorum equitum manu procul ab hostibus in paruam quandam traiecit insulam: quò cùm primùm euasit, magno cum turbine desuper fundi imbres, ignes ac fulmina aduersum milites demissa, complures incendere ac dissipare. Quæ conspicatus Alexander, excedens insula in oppositam contendit 129 ripam. Asper erat Hydaspes, & hybernis tumens imbribus, ita vt magna ex parte ruptis aggeribus sibi viam effecerit, quà ingens fluminis cursus ferebatur. Huc delatus Alexander, cùm lubricũ & vndis vndique fissum vix tandé vadum

vadum teneret, dixisse fertur, Fidémne præstabitis Athenienses, nos pro cõparanda vobis gloria, huiusce modi suscepisse pericula? Hęc quidé Onesicritus. Ipse autè Alexander refert milites omissis ratibus per medias mamillarum tenus vndas cũ armis ruptũ superasse aggerẽ: ipse cũ equitatu viginti stadiis pedites antecessit. Nec id ab re consiliũ extitit. Si enim hostes adorirentur, equis eos facilè superaturũ: sin phalanx cedere cogeretur, mox subsidio affuturos pedites. Euenit autem alterũ. Nam cùm mille occurrissent equitibus ac sexaginta curribus, eos in fugã vertit, & captis curribus, quadringẽti cęsi equites. Porus vbi traiecisse Alexandrũ accepit, totas in eũ cõcitauit copias, relictis qui trãsitu arcerẽt Macedones. Alexãder elephãtos hostiumq; multitudinẽ timens, ad labefactandũ alterũ cornu contendit, cæteris dextrũ iussis aggredi. Inclinati vtrinq; hostes pedẽ ad elephãtos referũt, vt violentius incursantes auerterent. Ita commissa pugna octaua vix hora fusi hostes. Hæc quidé Alexãder suis tradidit epistolis. Plurimi scriptores *Curtius* Porum quatuor cubitis & palmo procerũ extitisse consentiunt, & equitãtis proceritatẽ elephãtis, quem inequitabat, *lib. 8* magnitudini respondisse, quanquã maximus esset elephas, cuius admirabilis quædã prudentia, & indulgẽtia perspecta est. Rege nanq; adhuc incolumi, hostes furens vastabat 131 proterebatq; : vt verò cõplurimis iaculis saucium sensit, ne his deflueret veritus, sensim humi se genibus submittit. Inde paulatim ex corpore tela proboscide eximebat. Capto Poro, cùm ex eo sciscitaretur Alexãder, quonam modo eum pertractaret, Pro regia dignitate, respõdit. Rursus interrogante, num quicquam aliud diceret, Vniuersa, inquit, regia dignitas cõtinet. Quamobrẽ eum non modò solitis imperitare terris siuit, verùm insuper eius auxit imperiũ. Deinde plurimos vastat, in quibus quindecim nationes suis legibus institutisq; viuẽtes esse tradũtur: egregia præterea oppida quinq; millia numero, viciq; cõplurimi. Aliã quoq; hac triplo amplioré regionẽ cepit, cuius æqualẽ suũ Philippũ præfectũ designauit. Ex eo prælio Bucephalus nõ statim, sed vt plurimi prodidere, post longas vulnerũ curationes expirauit. Refert Onesicritus eũ senio ac labore cõfectum occubuisse. Triginta nanq; annos natus moribun- *Curt. lib. 9* dus iacuit, cuius mortẽ acerrimè indoluit Alexãder, amicũ *Strab. li. 15*

quendã ac familiarẽ amisisse se existimans. Super eo penes Hydaspem cõditã vrbẽ Bucephaliã appellauit. Cane etiã Perita nomine à se nutrito, quo plurimùm delectabatur, amisso, vrbẽ eius nominis ędificauit. Hoc Sotiõ à Lesbio Potamone accepisse se refert. Ex eo prælio obtusior Macedonibus factus animus: quæ res illos ne ad interiora Indię penetrarent reprimebat, haud immemores quãto cũ labore viginti peditũ millibus, duobus equitũ, instructissimas Po-
133 ri acies profligauerint. Proinde Alexãder cùm eos ad traiiciendũ Gangẽ traheret, totis refragabantur viribus. Eius
* ἐγγὺς quidẽ fluminis latitudinem duorũ & triginta stadiorũ, profunditatem verò * passuũ centum esse audierant: aduersas præterea ripas armis, equis ac elephãtib⁹ insessas. Ibi enim Gandaritarũ ac Prasiorũ reges cum octoginta millibus equitum, viginti peditũ, octo curruum, sex bellacissimorũ elephantum operiri rumor nec inanis quidem erat. Androcottus nanq; paulò pòst imperitans Seleucum quingentis donauit elephantis. Idem vniuersam peragrauit Indiã, sexcenta hominum millia ducens, quibus victor cuncta subegit. Alexander igitur primò se intra tentorium ira ac dolore continere, nullam militibus, nisi Gangem transmitterent, rerum gestarum gratiam habere, reditum verò aper-
134 tam cladis acceptæ confessionem esse. Qua in re præsto amicos adesse, eumq; cõsolari, subinde milites lachrymis, & eiulatu ad fores supplicare. His rebus placatus Alexãder retrò castra duxit, multa prius ad comparandã gloriam dolosa ac simulata commentatus: maiora enim arma, sublimiora equorum præsepia, fræna etiã grauiora sparsim reliquit. Deorum aras condidit, quas in nostram quoq; ętatem Prasiorum reges prætereundo venerantur, sacraq; ritu Gręcorum perficiunt. Androcottus cùm adhuc impubes esset, Alexandrũ viderat, is postremò sæpe dicere solebat, propè potiturum Alexãdrum fuisse rerum, regis propter improbitatem, & genus ignobile odio habiti atq; despecti. Inde Oceanum videre auidus, instructas remis carinas, conser-
135 tasq; rates ad quosdam trãsmisit fluuios, quibus paulatim
Iustinus lib. 12. Curtius lib. 9. deueheretur. Ea nauigatio haud omnino tranquilla & imbellis, Alexandrum multis excepit prælijs. Vrbes adortus omnia in deditionem recepit. Apud Mallos, quos Indorum pugnacissimos esse fama est, ferè trucidatur. Nam oppida nos

nos è muro sagittis profligatos cùm deturbasset, per scalas prior murum ascendit. Quibus fractis, cùm dispositis interius sub muris hostibus, vulnera ex inferioribus accepisset cum pauciss imis in medios se prouoluit hostes: vbi cùm fortè stetisset, micantia crispans arma, barbari se quendam humana augustiorem forma spectare rati, palantes profugere: vt verò illum duobus tantummodo clypeatis militibus stipatum vident, ipsum armis sese obtegentem hastis atq; ensibus vndiq; occurrentes petunt. Quidam eminus ar
cum adducens, sagittam in illum tantis viribus tantoque emisit impetu, vt transuerberato thorace sub mammæ ossi bus infixa permanserit. Quo vulnere cùm remissum cor- 136
pus collaberetur, eius author ictus velox affuit barbaricũ enudans gladium. Contrà Peucestas atque * Limnæus sese *Curtius habet Tẽ-* pro rege opposuerunt, ex quibus cũ saucio vtroq; Limnęus *mæus.* occubuisset, solus Peucestas propugnãs perstitit. Alexãder autem cùm barbarorum plures obtrũcasset, multis saucius vulneribus ictu in ceruice recepto, muro corpus ita, vt hostes conspicarentur applicuit, donec illum circunfusa Macedonum manus arriperet, & amisso sensu, referrent in castra, vt mox per exercitum sermo manarit, regem expirasse. Aegrè autem ac magno cum labore resectis hastilibus, thorace vix tandem exuto, medici in diuellenda ferri acie, quæ osse penitus insederat, occupãtur. Cuius quidem latitudo trium digitorum, longitudo verò quatuor fuisse perhibetur. Quamobrem fugiente anima, vitam penè mors 137
oppressit. Exempta tamen cuspide reparatis sensibus discrimen euasit. Cùm eius languor domi per ciborum obserua tionem ac medicamenta diutius ageretur, à Macedonibus tumultuari in castris cœptum est, qui suum visere regẽ cuperent. Id vbi sensit Alexander, sumpta trabea diis immolauit, ac rursum in tabernaculũ rediit, inde lectica delatus loca plurima, & magnas euertit vrbes. Decem quoq; gymnosophistas, qui Sabam maximè ad defectionẽ solicitauerãt, plurimisq; Macedonas malis afflixerant, in potestatem re- *Quæstiones ab Alexandro gymnosophistis posita.*
degit, qui ad succinctè respondendum acuti ac perspicaces erãt. Dubias quasdã ex eis quæstiones sciscitatur: qui haud 138
rectè responderit, primò, cæteros; deinceps se necaturum præfatus est. Cui quidem rei ex his quendam ætate matu rissimum præfecit arbitrum. Interrogatus ergo primus,

Vtrúmne plures viuentes an mortuos esse censeat: Viuētes, inquit: nec enim amplius esse mortuos. Secundum cùm interrogasset, Maiorésne terra belluas an mare nutriret: Terram respondit, eius nanq; portionem mare esse. Tertium, Quodnam callidissimum existat animal: Quod necdū homo nosset, inquit. Quartum, Quo consilio Sabam ad defectionē solicitasset: Se illum egregiè viuere, quàm ignauum mori maluisse, ait. Quintum, Vtrum diem ac noctem prior rem extitisse putet: Diem, inquit, die vna. Cùm rex admiraretur, Friuola perscrutanti, friuola quoque referri oportere dixit. Eapropter permutata sententia, sextū rogat, Quonam pacto quispiam latè imperitans maximam contrahere beneuolentiā possit: Si optimus, inquit, & terribilis non
139 sit. Ex reliquis tribus vnum percontatus, Quomodo mortalis quispiam se in deorum numerū referret: Si humanis maiora viribus opera gesserit. Alterum, Vitamne an mortem fortiorem opinetur: Vitam dixit, quæ tot aduersa, & calamitosa perferat. Extremum, Quousque viuendum homini est? Donec mortem vita potiorem esse ducit. Inde conuersus ad iudicem, sententias dicere iussit: qui cùm vnum altero deterius respondisse affirmasset, Tu itaque moriere primus, inquit, quòd talia iudicaueris. Minimè verò ait, ô bone rex, nisi te mendacem exhibeas, qui eum in primis, qui pessimè respondisset, te necaturum aiebas. Eos tandē multis ornatos muneribus dimisit. Tum Onesicritus mittitur,
140 qui ad se quosdam longè maioris famæ tranquillā degētes vitam philosophos acciret. Erat autem Onesicritus philosophus, qui Diogeni Cynico operam dederat. Is refert se à Calano per acerbas admodū contumelias iussum indumēta deponere, vt eius verba nudus audiret, alioqui se illū afsari minimè velle, vel si ex ipso Ioue demissus adesset. Dandamim verò maiori cum comitate loquutū tradit, eumq; cū multa de Socrate, Pythagora, Diogenéq; accepisset, eos præcipui quidem viros ingenij commendasse, at legum verecundiam nimiùm veritos. Alij referunt nihil prorsus nisi hoc solū dixisse Dandamim, Qua gratia Alexander horsum tam longa confecit itinera? Taxiles Calano, vt Alexādrum adiret persuasit. Cęterùm ei Sphines nomen erat. Verùm cùm Cale Indorum lingua pro salue omnibus diceret obuiis, ei Calani cognomentum indidere Græci. Hic est,

qui

qui Alexandro de principatu similitudinem quandam pro- 141
posuisse fertur. Nam cùm aridam ac tabentem in medium byrsam pertulisset, eius oras calcare pedib⁹ cœpit: dū pars vna deprimitur, reliquæ tolluntur in altum, ídque factum in singulis eius partibus sic pressando obambulans exhibuit, donec occupato byrsæ medio, cunctas tandē subsidere partes coegit: quasi per eam similitudinē significare vellet, impetenda esse regni media, nec Alexādro tam longinquis peregrinationibus aberrandum. Inde per fluuios ad Oceanum nauigans, septem mensiū tempus absumpsit. Eò nauibus ingressus ad quandam defertur insulam, quam ille Scillustin, cæteri verò Psiltucin appellant. Vbi descendens cùm peractis sacrificiis, maris naturā ac littoris, quantùm adiri licebat, contemplatus esset, deos precatus est, vt nemini suæ terminos expeditionis superare daretur in posterū. Dehinc reuersus classem circa terram Indicam obnauiga- 142
re dextra iubet, ducem Nearchum, prefectum autem instituens Onesicritum. Ipse terrestre iter per Oritas ingressus, ad extremam deductus rerum inopiā, magnum exercitus numerum amisit, ita vt ex India ne quartā quidem copiarū partē reduxerit, cùm peditū centum & viginti milllia, equitum quindecim habuisse constet. Eos nanq; graues morbi, *Curtius in* victus acerbus, æstus aridissimi, ac dura absumpsit inedia. *fine noni.* Incultam enim, & sterilem peragrabāt regionē hominum ferino more degentium. Hi paucos admodū, & degeneres alunt ouium greges, quæ marinos solitæ pisces depasci, tabentem odoris tetri carnē habent. Ea loca labore maximo sexaginta tamen diebus emensus, in Gedrosiam peruenit, vbi reges ac præfecti magnā rerum copiam vniuerso comparabāt exercitui. Hìc pro refocillandis curandisq; militi- 143
bus septem dierū sodalitia, & conuiuia per Carmaniam egit. Erat præterea quadrata mensa sublimis extructa, quā octo inuectam equis Alexander sodalesq; noctu pariter ac iucundis celebrabant epulis. Multa subinde carpēta sequebantur, partim purpureis ac variis instructa velaminibus, partim recentes arbusculas & virides ferentia ramos, quibus familiaribus regiis coronatisque proceribus, dum potatur vmbracula fierent. Nusquam verò pelram, cassidem, sarissāmue conspiceres: at phialas, pateras, atque pocula, & tota semita ingentibus doliis crateribusq; proluentes

sese milites, inq; vicem tum eundo, tum cubando propinãtes. Comessationes fistularũ ac tibiarũ cantibus, tum carminibus, & lasciuis mulierum saltibus passim agebantur. Fusos autẽ & vagantes per cuiusdam bacchanalis petulantiæ iocum Alexander cum phialis insectabatur, & procacem turbam quasi deus ipse longo præmittebat ordine. Profectus intra Gedrosiorũ regiam, denuo cũ exercitu festos instituit dies, vbi cùm ad spectandos decertantium cœtus post largiorem potum venisset, Bagoas ludorũ præfectus, quẽ amabat vnicè, post reportatã victoriã ornatus per mediũ incedens theatrũ, penes Alexãdrũ cõsessum se tulit. Quod cõspicati Macedones ingentibus acclamauere plausibus, vtq; illũ suauiaret certatim exhortabantur, donec illum Alexander per longa suauia cõplexatus est. Interea redeunte Nearcho, vbi eius nauigationis memorãda cognouit, lætatus, ingenti per Euphratẽ classe statim fertur. Inde Arabiã ac Libyam emensus, per Herculeas columnas mediterraneum ingredi adortus, multimodas moliri naues
145 *Thapsaci cœperat, nautas vndiq; gubernatoresq; cõtrahẽs. Verùm cùm superiorũ locorũ expeditio compluribus affecta cladibus, inq; Mallorum expugnatione magna copiarũ internicio vulgaretur, nulla etiam Alexandri ex vulnere accepto incolumitas speraretur, subditi ad defectionẽ suscitari, duces & satrapæ per auaritiam & superbiam cuncta violare, prorsus omnia perinde ac salo perturbata permisceri, nouarũ cupido rerum exoriri. Tum Olympias & Cleopatra aduersus Antipatrum mota seditione, regnũ diuidere. Olympias quidem Epirum, Cleopatra verò Macedoniam inuaserat. Quod vbi renuntiatum est Alexandro,
146 Præstantius, inquit, matris extitisse consiliũ. Nec enim Macedonas fœminæ imperium æquo passuros animo. Eapropter cunctam orã maritimã bellis vexare volens, rursus ad mare Nearchum cum classe misit, ipse reuertẽs in flagitiosos quosdam præfectos acriter animaduertit. Ex Abulitis filiis vnũ Oxiartem nomine sarissa transuerberatũ occidit. Ipse Abulites cùm nullum ei cõmeatum præparasset, tria millia nummũ talenta attulit. Id argentum equis apponi iussit Alexander, quibus minimè gustantibus, Quænã nobis, inquit, tui cõmoditas apparatus? confestimq; trusit in carcerem. Hinc profectus in Persas, numismata mulieribus ero

*Θάψακος πόλις Συριας πρὸς τῷ ἐυφράτῃ, quanquam exẽplar græcũ Θάψαμον habet, & Curtius Capsagas.

rogauit. Is nanque mos erat regibus, vt quoties in Persas irent, mulieribus aurum distribuerent. Quam ob causam quidam rarò, Ochus verò nunquam in Persas isse traditur, qui ob tenacissimã vilissimæ rei parcitatem se patriæ extorrẽ fecerit. Postea Polymachũ & *Pellæũ, & Cyri sepulchrum demolitus esset, necauit, quãquam vir illustrissimus foret. Eius epigrãma cùm legisset, græcis insculpi Literis edixit. Id autem erat: Quisquis es mortalium, & vndecunque aduenis, Aduenturum enim te scio, Cyrus sum, qui Persis imperiũ quæsiui. Hoc igitur humi paululum, quo meũ 147 corpus obtegitur, mihi ne inuideas. Ea res Alexandri animum vehementer affecit, cùm incertum ac permutabilem rerum contemplaretur exitum. Hic Calanus haud dudum aluo vexatus strui sibi pyrã orauit, quò delatus equo postquam adoratis precè numinibus sibiipsi parentauit, tonsumq; crinem vti primitias quasdã iniecit, prehensos dextera Macedonas obsecrauit, vt illã lętitiæ diem cum rege simul potantes exigerent, quẽ paucis pòst diebus Babylone visurũ se dixit. His dictis pyram ascendit, vbi ita opertus occubuit, vt propius admota iam flamma nullum omnino corporis motum dederit, at eo quo lapsus erat gestu perpetuè cõseruato, patriæ ritu ac suorũ instituto philosophorũ, seipsum immolauit. Hoc itidẽ cõpluribus annis pòst alius Cæsaris comes quidã Indus Athenis fecit, & adhuc ipsum cernitur monumẽtum, quod Indi sepulchrũ nominatur.
148 Cremato Calano Alexander conuocatis amicis ac principibus solenne cõuiuiũ instituit, in quo vinariæ potationis certamẽ & coronã victori proposuit. Bibacissimus omniũ Promachus quatuor ingurgitans congios palmã meruit, & vnius talenti coronã accepit, tribus tantùm postea superstes diebus: cæteros vnũ & quadraginta potando spiritum eructasse Chares tradidit. Constat enim ei symposio acerrimũ intercidisse frigus. Post hęc sociorũ coniugia Susis celebrat. Darij quidẽ filia Statira in matrimoniũ accepta, primarias optimatibus collocat. Reliquis quoq; Macedonib. qui iam pridẽ vxores duxerãt, cõmune instruxit epulum. Cui cùm nouem millia conuiuarũ interessent, vnũquenq; ad peragenda libamina, aurea donasse phiala dicitur. Ad cætera miro quodã splẽdore munificentissimus. Aes enim 149 alienũ creditoribus soluit: cuius quidem impensæ summa nouem

*πέλλαι πόλις Μακεδονίας. Iustinus lib. 2.

nouē millium octingētorum ac septuaginta talentū fuit. Monoculus Antigonus cùm grandem se mutuatum pecuniam falsò diceret, subornatum creditorem adduxit, qui se illam mutuasse affirmaret, quam euestigio restituit. Eum inde mendacij conuictum ira percitus Alexander eiecit ab aula, & præfectura priuauit. Erat autem clarissimus bellator Antigonus. Is dū adhuc in iuuenili esset ętate, Perinthū obsidente Philippo, missa in eum è catapulta sagitta transuerberauit oculum, quam parantibus nonnullis eximere, prohibuit, nec antè pugna excesit, quàm fusum intra mœnia fugasset hostem. Cęterum ea ignominia tanto dolore percusserat Antigonum, vt nemini incertum foret quin sibi mortem cōsciscceret. Hoc veritus Alexander, ira posita, illi iussit argentum reddi. 150 Interea puerorum, quos triginta millia numero, studio ac disciplina exercendos reliquerat, robusta excreuerant corpora, egregia erat indoles, hique ab exercitatione promptissimi miram quandam, & strenuā præ se ferebant agilitatem. Quę res Alexandro voluptatem & lętitiam, Macedonibus mœrorem metūmque pepererat, quòd minori se regi curæ futuros existimabant. Quamobrem cùm imbecilles, manci, & bello inutiles domum dimitterentur, se per contumeliam ac vituperium negligi dictitabant: se per omnes antea prælíorum vsus ductos, nunc cum dedecore emeritos patriæ ac parentibus reiici, quòd olim haud tales acceperat. Proinde cunctos dimitteret aiebant, omnésque Macedonas imbelles vocet & inutiles, hosce iuniores nactus Pyrricham saltaturos cum eis peragret orbis terrarū imperiū quæsiturus. Ea grauiter ferēs Alexander, post multa cōuitia vehemēter illis succēsuit, & reiectis ipsis, corporis sui custodiā Persis credidit, Persas satellites, 151 Persas apparitores instituit. Aquibus cū Macedones stipatū Alexandrum, se verò ignominiosè reiectos cernerent, non modo mitiora loqui, sed & æmulatione, & iracundia insanire cœperunt. Vnanimi tandem consilio positis armis, interiori duntaxat retenta tunica, regis tabernaculum clamore, & lachrymis adiere, se illius potestati quocunque vocaret condonare, sese iniquos ingratòsque fateri: & haud tamen ipsos, tametsi magna ex parte placatus, admisit. Hi nihil absistere, & geminos adesse dies ac noctes totidem, fletibus lamentísq; suum appellare regem. Tertio progressus die

Πυρρίχην ἢ ὠρόπλοις ὄρχησις.

die, miserando afflictóque illos conspicatus habitu, diu illacrimasse traditur: eis inde nūc modestè incusatis nūc comiter appellatis, complures bello inutiles exauthorauit, magnificentissimeque donatos dimisit. 152 Scribens etiam ad Antipatrum, eis ad spectanda certamina priores in theatro sedes obsignari, coronatòsq; sedere iussit. Defunctorū quoq; liberos pupillos paterna contrahere stipendia voluit. Hinc ad Ecbatana Mediæ profectus, vbi necessaria regni dispositi, spectacula denuo, & solēnes indixit dies. Quas quidem ad res tria artificū millia ad ipsum ex Græcia missa peruenerāt. Illis fortè diebus febricitabat Hephæstion: qui cū ęta te integra, & militari cōsuetudine subductū per abstinētiā cibū ferre nequiret, Glaucum medicū in theatro nactus absentem, gallū prandit assatum, & ingentē vini craterē hausit: quamobrem inualescente morbo, paucis pòst diebus mo ritur. Hūc tam acerbissimum casum Alexander nulla ratione, aut modestia pertulit: at continuò in eius luctu equis musque tonsis, finitimarum vrbium pinnacula diruit, miserabilem verò medicum cruci suffixit. Tibiis & cæteris instrumentis diu in castris cani vetuit, donec ex Hāmone delatū oraculum Hephęstioni, tanquam semideo, diuinos honores 153 ac sacrificia indixit. Ad mitigandum doloris magnitudinem ad prælium, perinde ac hominum venationem, egressus, Cossæorum gentem euertit, vniuersis per omnem ætatem tricidatis. Id factum Hephęstionis inferias appellauit. In eius funere, tumulo & huiusmodi ornamentis decē millia tatentū dedit, vt qui artificio & magnificentissimis apparatibus omnem impensam superare magnopere cuperet. Stasicratem maximè dilexit inter artifices, cui superbam operis magnificentiā pollicēti animum adiecit. Is est, qui Thraciæ montem Athon in hominis statuā maximè formari exculpíq; posse dicebat: proinde si iusserit, ei perpetuam ac nobilissimā ex illo imaginē effingere velle, cuius læua vrbem, quæ dena millia hominū capiat, amplexetur: dextra verò labentis admare fluuij abundātissimos libaret latices. Id neglexit Alexander vt qui magis ardua longéque magni 154 ficentioris industriæ cum ipsis agitaret architectis. Ei postmodum Babyloniam petenti veniens obuiam Nearchus (is enim ex magno rursus mari in Euphratem iam nauigauerat) in quosdam incidisse se Chaldęos inquit, qui Alexandrū

Strabo lib. 11.

Hephæstionis obitus.

vt

vt procul Babylone abesset, admonebant. Quod cùm pauci faciens procederet, propinquus vrbi complures altercãtes seque mutuò feriẽtes coruos aspexit, ex quibus nonnulli penes illum delapsi sunt. Inde cùm Babylonis præfectus Apollodorus pro eo immolasse renũtiaretur, accitus aruspex nomine Pythagoras ita factum affirmauit. Hostię modum conditionemq; percontanti Alexandro, sine capite iecur extitisse respondit: Papę, inquit, dirum hoc prodigium.
155 Inuiolato dein misso Pythagora, Nearcho nõ obtemperasse pigebat. Subinde plurimum temporis extra Babylonis mœnia per Euphratem nauigans terebat. Cæterùm multa ipsum prodigia perturbabant. Ex his enim quos educabat, leonem quendam eximiæ magnitudinis ac formæ mansuetus asellus calcibus exanimarat. Alexander positis vt vngeretur vestibus, dehinc pila lusit. Postea cùm colludentes adolescentuli suos receperunt amictus sedẽtem in solio taci tum conspicantur hominem diademate ac regia ornatum
Cœlius lib 1. cap. 34. stola. Illi cùm ex eo quisnam mortalium esset diligenter perserutarentur, diu mansit elinguis. Vix tandẽ ad se rediẽs Dionysio sibi nomen esse, séque genere Messenium ait, ob quandam criminationem horsum ex mari delatũ, longum in vinculis tempus exegisse. Nuper ad eũ accessisse Serapin, ipsúmque laxatis compedibus hoc in loco constituisse, ac dixisse, vt accepto diademate simul & stola ibi sedens conti
156 ceseeret. Hæc audiens Alexander, iubentibus ariolis hominem perdidit. Tum spe destitutus grauiter angebatur animo, iam deos & familiares suspectos habens, & præsertim Antipatrum eiúsque filios reformidans, quorum Iollas pincerna regius erat. Cassander nuper aduenerat, qui quosdam barbaros regem adorare cõspicatus, vt qui inter mores educatus Græcienses tale nihil antea aspexisse consueuerat, solutiores effudit cachinos. Quapropter ira stimulatus Alexãder, vtraque manu comprehensa iuuenis cæsarie, parieti caput illidit. Rursus cùm incusantibus nonnullis Antipatrum, contradiceret Cassander, eum refellens Alexander, Quid ais, inquit, nihilo violatos homines tam longis confectis itineribus calumniatum aduenisse? Asserente Cassandro id esse calumniarum indicium, quòd longo, ne redargui queant, proficiscantur itinere: id ridens Alexander, Hęc
157 illa, inquit, Aristotelis sunt sophismata, quæ vtrique plerabunt,

rabunt, si quenquam à vobis violatum esse cõperero. Quam ob causam tam impressus Cassandri animo pauor insederat, vt cùm posteriori tempore ille superata Gręcia Macedoniæ imperãs Delphos venisset, ibique deambulans quasdam contemplaretur statuas, Alexãdri occurrit imago, cuius aspectu tanto terrore perculsum repentè concussúmque corpus est, vt diu post vix ea sedari mentis trepidatio potuerit. Alexander igitur cùm diuinis intenderet rebus perturbatus ac cogitatione pertrepidatus, omnia noua & insueta, quanquam perexilia, monstra quædam prodigiáque suspicabatur. Proinde hinc immolantes, illinc expiantes, inde vaticinantes vniuersam complerant regiam. Vsqueadeò gra- 158
ue est incredula mens hominum, & contẽpta numina. Rursus graue est tanta superstitio, quæ, instar aquæ, semper ad ima & decliuia vergens, deliramentis ac vano timore, quẽadmodum eo tempore Alexandrum, imbuit. Cæterùm diuina de Hephęstione allata vaticinia omnem compescue re luctum atque tristitiam: quapropter instauratis sacrificijs & sympoſiis, Nearcho solennes apparatus epularum instituit. Postea more suo lotus, cùm quieti se daret, Medius interuenit, quo exorante pergit apud illum per iocum atque lasciuiam comessationem acturus. Ibi cùm poste- *Vide prouer. Seruatori tertiũ.*
ram nocti diem potando iunxisset, epoto nondum Herculis scypho, æstuare cœpit ob febrem, cùm tantus repentè dolor inuasit, vt transuerberatus hasta spinam videretur. Hæc nonnulli perinde ac extremum ingentis fabulæ actum tragicum quidem & calamitosum edentes scribendum censuere. Aristobulus tradit illum, cùm per febris sæ- *Alexandri*
uitiem sitim collegisset, vinum potasse: quare mentis im- *obitus.*
potem factum suum obiisse diem decimotertio Calend. Quintiles. In diariis de ipsius ægritudine scriptum inue-
nio, ipsum quartodecimo Calend. Quintiles, intra balneas 159
ob febrem cubasse, postridie autem locum in cubiculum relatum, inde cum Medio in talorum ludo totam cõsumpsisse diem. Vesperi autem loto, vbi rem diuinam perfecit, sumpto cibo, noctu febrem inualuisse. Vndecimo Calend. simulac se iterum abluisset, sacrificium de more peregisse. Subinde in balneo accubantem Nearchum diligenter audisse dicitur, cùm suę nauigationis, tum res magni maris explicantem. Post hæc decimo Calend. per summos æstus

grauis

grauissimam noctem perpessum, die quoque insequenti ve
hementissimis oppressum febribus. Postmodum ad ingen-
tem in balneo peluim trãslatum esse, vbi de confirmãdis or
160 dinibus, qui duce carebant, longa ad primates habuit col-
loquia. Octauo, quanquam vrgẽte febre, cùm sacrificare
veller, ad sacrificia delatus est. Amplissimos inde principes
in atrio adesse iussit centuriones, reliquósque præfectos
foris excubias agere. Septimo Calend. in alteram traductus
regiam, pusillo sopore quieuit, haudquaquam interim se re
mittente febre, Aduentantibus eò proceribus, vsque ad inse
quentem diem nullam prorsus edidit vocem. Quamob cau
sam, cùn ortem obiisse crederetur, fremitu ac minis fo-
res obsedere Macedones. Quas postquam vi reseratas irru-
pissent, vniuersi solis interioribus induti tunicis, eius lectũ
circũdedere. Ea die Pythone atque Seleuco ad Serapis ora-
culum missis, percõtantibusque illúcne Alexandrum ferre
deberent, sinendũ esse eo in loco deus ipse respondit. Decess-
161 sit autem quarto Calend. Quintilles, circa Solis occasum.
Hæc in ipsius diariis fere verbum ex verbo scripta compe-
ri. Tum nulla veneni extitit suspicio, Sexto pòst anno, cùm
de illo renuntiatum est, Olympias cæsis complur ibus, Iol-
læ præmortui cineres disipasse traditur, quòd is venenum
temperasse crederetur. Quidam Aristotelem perhibẽt eius
facinoris consilium Antipatro dedisse, & omnino illius saffe
rendi veneni authorem extitisse. Hæc Agnothemis quidam
narrasse dicitur, quæ ex Antigono rege audisse constabat.
Ipsum autem venenum gelidis imã quandam esse aquam
ex quadam petra in Nonacri desudantem ferunt, quam in
Equi, habet Iustinus. roris tenuissimi morem colligentes, in *asini reponunt vn
gula, cætera nullo modo vasa sufferre, quin ob tanti vim fri
goris scissa fatiscant. Quidam ficta prorsus esse, quæ de ve-
162 neni potione dicuntur, affirmant. Quibus haud paruum
extat indicium, quòd multis postea diebus, cùm inter se pri
mores de rerũ summa disceptarent, corpus per loca calida
ac exæstuantia neglectum iacens, nullum veneni signum
habuit, verùm recens, immaculatumque permansit. Roxa-
nen, quia grauida erat, Macedones tunc prçcipuis prosequebantur honoribus. Ea ob æmulationem Statiræ infensa,
ipsam per quandam epistolam dolo circunuenit, qua illam
ab Alexandro acciti simulauit. Eam adductam cum sorore
neca-

necatam deiecit in puteum, ipsasque conscio atq; adiutore
Perdica, multa tellure iussit obrui. Statim enim Perdicas
cum ingentibus erat copiis, secum Arridæum, veluti quod-
dam regni munimen trahens. Is autem Philinna ignobili
scorto natus, ob aduersam corporis valetudinem, non na-
tura aut casu accidentem, parum mente constabat: verum
cùm ab ineunte ætate gratiosos admodum & liberales mo
res præ se ferret, datis ab Olympiade venenis, debilitatus
animi vires amiserat.

Caius Cæsar.

IACOBO ANGELO DE SCARPARIA INTERPRETE.

CINNAE Dictatoris filiã Corneliam 1
à Cæsare distrahere potitus rerũ Sylla
voluit: quod cùm aut metu, aut spe effi
cere nequiret, eius dotem publicauit.
Inimicitiarum verò Cæsaris & Syllæ
causa, Marij affinitas erat. Iuliam Cæ-
saris amitam vxorẽ maior habuit Ma-
rius, ex qua Cæsaris cõsobrinus minor
creatus Marius. Cùm aliis intento Sylla, post editas in eius
dominatu plurimorũ cædes, Cæsar ab ipso se negligi cer-
neret, haud tamẽ destitit, quò minus in petitione sacerdotij
vixdum pubescens populum adiret, à quo mox, aduersante
Sylla, repulsus est. Dehinc de ipsius exitio deliberãte Sylla,
fuere quidã, quibus iniquum esse asserentibus talem necare
puerũ, eos amentes esse inquit, nisi in hoc puero multos in-
spicerent Marios. Hæc vbi ad Cæsarem perlata vox est, ali- 2
quãdiu in Sabinis peruagatus delitescebat. Postea, dum per
singulas noctes, quanquã per aduersam valetudinẽ, in alte-
rum se trãsferret domiciliũ, in Syllanos incidit milites, qui
per ea disquirentes loca latitantes corripiebant, à quorum
duce Cornelio duobus se talentis redemit. Mox ad mare
discedens, in Bithyniã ad regẽ Nicomedem traiecit. Apud
quẽ non diu versatus, inde descendens circa Pharmacusam
insulã à piratis capitur, qui per id tẽpus nauibus magnis & *Cæsar à pi-*
immensis classibus mare occupauerant. A quibus cùm pri- *ratis ca-*
mùm pro se redimendo viginti deposcerentur talenta, de- *ptus.*

t risit,

risit, quòd qualem cepissent virum, ignorarent: proinde quinquaginta se daturum pollicitus est. Postmodum suos alium ad aliã ciuitatem pro expediendis pecuniis dimittẽs, apud immanissimos Cilices mansit cũ vno amico, & ministris duobus. Eos autẽ adeò per contemptũ habuit, vt quoties quieti se dederet, qui silentiũ illis ediceret, miserit. Ibi multa cũ licentia duodequadraginta versatus dies, eos non vt custodes, verùm vt famulos & satellites habens, nunc ludis, nunc certaminibus prouocabat: interdũ carmina, orationesq; cõscribens, ipsos ad audiendũ inuitabat, quos non admirãtes, palàm imperitos, barbarosq; vocabat, eos interridendũ se cruci suffixurũ sæpe minitans. Quibus in rebus hi magnopere lætabantur, eam loquendi libertatẽ ioco ac simplicitati cuidam attribuentes. Allatis ex Mileto tradi-
3 tisq; ad se redimendũ pecuniis liberatus, confestim ex Milesiorum portu instructis nauibus prædones aggressus est, quos adhuc circa insulam cum classe per otiũ subsidentes
4 maxima ex parte in potestatẽ redegit. Rebus pecuniisq; direptis, viros Pergã in vinculis posuit: dein Iuliũ prætorem Asiã prouinciam administrantẽ adit, quòd proinde ad eum ex captis supplicia sumere pertineret. Cæterùm is adiectis ad pecunias oculis (nec enim modicæ fuerant) de captiuis consiliũ posthac habiturũ se inquit. Eum igitur per otium valere iubẽs Cæsar, Pergamũ profectus prædones ad vnum patibulo affixit, sicut eis multoties in insula commorans ioco prædixerat. Post hæc tabescẽtibus Syllanarũ partium viribus, cùm domũ ab amicis vocaretur, Rhodũ nauigauit, vt ibi per otiũ Apollonio Molonis filio (cuius etiã auditor erat Cicero) operã daret, modestissimo quidẽ viro & cla-
5 rissimo dicendi magistro. Cæsari elegantissimã quandam ciuilis eloquentiæ vim à natura insitã fuisse perhibent, in qua eũ splendidissimè adeò elaborasse cõstat, vt secundum absq; vlla contẽtione locũ obtinuerit, priorẽ minimè consequutus, dum dicẽdi rationẽ, ad quã habilis & natura pronus ferebatur, omittẽs, rei militaris, & vrbanorũ magistratuum curã suscepit, quibus ex rebus in repub. princeps euasit. Ipse posterius ad Ciceronẽ suos conscribens Anticatones, militaris hominis eloquentiã cum grauissimi oratoris ingenio, & in ea plurimũ versati, comparari debere negat. Romam reuersus Dolabellam repetundarum postulauit, quam

Cæsari secundus locus in eloquentia datus.

quam quidẽ ad causam complures Græciæ ciuitates ei testimonia detulerunt. Dolabella tamen absolutus est. Cæsar autẽ Græciæ ciuitatibus, vt ob earũ promptitudinẽ parem referret gratiam, suũ contulit patrociniũ, dum P. Antonio sub Macedoniæ prætore M. Lucullo diẽ dicerent, quòd su- 6
sceptis largitionibus iudicia corrupissẽt: vbi eum tantùm valuisse liquet, vt Antonius ad Tribunos plebis prouocarit, iniquè secũ actum esse cõmentus, si sibi cum Græcis in Græcia disceptandum sit. Romæ cùm in perorandis causis magnus ei cũ gratia splendor obtigisset, mox lenitate, clementia, cõsuetudine, studio, magnã ex plebe, quam præter eius ætatem colebat, beneuolentiã comparauit, iamq; sen-
sim, cùm epulis & comessationibus, tum splendidissimis in omni vita moribus non mediocrẽ sibi in repub. potentiam auxerat, quã principio inuidi deficiẽtibus maturè pecuniis, cùm mox exilẽ futurã arbitrarẽtur, florentẽ illam in plebe parui faciebant. Cùm verò ingens adeò, vt non facilè aduersari possent, increuisset, eam propalã ad res permutãdas tendentẽ, serò quidem intellexerunt. Verumenimuerò nul 7
lius rei tam paruũ existimandum initiũ est, quod non afsiduitas statim amplificet, præsertim cùm incuria, ne obstatur, efficit. Primus igitur Cicero, cùm eũ rempub. velut pelagi quædã ridicula, nõ sine timore cerneret cõtemnentem, tãtamq; morũ grauitatẽ sub illa latitantẽ humanitate perdidicisset, cęteris quidẽ illius insidiis & meditationibus dominandi consiliũ introspicere se dictitabat. At verò cùm molliter adeò pendentes comas, eumq; vnico duntaxat sese scalpentẽ digito, inquit, aspicio, haud profectò hunc hominem ad tantum facinus animũ inducere posse existimo, vt Romanæ reipub. moliatur exitium. Hæc quidem posterius. Primùm hoc erga se fauoris, & beneuolentiæ populares accepit indicium, cùm C. Pompilium tribunatus competitorem esset nactus, prior designatus est: secũdum verò manifestius, cùm amitam suam Iuliam Marij vxorẽ defun- 8
ctam luculenta laudauit oratione pro rostris. In efferendo ipsius funere, Marij statuas tum primùm post Syllæ dominatum visas producere ausus est, iam dudũ illius factionis hominibus à senatu hostibus iudicatis. Id nanq; Cęsaris factum, reclamãtibus nõnullis, populus lætis excipiens plausibus, clarissimè refragatus, hunc vel præcipuè virum ad-

mirantes, quòd longo pòst tẽpore decora Marij, tanquam ex inferis in vrbem reduxisset. Cæterùm grandiores natu matronas defunctas laudare mos Romanis patrius est, qui in iunioribus haud obseruari solet. Primus Cæsar mortuæ vxoris laudationem edidit. Quæ res quandam illi gratiam attulit, popularemq; cõtraxit beneuolentiam, quòd virum idcirco humanitate ac modestia refertum censerent. Post 9 vxoris sepulturam, quæstor cum Tuberone prætore in Iberiam profectus est, quem honorificè semper coluit, ac eius insuper filium, prætor factus quæstorẽ creauit. Ex eo reuersus magistratu Pompeiam terciam duxit vxorem, ex Cornelia suscepta iam filia Iulia, quã postea Pompeio magno in matrimonium collocauit. Ad impensas autẽ profusior, breuem ac mometaneam sibi gloriam tam magnis opibus permutare videbatur, cùm re tamẽ vera paruis amplissima compararet. Antea verò, quàm vllum inierit magistratum, mille trecentorum talentûm æs alienum conflasse dicitur. Commissa dehinc illi Appiæ viæ cura, ingentes prodegit pecunias. Aedilis xx. ac ccc. gladiatorum paria exhibuit. Circa spectacula, pompas atq; cõuiuia profusissimis vtens sumptibus, vniuersas superiorum munificentias obliterauit. Quas ob res affectam sibi adeò plebẽ reddidit, vt vnus- 10 quisq; nouas dignitates, nouosq; excogitaret honores, quibus pares illi gratias referrent. Duæ enim Syllanorum ac Marianorum cùm Romæ partes essent, pollentibus adhuc maximè Syllanis, disiecti subtrepidiq; Mariani depressam admodum humilemq; vitam exigebant. Has attollere stabilireq; Cæsar volens, cum ædilitium munus edere magnificentissime instituisset, cõflatas clàm Marij statuas, triumphalesq; victorias noctu in Capitolio erexit. Vt primùm illuxit, cuncta auro micantia & magnificis instructa artificijs cernebantur. Trophæa subinde Cimbrica insculptis indicabantur literis. Quocirca is qui in illis restituendis audax adeò fuisset, non parum timeri cœpit. Haud enim in occulto res erat: cæterùm dispersus rumor statim ad spe- 11 ctandum contraxit vniuersos. Ibi nonnulli contra Cæsarem voces spargebãt, vt qui iam diu legibus ac senatusconsultis sepulta restituens insiguia, ciuitatis sibi dominationem instruerer, hisce illũ rebus experiri populum, qui rantis talibúsve magnificẽtijs emollitus, mitigatusq; sit: quam quidem

Mos Romanis matronas natu grãdiores defunctas laudare,

quidem ad rem nouella quædam hæc exhiberi præludia. Mariani autem sese inuicem exhortari, quorum immensa repentè multitudo prodierat, & magno cũ plausu Capitolium occupare. Multis cùm Marij faciem intuerentur, præ gaudio manare lachrymæ, tum Cæsarem magnis attollere laudibus, hunc solum Marij necessitudine dignum esse virum. Eas ob res coacto senatu, Catulus Luctatius vir ea tẽpestate plurimæ inter Romanos authoritatis, multa in Cęsarem acerbissima præfatus, vulgatum illud inclamauit: Non per cuniculos Cæsarem, verùm iam machinamentis rempub. occupare. At vbi persuaso senatu obiecta in se re- 12 fellisset, longè magis, qui illũ colere admirariq; cœperant, efferebantur, eumq; ne cuiquam mentis elatione & eorum magnitudine cederet, hortabantur: futurum enim vt studio & fauore populi superatis vniuersis, princeps existeret. Interea defuncto Metello pontifice maximo, cùm pontificatum studio, & disceptationibus plenum Isauricus & Catulus, clarissimi viri, & in senatu potentissimi, peterent, haud propterea Cęsar, quin & ipse candidatus descenderet, cessit: cæterùm pari vndiq; fauore ac studio apparente, Catulus quò amplior erat dignitas, eò magis euentus incertitudinem reformidans, misit, qui grandi pecunia Cæsarem, vt ab ea cõtentione desisteret, inducerent. Quibus ille grandiorem se mutuaturum, certatimq; enixius petiturum esse respondit. Instante comitiorum die, cùm mater eum ad 13 fores vsq; lachrymis prosequeretur, illam complexatus dixisse fertur, Mater, hodie aut pontificem, aut exulem tuum videbis filium. Euntibus igitur certatim in suffragia tribubus, superior declaratus, non paruum senatui & optimatibus terrorem incussit, tanquã ad omne audaciæ genus plebem redacturus. Quapropter Ciceronem Piso & Catulus incusabant, qui inter Catilinarios tumultus occasionẽ natus, necci Cæsaris pepercisset. Catilina nanque non solùm rempub. permutare, verumetiam omnia cõfundere, & vniuersum delere imperiũ machinatus, cùm priusquam extrema ipsius detegerentur consilia, in paruas quasdam coniecturas incidisset, vrbe excesit, relictis in ciuitate Cethego & Lentulo, qui coniurationis vices obirent: quibus si qua in re clàm adiutor, exhortatorq; Cæsar extiterit, incertum est. Deinde detecta prorsus coniuratione, cùm consul Ci- 14

Cæsar pŏtifex max. declaratus Catilinæ cõiuratio.

cero vnumquenq; de conſciorũ pœna ſententias rogaſſet, cæteri quidem dedendos neci homines cenſebant, donec inſurgens Cæſar grauiſsimam & accuratiſsimam ſuper ea re concionẽ habuit, iniquũ nec patrij moris eſſe dictitans, clariſsimos ſtirpe ac dignitate viros, vel vltimæ neceſsitatis tempore, indicta cauſa necare: quòd ſi donec Catilina debelletur, ipſũ per ea Italiæ municipia, quę Cicero ipſe delegerit, cuſtodiantur in vinculis, poſtea ſedatis pacatiſque rebus ſenatui de omnibus ſtatuere licebit. Qua in re cũ magnis dicendi viribus peroraſſet, tantam præ ſe ferre humanitatem videbatur, vt non modò eos, quibus poſt ſe dicendum erat, verumetiã illos, qui antea dixerant, repudiantes priora ad ſuam trãſtulerit ſententiã, donec res ad Catonem Catulumq; peruenit. Quibus enixiſsimè reſiſtentibus, Catone inſuper illis grauiſsimã pro cõcione ſuſpicionem in-
15 fligente, homines vt nece multarentur traditi. Egredienti deinde curiam Cæſari magna iuuenũ manus, qui Ciceronem præſidij cauſa circunſtabant, occurrere, nudos intentantes gladios. Tum Curio obiectu togæ complexus eum eduxiſſe traditur. Cicero quoq; aſpectantes deterruit adoleſcẽtes, ſiue ob plebis metũ, ſiue quòd impiam ac iniquam eam cædem duceret. Quòd ſi verum eſt, haud ſcio quonam modo id vtiq; Cicero, cùm de conſulatu ſuo perſcriberet, tacitus prætermiſit. Verùm enimuerò haud reprehenſione caruit in poſterũ, quòd opportuniſsimo aduerſus Cęſarem nequaquam vſus eſſet tẽpore, plebem reformidans, quæ illum mirandũ in modũ ambiret: paucis nanq; pòſt diebus cùm Cæſar in ſuſpicionem veniſſet, ab ea ſe purgaturus curiam ingreſſus, in diros incidit tumultus. Diutius autem ſolito ſedẽre ſenatu, plebs magnis elata clamoribus curiam circunſedere, virũ efflagitantes, & miſſum fieri iubentes.
16 Eapropter Cato inopes, ne quid rerũ nouarũ molirentur, vehemẽtiſsimè pertimeſcens (hi enim ſpẽ gerentes in Cæſare, reliquam multitudinẽ ſuccẽdebant) ſenatui perſuaſit, vt menſtruũ in plebem frumentũ partiretur. Quæ quidem largitio cæteris annuis impenſis quinquies vicies ſeſtertiũm adiecit. Id manifeſtè conſiliũ magnum in præſentia terrorẽ extinxit, & plurimùm ex potentia Cæſaris, tũ abſcidit, tũ diſsipauit, eo præſertim tẽpore, cũ prætură initurus, terribilior ex eo fieret magiſtratu, ex qua tamen haud turbulent

bulentũ quippiã obtigit. Tum Cæſaris domũ acerbus quidam caſus inuaſit. Erat P. Clodius vir cùm nobili genere ortus, tum diuitiis eloquentiaq; præclarus, nulli autẽ vulgatiſsimorũ hominum ſuperbia ac procacitate ſecundus. Hic Cæſaris vxorem Pompeiam, nec inuitã quidẽ adamabat: at ea diligẽti cuſtodia obſeruabatur. Cæſaris enim mater Aurelia ſingulari pudicitia mulier vſquequaq; aderat, nurumq; excolebat, ita vt difficilem ac periculoſum illis congreſſum & colloquia faceret. Romæ Bona dea collitur quam Græci Gynecią nominant. Eam Phryges Midæ nepotes, regis parentem aſſerũt. Romani Dryada puellã, Fauni vxorem exiſtimant. Nonnulli Græcorũ illã ex Liberi matribus eſſe, * quam ne fari liceat. Vnde & mulieres cùm feſtos ei dies peragunt, tabernacula viniferis intexunt ramis, ſacrum inſuper draconem deæ ſecundum fabellã erigunt. Dumq; illi ſacra celebrantur, neq; eò virum accedere, neq; domi adeſſe fas eſt. In eis ſacrificiis ipſę inter ſe mulieres multa Orphicis conſentanea facere traduntur. Cùm igitur ea inſtant ſolennia, vir ipſe, ſeu prætură, ſeu cõſulare gerat imperiũ, cunctiq; mares vnà emigrãt, vxor domũ ornatiſsimè extruit: ibi maxima ſacrorũ pars noctu peragitur, promiſcua ſonis & cãtibus ioca longas exercent vigilias. Has eo tẽpore cæremonias celebrãte Põpeia, Clodius, cui nonnũ genas prima lanugo veſtierat (eã enim ob rem latere ſperauerat) aſſumpto pſaltriæ amictu apparatuq;, illò cõmeat, teneræ vultu puellæ perſimilis. Is igitur apertas offendens fores, ſecurus à conſcia rerum ancilla intromiſſus eſt. Quæ ad Pompeiã, vt rem aperiret accurrẽs, cùm tardiuſcula rediret, interea loci Clodius expectationis impatiens, errabundus ſpatioſa luſtrat atria, lumina vſquequaq; fugiens. Cui obuia quædã Aureliæ pediſſequa, eũ perinde ac fœminam fœmina, vt modularetur, prouocabat. Recuſante verò, illa in mediũ protrahens, quænã & vnde ſit, rogat. Clodius eũ ſe Pompeiæ ancillã, quæ Ancilla quoq; nominevocabatur, pręſtolari ſe diceret, voce ſua proditus eſt. Quapropter ſublato clamore, pediſſequa ſtatim ad lumina turbaſq; proſiliit, virum cõperiſſe vociferans. Tum trepidantibus paſsim mulieribus, Aurelia interruptis occulatiſque deæ ſacrificiis, ſimulac fores clauſit, ardentibus, cæreis domũ circuit, Clodium veſtigans. Is demum in an-

P. Clodius

17

Bona dea.

* τὸν ἄῤῥητον λόγον.

18

19

cillæ cubiculo inuentus,quò agnitus profugerat. Hoc patefactũ modo Clodiũ è ianua mulieres perturbant. Abeũtes inde matronæ eadem cõfestim nocte rem ad suos exponunt cõiuges. Vbi illuxit,frequens per ciuitatem rumor it molitum impia Clodiũ,non solùm iis, quos ignominiosè affecerat, verumetiam diis & ciuitati pœnas ac supplicia
20 debentem. Quidam igitur ex Tribunis plebis eum pollutarum cæremoniarũ postulauit. Aduersus quem & potẽtissimi ex senatoribus viri,aliarum quoq; libidinũ & grauissimarum procacitatum testimonia dixerunt, & sororis incestum addentes,quam nuptã Lucullo corruperat. Contra horũ studia sese plebs opposuit,Clodiũ obnixè defendens. Quam quidé ad rem id potissimùm conduxit, quòd terrore multitudinis consternati iudices erant. Cæsar statim repudiata Põpeia,cùm testis in reũ citaretur,nihil eorũ,quæ in Clodiũ obiecta dicuntur,nosse respondit. Quod verbũ cùm præter astantiũ spem obuenisset, interrogauit accusator,Cur igitur vxorem repudiasti? Quoniã meam, inquit,
21 neque suspicionibus obnoxiam esse opportere censui. Quidam hæc ita sentientẽ dixisse Cæsarem perhibent: quidam vt gratiã plebis iniret,quam pro Clodij salute magnopere solicitã animaduertebat. Cæterùm eam Clodius accusationem euasit,iudicibus maxima ex parte cõfusis adeò literis sententiã edentibus, vt ne,si condẽnassent, multitudinis discrimen adirẽt,aut si absolnissent,ex optimatibus infamiã consequerẽtur. Cæsar ex prætura prouinciam sortitus Hispaniam,cùm proficiscenti creditores magnis clamoribus impedimento essent, cõfugit ad Crassum,qui Romanorũ ditissimus,aduersus Põpeij in repub. potentiã,acri Cęsaris ingenioae feruore simul egebat. Crasso cõtra inexorabiles maximè ac importunos creditores cum triginta & octingentorum sponsione talentorum interueniente, Cæsar in
22 prouinciã abiit. In transitu Alpium,cùm quoddam barbarorũ oppidulum paucis admodum, ac mœstis habitatũ incolis præterueheretur, comites eum ioco & risu ita percontati traduntur: Num hîc aliquas esse putas principatus ambitiones, dignitatũq; certamina,& mutuã inter se potẽtum inuidiã? Quibus Cæsar seriò: Mallem equidem inter ipsos primus,quam inter Romanos esse secundus. Iterũ in Hispania cùm otium nactus res quasdam Alexandri pictas per

Ambitio Cæsaris.

perlegeret,secum diu cogitabundus, dehinc illachrymasse traditur. Cuius rei causam admirantibus sociis, Nónne, inquit, iure dolendũ arbitramini, quòd huius ætatis Alexander tot gẽtes suo subdidisset imperio, qua nullũ adhuc præclarũ facinus ipse gesserim? Quamobrem continuo rebus gerendis innitens, Hispaniã obiẽs, intra paucos dies cohortes decem cõparat, quas aliis viginti coniungeret. Mox ex 23
pẽditionem contra Calæcos & Lusitanos agens, cuncta victor ad Oceanũ vsq; perdomuit. Prostratas gentes tum primùm Romano subiecit imperio. Bellicis deinde rebus optimè constitutis, profectò haud deterius togatas in pace disposuit, ciuitatibus vsquequaq; concordiã & amicitiam peragens, præcipuè verò in medendis debitorum & creditorũ disceptationibus intentus, iussit, vt ex debitorũ prouentibus duas quidem creditor partes quotãnis desumeret reliqua dominus quoad æri alieno satisfeciset, frueretur. His rebus magna tibi gloria parta, è prouincia decessit magis atq; magis opulentus factus, cùm suos quoq; milites ingenti præda exuuiisq; ditasset, à quibus imperator consulatus est. Mos erat, vt qui triumphum ducturi essent, extra vrbem aliquandiu moram protraherent: qui verò consulatũ peterent, necessariò in vrbe pręsentes adessent. Cæsar in huiusmodi constitutus ambiguitatibus, quoniã comitiis consularibus aduentarat, misit qui à senatu impetrarent, vt per amicos absenti etiam sibi consulatũ petere licet. Eius po- 24
stulatis primùm Cato, cum legis aduersarus auxilio, mox, vt cõplures à Cæsare delinitos aspexit, rem temporis prolixitate refellere cœpit, totã orando diem cõterens. Eapropter omisso Cæsar triumpho, ad consulatum animũ applicare statuit, statimq; vrbem ingressus astutum adoritur cõsilium, quod præter Catonem vniuersos fefellit homines. Id autem extitit, Pompeij Crassiq; potentissimorũ ciuium inimicitiarum depositio. Quos vbi Cæsar ex simultate in gratiã reduxisset, ex duobus nõ paruam in se potentiã trãsferens, magna permutatione remp. labefactauit: quod cæteros latuit, adeò plena humanitatis ipsius rei erat appellatio. Nec enim, vt plurimi existimant, Pompeij ac Cæsaris inimicitia, sed amicitia potius bellũ ciuile peperit. Qui cũ 25
ad dissoluendã optimatũ potentiam primùm vnanimes consissent, mutuas postmodum inter se discordias & odia cõtra

Mos petendi triũphum & consulatũ.

xerunt. Catoni ventura sæpenumero præuaticinanti euenit, vt eo quidem tẽpore importunus homo & superuacanea disquirens putaretur, posterius eius sapientiam atq; cõsiliũ optimum quidẽ, sed parũ prosperũ prædicabant. Cæsar Crassi & Pompeij amicitia vtrinq; munitus, ad consulatus petitionem deductus, cum Calpurnio Bibulo consul creatus est. Is vt magistratum iniit, leges non consuli, sed audacissimo cuipiam tribuno conuenientes, ad plebis gratiam & voluptatem tulit, nunc agri viritim diuidendi, nũc
26 largitionis impartiundæ. Honestissimis autem & præstãtissimis in senatu viris obnixè refragantibus, Cæsar dudũ occasionis indigens, sublatis clamoribus obtestatus est, sese ad plebem confugere, ad quam colendam nõ sponte, sed necessitate & senatus insolentia & acerbitate compelleba tur, ad eamq; prosiliit, & assistentibus hinc Crasso, inde Põpeio, vtrunque, legẽsne approbarent, interrogauit. Quibus approbare se affirmantibus, orauit vt auxilio adessent, & quos aduersantes cernerent, minis & gladiis absterrerent. Quod hi facturos se polliciti sunt. Pompeius etiã adiecit, se non modò aduersus enses cũ ense affuturũ, verùm & clypeum insuper allaturũ. Id dictum haud paruum optimatibus mœrorem iniecit, alienam ab ipsius verecundia, & ea
27 quę senatui debebatur, veneratione indignã, quin furiosã potius, & puerilẽ vocem audiẽtibus. Hæres magnã plebi voluptatem afferebãt. Cæsar, vt maiorem in modũ ex Pompeij potentia fructũ legeret, filiã suam Iuliam Scipioni Seruilio antea desponsatam Pompeio despondit, Pompeij filiã Seruilio se præbiturum asseuerans, nec illam quidem inde sponsatam, quin Fausto Syllæ filio collocatam. Ipse paulò pòst Calpurniam Pisonis filiam vxorem duxit, quem successurum sibi consulem ipse crearat, obtestante multúmque vociferante Catone, rem haud sanè tolerandã esse, prętu ras ac imperia per nuptiarum lenocinia vendicari, inq; vicem prouincias, exercitus & copias, propter huiusmodi mulieres in seipsos traduci. Cumque Cæsaris collega Bibulus frustra contra legum promulgationem intercederet, & persæpe vnà cum Catone in foro vitæ discrimen adisset, sese domi concludens, totum magistratus tempus exegit.
28 Peractis nuptiis statim Pompeius referto militibus foro ad promulgandas leges socium se authorémque præstitit.

tit. Omnem subinde Cæsari transalpinam citeriorémque Galliam adiecto Illyrico, cum legionibus quatuor, in quin quennium administrandam adiudicauit. Quibus rebus cõtradicentem obnixius Catonem Cæsar in carcerem adduci iussit, eum ad tribunos prouocaturum existimans. Ast vbi Cæsar illum, ne voce quidem emissa vadẽtem cerneret, nec solùm primores grauiter & iniquè ferentes, sed & plebeos ob Catonis reuerentiam ac virtutem tacitos mœstosque consequentes, vnum ex tribunis plebis clàm obsecrauit, vt Catonem è manibus lictorum auferret. Dehinc ex senatoriis viris paucissimi ad eum in curiam conueniebant, reliqui molestè tolerantes, quàm procul abibant. Consídius 29
quidam natu pergandis idcirco non aduentare senatores dixerat, quoniam illius arma militesq; pertimescerent. Cui Cæsar, Quid tu, inquit, hæc quoque reformidans non te domi contines? At Consídius, Senectus me facit intrepidum. Cui enim parum vitæ supereſt, quid magna illi pro- ,,
uidentia opus est? In Cæsaris autem cõsulatu turpissimè fa ,,
ctum id iudicatur, quòd creatus sit Trib. pleb. Clodius ille, qui & rem vxoriam, & arcanas noctis cæremonias temeraſse ausus est. Ad Ciceronis autem perniciem delectũ fuisse constat. Nec prius Cæsar in expeditionẽ profectus dicitur, quàm Ciceronem & Clodium turbulentis inter se altercationibus irritasset, eumq; eiecisset Italia. Hęc quidem ante bellum Gallicum confecta traduntur. Tempus autem bel- 30
lorum, quæ deinceps gessit, & expeditionũ, quibus pacatã reddidit Galliam, aliud quoddã vitæ principium, ac geren dorum nouam quasi viam instituit, ita vt summorũ virorum & clarissimorum ducum neminem huic & bellatori & imperatori præponendum censeas. Nam si quis Fabios, Scipiones, Metellos, & ætatis suæ, aut paulò superioris duces, Syllam, Marium, vtrunq; Lucullũ, & ipsum deniq; Põpeium, cuius cõmoda in re militari virtus & gloria ad cælum vsq; perfloruit, cõparandos duxerit, profectò Cæsaris gesta superant: hunc quidem locorum asperitate, in quibus ab eo decertatum est: illum regionum amplitudine, quas Romano adeptus est imperio: alium ab se domitorum hostium vi ac multitudine: quendam pacatarum ab eo nationum feritate atque perfidia: alium mansuetudine ac clementia, quas erga victos exercuit: aliquem gratia &

Cæsar in re militari omnibus præferendus.

muni

munificentiis, quibus suos prosequutus est commilitones: 31
vniuersos autem, vel hoc ipso superauit, quòd & lõgè plura cõmisit prælia, & plures in acie obtrũcauit hostes. In Gallia siquidem nec totum belligerans decẽnium, octoginta vi ce pit oppida, trecentos subiugauit populos: aduersum trecen tas sparsim instructus myriades, cẽtum quidem ferro cæsis, totidem vitæ reseruatas captiuas habuit. Tanta autem suo rum militum charitate ac promptissima vsus est opera, vt qui multum cæteris dimicando præstabant pro Cæsaris gloria & honore inuicti ac fortissimi grauissima cũcta sub iret. Qualis Actilius, qui nauali apud Massilia prælio hostilem ingressus puppim, abscissa ei gladio dextra, vmbonẽ sinistra retinuit, eousq; hostes vultibus obterens, vt prostra tis omnibus, nauem victor occuparit. Et Cassius Sceua, qui pugna ad Dyrrachiũ commissa, excusso sagitta occulo, trai ectis per humerum crũsque iaculis, cẽtum ac triginta telo rum ictibus acceptis in clypeo, hostes perinde ac se deditu rus accibat: subeũtibus duobus, alterius quidem humerum ense cæcidit, alterũ ore percussum vertit in fugam. Dehinc suorum acceptus amplexibus tutò relatus est. In Britannia quoque primis centurionibus in paludrem & aquosum in cidentibus locũ, irruentes incubuere hostes. Tum prælium inspectãte Cæsare, miles quidã in medios irrupit, plurima conspicuæ fortitudinis ostentans opera, versis in fugã bar baris, cẽturiones reduxit incolumes: ipse ęgrè cunctos euadens, in limosam sese deiecit paludem, quam nunc natans, 33
nunc pedibus commeans, vix tandem amisso scuto traiecit. Admirante deinde Cæsare, & magna cum alacritate ac cla more obuiũ excipiẽte, mœstus ille ante Cæsarẽ cõcidit, ex abiecto clypeo multis cũ lachrymis veniã postulãs. In Afri ca cũ Cęsari anorũ nauis, qua Granius Petronius quęstor de signatus vehebatur, in Scipionis potestatẽ redacta fuisset, di reptis cæteris, Scipio quæstori incolumitatem pollice batur. Cui Granius, Cæsarianos inquit milites non susci pere, verùm præstare salutem solere: quo dicto, seipsum pu gione transfixum exanimauit. Huiusmodi tam feroces mi litum spiritus, & tam elatas animi magnitudines ipse Cæ sar instruxit, ipse Cæsar aluit, eos quidem primùm hono re ac liberalitate vberrimè prosequẽs, vsqueadeò, vt ostẽ deret se diuitias nõ voluptatis, aut suarum gratia deliciarũ ex

Feroces Cæsariano rum militum spiritus.

32

ex bello cumulasse, sed cõmunia potius virorum fortiũ prę mia apud se conseruata iacere, seq; aliqua ex parte locuple tari, quoties illa benemeritis militibus impertisset. Præter ea, cũ illum vnumquodq; discrimen spõte adire, & ad nullũ 34
laborum genus defatigari cernerent, mirũ in modũ in eius amorẽ incitabantur. Eius quippe in suscipiendis periculis studium haud adeò propter ingentẽ quandã honoris & glo riæ cupiditatem admirabãtur. Tam magna verò in tolerã dis supra corporis vires laboribus patientia, cũctos stupore conficiebat. Erat enim corporis habitudine macilẽtus, can didus mollisq;, frequenti capitis dolore vexatus, comitiali morbo plerunque obnoxius. A quo primùm Cordubę cor reptus, vt traditur, nõ mollitiei occasionẽ ex ipsa fecit ęgri tudine, quin ex militia ęgritudini remediũ cõparauit. Indo mitis nanq; viarũ difficultatibus, victus parcitate, assiduis vigiliis, & durissimis laboribus, aduersus morbũ dimicãs, inuictũ ac insuperabile tutatus est corp⁹, plurimos somnos vehiculo, aut lectica ducere solitus, otiũ omne in reb⁹ pera gẽdis reponebat. Interdũ vehebatur, castella, ciuitates, & ca stra obiẽs, assistẽte illi ex pueris aliquo, qui eo quopiã profi 35
ciscẽte, subscribẽdi causa simul adesse solebat, ponẽ etiã mi lite, qui gladiũ tenebat, assistẽte. Tãta autẽ celeritate itine ra conficiebat, vt cũ primò Roma excesset, octauo adusque Rhodanum die peruenerit. Equitandi vsus ei ex pueritia fa cilis adeò extitit, vt reflexis in tergũ manibus, equum velo- *Equus Cæsaris.*
ciss imis concitare cursibus sæpe consueuerit. Equo veheba tur insigni, pedibus prope humanis, & in modũ digitorum vngulis fissis, quem alterius minimè sessoris patientem pri mus ascendit. In ea expeditione exercitationis gratia equi taus dictabat epistolas duob. simul librariis, vel vt Oppius perhibet, pluribus abundè suppeditans. Mutua amicorum per epistolas colloquia primus excogitasse Cæsar dicitur, 36
cùm ob negotiorũ multitudinem & vrbis magnitudinẽ vi uos vrgentium causarũ affatus haud tẽpus expectaret. Cir ca victũ facilitas vel eo patet indicio, quòd Mediolani apud eius hospitem Valerium Leontem cœnans, cùm appositis asparagis Valerius pro oleo vnguentum instillasset, facilè commanducauit opiparè, idque molestè ferẽtes sodales in crepauit. Satis fuerat, inquiens, rusticitatẽ vos cauisse: quòd porrò rusticitatem illam accusatis, declaratis vos esse rusti

cos.

cos. Olim ex itinere vi tempestatis cuiuspiam casam pau-
peris intrare cōpulsus, vt vnicum ibi cubiculum vnius vix
capax inuenit, amicis inquit: Ex honorifico quidē loco de-
cedendum est potentibus, ex opportuno autem iis qui ad-
uersa tenētur valetudine: simulq; ibi requiescere iussit Op-
pium, ipse verò vnà cum cæteris in priore tugurij parte a-
37 pud fores recubuit. Cæterùm primū Cæsari in Gallia ad-
uersum Heluetios & Tigurinos bellum fuit, qui duodecim
eorum vrbibus vicisque quadringentis ab se concrematis,
vlterius per Romanorum terras migrabant, quemadmo-
dum antea Cimbri aut Teutones, quibus non audacia, non
fortitudine, vlla ex parte inferiores erant. Horū planè mul-
titudo vniuersa trecentis millibus cōstabat, ex quibus cen-
tum & nonaginta bellacissimorum erant. Labienus à Cęsa
re missus Tigurinos penes Ararim fluuium profligatos at-
triuit. Cæsari verò ad quandam sociorum vrbem exercitū
agenti, de improuiso Heluetij in itinere occurrerūt. Quos
præueniens, in munitum quendam confugit locum. Ibi
collectis copiis, vt primùm acies instruxit, ei adductus
equus est: quo inspecto, Hoc, inquit, post victoriam in
persequendis vtar hostibus, nunc in eos progrediamur:
38 simúlque impetu facto, pedibus ire cœpit. Aliquan-
diu summa cum difficultate pulsa hostium acie, plu-
rimus circa carros vallúmque labor extitit, cùm hi
non solùm acres inde pugnarent, verumetiam pue-
ri ac mulieres ad necem vsque dimicantes obtrunca-
ti sunt. Quam ob causam vix nocte media finis prę-
lio factus est. Pulchrum mehercule id victoriæ facinus
fuit, at longè pulchrius quod adiecit. Centenis nanque bar
barorum millibus qui ex prælio profugerant collectis, de-
sertos prius ab se agros, vastatásque vrbes coli rursus coe-
git. Quod non absque metu ab eo factum esse constat, ne
Germani desolata incolis loca transeuntes occuparent.
Alterum pro Gallis palàm contra Germanos bellum ges-
sit, quanquam antea cum eorum rege Ariouisto Romæ
societatem iniisset. Hi autem intolerādi Romanorum sub-
ditis finitimi non diutius quieturi videbantur, quin ad in-
39 colendam habitandámque transirent Galliam. Cæterùm
cùm præfectos quosdā metu perculsos animaduerteret, prę
sertim qui clari generis adolescentes voluptatis gratia aut
quæst

quæstus secum in eā proficiscebantur expeditionem, eos in
concionem vocatos abire iussit, ne muliebres adeò & paui
di inuita susciperent discrimina: se verò inquit cum deci-
ma tantummodo legione barbaros inuasurum, cùm nec
aduersus fortiores Cimbris hostes, nec deterior Mario dux
sit dimicaturus. Quapropter ad eum ex decima legione le-
gati missi affuere plurimas illi gratias referentes, & suorū
improbitatem præfectorum exponentes. Dein animosi ac
promptissimi omnes facti, diebus pluribus eousque conse-
cati sunt, donec stadiis ducentis intra hostium regionem
castra posuere. Id equidem impetum Ariouisti magnopere
perculit, & audaciam, vt qui Germanos aduentantibus Ro
manis ne perstare quidem posse speraret. Ea igitur res cùm 40
Germanorum perturbasset exercitum, longè magis eorum *Sortilegæ*
obtundebant animos sortilegarum vaticinia mulierum, *mulieres*
quæ fluuiorum cursus, vortices, strepitúmque coniectan- *Germano-*
tes, futura prædicebant, nec eosantè prælium committere *rum.*
sinebant, quàm noua fulsisset luna. Quod vbi Cæsar acce-
pit, quoties Germanos conspiceret, satius esse duxit trepi-
dantibus congredi, quàm idoneum illis tempus expectan-
tem sedere. Facto itaque in eorum munitiones tumulósque
impetu, non antè stimulare ac incessere destitit, quàm ira
deducti pugnam capessèrent. Eis in fugam versis, Cæsar sta
diis trecentis adusque Rhenum persequens, campum omnē
cadaueribus spoliisque refersit. Ariouistus cum paucis præ
ueniens Rhenum tranecit. Cæsorum numerum octoginta
millia fuisse perhibent. His rebus ita confectis, dimissis in 41
Sequanis ad hyberna militibus, ipse iis quæ Romæ gere-
bantur intentus, in circumpadanam descendit Galliam,
quæ commissæ illi prouinciæ pars erat. Fluuius enim Ru-
bicon Galliam citeriorem à reliqua disterminat Italia. Ibi
residens plebis animos ad se pelliciebat. Nam cùm ad eum
multi concurrerent, vnicuique tum postulata præbebat,
tum spem ingentem addebat. In ea expeditione haud in-
tellexisse Pompeius videtur, quòd Cæsar cùm ciuium Ro-
manorū armis hostes profligaret, ciues hostili vi victos ga-
za capiebat. Dein potētissimos Gallorū Belgas tertiā Gallię
partē incolentes defecisse audiēs, cōpluribus secū hominū
millibus sub arma coactis, ad eos versus immēsa celeritate
contendit. Quos in sociorum Gallorū agris prædas conue-
ctantes

ctantes adortus, maxima ex parte turpiter dimicãtes fudit,
cæ:diitque, ita vt per paludes & profunda quędam flumina
42 cæsorum strages Romanis transitum præbuerit. Quo fa-
cto, ex iis qui antea defecerant cuncti fermè ad Oceanum
vergentes, nullo prælio imperata fecerunt. Posteà contra
Neruij. efferatissimos & bellacissimos Neruios duxit exercitum,
qui densissimas incolunt syluas. Hi igitur, cùm in profun-
dissimo nemore filios ac supellectilem quàm procul ab ho
st e collocassent, cum sexaginta millibus armatorum con-
tra Cæsarem repentinos fecerunt impetus, quem castra lo-
cantem, prælióque abstinentem offenderunt. Et verso in fu
gam equitatu, septimam ac duodecimam legionem circun
uenientes, vniuersos trucidauere centuriones: quòd nisi Cæ
sar correpto scuto, & his, qui coram se præliabantur, deten-
tis, intra barbaros irruisset, ac subinde quodam ex tumulo
decima legio per hostiles irrumpens acies periclitanti suc-
43 currisset, neminem euasurum incolumem liquet. At virtute
Cæsaris & audentia supra vires, vt dici solet, decertantes,
haud tantùm Neruios dare terga coegerũt, verùm fortiter
repugnantes obtruncarunt. Ex sexaginta enim millibus,
quingentos euasisse traditur. Ex patriis autẽ viris, qui qua-
dringenti numero erãt, tres superfuere incolumes. Hæc vbi
senatui renuntiata sunt, per sacrificia indictásque solennita
tes, quindecim dierum supplicatio, quantùm vlla in victo-
ria nũquam superiori tẽpore obtigerat, diis immortalibus
decreta est. Nam cùm tot in vnum gentes erumperẽt, inges
profectò discrimen ingruerat. Victoriam autẽ eò illustrio-
rẽ populi fauor & beneuolentia faciebat, quòd à Cæsare par
ta fuerat. Inde Galliæ rebus optimè dispositis, in Cisalpina
44 hyemauit, illic res vrbanas apparaturus. Non solùm enim
qui dignitates & magistratus appetebant, eo vtentes largi-
tore, corrupto illius pecunia populo designabãtur, & qui-
quid ipsius potentiam augeret perficiebant: sed etiã clarissi
mi & amplissimæ authoritatis viri complures ad eum Lu-
cam peruenerũt, Põpeius, Crassus, & Sardiniæ prætor Ap-
pius, & Nepos Hispaniæ proconsul, ita vt lictores centũ ac
viginti, senatorij ordinis circiter ducentos fuerint. Hi con-
silio cõstituto decreuerunt Crassum ac Pompeium designa
ri cõsules oportere, pecunias Cęsari suppeditari, & belli ad-
ministrationẽ in aliud quinquẽnium prorogari. Quæres à
pruden

prudentib. iniquissima indicabatur. At qui tam grandem
à Cæsare pecuniam susceperant, eum indigentem etiam se
natui persuadebant, imo verò ob ea quæ decernebant, eò an
gustiarum senatum redigebant, vt longè magis cogere vi-
derentur: Cato nanque aberat, ita de industria missus in Cy
prum. Eius autem sectæ Faonius cùm nihil reclamando 45
proficeret, è foribus prosiliit, multa vociferans in vulgum,
aures interim adhibente nemine. Quosdam enim Crassi &
Pompeij reuerentia deterrebat, plurimi verò spem vitę ge-
rentes in Cæsare, ipsius gratia quieti sedebant. Reuertens
iterum Cæsar ad exercitum in Galliam, ingens in ea regio
ne bellũ offendit. Duo enim maximi Germanorum populi
quos & Tenteridas appellant, ad quærendos agros nuper
profecti Rhenum traiecerant. De bello aduersus eos confe
cto Cæsar in suis cõmentariis ita scriptum reliquit, Barba-
ros missis ad eũ legatis cùm inducias egissent, eum in itine
re adortos, quapropter octingentos eorum equites quinque
millia ex Cæsarianis de improuiso in fugam vertisse. Post 46
ea missos ad se confestim alios subtexendæ fraudis gratia,
quibus retentis, contra barbaros exercitum duxisse: demẽ-
tiæ esse iudicantem vllam tam in fidis ac periuris homini-
bus habere fidem. * Calisius refert Catonem cùm in senatu *τανυιο
pro ea victoria supplicatio decerneretur, sententiam dixis-
se, vt Cæsar hostibus dederetur, quò pro ciuitate perfidiam
expiarent, & execrationes in authorem verterẽt. Cæterùm
ex his qui transierant, quadraginta millia ferro cæsa pau-
cos remeantes excepere Sicambri: ea verò Germanica na-
tio est. Hanc nactus Cęsar occasionem, cùm alioquin glo-
riæ cupiditate duceretur, quòd primus omnium Rhenum
exercitu traiecisset, pontem instruxit. Erat per id temporis *Pons à Cæ*
immensa eius fluminis latitudo, vndis & æstu rapidissimi. *sare in Rhe*
Ingentes autem operi ictus delata fluuio ligna & trunci in- *nũ extru-*
fligebant. Ad quos excipiendos, vimq; simul fluminis, re- 47 *ctus.*
frænandam, Cæsar in superiori parte maximas coniugatas
trabes præfixit, incredibile prædẽs spectaculum, intra de-
cimum diem ponte nauato. Tum obuium se inferente ne-
mine copias traduxit: præstãtissimi Germanorum Sueui se
se in profundissimis syluarũ cõuallibus abdidere. Cęsar in
Germania duodeuiginti consũptis diebus, postquã hostiũ
vicos & ædificia incẽdit, amicósque populi Rom. ad spem

cohortatus est, se iterum in Galliam recepit. Dehinc in Britaniam expeditionem agere contendit: cuius facti audacia magnam illi gloriam peperit. Primus nanq; occiduũ classe ingressus Oceanũ, pérque Atlanticum pelagus ad bellige
randum transportans exercitum, adnauigare cœpit. Incredibilis nanque magnitudinis insulam, de qua non parũ inter scriptores & historicos disceptatum est, cùm eam nõ re,
sed verbo solùm ac nomine fictam nusquam extare contenderent, subiugare adortus, extra orbem terrarum Roma-
48 num propagauit imperium. Eò ex continenti Galliæ bis adnauigans, cùm maiora hostibus damna, quàm suis, emolumenta contulisset (quid enim ex hominibus acerbissimo victu & summa laborãtibus inopia pretiosum eriperet?) nõ qualem animo conceperat, bello finem imposuit. Acceptis autem à rege obsidibus & tributis imperatis, ex insula remeauit. Cùm nauem solueret, è Roma literæ illi reddũtur, quibus ab amicis de morte filiæ certior fiebat, quæ Pompeio nupta pariens obierat. Quæ res & Pompeium & Cæsarẽ magnis affecit luctibus. Amicos autẽ præcipua affligebat perturbatio, quoniam cùm cæteræ reip. partes ægrotarẽt, hæc ipsa necessitudo, quæ pacem concordiámque conserua
bat, soluta defecisset. Infans enim cùm paucis matri diebus superstes fuisset, statim vita excesit. Populus Iuliam inuitis tribunis attollens, in Martium campum detulit, vbi tu-
49 mulata iacet. Cæsar cùm ingentes iã haberet copias, eas necessariò in diuersa partibus hyberna, in Italiam vti cõsueuerat reuertitur, cùm interim Galli magnis irrumpẽtes exercitibus, vndique Romanos milites in ipsis trucidãt hyhernis, castráque simul expugnare conantur. Ex his autem qui cum Ambiorige desciuerant, plurimi & fortissimi Cottam & Titurium cum exercitu obtruncarũt. Ciceronis legionem sexaginta hominum millibus circũuenientes obsederunt, paululúmque abfuit quin eos viribus interciperẽt, vniuersis ferme vulneratis, Contrà à Romanis summa virtute promptissimè pugnatum est. Hęc cùm procul absenti nuntiata sunt Cæsari, naud pluribus septem millibus hominũ in vnũ coactis, statim rediens Ciceronem ab obsidione liberare contendit: quod minimè obsidentes latuit. Itaq;
50 perinde ac omnia direpturi contẽptu paucitatis occurrunt. Cæsar vsquequaq; cõsultò dolosa se fuga subripiens cõmodissimum occupat locũ, ex quo paucis aduersus plures præliandi facultas esset, ibiq; castra cõmunit. Suis vt omnino abstineant à prælio edicit. Tum vallũ altius educi, portásq; obstrui timoris simulatione iubet, vt se ductorib. despectũ faceret, donec dispersos & temerariè subeuntes egrediens Cæsar fudit, & magna ex parte interfecit. Hęc victoria multas Gallorum rebelliones sedauit. Ipse per hyemem quocunque progrediens, ne res innouarentur acutissimè prouidebat. Confestim enim ex Italia ad cęsorum supplemẽtum tres
ad se legiones venere, duas ex suis mutuante Põpeio, aliam 51
ex Cisalpina habito nuper delectu contraxit. Procul inde ingentis ac periculosi belli primordia, quæ dudũ extincta videbantur, potentissimorum virorum inter bellacissimas nationes clandestinus furor alebat. Id magnis emicuit viribus. Ingens siquidem armatorum ætate florentium vndique multitudo cogebatur. Magnæ in vnum opes conferebãtur, validissima oppida, inaccessę penitus regiones. Tum hyberna glacies fluuios tenebat, niues saltus obduxerant, capi torrentib. inũdabãt. Profundissimę niues incertas reddebãt semitas: paludes & stagnãtia flumina vias & cũctos occultabãt aditus. Quę res Cęsarẽ omnino ne contra desciscẽtes quicquã conaretur absterrere posse putabatur. Gẽtes autem multę desciuerãt, ex quibus longè præstantiores Aduerni Carnutésq;. Totius rei summa administratióque Vertingenrorigi demandatur. Huius patrem olim regnum affectantem necauere Galli. Is partitis plures in partes copiis, 52
multisque præfectis ducibus, omnẽ circumadiacentẽ oram quæ Ararim vsque vergit, sibi conciliat. Iam enim Romæ cõtra Cęsarem conspirantibus aduersariis, vniuersas Gallię ciuitates ad bellum solicitare cogitabat: quod si paulò pòst profecto ad ciuile bellum Cæsare gessisset, non leuior sanè, quàm Cimbrorum, terror occupasset Italiam. At Cæsar cũ ad omnem bellicæ rei vsum peritissimus, tum ad captandas tẽporis opportunitates optimè à natura institutus, quã-primùm cognita defectione, prædictas ingressus est vias. Quibus per tam sæuam hyemẽ vi ac celeritate superatis, intellexere barbari insuperabilẽ & inuictũ bellis exercitũ ad se ventitare. Nam quò eius nuntios aut tabellarios penetrasse diu incredibile iudicatũ erat, ibi eũ totis cõspectus est copiis, agros vastans, vicos diruens, oppida funditus euertens.

53 Dehinc receptis in fidē, quos facti pigeret, haud destitit quoad Eduorum gentem qui aduersus eum bellum susceperant, deuicit. Hi superiore tēpore fratres se Romanorū prędicantes, magnificentissimis habebantur honoribus: ea verò tempestate socios se defectionis asciscentes, Cæsaris copias vehemēter afflixerant. Inde castra mouens in Ligonum fines transit, vt in Sequanos in fide amicitiáque permanentes sese reciperet. Hi ex cætera Gallia Italiam versus incolunt. Ibi eum hostes adorti, multis armorum millibus circunueniunt. Quibus congressus terrore diuturno ac fortitudine compressis barbaris, cæteris quidem in rebus victor euasit, at initio minus prosperè dimicasse visus est. Siquidē Auerni suspensum in templo gladiū commonstrāt, tāquam
54 captum ex Cæsare spolium, quem is posteriori tempore cō spicatus subrisit: cùmq; detrahere illum amici, iuberēt, nequaquam permisit, quòd rem sacram existimaret. Ceterùm complurimi vnà cum imperatore fugientes, in *Alesiam sese vrbem recepere. Eā dehinc obsidēti Cæsari cùm ob murorū altitudinem & ingentē repugnantium numerum capi posse desperaret, quouis consilio & ratione maius extrinsecus discrimen incubuit. Trecenta enim armatorum millia Alesiam aduentabāt, cùm intra vrbem haud pauciora centum ac septuaginta bellatorū millibus versarentur. Quamobrē intra ingens adeò bellum deprehensus & obsessus Cæsar, geminos obiicere muros cōpulsus est, alterū cōtra vrbē alterū cōtra hostis aduentū. Si enim hæ vtrinq; cōiungerentur copiæ, profectò de rebus Cæsaris actū esset. Nō abre
55 igitur in eo prælio, quod apud Alesiā gestū est, maximam adeptus est gloriam, in quo maiora profectò, quàm vspiā, audentiæ & fortitudinis opera egregiè dimicando declarauit. Præcipua verò admiratione prosequendum est, latuisse oppidanos cùm Cæsar cum tot millibus exterius Marte collato palmam reportarit: imò verò nec victoriā ipsos prius intellexisse Romanos, qui obiectum vrbi murum pro statione tenebant, quàm oppidanorū luctum & plāgētes mulieres audissent, cùm altera ex muri parte præditos auro & argēto clypeos, respersos cruore thoracas, Gallica tentoria, paterásque à Romanis in castra deferri cernerent. Adeò maturè tantus exercitus velut insomnium quoddam aut simulacrhum euanuit, ad internecionem profligatus, & maxima

*Alexiā.

xima ex parte pugnando deletus. Qui Alesiā tenebāt, post 56
multa sibi Cæsarique illata sæpius detrimenta tandē sese dedidere. Totius autē belli dux & imperator Vertingentorix pulcherrima indutus arma ornatissimóq; delatus equo desiliit, & deiectis armis ad Cæsaris pedes tacitus sedit, donec triumpho destinatus custodiæ traderetur. Cæsar de Pōpeij destructione, sicut & Pompeius de illius, dudum mente cōceperat. Crasso enim qui amborum medius insederat, apud Parthos interfecto, reliquum erat vt alter augendæ gratia dignitatis amplissimum iam factum deleret, alter quò minus id pateretur, eum quem pertimescebat matura prœoccuparet ruina: quanquam id Pōpeius haud magnopere formidare videbatur, vsqueadeò Cæsarem despicatum habens, quasi verò non arduum opus esset, quem ad tantum extulisset fastigium, denuo in stragem perniciémq; detrahere. At 57
principio Cæsar contra aduersarios hoc inito consilio procul sese constituit, & more pugilis per Gallorum prælia vsum ac exercitationem vendicans, & potentiam simul instruxit, & rebus ab se confectis suam auxit gloriam. Quibus elatus, sese magnificis Pompeij gestis adæquarat, occasionem cùm ex ipso Pompeio, tū ex læua Romanæ reipub. tempestate nactus. Nam qui honores principatúsque petebant, omni abiecta prorsus verecundia, epulum publicè largitionésque distribuebant in populum. Quapropter corruptum mercede populum ad comitia descendentem cerneres, nō suffragiis, sed arcu, gladio fundáque pro largitione decertantem, & tribunalia sæpenumero sanguine cadaueri búsque fœdantem, rem inter se petulantissimè decernere, cùm interim ciuitas amisso rectore, sicuti nauis relicto clauo, fluctuans agitaretur. Idcireo qui animo & ratione vale 58
bant, satis fore existimabant, si ex ea hominum insania & tāta rerum tempestate nihil truculentius, quàm monarchia tantisper emergeret. Erant qui asseuerare publicè auderent nullo pacto nisi delato ad vnius arbitrium principatu, curari medicarīue rempublicam posse, ei verò medelā ex beniguissimo medico adhiberi oportere, Pompeium insinuantes. At ille bellissimis quidem verbis repudians, re magnopere satagebat vt Dictator crearetur. Qui cum Catone consentiebant, de eo solo consule designando ad senatum retulere, vt cùm iustioris appellationis singularem haberet

Principatus ambitiones epulum & largitiones publicè distribuebant.

principatū, de adipiscēda Dictatura nequaquā viribus con
tēderet. Plurimi de propagāda illi prouinciarū adminis tra
tione decernebant. Duas enim obtinebat Hispanias, & v-
59 niuersam Aphricam, quas per legatos administrabat. Ad
alēdos præterea exercitus mille quotannis talenta ex æra-
rio publicè sumebat. Tum Cæsar, qui consulatum pro eo
peterent & suarum quoque prouinciarum tempus dilatan-
dum imperarent, misit. Initio quidem tacente Pōpeio, Mar
cellus & Lentulus alioqui odio Cæsarem insectantes, aduer
sari cœperunt, & Cæsaris tantùm ignominiæ ac dedecoris
auidi, nēcessariis haud necessaria adhibebant. Colonis enim
quos nuper Cæsar in vrbem Galliæ Nouocomū deduxerat,
ciuitatem adimere conabātur. Ex quibus cùm decurio qui
spiā Romæ versaretur, eum consul Marcellus virgis pulsa-
uit, ea se illi adiecisse præfatus insignia, vt se ciuem Ro-
manum nequaquam esse intelligeret, cúmque discederet,
vt illa Cæsari cōmostraret imperauit. Postea Cæsar vberri-
mas Gallorum diuitias per omnes passim magistratus hau
riendas dimittens, Curionem tribunum plebis grandi fœ-
60 nore obstrictū liberauit. Paulo quoque consuli mille &
quingenta sestertia prębuit, ex quibus nobilissimam ille in
foro basilicam Fuluiæ dicatam extruxit. Eos ita consentiē-
ὑπερᾶραν ἀποδαχθῆ- tes veritus Pompeius, iam ipse cum amicis palàm vt Cæsa-
ναι διδό- ri imperium cederetur efficiebat, quósque illi ad bellum
χον Καίσαρι τὴν ἀρχήν. Gallicum cōmodarat milites repetiit. Eos remisit Cæsar, du
centis & quinquaginta viritim donatos drachmis. Qui nos
ad Pompeium deducēdos acceperāt, immites ac malignas
de Cæsare voces in vulgus spargere, Pompeium inani spe
corrumpere, eū Cæsarianis militibus magno desiderio esse
cùmq; Romæ ob gliscentē in repub. inuidiam ægrè rerum
potiatur, illic paratas profectò copias habiturum: móxque
vbi in Italiam transcenderit, eum sectaturas: adeò illis Cæ-
sarem multitudine prælio rum odio esse, & ingentem insu-
61 per metu regni suspicionem cōtraxisse. Has ob res emol-
litus Pompeius, perinde ac nihil pertimesceret, de cōparan
dis exercitibus negligētius agebat, verùm nūc orationib.
nūc sentētiis aduersum Cęsarē inuehebatur. Quæ Cæsar ni-
hil pendisse traditur, quin missus ab eo Romam centurio
quidā, cùm stans pro foribus curiæ, tēpus imperii minimè
à senatu Cæsari prorogari cognouisset, cōcussō manu gla-

dij

dij capulo, Hic prorogabit, inquit. Verùm enimuerò Cæ-
saris postulatio clarissimam præ se ferebat æquitatem: se
enim arma depositurum, idem faciente Pompeio, vtrūque *Aequa Ca-*
priuatum boni quippiam à ciuibus cosequuturum. At in- *saris à se-*
dignum esse vt detractis sibi copiis Pompeio vires confir- *natu poſtu-*
mentur, cúmque alterum tyrannum insimulent, alterum *latio.*
tyrannum instruant. Hæc Curio pro Cæsare obtestatus
ad populum perspicuis exceptus est plausibus, tum floren-
tes in eū coronas veluti fortissimū pugilē iniecerunt. Post 62
ea super hisce rebus literæ deferuntur à Cæsare, quas tribu-
nus plebis Antonius ad populum extulit, & apud consules
recitauit. Socer Pōpeij Scipio sententiā dixit in senatu, vt
nisi Cæsar ad diem certam arma deposuisset, hostis à sena-
tu pronuntiaretur. Rogantibus sententias consulibus, nū-
quid exercitum à Pompeio dimitti oportere cēseretur: sub
inde, nunquid à Cæsare: illi quidē voci pauci admodum,
huic, admodū paucis dū taxat exceptis, cūcti assensere. De-
precante insuper Antonio vt magistratum vterque depone
ret, cūcti planè approbarunt. At violentius agēte Scipione,
& vociferante Lentulo consule aduersus latronem non suf-
fragiis, sed armis opus esse, dimissus est senatus. Dehinc ob
intestinæ seditionis mœrorē, obsoleta vestis induta. De- 63
latis à Cæsare literis quibus modestè satis deprecabatur (pe-
tebat enim vt omissis cæteris, Cisalpina tantùm Gallia Illy
ricúmque sibi cum duabus legionibus vsque ad secūdi peti
tionem consulatus cōcederetur) Cicero quidem orator nu
per ex Cilicia reuersus vtriusque amicos concilians, Pom-
peium mitigare non desistebat: qui cùm cætera concederet,
exercitus illi denegabat. Cicero quoque Cæsaris amicos in
duxerat, vt prædictis cōtenti prouinciis, & sex tantūmodo
millibus militum in pacem amicitiámque conciliarentur.
Inclinante Pompeio, qui cum consule Lentulo conspira-
bant nequaquam siuere, Antoniúmque & Curionem è curia
propulsantes, summa cum ignominia ex vrbe eiecerunt.
Quę res bellissima atq; honestissimā Cæsari occasionē præ
textúmq; attulit vnde suorū ammos militū accēderet, cùm
elegantissimos viros atq; prncipes ostenderet seruili veste
(eo nanque habitu occultati per metum Roma excesserant)
meritoria rheda, fugisse coactos. Erāt cū Cæsare haud sa- 64
nè plures equitibus trecētis, militum verò quinq; millibus.

Miserat autem qui relictum trans Alpes exercitum ad se de ducerent. Cúmque ad earum rerum initium ac impetum quas moliebatur, haud impresentiarum magna opus esse manu cerneret, quin terrore potius,& audacia, & temporis celeritate suscipiendam rem esse, vt qui pauore citius, quàm vllam afferre vim posse crederetur, paratus accedens, duces quidem ac cẽturiones absque reliqua armatura solos tenentes gladios præmisit, qui Ariminum extra Galliam ciuitatem occuparent, à cædibus & tumultu quàm maximè possent abstinentes. Traditis Hortensio cohortibus, ipse in publico quidem diem exigens spectaculo, quo gladiatorum munus edebatur, interfuit: vespere autem curato paulisper
65 corpore, tricliniũ ingressus cum conuiuis discubuit. Vbi paululum immoratus, in multã iam noctem exurgẽs, quibusdam ex amicis benignè alloquutus, vt se mox reuersurum præstolarentur edixit, cæteris vt per diuersa consectarentur præfatur. Ipse meritorium quoddam ascendens vehiculum, aliam primò viam ingressus, dehinc Ariminum versus flexit iter. Ventum erat ad fluuium Rubiconẽ, qui citeriorem, vt diximus, Galliam à reliqua disterminat Italia. Ibi *reputans se propè grauissima ferri,& iam auſurum maxima, cursum compescuit, ac diu secum tacitus animum cogitationémque circunferebat. Plurima tamen consilia deliberatione que permutans, cum astãtibus amicis, ex quibus Asinius Pollio erat, complura disceptans, animaduertensque quot malorum initium vniuersis hominibus ipse allaturus esset transitus, quantùm insuper de eo relicturi sermones sint, de nique impetu quodam animi perinde ac ex futuri cogitatione dimissus, cùm id quod incertos ac audaces subeũtibus casus vulgò exordium esse solet, Iacta sit alea, dixisset, flumen
66 traiecit. Dehinc aduolans nõdum illucescente die Arimi
Somnium Cæsaris. num ingressus occupat. Nocte, quam insequutus est Rubiconis transitus, impium vidisse traditur insomnium. Existimauit enim per quietem infando se matri permiscuisse concubitu. Capto Arimino, iámque latissimis belli portis terra marique patefactis, confusis prouinciæ terminis, patriæ legibus perturbatis, nõ vt aliàs, viros & mulieres pauore consternatos Italiam peragrare putares, at totas ciuitates propriis exilientes sedibus mutua fuga distrahi. Roma, confugientibus eò vndique finitimis, & vndarum instar commigranti

*ἠρὶ λογισμὸς ἀντὶ σὲ μᾶλλον ἐγγίνεται τῷ δεινῷ, μὴ περιφερόμενον τῷ μεγίθει τῶν πολλωμένων.

grantibus referta, neque facilè parêre principi, neq; vlla ratione detineri, at parum abesse quin in tanta procellæ conquassatione ex se ipsa subuersa concideret. Contrarij nanq; affectus ac violenti motus omnẽ detinebant locum. Nec 67
enim qui lætitia gestiebant, quietem agebant, verùm quos formidine ac mœrore confectos aspicerent, illis persæpe audacissimè insultantes, de rerum vrbanarum euentu longas conciones actitabant. Pompeium alioqui attonitum alij aliis sermonibus perturbabant: eum nanque pœnas dare qui contra se ac rempub. Cæsaris vires auxisset. Alij acrius increpabant, quòd cùm Cæsar ex sua volũtate cederet, & modestas pacis conditiones offerret, Lentulum per insolentiam restitisse permisisset. Tum Faonius eum terram pedibus pulsare iubebat. Pompeius enim antea vt omnem de apparatu belli curam ac solicitudinem patribus demeret, per quandam magniloquentiam ita in senatu iactauerat, Cùm solum pede pulsauero, plenam exercitibus omnem reddam Italiam. Eo autem tempore maiores Pompeio, quàm Cæsari, copiæ aderant, sed virũ vti suis cõsiliis nemo sinebat. 68
Itaque cùm falsi vndique rumores ac metus ingruerẽt, perinde ac instante & cuncta occupante iam hoste, *cedens, si mulq; omniũ ruina eiectos & impetu, turbationẽ rerum videre statuit. Quorcirca vrbe decedens, senatui se cõsequi iussit, necqui patriæ, libertatem, quàm tyrannidem malit, manere quẽpiam. Ita consules nec peractis ante digressum de more sacrificiis, fuga se surripuere. Complurimi etiam consulares viri suis perinde ac alienis quicquid occurrisset raptim acceptis effugiebant. Nõnulli Cæsarearum partium, quanquam nihil ad eos tantus rerum attineret impetus, tamen animi consternatione compulsi vnà efferebantur. Miseranda verò ciuitatis facies erat, cùm desperantibus in tanta tempestate gubernatoribus, sicuti nauis quædam ad omnẽ præceps casum deferebatur. Ex qua cùm miserabi- 69
lis adeò hominum commigratio fieret, fugam tamen ac exilium præsente Pompeio patrios lares & commune domicilium existimabant, Romam verò tanquam Cæsaris castra reliquerant. Tunc Labienus maxima Cæsari deuinctus amicitia, qui bello Gallico legatus fortissimè decertauit, ab eo transfugit ad Põpeium: qua re cognita, Cæsar ei pecunias sarcinasque transmisit. Aggressus deinde

*ἐξὰς συμπερδὲν τῷ πάντων φόβῳ,

Corphinium,quod Domitius triginta præfectus cohortium præsidio tenebat,ibi moratus est. Domitius cùm desperatis rebus à suo medico seruo quidem venenum popoſciſſet, datum illico tanquam moriturus hauſit.Paulò pòſt vt admirabilem Cæſaris humanitatem,qua erga captos vtebatur, audiuit,ſeipſum lugere,& conſilij celeritatem improbare cœpit.Eum verò conſolante medico,quoniã non mortiferam, ſed ſomniferam potionem hauſiſſet,alacer emicans ad Cæ-
70 ſarem contendit. Cuius dextrã amplexatus, denuo ſe contulit ad Pompeium. Quæ Romæ nuntiata tantam attulere voluptatem,vt quoſdam ex fuga reuocauerint.Cæſar acceptis Domitij cohortibus,ac cæteris qui per oppida Pompeij nomine alebantur,delectibusiã potens,iam timendus,Pompeiũ perſequi ſtatuit.Qui haud expectato belli impetu,Brũduſium confugit: præmittens deinde cum copiis Dyrrhachium conſules,paulò pòſt vt aduentare Cæſarem audiuit, nauibus euaſit,quemadmodum in eius rebus conſcribendis ſingulatim explicauimus.Eum mox inſectari conatus,defectu claſsis deſtitit.Dehinc Romam conuerſus, diebus ſexaginta,nullo cruore profuſo,cunctam in poteſtatem redegit Italiam,Romæ,cuius pacatiorem,quàm ſperauerat,ſtatum
ἦρχε τῶν ἀπὸ βουλῆς ἐν ἀνυ[illegible]συχίᾳ, 71 inuenerat, multi obſeruabantur ſenatores, ad quos beniguiſsima & populari habita oratione,de mittendis ad Pompeium legatis pro pace ac modeſtis eius poſtulatis exhortus eſt. Cui neminem paruiſſe conſtat,ſeu deſertum ab ſe Pompeium reformidarent,ſeu non ita ſentire Cæſarem cogitarent,quanuis ſpecioſa verborum vteretur venuſtate. Ei poſtmodum pecunias ærario demere conanti, impedimento affuit Metellus tribunus plebis,cui leges quaſdam profe-
,, renti,Non idem armorũ ac legum tempus eſt,inquit: quòd
,, ſi has ipſe res æquo animo ferre non potes,in præſentia qui-
,, dem procul abſcede.Nec enim huiuſmodi loquendi fiducia
,, bellum indiget. At cùm peractis fœderibus arma depoſue-
,, rimus,tunc rediens te plebis patronum age. Hæc tibi meo
,, decedens iure loquor.Nam cùm te reliquóſque mihi aduer-
,, ſarios ceperim,omnes mei iuris factos liquet. Hæc Metello locutus,ad ærarij ſe portas contulit.Apparentibus nuſquam clauibus,fabros accerſit,quibus portas effringere iuſsis,Metellus iterum quibuſdam collaudantibus incitatus obſtare
72 cœpit. Cui,ſi moleſtus eſſe pergeret,necem commina-

tus Cæſar,Iſtud,inquit,nónne ſcis adoleſcentule,longè mihi difficilius eſſe dicere,quàm facere? Quo dicto perterritus Metellus abiit,& cætera neceſſariis bellorum miniſteriis ſtatim præbita.In primis Hiſpanienſem expeditionem egit,vt inde Afranium & Varronem Pompeij legatos expelleret,& redactis in poteſtatem copiis atque prouinciis,cùm nullum poſt terga reliquiſſet hoſtem, Pompeium inuaderet.Ibi plura per inſidias ſubiens corporis diſcrimina,quanuis ingenti fame vexaretur exercitus,nõ antè deſtitit,quàm nunc hoſtem inſequens, nunc ad pugnam prouocans,aut foſſa circumagens,caſtris potitus, copias quoque in deditionem acceperit.Duces autem ſeſe ad Pompeium fuga receperunt.Reuerſum Romam Cæſarem ſocer eius Piſo rogare cœpit,vt ad Põpeium legatos pro pace mitteret. Qua
73 in re obſecundans Cæſari contradixit Iſauricus. Tunc Dictator à ſenatu creatus,exules reduxit. Eorum etiam qui Syllana tempeſtate proſcripti ſunt,filios admiſit ad honores. Abſciſſa fœnoris parte,debitoribus magnum detraxiſſe onus viſus eſt.Talia quidem populariter attingens,intra diem vndecimam depoſita Dictatura, ſe conſulem ac Seruilium Iſauricum deſignauit. Tunc ad exercitum conuerſus,reliquas in itinere poſt ſe dimittens copias,ſexcentos delegit equites,& legiones quinque.Inſtabat hybernum tunc ſolſtitium circiter idus Ianuarij,quem ab Athenienſibus ποσειδεῶνα appellatum dixerim.Cum iis igitur Ionium trãſfretans ſinum,Noricum & Apolloniam capit: naues deinde ad traiiciendos milites,qui tardiores in itinere erant, Brunduſium remiſit. Hi quandiu iter habebant Cęſarem
74 maledictis inceſſebant, qui effœto iam corpore ad tantam hoſtium ac bellorum multitudinem debilitati cederent.
Quem tandem nobis modum vir conſtituet, quos in omni ,,
laborum vſu perinde ac indomitos & immortales circuma- ,,
git? Defatigatum vulneribus iam femur eſt.Quænam tho- ,,
raci aut clypeo in tanta diuturnitate requies? Nónne Cæ- ,,
ſar ſe imperare mortalibus, nóſque mortis caſibus & dolo- ,,
ris ſubiacere vel ex ipſis vulneribus animaduertit? Hyber- ,,
nos verò dies cùm mare flatus agitant, nec deus ipſe viola- ,,
uerit: at Cæſar non ſicut hoſtem perſequens,ſed fugiens,a- ,,
perta ſuſcipit pericula. Talia dicentes lentè Brunduſium
ibant. Eò cùm peruenisſent, transfretaſſe Cæſarem com-

perien

perientes,permutata confestim sententia, seipsos incusare, se imperatoris proditores appellare,tum verò prefectos car
75 pere,qui non iter ocyus solicitauerint. Cellis itaque sedentes in collibus,nunc pelagus,nunc continentem prospectabant,si naues vspiam quibus ad eum traiicerent,occurrerent.Cæsar Apolloniæ commorâs, vbi satis copiarum quibus prælium capesseret sibi deesse, cæteráque ex Italia lentè subsequi cernit, in magna rerum ambiguitate conflictatus,graue & periculosum iniit consilium. Nam cùm tantis hostium classibus mare teneretur, conscio nemine paruam remorum duodecim scapham ingressus,Brundusium transire decreuit.Nocte igitur clanculum seruili ascendens habitu,se vt vilissimum quempiam tacitus abiecit.Annio flumine nauigium ad mare vsque delatum est. Solet is cum matutina spirante aura fluctum longè repellat,circa ostium tranquillus illabi.Ea verò nocte ingens ex ponto ventus perfla-
76 rat, à quo extincta resederat aura. Cæterùm cùm aduersus procellas ac tempestatem acrius flumen irrumperet, ingens attollebatur sonitus, & rapidi confligebant vortices. Quamobrem gubernator postquam nulla vi superare sperat,retrocedere statuit:itaque nautis vt remigationem permutarent iusserat.Quod vbi persensit Cæsar, seipsum detexit:apprehensa deinde gubernatoris dextra, qui ad eius obstupuerat aspectũ,Perge,inquit,generose, perge, aude,nec extimesce quicquam,Cæsarem vehis, ac Cæsaris fortunam nauigationis comitem.Tum obliti tempestatis remiges,innixi remis promptissimè fluminis impetum superare contendunt.Quod vt frustra conati sunt,Cæsar multis obrutus fluctibus, & in ipso fluminis ostio magnis susceptis periculis,gubernatori vt rediret inuitus admodum concessit. Ei
77 postmodum ad suos reuertenti multis querimoniis tristes occurrêre milites,affligi se magnopere, nisi per se solos victoriam adipisci sat persuasum habeat, ac dolore angatur, & absentium causa tãta petat discrimina,quasi paruam præsentibus fiduciam gerat. Interim Antonius transmissis ex Brundusio copiis aderat. Quibus factus audentior Cæsar, Pompeium prouocabat cõmodissimè metatum, vt cui terrestres ac maritimi commeatus abundè supperetrent. Principio Cæsar cùm haud magnam inter copiam degeret,postea maxima necessariorum opprimebatur inopia.Interea militum radicem quandam auellebant,& cõmista lacte vescebantur.Interdum ex ea confectos panes inter hostium stationes prætercurrentes iniiciebant, addebántque se, quoad huiusmodi radices terra produceret, obsidionem Pompeij non dereliqturos. Eos autem & panes & sermones in vulgus proferri Pompeius vetuit,ne suorum animos refringerent, qui hostium immanitatem pertinacémque tolerantiam sicuti ferarum exhorrescerent. Quotidie circa Pompeij vallum tumultuariæ fiebant pugnę:cunctis Cæsar victor interat,vna dũtaxat excepta, in qua fusis magna ex parte suis, summo cum periculo propemodum totum amisit exercitum.Acies enim inferente Pompeio perstare contrà nullus valuit.Repletę cæsis fossę,nonnulli circa vallũ & castra passim fugientes cædebant:quibus occurrens Cæsar fugam in hostẽ conuertere frustra conatus est.Signa etiam corripienti reiecerunt signiferi.Duo igitur & triginta in hostium potestatem venerunt. Ipse ne interficeretur parum abfuit.

Penu maxima in castris Cæsaris.

78

Nam cùm procera statura & robustissimo corpore virũ penes se fugientẽ iniecta manu consistere, & in hostem conuerti iussisset,ille terrore grauissimo perturbatus, eum gladio vulnerare molitus est.Ictum autem Cæsaris scutifer occupabat,eius abscindens humerum. Adeò verò suarum desperationem rerum ceperat,vt cùm Pompeius, priusquam tam magnę rei extremam adiiceret manum,seu pietate,seu casu retardatus suos in castra reduxisset, Cæsar amicis discedens inquit,Hodie penes hostem victoria fuisset, si vincentem habuisset.Inde tentorium ingressus accubuit, vbi mœstissimam exegit noctẽ,cùm animaduertisset quàm improbanda vteretur militia, qui fertilissimæ regioni & opulentissimis Thessaliæ & Macedoniæ ciuitatibus vicinis, illic dispergi ac vagari hostes sineret, & cùm aduersarij latè maria classibus teneant, hîc sedeat in littore, verius à necessariorum penuria obsessus,quàm armis obsidens. Tanta igitur inopia & præsentium grauitate distractus,cõtra Scipionem castra mouit,quem in Macedoniam iter agere cognouerat: ita enim aut Pompeium elicere, vbi maritimo pariter destitutus cõmeatu pugnam cõmitteret, aut desolatum subsidio Scipionem opprimere. Ea res Pompeij exercitũ reliquósque præfectos exciuit, vt perinde ac victum fugientémq; Cæsarem persequerentur. Põpeius nanq; pro talibus

79

80

pugnam

pugnam detrectabat, & rebus suis vniuersis optimè præparatis, vires hostium perbreues quidem futuras tempore conteri debilitarique censebat. Bellacissimæ enim Cæsaris copiæ cùm militarem quidem scientiam, & indomitam dimicando fortitudinem haberent, tantis erroribus, labore castrensi, oppidorum expugnationibus, nocturnisque vigiliis defatigatæ, ac senio confectæ erant, & iam corpore graues, & perferendis laboribus imbecilles, promptitudinem & audaciam amiserant. Tum etiam pestilens quidam mor
81 bus ab immanissimo victu creatus, Cælaris castra vexare tradebatur, quódque vehementissimum erat, cùm neque pecuniis polleret, neque cibaria satis adessent, maturè per se periturus censebatur. Hæres à committenda pugna Pompeium abstrahebant. Quod solus vt ciuibus parceretur collaudabat Cato, qui vt hostes circiter mille prælio cecidisse conspexit, caput obuoluens effusis secessit lachrymis. Cæteri detrectantem pugnam Pompeium maledictis incessebant, eum Agamemnonem & regum regem vocitantes, vt qui deponere recusaret imperium, & tot se stipatum ducibus eius quotidie tabernaculum adeuntibus gloriaretur. Faonius Catonis more dicendi licentiam assequutus, insaniens ferme excruciabatur: O indignum facinus, inquit, si eo anno ob studium cupiditatémque imperandi Pompeij,
82 non Tusculanas esse ficos liceret. Afranium quoque (is enim ex Hispania nuper aduenerat) cùm re malè gesta exercitum pecunia prodidisse criminaretur, rogauit cur non aduersus eum depugnaret mercatorem, qui ab se prouincias mercatus esse diceretur. Hisce omnibus compulsus ad dimicandum Pompeius, inuitus quidem, Cæsarem persequi statuit, qui reliquum iter grauissimo labore confecerat, cùm ob acceptam nuper suorum iacturam & ei commeatus inhiberentur, & omnibus esset contemptui. Vt verò Gomphos Thessaliæ oppidum cepit, nō modò exercitum aluit, verùm etiam ab ægritudine liberatum mirabili quodā modo reddidit. Ingentem nanque vini affluentiam nacti, cùm largissimè potassent, immodestis per vias saltibus debacchabantur. Vnde reiecto ac propulsato languore, alteram subinde
83 corporis habitudinem receperunt. Ingressi postmodum ambo Pharsaliā, castra locant, vbi Pōpeius ad pristinum rursus consiliū mentē reflexit. Cùm minus prospera illi occurrerent

rerent signa patiter & insomnia, inter cætera cernere se existimāti suo se in theatro magnis Romanorū plausibus excipi, nonnulli suorū iam spe victoriam adepti eò temeritatis peruenerāt, vt inter se de Cęsaris pōtificatu contēderent Domitius, Spinther, ac Scipio: multi etiā Romam mitterēt, qui consulares ac prætorias domos cōducerent, perinde ac post bellum continuò magistratū inituri. Præcipua verò dimicandi cupiditate flagrabant equites lucidissimis armis insignes, saturis prouecti equis, præterea speciosis corporibus, & multitudine præsertim elati. Septem nanque millia contra mille Cæsaris erant. Nec verò par peditū numerus, quippe quadraginta quinq; millia cōtra viginti duo instruebantur. Cæsar conuocatis ad concionē militibus, Duas ad nos, inquit, legiones Cornificius ducit, quē haud procul abesse scio. Quindecim sub Caleno cohortes circa Megaras & Athenas residēt. Hósne operiri, an soli præliari mauultis? Tūc sublatis vocibus, ne operirētur supplices orauere: quin cōfestim vt cū hoste cōgrediantur, quā instructissimas arte locarat acies. Lustrāti subinde exercitū, cū primùm immolasset hostiā ariolus, Triduo, inquit, rē cum hoste bello decernes. Percontante deinde Cæsare si quem lætum conspicaretur euentū: Tu tibi melius respondebis, inquit. Magnam nanq; status permutationem ac rerum prolapsum in contraria dij tibi portendunt. Itaque si te in præsentia felicem existimas, deteriorē expecta fortunam: sin infelicem, præstolare secundā. Nocte quam insequutū est prælium, circa noctis medium 85
stationes obeūti cælestis fulgor ignis apparuit, qui desuper volitās vt supra castra Cęsaris astitit, latè flāmatior factus in tra Pompeij vallum decidisse visus est. Matutina autem vigilia intra hostilem exercitum ingens, sed incertus sentiri cœptus tumultus. Cæsar tamē haud ea se die pugnam cōmissurū crediderat, verùm ad Scotussam castra mouerat, cùm solutis iam tentoriis, præmissi speculatores hostes ad prelium descendere nuntiant. Ea re lætus admodum Cæsar, diis primùm adoratis phalangem instruxit, triplicem componens aciem. Media quidem acie Caluinum Domitium, sinistro cornu Antonium, dextro se cōstituit, in decima legione prælium initurus. Contra hoc collocatos cernens hostium equites, eorum numerum ac splendorem veritus, ex posteriori acie sex clanculum venire cohortes iussit, quas post dextri-

trum

trum disposita cornu, quid opus esset facto præmonuit,
86 cũ aduersariorũ aduentaret equitatus. Dextrũ cornu Põpeius, sinistrum habebat Domitius, medio socer eius præerat Scipio. Totum verò pondus equitum ad sinistrum confluxerat cornu, vt dextro hostium circunuento, egregiam circa ducẽ fugã ad stragẽ efficerent. Nulla enim vel cõfertissimæ phalangis arma obluctari posse, quin omnia oppugnãtes obtererent, cùm tantus simul equitum ingrueret impetus. Cùm vtrinque concurrẽdi signa data essent, Pompeius suis præcepit, vt stantes & densa manẽtes serie hostilem incursum ac ictus donec intra pili iactum essent, exciperẽt. Qua quidẽ in re Cæsar errasse Pompeium asserit: ignarum enim quemadmodum feriendo, ita & initio confligendo, magnas vires impetu & cursibus adiici, & animos perinde
87 ac flatibus excitatos omni ex parte succendi. Cæsar cùm aciem moturus progrederetur, fidissimum vsquequaque centurionem suos ad strenuè dimicandum exhortanté cernit. Quo nomine compellato, Quid spei nobis, aut quidnam audemus, inquit, C.* Crasine? Tum Crassinus dexteram protendens, magno clamore, Clarissime vincemus ô Cæsar, ait: me enim hodie vel viuum, vel mortuum collaudabis. Hæc cùm dixisset, centum & viginti secum milites trahẽs, primus in hostes procurrit, interfectisque ab eo prioribus, vlterius magna cum strage violentius irrumpẽs obtruncatur, gladio per ostransuerberatus, ita vt cuspis per neruos aduersi promineret occipitis. Confligentibus ita in medium peditibus, iámque prælium ex cornu ineuntibus, Pompeiani equites turmas pertinacissimè adigunt, vt dex-
88 trum Cæsaris cornu circumirent. At priusquã congrederentur immissæ à Cæsare cohortes procurrere, nec vt antè solebãt pila iactare, nec hostiũ crura surásque manu percutere, verũ oculos & vultus obnixè ferire. Ita enim à Cæsare prẽmoniti. Eos nanque iuuenes coma & ætatis flore decoros, parum bellis ac vulneribus assuetos, tales maximè plagas deuitaturos, nec expectaturos in præsentia, cùm simul & discrimen & oris deformitatẽ reformident. Quod haud secus accidit, vehemẽtia enim tela ne sustinere quidẽ poterãt, vtque ferrũ ante oculos versari cernebant, omnem protinus exuentes audaciam auertebãtur, simúlque vt vultibus parceretur, capita velabant. Hi denique hunc in modum turbati

Pugna inter Cæsarem & Põpeium.

Crastinus à Cæsare & Lucano vocatur.

Pompeianorum fuga.

turbati, fugæ terga vertentes, turpissimam in cunctos edidere stragem. Confestim enim victores, circunuento peditatu, à tergo eos inuadentes obtruncant. Parte alia Pom- 89
peius vt dispersos fuga vidit equites, non amplius ille qui quondã erat, nec se magnũ esse meminerat, verùm perinde ac deo aduersante vecors & diuina superatus victoria obstupuit. Tum nullis emissis vocibus pugna excedens in tabernaculum se contulit, ibiq; consedit euentũ expectans, quoad cunctis iam in fugam versis, hostis vallum ascenderet, & cõtra eos, qui custodiæ relicti erant, dimicaret. Tum quasi mentis inops factus, hanc solam (vt ferunt) emittens vocem, Igitur ad castra, paludamentũ & imperatoria exuit insignia, sumptoq; subinde fugacis amictu discessit. Qua autem in posterũ vsus fortuna, quóve pacto se cõferens ad Aegyptios interfectus sit, de eo conscribentes ostendimus. Cæsar Pompeij castris potitus, cùm strata hominũ cadauera, alioq; insuper necari conspicaretur, suspirans inquit: Hoc voluerunt, huc me necessitatis adduxerunt, vt C. Cæ- 90
sar maximis confectis bellis si exercitus dimississem, condemnatus vtique forem. Hæc Asinius Pollio eo tempore à Cæsare latinis quidem verbis pronuntiata, ab eo autem Græcè conscripta refert. Ex his qui in castrorum expugnatione perempti sunt, maximũ seruorũ numerum extitisse dicitur, ex militibus quóq; nõ plures sex millibus cecidisse. Qui viui in deditionem recepti sunt, plurimi in legiones promiscuè redacti. Compluribus quoque clarissimis viris veniã dedit, ex quibus Brutus extitit, à quo posteriori tempore occisus est. Quo primùm non comparente acriter indoluisse Cæsar dicitur: cumq; postmodum incolumis ad se peruenisset, summam cepisse lætitiam. Eius victoriæ complurima commemorantur signa. Id clarissimum est quod Trallibus obtigit. In templo victoriæ Cæsaris erat 91
statua, circa quam locus natura solidus & durissimo desuper instratus lapide: ex eo penes statuæ basim palma fertur exorta. Patauij C. Cornelius augurali scientia præditus, Liuij quoq; historici cõterraneus ac familiaris, ea die cùm ad captanda sedisset auguria, primùm, vt Liuius dicit, pugnæ tempus agnoscens, adstantibus inquit: Iam res ipsa conficitur, iam viri opus ineunt. Iterum ad auspicium conuersus & signa contemplatus, more lymphati exiliit: tum

vociferans, Vincis, ait, Cæsar. Ea res cùm vehementè astantibus stupore incussisset, ille detractâ capiti coronam non antè repositurum adiuratus est, quàm res arti testimonium adstipularetur. Hæc quidem Liuius ita gesta constanter affirmat. Cæsar ob victorię præmium Thessalis libertate donatis, persequi Pompeiũ statuit. Dehinc attingens Asiam, 92
Theopompi gratiâ, qui in vnum fabulas coegit, Cnidiis libertatem impartiuit, omnibus Asiâ colentibus tertia tributorum parte remissa. Post occisum Pompeiũ profectus Alexandriam, cùm Theodotus ei Pompeij caput atulisset, per summum fastidium auertit hominem. Accepto autem anulo multas effudit lachrymas. Quotcunque etiam illius socij ac familiares eam peragrantes regionem in regiam venerunt potestatem, vniuersos beneficẽtia ac liberalitate prosequens, magna sibi charitate conciliauit. Romam ad amicos scribens, maximum & iucundissimum colligere se fructũ dicebat, quòd ciues quos aduersarios sibi semper habuerat, conseruasset. Bellum Alexandrinum sunt qui nulla necessitate, sed amore Cleopatræ cum magno ipsius 93
discrimine ac dedecore gestũ asserant. Quidam in regios homines & potissimùm in Eunuchum Pothinum causas conferunt, qui plurimùm potens occiso nuper à se Põpeio, eiecta Cleopatra, clandestinas insuper Cæsari tendebat insidias. Quapropter eum custodiæ corporis gratia nocturnas in conuiuiis vigilias ex eo inchoasse tempore commemorant. Pothinus cùm nihil in Cęsarem moliri palàm sufferret, multa in eum conuiitiis & inuidia plena dicebat faciebatque. Militibus nanq; deterrimum ac vetustissimum dispartiens triticum, tolerare aiebat, & æquo ferre animo, quandò aliena absumerent bona. Vasis præterea ligneis & fictilibus ad cõuiuia vtebatur, quòd cuiuspiam gratia crediti, aurea & argentea cuncta Cæsarẽ intercepisse diceret. Regis enim pater mille septingentas quinquaginta myriadas Cęsari debebat. Ex quibus cùm reliquas antea Cæ- 94
sar quidem filiis remisisset, mille tantùm, vnde exercitum aleret, receperat. Hortante deinde Pothino vt impræsentiarum discedens magnificas res adoriretur, cum omnium postmodum gratia remeaturus: Aegyptiorum sibi cõsilio minimè opus esse respondit, continuoq; è regione clanculum Cleopatram accersit. Ea cùm ex familiaribus solum adsciisset

adsciisset Apollodorũ Siculum, paruulum quẽdam ingressa lembum, dum primæ iam intenderent tenebrę, regiam adnauigauit. Vbi verò alio occultari pacto nequiret, sese intra culcitram protendit in longum, quam loro circunligans Apollodorus per fores intro tulit ad Cæsarem. Hic primùm Cleopatræ æstus illexisse Cæsarem fertur. Cuius dehinc splendore formæ & quadã sermonis gratia victus, ita eam fratri reconciliauit, vt pariter regni gubernacula teneret. Quibus in gratiam redeuntibus dum publicè ce- 95
lebrarẽtur epulæ, tonsor Cæsaris pauore quodam, quo vniuersos anteibat homines, nihil indiscussum omittebat: verùm vnumquodq; auribus captans, & accuratissima perscrutans indagine, intellexit exercitus ducem Achillam, & Eunuchũ Pothinũ Cæsari insidias ordiri. Id vbi Cęsar compĕrit, dispositis circa triclinium custodiis, Pothinum quidem interfecit, Achillas verò ad exercitũ confugiens eum graui & periculoso implicabat bello. Cæsari nanq; adtantam ciuitatem tantasq; vires oppugnandum, paucissimæ aderant copiæ. In quo id primùm discrimen adiit, quòd intercluso aqua est, intersectis ab hoste cuniculis. Dein cùm eius classis circuncingeretur, coactus est igne propulsare periculũ: qui cùm ex naualibus latè proserperet, ingentẽ illam consumpsit bibliothecam. Tertiò, constituta ad Pharũ pugna, 96
quandam ex aggere scaphã insiliit, vt decertantibus ferret auxilium. Aduolantibus autẽ vndiq; in eum Aegyptiorum nauibus, se in mare deiiciens summo cũ labore vix enatauit. Tunc quosdam tenens libellos, quanquã vndiq; peteretur mergeretúrve, ne omisisse quidẽ dicitur, at eis à mari sublatis in altum, altera natasse manu continuoq; scapha in fundum est deiecta. Cæsar demum ad hostes secedente rege, prælium committens victoria potitus est, cõparente nusquam rege, & cæsis vtrinque plurimis. Constituta dein Aegypti regina Cleopatra, susceptoq; paulò pòst ex ea filio quẽ Alexandrini Cæsarionẽ appellabant, contendit in Syriam. Inde proficiscens in Asiam, cognouit Domitiũ à filio Mithridatis Pharnace profligatum, ex Ponto cum paucis admodum profugisse. Post eam victoriam inexpleta qua- 97
dam cupiditate vsum Pharnacem, capta Bithynia, & Cappadocia, animum quoque ad Armeniam minorem adiecisse, vniuersos insuper reges & tetrarchas expulisse. Cõtra

quem tribus confestim legionibus vadens, ingenti penes Zelam commisso prelio, regem quidem fugauit ex Ponto, exercitum verò funditus deleuit. Huius belli celeritatem cùm Romam ad eius familiarẽ Amintiũ nuntiaret, tribus perscripsit verbis: Veni, vidi, vici. Postea traiiciens in Italiam, Romam perrexit. Exacto iam anno, in quem creatus secundò Dictator fuerat, cùm superiori tẽpore nuquam ea in anni spatium cõferri dignitas soleret, consul designatur in posterum. Quo tempore multa de se audire cõuitia contigit. Motis nanq; ad seditionem militibus, cùm duos prætores Cosconium & Galbam occidissent, tãtùm eos obiurgauit, vt ipsos pro commilitonibus ciues appellatos, mille viritim drachmis donarit, & multa insuper Italiæ prædia sorte distribuerit. In eius quoq; redigebãtur opprobrium, furor Dolabellæ, expilationes Amintij, ebrietates Antonij atque Cornificij, qui Pompeianæ partem domus, perinde ac incommodæ ac minus idoneæ, demoliebatur subinde reædificans: quod Romanus populus iniquissimo perferebat animo. Verùm enimuerò Cæsar statum reipub. minimè ignorans, hisce ministris vel inuitus vti cogebatur. Post Pharsalicam pugnam cùm Cato ac Scipio in Libyam profugissent, & ingẽtibus ibi coactis copiis, rex Iuba opem atque auxilium subministraret, Cæsar contra eos expeditionem agere statuit. Hyberno itaq; solstitio in Siciliam traiiciens, vt omnem moræ & otij spem ducibus abscinderet, ita tabernaculum fixit, vt ipso allueretur fluctu. Mox inspirante vento, nauem conscendens in altum euectus est cum tribus millibus peditum, equitibusq; paucissimis. His in terram expositis, denuo clàm mare repetiit maioribus timens copiis, quas cùm iam offendisset in pelago, omnes in castra deduxit. Cognito aduersarios vetusto quodam confidere vaticinio, quòd semper in Aphrica vincere, fatale Scipionũ generi foret, haud facile dictu est, siue vt hostium imperatorem Scipionem per iocum quempiã flocci penderet, siue vt seriò sibi id vendicaret augurium, quendam ex Corneliorum familia, hominem sanè abiectũ & alioqui despectissimum, Scipionem cognomento Salutionem, inter præliandum perinde ac exercitus ducem præposuit, ita vt interdum cum hoste congredi cogeretur. Cùm neq; militibus frumenti, neq; iumentis pabuli satis esset, ob necessit

Põticibelli celeritas.

98

99

necessitatem ex maris alga salsuginem abluebant, & gramine tanquam sapore ac condimento immisto, equis proponebant. Aduentãtes enim & multitudine, & velocitate conspicui * Numidæ, regionem quaquauersus obtinebant. Cæsarianis olim equitibus otiũ agentibus, Libysticus homo interueniens, cõpositis ad tibiã motibus mirabilem in modum saliebat: qua re delectati, cùm pueris equos cõmisissent, assederunt. Tum hostes repẽtino aduolantes incursu, nonnullos ibidem interficiunt, aliis intra vallum præcipiti fuga cõpulsis, illi vnà irrumpunt: quòd nisi Cæsar simulq; Asinius Pollio ex castris auxiliũ conferentes fugam inhibuissent, de eo ferme bello actum extitisset. Altero quoq; prelio cùm collatis aliquando armis præualeret hostis, Cæsar fugientem aquiliferum detinuit, eiusq; collum obuoluens. Hìc hìc sunt aduersarij, inquit. Hisce victoriis elatus Scipio, rem prælio decernere statuit. Afraniũ igitur ac Iubam paruo inter se metatos interuallo dimittens, ipse penes Thapsum oppidum supra stagnũ castellum communiuit, vt vniuersis perfugium & receptaculum esset. Eum in opere occupatum circa syluestria loca & difficiles ductu aditus incredibili celeritate superans Cæsar partim circunuenit, partim à fronte inuasit. Quibus fusis, occasione ac fortuna vsus, impetu cõtinuato statim clamore Afranij castra cepit, statimq; fugiẽte Iuba, Numidarũ castra diripuit, vna die modicis in spatiis trinis potitus exercitibus, in quibus quinq; hostiũ myriadas interfecit, ex suis vixdũ amissis quinquaginta. Hæc quidã de eo ita prodidere prælio: nonnulli Cęsarẽ ei negant interfuisse. Eum autem cùm instructas locaret acies, subitus inuasit morbus, quẽ simulac initio præsensisset, priusquã vexatus & omnino correptus ab eo sensus esset, in proximam quandam turrim magna cum agitatione delatus quieti se dedit. Cæterùm ex prętoriis & consularibus viris qui se fuga surripuerant, nonnulli in potestatem redacti seipsos necauere, cõplures etiã captos Cęsar interfecit. Catonem verò vt viuentẽ reciperet enitens, summo studio contendit Vticam: quam quidem vrbem cùm ille præsidio teneret, minimè prælio interfuerat. Postquam virum sibi mortem consciisse cognouit, acriter indoluisse certum est: quam autem ob causam, incertum. Tum, tibi pro morte Cato, inquit, inuideo, nam & tu

100

* Νομάδες

101

102

mihi pro salute inuidisti. Verùm enimuerò liber quem is aduersus defunctum iam vita Catonẽ edidit, haud sanè beneuoli & placati hominis signa præ se ferre videtur. Quo enim pacto viuenti pepercisset, qui contra destitutum sensibus virum, tam magnam effudit iracundiam? Sed ob eã 103 qua in Ciceronem, Brutum, & innumerabiles denique hostes vsus est, clementiam, coniecturã faciunt, hunc librum non odio, non inimicitia, verùm ciuili potius quadam contentione hac de causa fuisse compositũ. Cicero Catonis laudationem scribens, ei operi nomen Catonis indidit. Ea res plurimorũ studio vti par erat comprobabatur, vt quæ ab oratore eloquentissimo, pulcherrimam nacto materiam, confecta videretur. Hoc cùm mœrore Cæsarem angeret, hominis nanq; propter se occisi præconia, obtrectationes sibi ac ignominia inurere existimabat, conscripsit multa in Catonem crimina obiurgationes q; complectens, qui liber inscribitur Anticato. Opus vtrunq; Cæsaris & Catonis gratia multos habet adstipulatores. Romã ex Aphrica rediens, ex ea victoria magnificè per ora populi ferebatur. Tantùm enim agri ab eo in ditionem subactum, vt annuo prouentu percepturus fiscus esset tritici quidem ducenta millia modium Atticorũ, olei verò pondo tricies centena 104 millia. Aliquot inde triũphos egit, Alexandrinũ, Põticũ, Aphricanũ, non de Scipione sed de Iuba rege. Eius filius Iuba quoq; nomine, infans admodũ in eo deductus est triũpho, fortunatissimã vtique captiuitatem, qua effectum est vt ex barbaro scilicet ac Numida, inter doctissimos scriptores connumeretur. Post triũphos ingentia militibus donaria dedit. Ad conciliandam sibi plebem spectacula edidit, cõuiuiaq; celebrauit, vno die in duobus ac viginti millibus triclinijs epulũ præbens vniuersis. Munus gladiatoriũ, ac nauale certamen filiæ Iuliæ dudũ defunctæ adhibuit. Censu deinde peracto, centum & quinquaginta hominũ mil- 105 lia reperta, cùm antea tercentum ac viginti fuissent. Tam magnam cladem tantásve populi strages intestina mala pepererunt, præter reliquas Italiæ ac prouinciarum vastitates. His ita peractis, quartò consul designatus, in Hispaniã contra Pompeij liberos expeditionem egit. Qui quanquã adolescentes adhuc ingentibus congregatis copijs dignas imperio vires & audaciam ostentabant, ita vt extremum Cæsari

Anticato liber à Cæsare in Catonem scriptus.

Cæsari discrimen intentarint. Magnum prælium ad vrbem Mundam commissum est, in quo cùm Cæsar suos opprimi & ægrè impetũ sustinere cerneret, per medias armatorum discurrens acies elato clamore, Si nihil pudoris, inquit, superest, corripite me, & in puerorum manus tradite. Magna vix promptitudine & animi audacia repulsis hostibus, triginta eorum millia cæcidit, ex suis mille fortissimos amittens. Post prælium excedens, ad familiares conuersus, Sæ 106 penumero, inquit, pro victoria, nũc autẽ primùm pro vita dimicaui. Hic victoriæ dies sacer Bacchanalium agebatur quo Pompeius Magnus in prælium progressus traditur, cũ iam quadriennij tempus intercessisset. Ex Pompeij liberis iunior sese fuga subripuit. Eius autẽ qui ætate prouectior fuerat, paucos post dies caput à Didio relatum. Hoc vltimũ à Cæsare gestum est bellum, de quo cùm triumphum ageret, dolore permaximo Romanum afflixit populum. Non enim exteros ab eo duces aut barbaros in eo debellatos reges ait, cùm optimi viri & certè Romanorum præstantissimi filios ac stirpem per quosdam fortunæ successus funditus delesset, inter patriæ miserias pompas ac triumphum actitaret, quibus in rebus exultare iniquissimum erat. Cùm 107 tamen vna ad deos hominesque sit excusatio, quòd id ex necessitate gestum est, & eò magis, quòd partis antea de ciuili bello victoriis, non nuntios, nõ vllas publicè literas miserit, quin pudore quodam eam semper gloriam repudiasse constat. In eius tamen fortunam proni ciues, cùm accepto iam fræno, aliquam intestinis malis respirationem ex vnius principatu adhiberi posse crederent, eum perpetuò Dictatorem designauere. Ea verò confessa erat dominatio, cùm perpetuitatem ipsa regnandi vendicasset impunitas, atque licentia. Postquam Cicero de conferendis illi primariis pro humano quodammodo fastigio honoribus rogationẽ in senatu tulisset, cæteri tamen immensos etiã certatim adiecere, vt ex rerum ei decretarum amplitudine ac fastu, inuisum ipsum & molestum vel modestissimis viris effecerint. Quibus decernendis non minus fauoris ini- 108 mici, quàm assentatores tribuebant, vt quamplurimis in eum causis & vehementissimis inniti criminibus viderentur. Finitis ciuilibus bellis, cùm cæteris in rebus nullius se maledictis carpendũ præbuit, tum verò Clemen-

tiæ templum à suis nequaquã moribus abhorrens, suæ gratia masuetudinis ei meritò decretũ esse videtur. Ex his enim qui beilũ contra se gesserant, cõpluribus dimisis, quosdam insuper, vt Brutũ & Cassium, ad imperia & honores admisit, quorum vterq; præturam administrabat. Disiectas etiã Pompeij statuas haud contempsit, quin continuò restituit, &, vt ait Cicero, Cæsar dum Pompeij statuas reposuit, suas confixit. Obsecrantibus amicis vt præsidio corpus muniret, multisq; ad id operam suam pollicentibus, facere noluit, satius esse inquiens mori semel, quàm assidua expectatione pendere. Cæterùm vt sese beneuolentia pulcherrimo quidem ac stabilissimo receptaculo circunuallaret, ad alliciendam plebem versus, epulum multoties dedit, frumẽtumq; diuisit. Ad conciliãdum etiam sibi militum animos quasdam deduxit colonias, ex quibus clarissimæ sunt Carthago, atque Corinthus. Hisce duabus obtigit vrbibus, vt cùm superioribus annis simul in potestatem venissent, eodem etiam tunc restituerentur tempore. Petentibus consulatus & imperia pollicebatur in posterum, quosdam dignitatibus & honoribus demulcebat. Cùm in petendis vltro magistratibus adiretur, spẽ omnibus ingerebat, ita vt mortuo consule maximo, quanquam vnica magistratui dies superesset, Caninium Rebilium consulem designarit. Ad quẽ congratulandi & associandi gratia euntibus multis, Cicero, Maturemus, inquit, vt ad hominem ante sui consulatus exitum præueniamus. Cæsarem natura magnificum & honoris percupidum cùm nulla rerum magnitudo gestarum ad percipiendum ex præteritis laboribus fructũ verteret, quinimò audaciam ad futura magis atque magis accenderet, maiorum in eo cogitationes operum, & nouæ cupido gloriæ pullulabat. Eapropter perinde ac vsu præsentis laudis attrito, sibiipsi tanquam alteri propensius æmulabatur, ita vt ea mentis agitatio quædam gestorum ad gerenda fieret contentio. Idcirco expeditionem in Parthos agere destinarat, parabatq;, quibus subactis per Hyrcaniam ad mare Caspium & Caucasum Pontum obire: dehinc Scythiam & adiacentia Germaniæ loca ingredi. Peragrata deinde Germania, per Galliam in Italiam remeare, & hunc ita gyratum imperij ambitum coniungere, finibus eius quaquauersum ab Oceano complexis. Medio etiam

109

110

111

etiam expeditionis tempore Corinthiacum fodere Isthmũ enitebatur. Præmeditatus insuper erat, vt Anienem ac Tiberim ex vrbe statim profunda excipiens fossa, & ad Circæum vsque deflectens, Tarracinæ immitteret mari: qua in re tutelam pariter & cõmoditatem negotiatoribus excogitarat. Nomentanas posthac Setinasq; effundens paludes campum aperiret, compluribus mortalium millibus opem atq; subsidium. Proximo Romę mari claustra peragerem inducturus, cùm cæca & malefida nauibus saxa ex Hostiensi littore excidisset, portus & tanta dignas nauigatione stationes extruere versabat. Hæc quidem parabãtur. Ordinandorum autem ac corrigendorum dierum simul & discrepantis temporis ratio ab eo cùm sapienter, tum gratioſè plurimùm excogitata atq; perfecta, iucundissimum attulit vsum. Non solùm enim antiquissimis Romani temporibus confusis ad anni ambitum mensibus vtebãtur, ita vt sacrificia & feriæ sensim decurrentes in contrarias anni partes caderent, verùm cùm reliqui tunc etiam Solis cursum ignorarent, soliq; ipsum tempus sacerdotes noscerent repentè sentiente nullo intercalarem mensem, quem Mercedonium vocabant, ascribebant. Hunc prius intercalasse Numa dicitur, paruum sanè & ad eos emendandos errores non lõgè tendens adiumentũ cõmentus, sicut in eius vita perscriptum est. Cæsar autem postquam ea de re inter philosophos præstantissimosq; mathematicos proposita discussisset, ob subiectas antea disciplinas, propriam quandam emendatiore cum diligentia viam demonstrauit. Qua quidem in hanc vsque diem vtentes Romani, in tanta discrepantia minus quàm cæteræ nationes videntur aberrare. Quod quanquam ita sit, haud tamen efficere potuit quò minus inuidi, quiq; hominis facultatem aut potentiam grauiter ferebant, id factum improbarent. Orator igitur Cicero cùm quidam eras oriri Lyram diceret, Ita est, inquit, ex edicto: quasi verò & hoc ipsum hominibus necessariò sit accipiendum. Regnandi verò cupiditas manifestum præsertim odium & capitalem in eum cõflauit inuidiam. Quæ res prima compluribus causa fuit, his autem qui veteres cum eo simultates agebant, honestissimam præstitit occasionem. Hi quoq;, qui hanc Cæsari dignitatem com parabant, in vulgus spargere voces cœperunt, ex Sibylli-

Anni ordinatio per Cæsarem.

112

113

nis portendi libris, res Parthorum Romano subiugandas
imperio, si aduersus illos rex cum expeditione mitteretur,
inuictos alioqui fore Parthos. Postea descendente in vrbē
114 ex Alba Cæsare, regem salutare eum ausi sunt. Tunc pertur
bata plebe indolens Cæsar, non regem, sed Cæsarem voca-
ri se dixit. Tunc facto cunctorum silentio, non lætus ma-
gnopere, non beneuolus præteruectus est. Cùm honores il-
li quosdam in senatu humano ampliores fastigio decreuis
sent, cum fortè in rostris sedentem, consules ac prætores,
cunctis simul consectantibus patribus adiere: quibus haud
assurgens Cæsar eo more respondit, vt principem infimæ
conditionis hominibus responsa dare crederes. Minuēdos
magis inquit, quàm amplificandos honores esse. Id non
modò senatoribus, sed & plebi magnum incusit dolorem
tanquam in patribus eam ciuitas cōtumeliam suscepisset.
Idcirco quibus abire licebat, statim grauissimo cum mœ-
rore discessere. Id vbi animaduertit, illico se domum con-
115 uertit, & deducta ex collo veste ad familiares vociferatus
est, sese cuicūque volenti paratum præbere iugulum. Eius
rei causas posterius in morbum reiecisse fertur: quo qui
tenentur, cùm concionem ad populum habituri surgunt,
eorum sensum quietem nusquam agere, quin statim con-
quassatum & circumagitatum vertigines accersere, im-
mobilemque deprehendi. Res autem, haud ita habuerat.
Nam cùm magnopere Senatui assurgere vellet, quidam
eum ex amicis, quinimò assentatoribus, Cornelius Bal-
bus detinuisse traditur: Nónne te Cæsarē esse memineris,
inquit, teque perinde ac potentiorem coli reuererique du-
Lupercalia ces indignum? Inter hæc rerū obstacula Lupercalium solē-
nitas aderat, de qua multi scriptores prodidere, eam anti-
quis tēporib. fuisse pastorū: & profectò Lycæis, quæ in Ar-
cadia celebrantur, perquā similis est. In ea multi nobiles ac
primarij adolescentes per vrbem nudi transcurrunt, dēsis
116 loris obuium quenq; per risum iocunq; cædentes. Cōplu-
res etiam vxores procerum eis sese obuias de industria esse
rentes, manus tāquam sub præceptore ictibus exhibēt. Per
suasum enim habent, prægnantibus mulieribus pariendi,
sterilibus autem cōcipiendi facultatē afferre. Hæc Cæsar
triumphali habitu aurea sedens in sella, spectabat è rostris.
Antonius ex his, qui sacrum agebant cursum vnus consula
tum

tum administrabat. Is igitur cùm forum intrauit, cedente
populo, lauream tenens coronam perrexit ad Cæsarē: haud
clarus, & is quidem ex apparatu modicus, subsequutus est
plausus. Tum eam repudiante Cæsare, vniuersus applausit
populus: offerente rursus Antonio, applaudebant pauci: eo
autē repudiāte, denuo cūcti fauebant. Patefacta hūc in mo
dum experientia, surgens Cæsar coronā in Capitoliū defer
ri iussit. Eius quoq; statuæ regiū habentes diadema visæ 117
sunt, quod tribuni plebis duo, Flauius & Marullus detra-
xerunt, compertisq; qui primò regem Cæsarem salutaue-
rant, eos in vincula duci iusserunt, quos magno cū applau-
su insectatus populus, eos viros Brutos appellabant. Brutus
nanque regum successione deleta, summam rerū ex vnius
principatu ad Senatum populumq; detulerat. Ea re insti-
gatus Cæsar, Marullum dignitate priuauit, eius complices
subinde increpans, vt populum quoq; vnà obiurgaret, Bru
tos crebrò & turbulentos homines vocitabat. Hoc pacto
multi sese ad M. Brutum conuertunt, cui paternum quidē
genus ab illo fuisse censetur, maternum verò ex illustri Ser
uilij domo, Catonis quoq; generum, & ex sorore nepotē.
Hunc cùm per se ad regiam destruendā potestatem incita- 118
raretur, suscepti à Cæsare honores & gratiæ retundebant.
Non solùm enim bello Pharsalico ex Pompeij fuga con-
seruatus, multis quoq; suorū salutem impetrauerat, verum
etiam magna ei à Cæsare fides habebatur: clarissimā præ-
turæ dignitatē assequutus erat, quartū in annū consul futu-
rus, cōpetitori prælatus Cassio. Tum ita Cæsar dixisse fer-
tur: Iustiora quippe referre Cassium: attamē haud Brutum
prætetire licuerit. Quin confecta iam coniuratione, & nō-
nullis aliquando virū incusantibus, nequaquam fidem ad-
hibuit, corpusq; manu tangens ad accusantes conuersus,
Hoc, inquit, corpus Brutus expectat, vt qui principatū vir-
tute meruisset, principandi tamen causa nullū per ingrati- 119
tudinem scelus admitteret. Quidā cōmutandarū rerū cu-
pidi in hunc solum aut primum spectantes, cùm illi verba
facere nusquam auderent, noctu tribunal ac sedē ex qua
prætor ius dicebat, inscriptionibus huiusmodi replebant:
Brute dormis, & Brutus non es. A quibus, vt Cassius illius
animi magnificentiā paulatim commoueri sensit, magis
solito instare, virosq; stimulare. Nam priuatim quoque
non

nonnihil odij contra Cęsarem habebat,ob eas,quas cùm de Bruto scribebamus causas explanauimus.Cæsari præterea suspectus habebatur,idcirco ad amicos olim dixisse fertur, Quidnam Cassium velle putatis? haud enim mihi magnopere placet is,magnopere pallidus.Rursus delata ad se de Antonio & Dolabella calũnia,quòd res innouarent, Non hos, inquit,pingues crinitósq; pertimesco,verùm pallentes magis atq; macilentos illos,Brutũ videlicet & Cassium. Sed enim fatum præuideri,quàm euitari facilius potest, cũ admiranda quædã signa & prodigia apparuisse dicantur.Fulgores itaque cæli,& nocturnos strepitus per multa delatos loca,solitarias in forũ aues delapsas,in tanta commemorare calamitate fortasis indignum est. Strabo verò philosophus scribit cõplures ignitos apparuisse homines. Extitisse quendam militis seruũ,ex cuius manu ingentem emicuisse flãmam,quod qui intuebantur,cõcremari hominem existimabant:vt verò extincta est,eum nihil mali habuisse liquebat.Ipsi quoq; Cæsari immolãti cor nusquã comparuisse victimæ,quod dirum sanè erat prodigium.Nullum enim animantiũ sine corde naturâ constare. Multi præterea tradidere,eiâ vate prædictum,vt magnũ Idibus Martiis discrimen præcaueret. Ea die Cęsar cùm in Senatũ iret,vatem salutauit,secũmque cauillatus,Martiæ quidẽ,inquit,Idus aduenere:cui ille submissa voce,Venere vtique,sed nondum præteriere,respondit. Pridie apud M.Lepidum cœnans, cùm discumbens quasdam de more subscriberet epistolas, incidẽte sermone quænã optima mors esset, cunctos præueniens magno cum clamore,Inexpectata,respondit:Illo deinde pernes vxorem(vt assolet)dormiente, omnes pariter cubiculi fores,atque fenestræ patefactæ sunt.Strepitu verò ac splendore(illucescebat enim luna)perturbatus, Calpurniã sensit profundo sopore iacentem, incertas voces & inarticulatas summo suspiria emittentem. Ipsa verò se illum lugere existimabat,quẽ inter vlnas trucidatũ haberet.Quidã hoc mulieri visum obtigisse negãt:verũ,vt Liuius refert,ante Cæsaris domũ sacellũ quoddã instar tumuli decori ac venusti ex consulto Senatus instructũ prominebat,hoc in somniis demolitũ cernẽs Calpurnia, maximis prosequi lamẽtis & lachrimis videbatur.Cùm igitur illuxit dies,Cæsarẽ supplex orauit,vt si fieri posset,foras ne progrederetur,aut senatum saltem

Prodigia quæ Cæsaris mortẽ præcessere.

saltem differret:sin sua parui faceret insomnia,aliis diuinationibus & sacrificiis rei sciscitaretur euentũ.Iam verò quidã Cæsarem metus atq; suspicio ceperat,quòd superiori tẽpore nullã fœmineo more superstitionẽ Calpurniæ obiectari posse cognorat,quã eo die hisce malis ægrã afflictãmque videbat.Postquam multis peractis sacrificiis,male litari vates retulere,decreuit misso Antonio senatum dimittere.Interea Decius Brutus cognomento Albinus,cui magnã Cæsar fidem habebat,adeò vt secundus ab eo inscriptus hæreseset,aduentat.Ille alterius Bruti & Cassij in ea coniuratione socius,veritus ne si eã Cæsar diem omitteret,res ipsa vulgaretur,& vates obiurgare,& Cæsarẽ nonnihil increpare cœpit,quòd senatoribus qui irrideri se existiment,causas in se detrectationis præberet & obloquij:eos nanq; illo iubente venisse,prompta etiam omniũ esse suffragia vt ipsum cunctarum per Italiam prouinciarũ regem crearent,vtque per cæteras terras & maria diadema gestaret.Sin quisquam sedentibus illis dixerit, vt impræsentiarum quidem abscedant,denuo affuturi,cùm meliora Calpurniæ obtigerint in somnia,quos inuidorũ fore sermones putas?aut quisnã tollet amicos,qui talia neq;seruitutis, neq; tyrannidis esse edoceãt? ꝙ si illã omnino diẽ abominaretur, aut suspectã aduersaretur, præstare,inquit,vt ipse, procedẽs in curiã,appellatis patrib.senatũ in aliud tẽpus differret.Hęc dicẽs Brutus,simulq; manum Cęsaris apprehendens, ipsum deduxit. Is vbi paululũ extra fores processisset, seruus quidam alienus eum alloqui vehementer nitebatur : vt verò superante populi frequentia retrudebatur, domum irrumpens, sese Calpurniæ quoad rediret Cęsar,obseruandũ custodiendũq; tradidit,vtpote magnas illi res propalaturus.Erat præterea Artemidorus natione Cnidius Græcæ præceptor eloquentiæ,cuius rei gratia cum quosdam Bruti familiares consuetudine sibi conciliasset,plurimam perpetrãdi facinoris partem agnouerat.Id Cęsari significaturus cum quodam libello peruenit.Videns autem Cæsarem vniuersos, quos susceperat libellos eius ministris commendantẽ,propius admodum accedens,Hunc, inquit, Cæsar,confestim solus perlege:in eo enim magna,& quæ tua vehementer interfint,conscripta sunt.Quo accepto cùm eum sæpenumero Cæsar legere eniteretur, ab colloquentium multitudine id facere

inhibi

inhibitus est. Eum tamen solum cum obseruatione manū retinens, Senatum ingressus est. Quidam ab alio traditum hunc libellum asserunt. Artemidorum etiam tota explosū via nullū in modum adiisse. Verùm hæc profectò casus affert. Cęterū ipsum cædis & certaminis locū, in quo ea die Senatus cogebatur, Pōpeius inter alia ornamēta ante theatrū dedicauerat. In eo prēterea quædam Pōpeij iacebat imago. Eapropter declaratum omnino est, id alicuius numinis opus extitisse, eò rem peragendam ducentis conuocantisq; Casius itaq; antequam facinus adoriretur, ad Pōpeij sta-
126 tuam aspiciens, eū tacitus inuocasse dicitur, quāquam haud multum ab Epicuri opinione foret alienus: verùm enimuerò cūm terribilia iam ingruerent, consternationem tēpus incusserat, & priorem subinde sententiam mētis ægritudo mutarat. Antonium fidum vsquequaq; Cæsari, & præcipuā pollentē robustitate Brutus Albinus exterius detinebat, longū de industria sermonem iniiciens. Ingredienti deinde Cæsari honorificè senatus assurgit. Bruti verò cōplices partim post eius sellam cōstiterunt, partim ei obuiam processere, vt vnà cum Metellio Cimbro pro fratre exule supplicanti intercederent. Sicq; magnis eum obsecrationibus ad sellam vsque sunt cōsectati. Cum verò sedens rogantes submouisset, hi violentius imminebant: quod grauiter ferente
127 Cæsare, Metellus comprehensā vtraq; manu togam deduxit ex collo. Id enim aggrediendi signum erat. Primus Cascas iuxta collum ense percussit, vt tamen neque graue admodum, neque lethale vulnus esset. Virum enim, vt par erat, ingentis audaciæ cœpta perturbauerant. Tum saucius Cæsar sese conuertens, vbi gladium eius apprehēdit, apprehensumque tenuit, latinè simul inclamauit, Scelerate Casca quid agis? Ille autem vbi percussit, fratrem græco sermone vocans, Fer, inquit, frater, auxilium. Exorto tumulto, eos qui aderant rerum ignari, consternatio facti pariter & horror oppressit, ita vt neque fugam capessere, neque opem ferre, neque voces emittere prorsus auderet. Ex his autem, qui ad necem instructi venerant, cùm aduersi nudis circumstarent ensibus, ita vt quocunque intueretur, vulnera occurrerent, ferrumq; per vultum atq; oculos agitaretur, inter omnium manus, vt fera versabatur. Eius enim cędis initium
128 vnicuiq; degustandū erat. Quocirca Brutus eū in inguine vno

vno confodit vulnere. Tradunt quidam, illum cæteris quidem repugnantē huc atque illuc corpus magno cum clamore ferentem, vt Brutum nudo mucrone conspexit, contracta veste caput obduxisse. Tum siue casu, siue obtrudentib. homicidis, ad quampiam se basim demisit, in qua Pompeij statua fuerat, quam occisi cruor magna ex parte respersit, adeò vt præside Pompeio, subiectum pedibus hostē pœnas dantē, & inter vulnerū multitudinem terram calcibus pulsantem existimares, quæ viginti tria numero is susceptisse dicitur. Vbi complures dumvnum in corpus tot intendunt plagas, sese mutuis consauciant ictibus. Mortuo Cæsare, cū Brutus de his rebus à se confectis relaturus in mediū processisset, nequaquā immoratus senatus per portas effugit, plebe tanto tumultu, & ancipiti terrore repellās, vt alij claustris domibus, alij relictis trapezis & numulariis officinis, discurrerent. Quidam locū cædis inspecturi, quidam iam conspicati aduolabāt. Antonius & Lepidus Cęsaris amicissimi 129
cùm sese subduxissent, in alienas quasdam domos profugere: Brutus & reliqui, sicut erant à cæde tepentes, nudis ensibus ex curia sese vnà non fugientium more, in Capitolium receperunt, quin apprimè alacres ac fiducia pleni ad libertatem populum conuocabant, obuios quosq; optimates congratulantes excipiebant. Nonnulli perinde ac operis participes comparebant, se illis conscendentibus admittebant, ex quibus C. Octauius & Lentulus Spinther erant. Hi ab Antonio & Cæsare Augusto posterius interfecti, ostentationis & iactantiæ pœnas luere, cùm interim ne gloriæ quidem, ob quam gloriabantur, fructū vllum percepissent. Nam nec eos aliquod in ea re periculum suscepisse 130
creditum est, quique illos trucidabant, non perpetrati facinoris, sed voluntatis supplicia exigebant. Postridie descendens Brutus, concionem habuit, cui eo se pacto populus attentum adhibuit, vt factum neque grauius increparet, neq; probaret: verùm permulto silentio declarabat se cùm Bruti reuerentia, tum verò Cæsaris misericordia commoueri. Senatus vniuersis conciliatus, obliterandas statuit inimicitias: Cęsari quoque diuinos decernere honores: ex his quę in suo principatu censuisset, ne minimū quidem labefactandū esse decreuit: Bruto reliquisque tum prouincias, tum honores pro vniuscuiusq; dignitate distribuit. Quapropter omni

Cæsarium teritus, viginti tribus vulneribus in eū illatis.

bus & pacata res,& transacta probè videbatur. Apertis au-
tē Cæsaris testamentis, postquam ampla Romanis legata
viritim esse compertum est,ac delatū per forū corpus defor
me vulneribus apparuit,nullus amplius rerū decor, nullus
ordovulgū detinebatiat conjectis succensisque circa cada-
131 uer ex foro gradibus,subselliis,cancellis,trapezis,ipsum con
cremarunt. Ardentibus inde sublatis torribus,ad percussō-
rum domos, vt eas incendio vastarent, percurrebant. Alij
per omnes vrbis regiones,vt captos discerperent viros, ma
gna cū indagatione cōmeabant. Ex quibus in nullam pror-
sus(hi enim sese in tuto sepserant) inciderūt. Cinnæ autem
Cæsaris æquali superiore nocte durum quoddam obtigisse
visum ferūt. Existimabat enim se à Cæsare ad cœnā inuita-
ri,quod cùm recusaret, inuitū ac reluctantem ab eo manu
trahi. Cùm verò Cæsaris corpus in foro cremari accepisset,
exurgens vt eum decoraret,ibat,quanquā & insomnijsuspi
cione & febri teneretur. Eo in publicū prodeūte conspectū,
132 cùm ex multitudine quispiam de illius nomine percontare
tur,ex alio certior factus,subinde alteri retulit. Confestim
per omnes diuulgatum est hunc hominem ex Cæsaris inter
fectoribus esse(quidam enim eiusdē nominis Cinna inter
coniuratos fuerat) quem cùm istum ipsum esse suspicaren
tur,eum magno cum impetu trucidarunt. Hoc veriti Bru-
tus & Cassius,paucis pòst diebus ex vrbe decesserunt. Quid
autem hi gesserint,ac deinde pertulerint,in vita Bruti scri-
psimus,periit Cęsar sexto & quinquagesimo ætatis suæ an-
no,post Pompeium haud multò amplius quatuor superstes
annis,cui ex ea dominatione & principatu,quem omni vi-
tæ tempore per tanta insectatus erat pericula,nullus præter
nomen & refertam inuidia gloriā ex ciuibus fructus obti-
git. Magnus ille suus,quo viuens vsus erat genius,eius quo-
133 que defuncti necis vltor subsequutus est. Omnes nanque
terras & maria peragrans, eoulque inuestigauit, vt ex per-
cussoribus neminem relinqueret,quin vniuersos aut operi
manus inferentes, aut consilium impartientes in stragem
dederit. Cæterùm ex humanis quidem rebus id præcipuæ
admirationis extitit,quod Cassio euenit. Eodem siquidem
pugione, quo in Cæsarem vsus fuerat seipsum interemit.
Ex diuinisautē,stella ingens crinita,quæ cùm pòst Cęsaris
interitū ad septem vsq; noctes eximio fulgore apparuisset,

Cæsaris mortem, quæ admirāda sub-

postea nusquam visa comparuit. Solis lumen caligine ob-
sessum: toto nanq; illius anni spatio pallens globus,& sine
splendore oriens,imbecillē ac tenuem ex se calorē emitte-
bat: quare grauis ac dispertientis imbecillitate caloris ob-
scurus aer, semicoctos edebat fructus, immaturos, & im-
perfecto flore collabētes,tantùm aeri frigus inerat. Ingra- 134
tam verò minimeq; deis complacitā Cæsaris necē præser-
tim factū Bruto declarat ostentū. Id autem fuit eiusmodi.
Ex Abydo in alterū littus traiecturus exercitum,suo more
intra tabernaculum nocturnæ se quieti dederat, haud dor-
miens,verùm futuri solicitus. Hunc enim virum omnino *Vigilātia*
longè imperatorum suapte natura vigilantissimum,mini- *Bruti.*
mum somno tempus impendisse tradunt. Interea circa fo-
res quendam sensisse strepitū visus, cùm ad inclinantis iam
lucernæ lumē intueretur, horrendum cernit simulachrum
hominis inusitata quidem magnitudine, & specie grauis-
sima: quē vt nihil agentem aut proloquentē,sed lectulo ta-
citum assistentem aspexit, primùm attonitus quisnā esset,
interrogauit. Et respondens simulachrū,Tuus,inquit,ma-
lus sum Brute,genius,in Philippis me videbis. Tum Brutus 135
summa cū fiducia intrepidus,Videbo,ait: continuoq; eua-
nuit imago. Insequenti tempore Brutus in Philippis aduer-
sus Antoniū & Cæsarem pro acie dimicans, priore prælio
à sua parte victor,fugato ac fuso hoste, Cæsaris castra diri-
puit. Secundam deinde pugnam commissuro nocte qua-
dam eadem aduentat imago,ita vt nullum faceret verbum.
Brutus vbi impēdēre iam fatum intellexit, sese discrimini
obiecit. Ei tamen in certamine cadere nequaquam
euenit: at versis iam suis in fugam, ipse in præ-
cipitem quendam se recipiens collem, nudo
mucroni pectore incubuit: itaque fa-
miliari quodam (vt fama est)
ictum fortius adiuuāte
moribundus
cecidit.

* * *

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phocion.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 DEMADEM oratorem tradunt plurimùm Athenis potentia & opibus valuisse, ob id maximè quòd in repub. administranda nihil præter Macedonum & Antipatri gratiam quæritabat. Hunc pleraq; cõtra patriæ dignitatem & commoda faciẽtem, dicere solitum accepimus, iure sibi veniam tribuendam, qui naufragæ ciuitatis reliquias gubernaret. Dictum nempe temerè imprudẽterq; ab homine, sicut non prudente, ita & parum integro in repub. ciue. Id si ad Phocionis institutum & vitam, illiusq; seculi mores retuleris, videbitur ab eo quidẽ non ineptè falsóve dici potuisse. Nam Demadem ipsum reipub. fuisse naufragium constat, ciuẽ luxu & auaritia perditum. In quem sæpe, cùm esset fracta ætate, corporeq; senecto, dicere solebat Antipater, nihil ei perinde ac cæsis victimis, præter ventrem & linguã reliqui superesse.

2 Atenim magnas Phocionis eximiasq; virtutes, iniquitate temporum, velut insuperabili quodam hoste deprehensas, minus ad consequendam gratiam idoneas effecere Græciæ calamitates atq; procellæ. Neq; enim Sophocli censeo adhibendas aures, cùm virtutem eius fingit suapte natura & viribus imbecillam. Non enim infelicibus ô rex, inquit, idem manet animus, qui florebat antè, sed languet, & sese ipse deserit. Ego verò fortunæ magno cuique ac forti viro aduersanti, nihil plus tribuendum potestatis existimo, quàm vt inuidia possit pro laude, pro debita gratia odium comparare. Atqui plebem compertum est, tum solitam iniurijs benemeritos de se ciues afficere, cùm secundis rerum flatibus velut cæco quodam impetu pulsa feratur: quanquam idipsum interdum solet, vel afflictis reipub. tempo-
3 ribus euenire. Nam calamitatis & miseriæ hanc esse causam sæpe perspicimus, vbi mortalium animos ad omnem iræ impetum mobiles ac procliues reddit, à quibus nihil solet, nisi quod blandum sit, æquis auribus audiri. Mordet econtrà aduersum omne, tametsi ratione illud bonaq; mente

mente dicitur. Sic enim planè comparatum est vt cùm calamitosi hominis erratum reprehẽditur, miseria illi potius videatur exprobrari, quàm culpa. Quò fit, vt ei liberius patefacta veritas non tam monendi, quàm obiiciendæ infelicitatis causa explicata putetur. Nam vt mel natura suaue quidem, vlceribus tamen salubriter admotum acerbos dolores concitat: ita & infelicem aduersi sermones, vel si salutares sunt, mordent tamen, nisi prudenter admodum & aliqua cum misericordia proferantur. Rectè igitur iu- 4 cundum diffiniuit Homerus, quod menti facilè assentiret. *Iucundum quid.*
Nec illi palàm obsistunt exaduerso soli, qui oculorũ laborant valetudine, sed vmbrosa loca opacosq; rerum colores appetunt, & ab omni paulò excellenti lumine abhorrent. Id quoq; ciuitatibus euenit grauiore aliqua procella sua præsertim culpa exagitatis: quæ sicut assentationibus capiuntur maximè, ita periniquè ferunt, si quis illarum peccata apertius improbat: si quis veritatem nudam, nulloque adornatam fuco deprompserit: si quis fortiter, grauiter, ac seuerè afflictis rebus consulat. Nihil salubre gratum illis est, si non idem aliqua fuerit adulatione conspersum. Ego itaq; eiusmodi ciuitatẽ minimè tutam, quin potius labentem & inclinatam dixerim, in qua is potest plurimum qui neglecta ciuitatisq; posthabita salute captandæ popularis 5 auræ causa ad gratiam pergat consulere. Eorum demum breuissima via est, in qua sese pariter ac bonum quemque fallendo ac mentiendo perditum eant. At operæpretium est, in ciuitatibus & populis gubernãdis solem ipsum imitari, sapientissimum rerum parentem & seruatorem. Hunc mathematici perhibent supremi orbis vi ac impetu raptum obsequi, nonnihil tamen contrà tendere nitiq́ue, sed ea modestia & arte, vt illi, nec omnino obsequi, nec obsistere contumaciter videatur. Nam cùm intelligeret hunc superioribus cæli viribus parendum esse, illinc rerum naturam sine altero contrario motu haud posse consistere, cepisse illum aiunt iter ex transuerso obliquè molliterq; deflexum, eaq; ratione nouum quoddam motuum ac temperamenti genus excogitasse, quo vno rerum ortui ac saluti perquàm tutè consuleret. Sic itaque in ciuitatibus dura 6 nimiùm & populari voluntati semper aduersa seueritas, contraque item blanda, & ad vulgi tantùm libidinem ac- *Moderãdæ multitudinis ratio.*

commodata facilitas, pari ciuitates labe ac periculo affecere. Qui verò in administrandis rebus ita versantur, vt ad salutem publicumque commodum, velut ad metam aliquam sua consilia dirigant, nonnihilque interdum ciuium gratiæ & voluptati concesserint, nec singula velut ad filum redacta, velint seueritate potius & vi, quàm mansuetudine & humanitate conficere, hi mihi planè videntur sapientissimè seruandarum rerũ viam incedere: quanquam existimo haud parui esse negotij, seueritatem posse cum comitate retinere: quod qui nactus est, rem profectò est assequutus, qua nulla est, neque harmonia concinnior, neque concinnitas suauior, neque suauitas gratior aut vtilior.

7 Ea est, qua mundi molẽ hanc deus gubernare dicitur, non tam vi fretus aut potentia, quàm arte & ratione necessitatem parendi demulcens. Hoc iuniori Catoni defuisse proditum est, homini seueriore ingenio prædito, & moribus ad popularem gratiam minimè accommodatis: cuius id fuerit semper in repub. institutũ, vt nihil vnquam aut assentando, aut ambiendo, aut obsequendo, in omni vita confecerit. Eapropter Ciceronem dicere solitum accepimus, consulatu caruisse Catonem, quòd in Romuli repub. viueret, quemadmodum fuerat in Platonis politia viuendum. Mihi verò idem Catoni, quod intempestiuis & extra naturæ legem nascentibus pomis, contigisse videtur, quæ non tam libenter homines comedere, quàm mirari, & iucundè conspicere solent. Sic prisca illa Catonis iamq; obsoleta, & altè nimium repetita viuendi forma inter perditos sui seculi mores excellens, admirationem habuit illa quidem & gloriam singularem, fructum verò & vtilitatem minimè

8 certè parem. Eius enim virtus celsa nimiùm eminensque, haud vllo potuit pacto cum eiusce tempestatis prostratis moribus adæquari. Cato si non dirutam vel labentem patriam, vt Phocion, at certè crebris agitatã procellis & fluctibus nactus est. E cuius puppi clauoq; exturbatus, cùm nihilo segnius rudentibus & velis inniteretur, fortunę, quæ ad obruendum Romæ libertatem omnes vires suas intenderat, vsqueadeò impedimento fuit, vt ancipitem illi, diuq; dubiam victoriam fecerit. Sceleſtorum itaque ac perditorum ciuium auxilio freta, Romanæ tandẽ libertatis splendorem extinxit, non id quidem citò faciléve. Nihil enim propius

propius factum est, quàm vt Roma Catonis virtute constantiaq; defensa ex eo periculo supereſſet. Huic tãto viro Phocionem iure comparandum duximus. Fuit enim in vtroq; morum, vitæ ingeniiq; similitudo, non illa quidem remota & generalis, vt inter multos sæpenumero fuisse legimus. Est enim plerunq; fortitudinis ad fortitudinem disfidens quędam comparatio, vt Alcibiadis, Epaminondæq;. Quosdam dissimiliter prudentes fuisse accepimus, vt Themistoclem, & Aristidem. Iustitiamq; item in Numa, aliter Agesilao eluxisse dicitur. Phocionis autem Catonisque si non fortuna, at certè cùm natura & ingenium, tum multò maximè mores videntur, & institutum sic conuenisse inter sese, vt omni vel tenui varietate sublata, vnam vterq; præstiterit animi speciẽ & ingenij lineamenta. Ambo etenim seueritatem cũ comitate, fortitudinẽ cum prudentia, alienæ rei curã sine sui negligentia, turpitudinis odiũ cum honestatis cultu sic pari æquáve lance mistas habuere, vt in dignoscenda, si qua est, varietate, subtili quodam accuratoq; iudicio opus esse videatur. Catonem nobili claraq; famiIO lia natum (vt à nobis dicetur) constat. Phocion autẽ Atheniensis, haud certum habemus quo genere, quibúsve parentibus fuerit. Ego tamen non abiecto illum puto aut ignobili loco natum, tametsi Idomeneo placet, patrem eius cochlearium fuisse opificem. Extat enim Glaucippi oratio in Phocionem & acris & vehemens, in qua cùm plura in eum conuitia & probra collegisset, nullum de genere, aut parentibus maledictum attigit. Abducit me item ab Idomenei sententia eximia viri & præstans in omni vita modestia, ingenuaq; institutio ac liberalis, quem constat ab ineunte ætate Platonis primùm, deinde Xenocratis in Academia fuisse discipulum, & optimarum artium studia coluisse. Hunc Duris tradit fuisse ea morum grauitate cõstantiaq;, vt eodem oris habitu in omni vita seruato, nec ridere illum quisquam, nec lugere facilè viderit. Nunquam lauandi II causa vulgares balneas est ingressus: indutus nunquam è pallio manum exeruisse visus est. Ruri ac militiæ nudo semper incesit pede, nisi hyems illum atrocior ad calceos impulisset. Idcirco ferunt inter iocantes milites nullum fuisse significandi crudelis frigoris certius argumentum, quàm affirmare calceatum Phocionẽ tunc fuisse. Erat inge

Phocionis cũ Catone comparatio. 9

nio miti humanoq; sed cuius lenitatē facies natura tristis atq; seuera ita mentiretur, vt eius cōgressum nemo nō familiaris aut solus aut libens petierit facilé. Inde Chares (vt erat orator nō insulsus) cùm in eius superciliū festiuè inter orandū inuectus vniuersæ concioni risum excitasset, Hoc superciliū Phocion inquit, nihil mœroris vspiā vobis ó ciues intulit: at horū salibus & facetiis luctus est sepenumero
12 patriæ cōparatus. Fuit eius oratio grauis, vehemens, & præceptis & sentētiis salubribus cōferta. Maximè autē eius erat acuta quædā & iniucūda breuitas dicēdi. Siquidē Zenonē Stoicū dicere accepimus solitū, philosopho dignū minimè esse id verbū, quod nō fuisset mēte prius & cogitatione intinctum. Idipsum quoq; videtur placuisse Phocioni, cuius erat sermo verborū paucitate perbreuis quidē, multus verò sententiarū magnitudine & grauitate. Polyeucto quoq; homini graui & erudito ornatissimū oratorē visum est fuisse Demosthenē, in suadendo autē vim maximā Phocionē habuisse. Animaduertit idē orationi conuenire quod numis, qui eò sunt præstantiores, quò in minore materia plus valoris ac pretij cōplectantur. Sic optimū esse videtur orationis genus illud, quo paucis multa sunt grauiter, sapienter, acutè significata. Igitur Phocione apud populū aliquando dicturo, cùm oppleto iam hominibus theatro cogitabūdus deambularet in scena, familiarē eius quempiā ferunt propius accedentem rogasse, quidnam istuc esset, quod secum tam accuratè cogitaret. Tum Phocion, Ita me pol, inquit, iam dudum cogito si quid ex ea possum oratione, quā habiturus sum, demere. Demosthenem verò fama est cæteris spretis oratoribus, si quando dicturus sententiam Phocion surrexisset, cōuersum ad amicos summissè dicere solitum, En adest verborum meorū gladius. Cæterùm hoc non minus fortasse moribus, quàm eloquentiæ tribuendū. Etenim sæpenumero cōpertum habemus, multas diserti hominis argumentationes ingenio & arte instructas, vel vno viri
14 boni verbo, vno etiā nutu facilè fusas atq; dissectas. Phocion adhuc adolescens sub imperatore Chabria meruit, a cuius nunquā latere miro quodā discēdi studio discedebat. Is ad discendas bellicas artes militaremq; disciplinam magno Phocioni adiumēto fuit. Nec minus ille sui ducis ingenium in re agenda non satis constans aut frænatū, suo consilio,

Orationis quod genus sit optimum.

filio, grauitate & prudentia gubernabat. Chabrias enim suapte natura ad ineūda pericula tardior, postea quā cœpisset cum hoste cōserere, ira nimia cōcitatus vehemēter solebat accēdi, imperatoris officij facilè obliuisci, sese temerè periculis obiectare. Cuius audacia quò tandē par erat, euasit. Nā in pugna nauali aduersus Chios primus omniū in hostile littus inuectus, cū pro explicando in terrā milite in occurrētes hostes audacius profuisset, pugnās cōfossus est. At verò Phocion & in cauendo periculo prudēs, & in gerēdo negotio impiger, illū & cunctanté incitabat, & cōpescebat nimia audētem. Chabrias, vt erat ingenio docili perhumanóq;, illū libenter audire, ei maxima quæq; credere. Si quid strenuè, fortiter, sapienter esset obeundū, illius potissimū vti opera, nihilq; prętermittere, quò minus insignē viri virtutē omni Græciæ palàm faceret. In eo prælio, quod aduersus Naxios secundo Marte nauibus gestum est, maximam sibi Phocion & fortitudinis & prudētiæ laudē vendicauit, in quo dux Chabrias illum opposuit dextro Naxiorū cornui, vbi locatum erat omne ferme militis robur. Prima illa naualis pugna pro Græcis ab Athenienſibus post vastitatē propria vi, felicibúsq; auspiciis cōfecta, longè charissimū Chabriam patriæ reddidit. Egregiam quoque virtutem 16
Phocionis iàm dignam imperio cuncti summis laudibus affirmabant. Parta est ea victoria, quo die agebantur Athenis magna mysteria, eiúsq; gratia Chabrias quoad vixit poculum quotannis Attico populo dedit. Hic deinde Phocionem delegit, qui cum XX nauibus ad exigenda insularū tributa proficisceretur. Tū Phocion ærarij potius paupertati, quā suæ dignitati cōsulens, dixisse fertur: Exiguas eas esse copias si ad hostes pugnaturus emittatur, sin ad socios, sat sibi vel vnā fore. Ita vnica cū trireme singulas adiēs insulas, earúmq; principibus sibi cōciliatis, cum multis, quas insulares ad cōuehenda tributa coegerāt, nauibus Athenas venit. Mortuo Chabria, grati admodū & beneuoli in illum animi argumentū dedit. Nā quē viuū multo studio & obseruatione coluerat, extinctū etiā omni quo potuit officij genere est prosequutus. Eius enim necessariis nulla in re de- 17
fuit vnquā. Cteſippū filiū diligēter ac perhumanè recepit, quò impuros adolescētis mores ipse cōponeret: eius tamē cū duro, tū minimè liberali ingenio nusq̄ adduci potuit, vt

curã & laborẽ in illo inſtituendo dimittere, cuius ineptias non modò pertulit patienter, verùm etiã ſtudioſè tegebat: quanquã ſemel aiunt Phocionis conſtantiã importunitate leuiſsimi iuuenis ſuperatam. Nam cùm ille imperatorium quoddã munus ſtudio accuratior obiret, Cteſippus, vt erat futilis deliruſq;, grauiſsimũ peritũq; imperatorẽ cœpit fatuis quibuſdã interrogatiunculis obtundere, atq; illũ quaſi monẽs, docénſve importunius perurgere. Tũ ſtomachatũ Phocionẽ dixiſſe fama eſt, O Chabria, Chabria, cumulatã tibi pro amore noſtro gratiam nunc perſoluo, qui nati tui
18 deliramenta ſuſtineo. Vt verò animaduertit ciuitatis principes munera bellica, & togata inter ſe quaſi ſorte partitos: quidã enim velut Eubulus, Ariſtophon, Demoſthenes, Lycurgus, Hyperidéſq;, è foro tãtùm & curia dignitatem ſibi & amplitudinẽ quæritabant, alij verò bellicos magiſtratus & imperia ſectabantur, hi erant Diopetehes, Meneſtheus, Leoſthenes, & Chares. Hæc inquam vbi animaduertit Phocion, viſum eſt ſic munus vtrunq; ſibi complectẽdũ, vt in toga poſſet excellere, & nulli ducum in armis eſſe inferior. Meminerat enim tales Periclem, Ariſtidem, Solonemq; fuiſſe, quorũ nemo (vt eſt apud Archilocũ) aut Martis opera ſæui, aut placida Muſarum dona neglexit. Atque Palladem ipſam bellicam ſimul ac ciuilem & eſſe & vocitari. Hoc inſtituto remp. capeſſendã ratus, nihil tamen potius, quàm quietem pacemq; publicam cupere videbatur.
19 Imperia habuit quot quantáq; nemo aut ſuæ aut ſuperioris ætatis ducum Athenis eſt conſequutus, è quibus nullũ omnino, aut ambiens, aut vlla ſignificatione cupiditatis eſt adeptus: ſed illa ſicut populi voluntate ſponte delata capeſſebat, ita repudiabat nunquam repub. poſtulante. Certũ eſt enim Phocionem quintum ſupra quadrageſimum geſſiſſe imperium, cùm nec ſemel ipſe comitiis præſens interfuiſſet. Quod eò ſolet videri maius, quò nihil eum in omni vita popularis gratiæ cauſa, vel feciſſe certè, vel dixiſſe cõſtat, quinimò ab iis adulatoriis artibus tantùm abfuit, vt ſæpiſsime plebi ſit acerrimè cõtumelioſeq; aduerſatus. Hoc nõnullis miraculo fuit, qui parum populare leuitate experti non intelligunt vulgarẽ turbam reges imitari ſolitã: quibus poſt epulas, vbi Cerere & Libero læta mẽs diffluit, iocitantum & aſſentationes, poſthabitis ſeriis, in pretio ſunt.

Quod

Quod item in ciuitatibus vbi plebs imperat, factum vide 20
mus. Nam arridente fortuna tranquilloq; rerum curſu, in quo plus blanditiarum, & aſſentationis cõſpexerint, in hũc facilè ſuos honores conferunt. Aſt vbi intonuerit, vbi grauior aliqua tẽpeſtas illis velut crapulã & ſomnium abegerit, iam in gubernaturo non quæruntur blanditiæ, verùm ſeueritas, iuſtitia, ſapientia in honore eſt: ad eos tum confugitur maximè, quos antè viderint erroribus ſuis fuiſſe vehementer aduerſos. Habuerant ex Delphis Athenienſes oraculũ, cuius erat hęc ferme ſententia: Vnũ Athenis homi nem eſſe ſolùm, qui aduerſus ciuitatẽ ſentirer, cùm cæteris tamen omnibus idẽ eſſet in remp. animus. Hoc vbi publicè recitatũ eſt, exurgens Phocion, Definite ciues, inquit, quẽ- *Phocionis dicta ſacta q; multa egregia.*
nam deus ea voce ſignificet, deinceps inquirere: vnus enim is egoſum, cui placeat nihil eorũ, quæ in rep. nunc gerãtur. Rurſus cùm inter orandũ eius ſententiã vniuerſa magno aſſenſu conẽio accepiſſet, ad proximos verſus, Me miſerũ, 21
inquit, vereor enim ne quod mihi ſtultum verbũ imprudẽter exciderit. Sacros ludos Athenienſes inſtituerãt priuata ciuiũ collatione ornandos, portionemq; ſuam contulerãt cæteri. Tum inuitatus ad ſoluendũ Phocion, A diuitibus, inquit, iſta expoſcite: puderet enim me, ſi eam qua ſum Calicli fœneratori obnoxius pecuniam, in hoſce ſumptus ab ſumerem. Cùm verò importunius illi clamore inſtarent & minis, fabulam huiuſmodi orſus eſt. Ignauus quidam miles in prælium pergit ire, illum grex cornicum obſcœna vociferatione circunuolat: eo quaſi infauſto omine perteritus miles, poſitis armis non vltrà progreditur. Silẽt aues, ille tela reſumens ire cõſtituit. Ingeminatur auium cantus de integro, tunc ad illas conuerſus, Vos, inquit, pro viribus
clamabitis, me certè nunquam guſtabitis. Ferunt à militi- 22
bus aliquando rogatum, vt ſe in aciem pugnaturos educeret, illorum diffiſum animis ac viribus noluiſſe: tunc irati milites crebris illum maledictis inceſſere, trepidũ imperatorem effœminatumq; vocitare, eum metui ſuo periculum vanum prætendere. Ad hæc Phocion: O virorum, inquit, fortiſsimi, neque vos me intrepidum, nec ego vos item ignauos vnquam efficiam. Atqui ſat nobis eſt, noſtra vtriſque noſtrum planè cognita eſſe ingenia. Re aliquando militiæ malè geſta, accenſa plebs, iramque in Phocio-

nem euomens, pœnas ab eo malè administrati imperij de-
poscebat. Quibus ille: O felices, inquit, saluti prius & peri-
culo vestro consulite, deinde meis de criminibus per otium
statuetis. Fuere nonnulli milites, qui quoad sub ipso me-
ruerãt, inter tubas & armorum strepitum exangues ac cõ-
sternati, hostis etiam longinqui conspectũ nõ sustinerent: hi pace facta, omniq; exacto periculo, feroces de repente
audentesq; facti sese iactabundi extollere, Phocionẽ igna-
uiæ insimulare, illum vnũ fuisse, cuius formidine victoria
23 è manibus esset erepta. Tum ridens Phocion, O fortunatos vos milites, inquit, quibus imperatorẽ sors dederit ve-
stræ guarum virtutis atque ingenij, alioqui iam pridẽ mi-
serè periissetis. Disceptabant Bœotij de agrorum finibus
cum populo Athenienſi, quem cùm videret Phocion repu-
diatis arbitris ferro malle, quàm iure litem dirimere, Si sa-
pitis, inquit, viri Athenienses, verbis potius, quibus præsta-
tis, quàm armis, quibus impares estis, decernite. Orantem
illum cùm obstrepens concio impediret, quò minus sentẽ-
tiam diceret haud illis omnino gratam, Vestri, inquit, arbi-
trij ciues est, vt quod nolim, à vobis coactus faciã: contra
verò sententiam meã vt eloquar, id profectò hominum ne-
24 mo facturus est. Sed interseramus nũc è multis pauca, quæ
in oratores contrariarum partiũ mordaciter ab eo ferũtur.
Cùm populum aliquando paulò liberius in cõcione repre-
hẽderet, Demosthenes ait, Trucidabit te plebs Phocion, si
paululum insanierit, cui Phocion, Quin te potius, si pau-
lulum resipuerit. Polyeuctus Sphecius longã de suscipien-
do contra Philippũ bello orationẽ habuerat: erat autẽ tunc
æstas media: hunc igitur partim pinguedine corporis, par-
tim solis feruore coactũ, cùm vidisset sæpius ad recreãdos
oppressos anhelitus aquam sorbillare inter orandũ, Dignã
hercle rem, inquit, viri Athenienses, vt huic de gerendo bel-
lo credatur: quanta enim illũ in medio marte sua galea &
thorace facturum existimatis, quem vel ipse loquendo la-
25 bor in animæ exhalandæ discrimen impulerit? Lycurgus
Phocionẽ multis in cõcione maledictis carpserat, quia Alexandro decem ad suppliciũ ciues poscenti dedendos cẽsuis-
set: cui Phocion, Meis, inquit, consiliis vtinã tanta fuisset ha-
bita fides, quanta erat in illis salus atque vtilitas. Fuit ea tẽ-
pestate Athenis Alcibiades quida, cui ficti fucatiq; mores

Lae-

Laconistæ cognomen indiderant. Hic authoritatẽ sibi nõ
tam virtute, quã enutritæ barbę prolixitate, graui supercilio, tardo incessu, lacernáq; laconica quæritabat. Illum igitur Phocion, cùm sibi ad populum dicendi parum fidei haberetur dictorum suorum inuocat testem: qui cùm populo vt assentaretur, veritatem negasset, continuò accedens
propius Phocion, illiúsq; barbam in speciem mulcendi apprehendens, Quàm decuerat, inquit, hanc barbam & indumenta, boni viri insignia, prius quàm mẽtireris deposuisse.
Nec illud Aristogitonis sycophantæ prætereundum, cuius 26
conciones nihil fermæ præter bellum sonabant & arma,
quíq; suis populum orationibus in pericula sæpe compulerat. Is cùm intelligeret haberi delectum, simulata valetudine crus obligat, baculóq; innixus instar vulnerati claudicando prodit in publicum: quẽ Phocion è tribunali longè prospiciens, vociferans inquit: Scribe Aristogitonem claudum, & eundem improbum, ac mendacem. Hæc mecũ interdum reputans mirari soleo hominem vsqueadeò durum seuerúmq;, frugi cognomentum esse adeptum: quanquã haud impossibile puto, vt est in vino, sic & in viro suauitatem esse cum austeritate coniunctam: vti pleroſq; contrà videmus primo statim congressu faciles videri suauésque ac perhumanos, quorum ingenium consuetudo longa detegit asperum intractabiléque. Propterea Hyperidem 27
tradunt Athenienſibus dicere solitum, ne vellent, an esset
acerbus, inspicere: sed an esset ab re proteruitérq; acerbus.
Vulgus enim si qui præcellant modò, etiamsi vel ad iniuriam, vel ad inuidiam, vel ad iram, vel ad ambitionem potentia sua non abutantur, velut graues odit, molestósque
persequitur. At verò Phocionem ex omni ciuium numero
neminem compertum est, non modò priuatum affecisse
iniuria, sed ne odisse quidẽ, tametsi cum multis sæpius est
ab eo reipub. causa suscepta contentio. Atq; hac in re sic se
constantem præbuit, sic acrem inexorabilémque, vt nullo
periculo, nulla gratia, nullis denique potuerit artibus ab
iuuandæ patriæ instituto abduci, cùm priuatim tamen
tanta in omnes fuerit humanitate beneuolentiáque, vt
vel eorum sæpe, quos in repub. aduersos habuit, tempo- 28
ribus & periculis non deesset. Quare cùm à suis reprehen *Phocionis humanitas.*
deretur, quòd hominem improbum in iudicio defendisset:

At

At nemo bonus, inquit, eiusmodi patrocinio indiget. Aristogitonem sycophantam Athenienses damnatum vinculis coercebāt: is oratum Phocionem mittit, vt paululum velit ad se visendum accedere: assensus Phocion, cùm hanc eius facilitatem sui damnarent (erat enim sceleſtus Aristogiton flagitiosusque) atque illum conarentur ab itinere iam cœpto deflectere: Sinite, inquit: nam vbi locorū iucūdius, quā in carcere Aristogitonem viderim? Nec minore fuisse benevolentia quam authoritate & fide apud vrbes insulásque socias ferunt. Nam si quando classis alio duce Athenis emitteretur, socij omnes non tam amicos illos, quàm hostes rati, loca omnia aduentantibus eis occludere, portus molibus aggeréque munire, liberos, vxores, armenta, mancipia in vrbem ex agro compellere, vt nihil loci illorum rapinæ libi
29 dinique pareret. Ast vbi Phocion [illegible] audissent classis esse præfectum, longius omnes nauibus obuiā ire, sertis atque coronis, omnique lætitiæ significatione illum excipere, vt bes, villas, portus, domos denique ipsas vacui animo patefacere, tanta de illius erat integritate, & continentia apud omnes mortales existimatio. Ea tempestate renuntiatum Athenis est, Philippum traductis in Euboeam ex Macedonia copiis, vrbes aliquot, allectis sibi principum animis, primo statim aduentu occupasse. Tum Plutarchus Eretrieus legatos Athenas mittit, qui oppressæ à Macedone insulæ opem eflagitēt. Placuit mitti auxiliū, & præfici huic expeditioni Phocionē. Cum parua igitur militis manu (spē enim in Eretriensium viribus, & side locarat) in Eretriam extēplo traiecit, vbi cùm omnia offendisset infida proditionibus, auró
30 que venalia, in magnū rerum discrimen venit. Tunc locis omnibus oculo ac mente lustratis, tumulum tandem conspicit paululum ex vna valle surgentem, è quo patebat in planitiem, quæ circa Tamynas est, longè latéque prospectus: eò cum insigni robore militum ipse concesit. Nam ignauus quisque, vel quibus ad pugnandum deerant vires, vel frigebat animus, loci ac rerum desperatione perculsi castris profugerant: quorum discessu ne diffidāt, néue rem gerant segnius, duces, qui aderant secum, hortatur. Fugaces enim illos, si cum hoste conferendum fuisset, non modò non vtiles, verum etiam forti cuique ac strenuo impedimēto fore dicebat. Secundum hæc crebri de aduentu hostium

afferuntur

afferuntur nuntij. Tum Phocion militem continuò curare corpora, arma capere iubet, atque armatos pro castris quiescere, quoad ipse rem diuinam absoluisset. In eo igitur paulò diutius immoratus, seu quia non citò ritè litasset, seu quò simulato metu propius hostem alliceret, ociis ignauiæ ac desidiæ suæ suspicionem iniecit. Ergo Plutarchus Phocio- 31
nem pugnam detrectare ratus, signis temerè motis, impetū in Macedonas cum peregrino milite fecit. Post hunc equitatus omnis incondito turbatóque agmine, non minori temeritate, quàm clade, in hostem ruit. Primis itaque facilè profligatis, ceteriſque subinde fusis dissipatisq;, Plutarchus & ipse tandem pedibus turpiter saluti suę consulit. Macedo iam propè debellatum ratus, vallum cum parte copiarum adoritur continuò: quod dum excindi omni conatu parat, Phocion peractis interim sacris Atticum militem magno impetu in hostem instructum emittit. Atrox pro vallo initur prælium, multa Macedonum cædes editur, reliqui fusi fugatique. Inde Phocion receptui cani, sistique signa imperat, vt suos longius hostem insectatos, & peregrinum priore impetu passim disiectū colligeret, collectos in ordinem disponeret, dispositósque vniuersa dimicatione in hostem 32
educeret. Igitur cùm aciem pro loci ac temporis opportunitate struxisset, hostium castra pede citato petit. Ingens ibi de integro pugna oboritur: vtrinque diu est dimicatum, sicuti cruento Marte, ita & incerta spe, ancipitique victoria. Ingentem Macedonum stragem edidere Thallus Cinei filius, & Glaucus Polimedis, ante ipsum imperatorem instructi. In primis tamen Cleophanis virtus insignis eo die, & clara fuit. Nam vt primùm fœdam equitum suorum fugā agnoscit, impressis equo calcaribus, singulos vt poterat adiens hortari, monere, precarique ne plus pedibus, quàm manu fiderent, neu exercitum ac imperatorem in summo laborantem discrimine fœdè desererent. Nisi redierint, omnes suorum copias pariter cum Attica dignitate casuras: si steterint, salua omnia fore, fessum iam & facilè inclinatum hostem esse. His verbis mutatus eques cùm animos re- 34
cepisset, in hostem à fuga conuersi, afflicto pediti rebusque labentibus & opē, & victoriā attulere. Secundū hāc pugnā Phocion ex Eretria Plutarchū exegit. Zaretra deinde oppidum locū sibi peropportunū occupat. In ea insulę latitudo

perstrin

perstringitur, vbi coeuntibus vtrinque fluctibus, in angustum protracta insulæ latitudo redigitur. Græcos captiuos manu omnes emittit, veritus ne si in Atheniensium conspectum venissent, plebs oratoriis stimulis concitata, in eos animaduertisset crudelius. His ita gestis, reuectus Athenas Phocion, ingens sui desiderium socijs ipse reliquit, & Atheniensibus magno cum suo malo breues morę ostendere quanta in eo viro virtus, quantus esset rerum vsus atque prestantia.

34 Nam Molossus imperio subrogatus Phocioni, vsqueadeò infelici rem gessit euentu, vt amisso exercitu, ipse viuus in Macedonum venerit potestatem. Qua victoria elatus Philippus, ingenti plenus spe, continuò in Hellespontum infestum traducit exercitum, ratus vno se impetu Cherronesi, Perinthi, ac Byzantij potiturum. Terruit Athenienses eius profectionis nũtius, & eos hinc sociorum fides, illinc suũ periculum impulit, vt auxilium maturè dubijs rebus afferrent. Charetem itaque populus non tam suo merito, quàm oratorum ambitione, & studijs partium, huic expeditioni præficiunt. Is magna cum classe profectus, nihil huic periculo, aut apparatui par effecit, quin tantùm ab omni sociis ope ferenda abfuit, vt sua illum libido & auaritia in cunctis mortalibus æquè suspecta, ab omni prorsus socialium vr-

35 bium ingressu excluserit. Cæterùm errabundus, amicorũm que rapinis ac præda locupletatus, & apud hostes contẽptui & formidini odióque apud socios fuit. At verò plebs oratorũ incensa facibus, in socios cœperat ob suum spretũ imperatorem irasci, pœniterèq; auxilij, quod Byzãtijs nuper miserant. Contrà Phocion plebis indignationem lenire, innocentiam sociorũ defendere, nil esse præter ducis libidinẽ & perfidiam accusandum. Non tam oporterenon credentibus sociis, quàm imperatori iure non credito succẽsere: ducum tantummodo vitio Atticum nomen iam esse amicis omnibus inuisum atq; horrendum. Nihil causæ esse quamobrem socij in tanto rerum, & salutis suæ discrimine sibi traditam opem aspernarentur, si modò potuissent sese & sua imperatorum fidei tutò committere. Sociorum salutem minimè omnium rerum oportere negligi, cum qua salus esset Athe-

36 narum quoque coniuncta. In hanc sententiam multa cùm grauiter & sapienter disseruisset, populus mutatis animis imperatorem Phocionem delegit ad opem sociis in Hellespon

sponto maturè ferendam, iubẽque classem ad eam rem parari de integro. Fuit ea tempestate Phocionis nomẽ illustre magnumque, nec fama tamen virtus fuit in ea expeditione inferior. Eius enim præsentia maximum ad tuendum Byzantiũ momentum tulit. Nam Cleon vir in vrbe illa & genere, & virtute facilè princeps, Phocionique vsq; ab Academia necessitudine & familiaritate deunctus, cũ Byzãtijs pro cõtinentia & integritate ducis vadẽ se præstitisset, haud sunt illum oppidani passi extra mœnia castra tenere, sed apertis portis, inuitum propè & sola modestia reluctantem cum omni milite lætè ac perjucundè excipiunt. Atticus mi 37
les sub aliis ducibus, & rapax antè & perfidus, nũc sub Phocione Byzantijs passim immistus, sese non modò in omni vita moderatum & integrum, verumetiam ob habitam sibi fidem in arcendis hostibus omnique obeundo labore, & arem in primis, & impigrum præbuit. Macedo potiundi Byzantij frustratus spe, contẽtus Hellesponto cessit, neque ad inferendum modò bellum, sed ne ad propulsandum quidem periculum satis idoneus habitus. Atticus interim aliquot ex Philippi captis nauibus, nõnullas insuper cum suis præsidijs vrbes in potestatem redigit, & crebris dissensionibus hostiles agros igni, ferro, omnique depopulandi genere peruastauit, quoad acceptis ab hoste vulneribus, recipiendam Athenas classem existimauit. Haud multò pòst Megarenses clàm nuntios ad Phocionem mittunt, qui se Athenien-
sibus dedi paratos, si cum præsidio maturè aduenerit, pollicentur. Veritus ille ne à Bœotijs (si id præscissent) Megara 38
præoccuparetur, postridie vbi primùm illuxit concione habita, cùm ea profectò populo placuissent, confestim à concione tuba cani, capique arma euestigio iubet. A Megarensibus itaque perhumanè exceptus, Nisæam cingit muro, & duabus alis ab arce ad nauale deductis, vrbem mari iungit, vt ab omni terrestri impetu tuta via munitáque Atheniensibus semper pateret à mari. Iam cum Philippo eò inimicitiarum ventum erat, vt bellum non clàm, aut dolo, vt antè, sed manifestis animis & viribus gereretur. Athenienses, ei bello duces designarant absente Phocione, qui vbi primùm è Megaris pedem in vrbem retulit, summopere populum conatur ab armis abducere, suadet vt de pace cum hoste agatur, cùm eam & ipse Macedo videretur ve-

hemen

39 hementer expetere. Huic sententiæ magno studio aduersa
zum ferunt sycophantam quendam eorum, qui circa Iliæa-
(id est Athenis tribunal) versari solebant, eúmque vt nimi-
am Phocionis licentiam exprobrantem ita dixisse: Túne ô
Phocion, is homo es, qui populum Athenienſem audes con
sultò iam captis armis in hostem ruẽtem retrahere? Audeo,
inquit ille, atque id quidem & volens, & prudens facio, ta-
metsi planè intelligo in bello me tibi, in pace te mihi impe
raturum. Demosthenis autem vicit oratio, elegantior certè
quàm felicior, vt bellum scilicet cum Macedone quàm lon-
,, giſsimè ab Atticis finibus gereret. Qua in re Phocion, Per
,, deos immortales, inquit, viri Athenienſes, non vbi pugne-
,, tis, sed quo pacto vincatis inspicite: victoribus enim bellũ
vndecunque abest longissimè, victis autem etsi multùm ho
40 stis abfuerit, proximum est omne periculum. Accepta igi-
tur paulò pòst à Philippo clade, factiosi & rerum nouarum
cupidi Charidemum summæ rerum præfici volebant. At
optimus quisque, cuique plus in salute publica, quàm in
delectu & gratia pensi erat, accito in vrbẽ Areopagi cõsilio,
plebem supplices lachrymis & prece orare, ne labenti pa-
triæ in tanto rerum discrimine desint, neu velint facinoro-
sorum ciuium libidinem suæ liberorumque & coniugum
saluti præferre. Phocionem vnum esse ex omnibus, cuius
exploratæ iam pridem fidei virtutique ciuitatem in tanta
temporum difficultate tutò committant. Vicit itaque ambi
tionem & gratiam periculum imminens, vt vrbis scilicet
imperium ad Phocionem deferretur. Is inito magistratu,
de pace cum volente Philippo agendum putauit. Tulit ita-
que rogationem Demades, pacem eo duntaxat pacto factũ
41 iri, vt Athenienſes & ipsi haberent, quas esset reliqua Græ-
cia conditiones cum Macedone habitura, vnáque esset cum
reliqua Græcia pacis conditio. Refellebat eam sententiam
Phocion, stultum esse asseuerans incertis & alieno arbitrio
statuendis conditionibus pacem firmari, prius esse intelli-
gendum quidnam sibi Philippus à cæteris Græcis expete-
ret. Superior fuit temporum ac morum iniquitate Dema-
des. Pace itaque facta, cùm populum animaduerteret Pho-
cion sui iã serò pœnitere consilij (nam & equitatum, & ma-
ritimas copias Macedoni mittiex fœdere oportebat) Isthęc,
inquit, ego vobis initio metuẽs tãtopere Demadis consilio
aduer

aduersabar, vosq; par erat animo hæc antè prospicere: nunc ,,
verò quoniam ita vobis cum Philippo cõuentum est, & in ,,
fide manendum censeo, & æquis hanc sortem animis esse ,,
ferendã. Sic maiores nostros accepimus nunc imperando, 42
nunc parendo, in vtraque fortunæ vicissitudine sapienter ,,
fortiterq; versatos, non modò vrbem hanc nostram, sed & ,,
reliquam Græciam conseruasse. Nunciata interim Philippi
mors est, & ob id plerisq; placebat publica sacra festosque
ludos diis immortalibus pro felici hoc faustoque nuntio
persoluendos. Refellebat hanc sententiam Phocion, igno-
bilis ac demissi animi esse affirmans, ciuitatem amplissi-
mam, & belli gloria viribusq; florentẽ, manifesto gaudio
petulantius exultare, quia tantæ hostium in Chæronea co-
piæ vno duntaxat essent homine imminutæ. Admouerat
Thebis infestum exercitum Alexander. Hunc sępenumero
cùm Demosthenes priuatim publicéq; maledictis insecta-
retur, Phocionem ei dixisse tradunt Homericum illud:

Desine iam demens sæuum stimulare leonem, *Odyss. λ.*
Gloria quem torquet, regniq; immensa cupido.

Visne hanc vrbem tanto tamq; vrenti rogo iniicere? Ast 43
ego, cui seruandæ tantæ ciuitatis cura commissa est, nus-
quam eos ciues audiri patiar, qui sese alios q; cæci & impru
dentes perditũ ire pergunt. Captis deinde Thebis Alexan-
der Demosthenem, Lycurgũ, Hyperidem & Charidemum
sibi ad supplicium dedi flagitat, & Thebanos qui profuge-
rant. Hæc cùm ad populum essent relata, vniuersi in Pho-
cionem vnum ora oculosq; conuerterant. Qui vt senten-
tiam diceret nomine sæpius appellatus, exurgens tandem,
accitoq; ad se Nicocle, quo nec amore sibi, nec cõsuetudine
quisquam fuerat charior, ita verba facit: Hi quos Alexan- *Phocionis*
der victor efflagitat, viri Athenienſes, ciuitatẽ nostram in *oratio in*
hoc periculum compulerunt. Quod equidem pro sua ma- *concilio.*
gnitudine tanti existimo, vt Alexandro, si vel hunc meum ,,
Nicoclem sibi deposcat, vitandi publici periculi causa con ,,
tinuò dedendum censeam, mihiq; ipsi si pro vestra patrięq; ,,
salute lux ista relinquenda sit, summam medius fidius in- ,,
comparabilemq; felicitatem me cõsequuturum putarim. ,,
Mouet me insuper nonnihil eorum misericordia, quos 44
ærumnis deformatos videmus deletis Thebis, in nostram ,,
fidem vnicum sibi portum confugisse. Iam satis est viri ,,

,, Athenienſes, iam Græciæ ſatis eſt, vnas Thebas earumque
,, excidium deplorare, liceat nobis illarum exemplo, de ca-
,, pite & fortunis noſtris conſulere. Ego neque hos calami-
,, toſos profugos negligendos duco, atque multò maximè
,, publicam ſalutem in tanto rerum diſcrimine paucorum
,, gratiæ præferendam arbitror: victoriq;, quoniã ita noſtra
,, fors tulit, ita pericula poſtulant, gerere morẽ malim quàm
,, pugnando ſimul vniuerſa fortunæ committere. Primum
,, igitur decretum miſſum ab Atheniẽſibus fama eſt Alexan-
,, drum contemnentem abieciſſe, ſtatimque vertentem ad le-
gatos terga per contumeliã abiiſſe. Idipſum verò ſecundò
per Phocionem ad ſe delatum perhumanè admiſiſſe, à ma-
ioribus natu admonitum, Phocionem ob eximiam eius
laudem & virtutem, à Philippo ſemper ſingulari honore
45 habitum. Quæ igitur ille legationis nomine petiiſſet, in
his facilem ſeſe Alexander exoratumq; præſtitit, & priua-
tim non eius modò vſus eſt familiaritate congreſſuque, ve-
rumetiam conſilio & ſentẽtia. Nam cùm à Phocione quæ-
ſiſſet, quidnam potiſsimùm in vita ſibi cenſeret agendum,
conſuluiſſe primus omnium dicitur, vt arma exercituſque
dimitteret, ſi tranquillitatem ſibi ſecuramq; expeteret vi-
tam: ſin verò gloriam, nominis celebritatem, in barbaros,
quos ei natura fecerat hoſtes, non in Græcos vires ſuas vir-
tutemque explicaret. Multos præterea fertur ad eius inge-
nium inſtitutumque accommodatos ſermones habuiſſe,
atroceſque iuuenis animos inflexiſſe, & ab Athenienſium
odio in beneuolentiam ita traduxiſſe, vt per Phocionem
Athenienſes monuerit rebus ſuis ita proſpicere, vt ſi quid
ſibi contigiſſet aduerſi, Græciæ imperſum vendicarent.
46 Eum ſibi priuatim & hoſpitẽ fecit, & amicum appellauit.
Cui honoris tantùm authoritatiſque tribuit, quantùm ne-
mini fermè omnium, quos apud ſe habuit vnquam. Nam
Duris hiſtoricus Alexandrũ tradit, poſteaquam profligato
Dario Magnum ſeſe cognominari voluit, nulli mortalium
in epiſtolis dixiſſe ſalutem præterquam Phocioni, Antipa-
troque, quos duos honoris cauſa ſemper initio literarum
ſaluere iubebat. Hoc ipſum & Chares rerũ ſcriptor memo
riæ prodidit. Fama eſt præterea Alexandrum ex Aſia cen-
tum Phocioni talenta dono miſiſſe, atq; Phocionem vt erat
auri minimè auidus, nũtios, qui ad ſe illa detulerãt rogaſſe,
quidnam

quidnam eſſet cauſæ quamobrem ſeuum Alexander inter
tot claros præſtanteſq; Athenis viros donandũ potiſsimum
delegiſſet. Reſpondentibus illis, quia te vnum ex omnibus
virum bonum & honeſtum iudicat: Sinite igitur, inquit,
qualem me iudicat, talem & eſſe, & videri perpetuò. Illi
domum Phocionẽ ſubſequuti ingreſsiq;, vbi domeſticam
viri paupertatem inſpiciunt, ædes videlicet vacuas, pinſen-
tem vxorem, & illum ſibi lauandis pedibus aquam hauri-
tem, hæc inquam vbi cõſpiciunt, vt pecuniam accipiat ro-
gant importunius, indignũ eſſe dicẽtes regis amico eidẽq;
primario in omni Græcia viro, vitã vſqueadeò abiectam &
inopem eſſe. Conuerſus tum Phocion, cùm mendicũ quen-
dam ſenem vidiſſet ſordido amictu prætereuntẽ, illos ro-
gat, num minoris ſe exiſtimarent, quàm iſtum. Precãtibus,
vt diceret meliora: Atqui paucioribus, inquit, quàm ego,
viuit ille, cui ſat eſt quantulumcũq; quotidianus labor ad-
iiciat. Deſinite igitur me fruſtra obtundere: ego enim ar-
gentum incaſſum ſumpſero, ſi ſumpſero: pro eius amplitu-
dine non vtar: ſi verò vtar, dignã ego cum rege ipſo inui-
diam ciuium & ſuſpicionẽ non euitabo. Nuntij perſpectæ
viri conſtantia, ad regem cum auro redeunt. Omnem verò 48
Græciam celebris eiuſce rei fama peruaſit, diciq; cœptum,
ditiorem eſſe eũ, qui in ſumma auri egeſtate aurũ contem-
pſiſſet, quàm qui aurũ obtuliſſet. Indignatus Alexander mu
nificentiam ſuam Phocionis frugalitate & continentia ſu-
peratam, lõgè plura mittit deintegro, illud adiiciens, ami-
cum neminem ſe putare, qui à ſe non accipiat. At Phocion
cùm nihilo ſegnius hoc auri reſpuiſſet, ne regis tamẽ vide-
retur aſpernari liberalitatẽ, pro auro petit, vt Echecratidẽ
ſophiſtam, ſimulq; Athenodorũ Imbrium, duoſq; itẽ Rho-
dios Sparatonem & Demaratũ vinculis ſolueret, quos va-
riis accuſatos criminibus Sardibus coercuerat. Hos Ale-
xander continò carcere liberatos dimiſit. Et paulò antè 49
quàm è vita migraret, proditum eſt imperaſſe Cratero in
Macedonias veniẽti, vti ex quatuor his Aſiæ vrbibus, Chio,
Gergetho, Mylaſsis, & Elæa, deligendæ Phocioni faceret
optionẽ, adiiceretq;, ſi omnes ille repudiaſſet, graue id ad-
modũ & permoleſtũ ſibi futurũ. Nec tamẽ potuit vel mu-
neris amplitudo, vel dulcedo ſumẽdi, hominis continentiã,
& pectoris firmitatẽ labefactare. Extant adhuc in Melita

Alexandri donа Phocio reſpuit.

47

Athenarum vico Phocionis ædes ærei adornatæ laminis, alioqui parcè & nullo splendore aut luxu elaboratę. Geminas eum habuisse vxores literis mandatũ inuenio: primam Cephisodoti figuli sororem, eamq; nulla insigni laude celebratam. Alterius verò pudicitia modestiaq; haud minus
50 illustris, quàm viri virtus Athenis fuit. Aiunt enim cùm ad spectandas nouas tragœdias frequens populus conuenisset, vnum ex tragœdis reginæ personã introducturum, à Melanthio ludorum prefecto, cùm plures petiisset ancillas cultu magnifico exornatas, & cùm Melanthius tot se daturum negasset, iratum tragœdum in theatrum noluisse procedere. Tum præfectus tragœdo vi protracto in medium, quanta voce potuit clamauit: Vidésne improbe hominum, vxorem Phocionis vnica cũ ancilla muliere semper prodire in publicum? Iam nimiùm ineptus es, nimiùm muliebri fastui tribuis, corrumpis exemplo tuo Athenienſium matronarum mores & modestiam. Hæc à Melanthio dicta ingenti plausu ab omni theatro excepta sunt. Ferunt insuper nobilem quandam mulierem genere Ionicã Athenas profectam, cùm in vxoris Phocionis amicitiam venisset, aureos illi torques, variisq; gemmis distincta monilia,
51 mundum sui corporis, ostentasse. Tum illa, Meum verò, inquit, ornamentum est Phocion, Athenienſium iam vigesimùm imperator. Phociõ filio Phocio, cùm cuperet equestrem certare ludum, permisit, non tam victoriæ desiderio, quàm vt adolescẽtis corpus longè prius vsu, & labore exercitum, robustius & agilius redderetur, vt illum ludorum delectatione pellectum, à priori vita si fieri posset abduceret. Erat enim intemperans Phocius, & vini immoderatius appetens. Potitus est adolescens victoria, vniq; ex æqualibus suis, cùm tamen id plerique omnes peterent, parandi ob victoriam epuli munus traditur. Cœnæ itaq; tempore Phocion stratis iam tricliniis veniens, cùm pleraque offendisset paulò delicatius splendidiusq; parata, in primis vina vario mista aromate pedibus lauãdis appositа, Quid sinis, inquit, ô Phoci, architriclinum hunc tuam hoc luxu fœ-
52 dare victoriam? Intemperantiam verò filij cùm nulla posset arte ad ingenuos mores transferre, Lacedæmonem illum tandem instituendum adducit, & in adolescentium locat ordinem. Visa est ea res Athenienſium animos incendisse,

disse, arbitratos Atticam dignitatem atq; doctrinam summis vbiq; laudibus celebratam sperni contemniq;, quòd grauissimus homo, idemq; primarius ciuis, peregrinã disciplinam illorũ moribus prætulisset. Tunc Demadem ita Phocioni loquutum aiunt: En quid prohibet ô Phocion, quo minus populo Athenienſium in animum inducamus, ,, vt Laconicam disciplinam in hanc ciuitatem excipiant, ,, velintq; patrios mores ad illorum formam & institutum ,, traducere? me profectò si eadem tibi mens est, & ferendæ ,, & suadendæ legis principem fore polliceor. Quid ni feras ,, & suadeas, Phocion inquit? quandoquidem nemo te magis ,, est eiusmodi laudandi legem idoneus. Nam tibi vni maxi- 53
mè omniũ ciuitas iure crediderit homini vnguentato, & ,, myrtum vndiq; redolenti, quóve nemo videri cupiat aut in ,, vestitu splẽdidior, aut domi lautior, aut in omni luxus ge- ,, nere delicatior. Tibi, inquam, ciuitas iure crediderit, cùm ,, de frugalitate, de continentia, de neglecto corporis cultu, ,, de labore, de vigiliis, de paupertate, de durissimis denique ,, Lycurgi legibus earumq; laudibus disputabis. Ea tempe- ,, state Alexander triremes ex fœdere sibi debitas ab Athenienſibus postulabat. Ei postulationi rhetores Attici magno sunt studio aduersati. Tum Phocion iussus sententiam suam dicere, Ego, inquit, vobis aut armis vincendum sentio, aut victoribus planè obtemperandum. Pytheas homo tunc nouus erat, & nuper in Remp. cùm largiendo, tum populum blandè salutando ascitus: cuius cùm quotidiana dicacitate conciones obtunderentur, Phocion inquit: Tacebítne vnquã homo hic nouus, & populi Athenienſis emptitius? Harpalus ab Alexãdro fugiens cũ ingenti auro ex 54
Asia Athenas traiecerat. Ad hunc certatim continuò confluit magna ciuiũ vis, auri magis, quàm hominis amore cõpulsi, in primisq; oratores, & hi qui quæstum ex pulpito faciebant. Hos Harpalus exigua largitione pellectos facilè sibi emptitios effecit. Vbi verò Phocionis, quẽ ante omnes beneficio sibi deuinctũ cupit, integritatẽ constantiamque intelligit, validiori rete ad huiusmodi aucupium opus esse ratus, septuaginta illi dono talenta mittit, oratque vt sese suasq; fortunas in fidẽ & clientelã accipiat. Indignatus Pho- *Phocionis constãtia.*
cion ad nuntios versus, Auferte isthæc, inquit, hominũ improbissimi, meoq; nomine mœrorẽ & luctum renuntiate

Harpalo, nisi à corrumpenda ciuitate manum abstineat,
55 His verbis sibi metuēs Harpalus, neminem deinceps auro
est oppugnare adortus, paulóq; pòst planè perspexit plus
sibi ex largitionibus detrimenti, quàm commodi compa-
rasse. Mox enim cùm de illo apud populum ageretur, eos
omnes quos donis labefactare quæsierat, vt se sumpti auri
suspicione eximerent, suæ causæ palàm aduersos habuit.
Cōtrà Phocion haud minus veritatis cultor, quàm eiusmo
di criminationis intrepidus, Harpalum apertè defendere,
affirmare tanti viri non esse salutem aspernandā, è Repub.
se putare, vt ille vitam Athenis degens, ciuitatis tēporibus,
si casus dederit, præsto adesse possit. Harpalus his auditis,
gratiam Phocioni quoquo modo referre conatus, vbi ho-
minem vidit, omni vndiq; explorato aditu, velut munitissi
mam arcem, donis inexpugnabilē stare, ad eius generum
Chariclem sese conuertit, hominem sicut ingenio parum
56 integro, ita citò in malam famam ex Harpali cōsuetudine
lapsum. Harpalus itaq; multa Chariclē generum Phocio-
nis familiaritate complecti, ei se suáq; omnia facilè crede-
re, si quid facto consultóve opus esset, eius opera & senten-
tia potissimū vti. Ferúntq; mortua Pythonica nobili scor-
to, quam Harpalus amore insano deperibat, ex eáq; filiolā
sustulerat, condendi magno sumptu sepulchri curā Chari-
cli Harpalum tradidisse. Erat ea procuratio genere ipso
abiecta & sordida, & ignominiam auxit ipsius tumuli te-
nuis, & mentito sumptu minimè respondēs ornatus. Extat
*ἐν Ἑρμείῳ enim adhuc sepulchrū illud *secus Hermium, quà in Eleu-
sinam ex vrbe est iter, in quo nihil omnino conspicitur di-
gnum triginta talentis, cùm tot Charicles reddita impēsa-
ratione ab Harpalo exegisset. Harpalus deinde morbo op-
57 pressus naturæ tandem concessit. Eius filia, quam Pytho-
nica partu ediderat, in Phocionis Charicliq; tutelam reli-
cta, & diligenter ab his & perhumanè educata est. Et cùm
Charicles malè administrate Harpalianæ pecuniæ accersi-
tus reus, frustra oraret socerū, vt suæ causæ patronus ades-
set, Ego te, Phocion inquit, honestis tantū in rebus generū
mihi adsciui. Alexandri mortē Aesclepiades primus omniū
Athenis renunciauit, cui Demades credendū esse negabat,
quia tāti odore cadaueris primo die impleri orbē terrę par
fuerit. Cùm verò populū videret Phocion res nouas molié
tem,

tem, surgētes motus omni studio cōpescebat, ad tumultuo-
sum quenq; accedebat, hortabatur vt certiorem huius mor
tis nuntiū expectarent. Et cùm multi tam ignari veritatis,
quàm nouandarū rerū cupidi pro cōcione clamarent Aescle
piadem vera dicere, Phocion ait: Si hoc hodie verum est, & ,,
eras erit, & perpetuò deinceps verum. Quare per deos im- 58
mortales, viri Athenienses, vos oro, ne præcipites in noua ,,
ruamus consilia, sed grauiter tutéque ita de Repub. statua- ,,
mus, vt nostri posthac consilij non pœniteat. Ea tēpestate ,,
Leosthenis erat Athenis amplissima authoritas. Is ad infe- ,,
renda reliquæ Græciæ arma populū quotidianis stimulis
concitabat: qui cùm Phocionē sibi aduersantē per contem-
ptum rogaret, quidnā toties imperator reipub. profuisset:
Haud parū equidē, Phocion ait, qui ciues meos vt propriis
tumulis conderentur effeci. Huic quoq; superbè multa &
varia de se iactanti, Sermones, inquit tui cupresso sunt pla
nè similes, nam magni sunt, & nullos fructus ferunt. Et
cùm exurgens Hyperides sic Phocionem interpellasset,
Quo igitur tempore gerendum à nobis bellum censebis?
Tunc, inquit, cùm milites videro suos ordines non desere- 59
re, diuites libenter tributum conferre, & oratores à pecu-
latu penitus abstinere. Leosthenes igitur dux tādem ei bel-
lo præfectus cùm ingentes copias coegisset, & multi mor-
tales tum numerū, tum militis ornatum admirarentur, ro-
gatus Phociō qualis sibi ille exercitus videretur, Belle me-
hercules, inquit, ad stadiū decurrendū instructus: longioré
verò belli cursum expaueo, quòd ciuitati nostræ intelligo
neq; naues, neq; militem, neq; pecuniā in supplementū su-
peresse. Quibus verbis paulò pòst astipulatus est ipse rerū
euentus. Vt primùm enim est eductus exercitus, secundo
Marte pugnatum est, Bœotij collatis vtrinq; signis profli-
gati, Antipater in Lamiam fugatus & conclusus. Ea prima
fortuna ciuitatem non minori spe, quàm gaudio inflatam
extulit: ludi per vrbem passim instituti: templis omnibus
& delubris supplicationes gratiaéque diis bene fauentibus
habitæ. Inter hæc nonnullos ferunt, à quibus Phocion de 60
mouendo bello dissenserat, eum exprobrandi gratia rogas- Val. Max.
se, nunquid hæc vellet non euenisse? Quibus ille, Minimè lib. 3. ca. 8.
quidem, inquit, nec me propterea consilij pœnitet mei. Et
cùm frequētes è castris nuntij super aliū alius prosperū ali-

quid quotidie nuntiarent, Nunquámne, inquit, finem his victoriis faciemus? Mortuo in ea expeditione Leosthene, veriti quidam ne Phocion si illi subrogaretur, bellũ in pacem verteret, hominem quendam adornant, sicut ignobilẽ fama & genere, ita pulchrè ad mentiendum instructum. Hic dum imperatoria haberentur comitia, exurgens ait: Se teneris ab annis Phocionẽ non vulgariter dilexisse, primámq; pueritiam sub eodem præceptore, & reliquam deinde ætatẽ secum familiariter exegisse: se cùm beneuolentia, tum illius virtute adductum, de salute hominis solicitè
61 cogitare. Tanti viri vitæ ac laboribus esse parcendũ, illũ angustioribus reip. temporibus seruandum, cui neq; similem ciuitas, neq; proximũ quenquam haberet. Abundè idoneum esse Antiphilum, qui huic imperator bello perficiatur. His commentis cùm populum in suam sententiam traduxisset, accedẽs ad eum Phocion, Ego te, inquit, nulla ætate condiscipulum, nulla familiarem aut cognitum habui, & amicum ex hoc die perlibenter accipio, quem intelligo quaqua ratione adductũ & commodis & saluti meæ consuluisse. Athenienses ira perciti arma videbantur in Bœotios esse moturi. Cœpit Phocion per id temporis imperator, incensæ multitudini primùm obsistere: tunc nonnulli eius capiti metuentes, illum hortari vt ab incœpto desisteret, cædem ei paratã esse si insanæ plebi semper aduersus, cum il-
62 lius ira & furore pugnauerit. Quibus Phocion: Iniuria equidem peream, si pro salute reip. certans cecidero: si verò contrà, iure & magno meo occumbã merito. Ast vbi vidit nihil se consilio aut verbis proficere, populúmq; furentem in bellum & arma ruere, astu illos cohibẽdos ratus, quãprimùm edici per præconẽ iubet, omnes qui intra septuagesimum annũ ac pubertatẽ essent, statim dimissa concione armatos adesse. sumptóq; quinq; dierum commeatu, sese confestim sequi. Ortus continuò tumultus est. Nam hi quos iam ætate confectos inualidum corpus ipsáq; naturæ lex emeritos fecerat, edicti crudelitatẽ acrius incusabãt. Quibus Phocion: Quid hoc intemperiarum est? quidnam ego iniuriæ vobis facio, si & ipse octogenarius in armis adero? Hac siquidem arte mutatos illos à belli impetu ad quietẽ
63 otiúmq; traduxit. Sub idem tempus nuntiatum est Mitionem cum frequenti Macedonum manu, multóque item

merce

mercenario milite oram maritimã crebris excursionibus deuastare, & ad Rhamnusium vsq; progressum omni belli clade adiacentẽ agrum peruadere. Tum Phocion raptim coactas educit copias, Macedoni quàm celerrimè occursurus. Castris itaq; intra cõspectum hostium positis, cùm pleriq; ex suis aliunde alius ad eum concurrerent, atq; officio velut imperatorio fungentes dicerent, hic quidem, proximum esse tumulum pedite occupandum: ille, Macedonem equite circunueniendũ, alius aliunde hostẽ odoriendũ: stomachatus tandem, O Hercules, inquit, vt multos hîc imperatores hodie video, at paucos milites. Suis deinde in aciẽ explicatis, vnũ ex militibus videt relicto ordine aliquantò
64 lõgius in hostes prodire. Hic deinde cõspecto Macedone qui acer in armis sibi pugnaturus occurrerat, pedẽ metu referens, sese cõtinuò in pristinũ locũ recepit. Tum Phocion: Non te, inquit, hominum ignauissime, bini iam deserti ordinis pudet? nam & quem imperator locũ tibi decreuerat, & quem tute tibi locum delegeras, reliquisti. Cõserto itaq; prælio, breui mora profligatum hostem longè lateq; disiecit. Fuit ea victoria cùm ipsius Mitionis, tum aliorum nobiliũ cæde insignis. His ita gestis, Leonatus accitis ex Asia Macedonibus, Græcas quoq; copias in Thessalia cum Antipatro iungit. Pediti præerat Antiphilus, Menon Thessalus equiti. Hos Phocion cruento Marte superatos fudit. Cecidit in eo prælio Leonatus, infesto telo acriter dimicando traiectus. * Secundum hanc Craterus cum ingenti militũ vi ex Asia traiecit in Græciam. Cum eo quoque instructis copiis in Cranone pugnatum est. Anceps diu certamẽ fuit,
65 cessitq; tandem Græcus viribus aliquantò inferior, haud magna tamen accepta clade, pauciq; ferro absumptis: quã quam Græci paulò pòst in Antipatri potestatem sua culpa redacti sunt, tum ob contemptos ab se duces, quos nec ætas nec rerum vsus, nec gubernandi peritia imperio dignos ferebant, tum etiam ob ipsorũ ignauiam, qui vt Antipatrum viderunt suis admotum mœnibus, vano metu perterriti, & vrbes, & libertatem pariter tradidere. Post hæc Antipater infesto agmine Athenas petiturus videbatur, tũ Demosthenes, Hyperidesq; capitis metu ex vrbe cesserunt. Erat ea tẽpestate Demades & senatu, & omni publico eiectus munere, cui neq; comitiis interesse, neq; vlli consilio publico tũc

liceb

* ἐπλεῖν δὲ ὑστερικόν

licebat:quia pecuniam qua illum Athenienſes multauerãt (ſepties enim falſi damnatus fuerat) nondum ſoluerat ob
66 inopiam. Is igitur priſtina ſibi ob iniquitatem temporum vſurpata licẽtia,tulit ad populum vt legati an Antipatrum de pace acturi cũ imperatoria poteſtate mitterẽtur. Plebs metuens ad Phocionem ſtudioſè confugere, eius opem & conſiliũ implorare, illi vni ſuã patriæq; ſalutẽ cõmittere. Quibus Phocion:Si mihi creditũ, inquit, eſſet tunc, cùm otioſus vobis conſulebã, haud nunc profectò tumultuãtes conſuleretis,cui potiſsimùm vos veſtráq; credere debeatis. Cùm Demadis ergo ſententia populo placuiſſet, Phocion omniũ cõſenſu legatus ad Antipatrum mittitur. Hic tunc in cadmea ſtatiua habebat,reficiendo armandoq; militi intentus,vt inde in Atticũ agrum irrumperet. Phocion primùm omniũ ab Antipatro petit,vt Atticis finibus, quoad
67 agatur de pace, abſtineat. Craterus iniuſtè id à Phocione peti dicebat:negabat enim prudentis eſſe aut boni imperatoris,exercitũ ex ſociorũ agris atq; opibus alere, quem tutò liceat hoſtili præda paſtũ locupletare. Tum Antipater apprehenſa legati dextera,Danda eſt,inquit,hæc Phocioni noſtro gratia:de cæteris verò iuſsit ſic ipſis Atheniẽſes rem permittere,quemadmodũ in Lamia Leoſtheni permiſiſſet ille. Inde Athenas rediens Phocion,vbi populi conſenſu firmata ſunt omnia. Thebas continuò aliis cum legatis emittitur. Horum principem conſtat Xenocreatem fuiſſe philoſophum,cuius de vita,moribus,virtutéq;,tanta fuit mortalium ea tempeſtate opinio,tanta nominis apud omnes fama;q; celebritas,vt vulgò crederetur,nullum eſſe hominis tam crudelem, nullum ita ferum & concitatum animum, quem non vel ſolus Xenocratis conſpectus ad manſuetudi
68 nem,ſuiq; venerationem & amorẽ traduceret. Sed fefellit hanc hominũ opinionem ingrata quædam Antipatri & bonis infeſta malignitas. Nam cæteros legatos humanè complexus,hunc vnum non dico non ſalutare,ſed nec aſpicere quidem ſuſtinuit. Tum Xenocratẽ bene ſecum agi dixiſſe ferunt,ſi ſe vnum Antipater ſuæ in Athenienſes ingratitudinis & perfidiæ vereatur teſtem. Eum deinde dicere incipientem,tacere tandem cùm obſtrepẽdo, tum aduerſando & comminitando coegit. Phocion itaque cùm poſt Xenocratem ſuæ ciuitatis cauſam peroraſſet,Antipater in amicitia

Xenocrates philoſophi authoritas.

tia ſe populi Athenienſis manſurũ reſpondit, permiſſurũq; vt ibi patriis legibus viueretur,ſi Demoſthenes ſibi & Hyperides dederentur:ſi magiſtratum more maiorum à cenſu creauiſſent:ſi ſuum præſidium in Munichiã Athenarum arcem accepiſſent:ſi deniq; abſumptam eo bello pecuniam, acceptáq; damna reſarcirent. Has cæteri legati conditio- 69
nes læto excipiunt animo:at Xenocratem dixiſſe fama eſt, ſeruis illas adeò bellè modeſtas fore,liberis verò ſicuti duriſsimas,ita & repudiandas omnino. Cùm autem Phocion oraret Antipatrum, vt arcem vellet eiúſque præſidium in Athenienſium manere poteſtate,nonnulli Antipatrũ ita reſpondiſſe tradunt:Volumus equidem omnia tua gratia facere,his exceptis quæ aut tibi perniciei,aut nobis periculo venire poſsint. Quanquam alij nõ hæc dixiſſe ſcribunt Antipatrum,ſed rogaſſe Phocionẽ,vellétne vas eſſe pro Athenienſium fide & conſtantia,ſponderéq; populum,ſi arcem illi & præſidium reliquiſſet,in pace ſuáq; amicitia permanſurum,nihil tumulti poſthac cõtra ſe excitaturum. Tacente Phocione, & repetenti hæc verba Antipatro nihil præterea reſpondente, Carabum quendam Callimedontem procacem hominem & libertatis hoſtem acerrimum proſilientem dixiſſe tradunt: Etſi ſpoponderit hic, eíne cre- 70
des Antipater? Athenienſes itaq; accepere præſidium,cuius fuit præfectus Menyllus,homo & ingenio miti,& Phocioni neceſsitudine iunctus. Viſa eſt nobiliſsimæ ciuitati triſtis nimiùm & ſuperba ac inſolens ea conditio, nec tam ad Antipatri firmandam potentiam, quàm oſtentandæ licentiæ,inferendæq; contumeliæ cauſa excogitata. Auxit autem hominum luctum atq; mœrorem tempus ipſum:nam ad XIII. Calend. Nouembris in arcem eſt accepta cuſtodia,quo ſcilicet die magnorum myſteriorum Athenis agebantur ſolennia,& Iacchus,hoc eſt,Liber pater, in Eleuſinam ex vrbe tranſmittebatur. Igitur hæ deorum immortalium cæremoniæ haud minori Græcorum celebritate, quàm veneratione confici ſolitæ, cùm armorum ſtrepitu, tumultúque militari confunderentur, plurimis occaſioni fuere mortalibus, vt extinctum clariſsimæ ciuitatis ſplendorem, obrutámque dignitatem lamentis & fletu conquererentur. Exactam ſuperioris æui felicitatem cum prę- 71
ſenti calamitate conferebant. Repetebãt animo myſticas illas

illas & voces & visiones, quas melioribus reip. temporibus incredibili admiratione stuporéque vel ipsi Athenarum hostes excipiebant, vt deorum numina tunc viderentur id sibi ex omni terrarum orbe clarissimum domicilium delegisse: nunc verò deos ipsos velut iratos venisse spectatum Græciæ miserias atque ruinam, & quasi exprobrata superiore fortuna, nunc ignominiæ causa sanctissimum ex omnibus & iucundissimum cõtaminasse diem, vt qui lętissimus esset antea appellatus, nunc mutato nomine miserabilis, mœstúsq; & sibi & posteris diceretur. Memoriæ verò proditũ est, paucos ante, quàm hęc euenissent, annos Dodonides oraculum Athenienſibus edidisse, quo consulebant arcem Palladis ab
72 externis viribus diligentissimè custodiri. Item per eos dies ferunt, quibus euenerunt hæc, victimas mysticis infulis circunuolui solitas, mutato colore atras ex puniceis vno temporis puncto factas, cùm pristinum tamen colorem reliqua omnis priuata supellex retinuisset. Et sacerdotem aiunt cũ porcellum tranquillo in portu lauaret, cetum derepentè emergentem ab imis corporis partibus ad ventrem vsque deglutiuisse, quasi dea ciuitatem hoc voluerit monuisse prodigio, vt superiores vrbis partes maritimis inferioribusque amicis custodirent. Menillus milites quos secum in præsidium duxerat, ab omni prorsus iniuria ita continuit, vt nihil triste Athenienſibus intulerit ea conditio. Eos qui ex fœdere ob inopiam & egestatem è ciuitate sunt eiecti, supra duodecim millia fuisse tradunt, quorum pars in vrbe manẽtes hac noua dehonestati cõtumelia, spectaculo mortalibus erant: parsrelictis patriis laribus in Thraciã migrauere, vbi cùm agrum illis Antipater & vrbem definiuisset, quodam
73 inclusi velut carcere videbantur. Indignus autẽ Demosthenis in Calabria Hyperidisq; apud Cleonas interitus, de quibus alio diximus loco, Alexandri Philippiq; nedum extinxit odium, verumetiam desiderium excitauit, licuitq; Athenienſibus id tunc dicere quod agricolam quendam in Phrygia dixisse constat. Nam posteaquam trucidato Antigono occisores eius rerum potiti, omni genere iniuriarum mortales sibi subiectos affecerant, agricola quidam agellum fodiens rogatus quidnam faceret, Ego, suspirans inquit, Antigonum quærito. Hoc ipsum licuit per id tempus Athenienſibus dicere, cupere scilicet se Philippum, Alexandrum

drúmque. Meminerant enim quantus fuisset in regibus illis splendor animíque maiestas, quanta rerum gestarum gloria, quantum in omni regia virtute lumen atque pręstantia, quos tametsi hostes sibi, iratósque habuissent, fuisse tamen illorum, vt in animo celso generosóque, facilem iram atq; placabilem. Contrà vero Antipatri truculentum & crudele 74
imperium eò erat omnibus durius, quò aspectu fœdo, deformíq;, sordido & populari amictu, victu parco planéque vulgari, regis speciem ac dignitatẽ mentiebatur. Atqui Phocion precatus Antipatrũ, cõplures exilio soluit, multisq; itẽ quorum vnus Agonides syco phãta fuit, effecit vt Pelopõne sum habitare liceret, néve vt cæteri Græcia eiecti ad incolendum Tænarum, aut Ceraunicos saltus relegarentur. Interea Phocion ciuitatis cura suscepta, eos qui ingenio fuissent miti & vrbano, magistratibus honestabat. Seditiosos, & nouæ fortunæ cupidos, quos nec impositum iugum, nec ablata calcitrandi licentia satis edomuisset, ad telluris & a- 75
grorum colendorum curam studiúmque conuertit. Xenocratem verò ex inquilinorum ordine cùm in ciuium numerum transferre vellet. Nunquam, inquit ille, committam vt eius ciuitatis appeller ciuis, quæ ne talis fieret, omni diligentia legatus elaboraui. Cùm verò Menyllus Phocioni pecuniam dono misisset, respondisse illum tradunt, Alexandro Menyllum neque esse præstantiorem, neque honestiorem nunc esse sumendi occasionem, à quo etiam maiora repudiarit. Cùm autem à Menyllo eam vt Phocio filio sumendã permitteret rogaretur, Phocius, inquit, filius si vitam & mores composuerit, viuet ille quidem paterna hæreditate contentus: si prodigus, vt est, impurúsque perstiterit, nec argentum hoc satis futurum scio. Antipatro autem iniustum quippiam ab eo per nuntios flagitanti, Non habebit me, in
quit, & amicum pariter, & assentatorem Antipater. Antipa 76
trem quoque plerunque dicere solitum accepimus, duos Athenis sibi esse amicos, Phocionem, Demadémque, quorum alteri nunquam potuisset vt caperet suadere, alterum nunquam potuisset largiẽdo explere. Paupertatem etenim Phocion, quasi præcipuum aliquod virtutis decus & argumentum excoluit, qui Athenienſium toties imperator tantam opulentissimorum regum beneuolentiam consequutus, omnem tamen ætatem pauper diuitiis contẽptis exegerit.

At

At verò Demades ingentes diuitias sicuti quæsitas turpiter, ita luxuriosè dissectas profudit. In quo quidem non necessitas, non ratio, non honestas, sed sola libido modum sumptibus statuebat, qui sibi laudem ex impensis non modò turpibus, verumetiam patria lege vetitis quæritabat. Nam cùm Athenis esset lex, quæ peregrinum vetaret publicis ludis in theatro saltare, & mille drachmarum multa indicere tur ludi præfecto, qui saltatorem eiuscemodi induxisset,
77 Demades cùm ludos ipse pararet, pœna nihilominus quâ legis veneratione neglecta, centum & eo amplius magno vndique studio conquisitos aduenas saltatores in theatrum admisit, millenásque pro singulis exoluit drachmas. Demææ verò filij nuptias regio splendore parauit, in quibus eum ita filio locutum accepimus: Matris tuę nuptias ô Demea, vix vel vicinorum quisquam sensit cùm ducebatur, cùm tuæ nunc & principibus, & regibus celebratæ sint. Cupiebant vehementer Athenienses Macedonum leuari præsidio, Phocionémque propterea importunius ea de re agitabant, quasi is vnus esset, cuius dignitati ac beneuolentię id ab Antipatro facilè donaretur. Phocion siue consequendæ rei desperatione perterritus, siue, id quod arbitror, populũ ratus modestiorem hoc metu quietiorémque in ciuitate futurũ, nullis adduci precibus potuit, vt id muneris vellet ac
78 cipere. Tributũ verò vt in aliud differretur tempus, libens ab Antipatro impetrauit. Populus à Phocione conuersus ad Demadem, facilè illi suadet vt pro auferendo præsidio legatus proficiscatur. Demades sumpto secum Demea filio, in Macedoniam venit, fato quodã tunc, vt videtur, eò profectus, quo tempore lethali valetudine Antipater tenebatur. Nam Cassander, cuius erant primæ partes apud Antipatrũ, Demadis ad Antigonum literas nuper interceptas habebat, quibus illum ex Asia ad occupandã Græciã iam velut ex putri veteréque filio pendetem accersebat, Antipatrum scilicet filium putre per contumeliã appellãs. Cassander, vbi primùm istuc ventum est, parentẽ natúmq; iubet prehendi. Primus Demeas intra paternos finus carnifici iugulum de-
79 dit, ita vt Demades cruore nati fœdatus, flebile cunctis mortalibus spectaculum fuerit. Ipsum deinde patrem multipliciaffectum contumelia, & proditorem ingratumque sæpius vocitatum, tandem crudeliter trucidauit. Antipater moriens

Demadis miserabilis exitus.

moriens Polyperchontã imperatorem cõstituit, tribunum verò militum Cassandrum. Hic rege vita functo in spẽ occupandarũ rerum elatus, omni sublata mora Nicanorem perinde ac Menyllo suffectum Athenas mittit, qui Munychiam antequã Antipatri vulgaretur mors, ab illo recipiat. Quod cùm cessisset è sententia, paulò pòst re patefacta, Phocionem populus insimulare, quasi ille Nicanoris gratia cognitam Macedonis mortem silentio contexisset. Phocion populari leuitate neglecta. Nicanorem nihilominus conueniens in longã diem secum tracto sermone, beneuolum eum mitémque Athenienſibus reddidit, à quo etiã vt theatricos ludos ad leniendũ mœroré populi multo sumptu & 80
splendore instrueret, impetrauit. Secundũ hęc Polyperchõ, cui relicti filij curam liquerat Antipater, dolo & astu cum Cassandro agendum ratus, epistolã regis nomine Athenas mittit, qua se illos scribit pristinæ restituere libertati, permittereq; vt more patrio, veteréque lege ciuitas gubernaretur. Eo consilio insidias Polyperchum sese Phocioni parare credidit. Nam cùm constituisset animo Athenas in suam redigere potestatẽ, nihil se, non electo Phocione, consequuturũ putauit. Phocionem autem facilè perditũ iri, si electa ex fœdere cum Antipatro paupertas in ciuitatem reciperetur, & si factiosi & populares rempub. nanciscerentur dein tegro. Igitur cùm motus ob hasce literas excitarentur Athenis, videretúrque plebs ad res nouandas plurimum inclinata, Nicanor populi colloquium petens, in Pyræum coacto 81
ibi senatu pręteriit, sese corpusque ac salutem solius Phocionis fidei tradẽs. Dercyllus interea, quẽ regis nomine Attica tunc regio præfectũ habebat, insidias Nicanori parat, vt eo capto, Cassandri deinde præsidium Munychia eiiciat. Præsensit dolos Nicanor, & in Munychiam permittẽte Phocione ne sese repentè recipiens, cùm Dercylli fefellisset insidias, putabatur vlciscendæ iniuriæ gratia aduersus vrbem confestim arma moturus, propterèque Phocionem vulgò incusabant, quòd Nicanori fugiendi fecerit potestatem. Contrà Phocion sese aiebat securum omnis periculi esse, & Nicanoris promissis ita fidere, vt ex eo nihil penitus speraret hostile. Quod si secus ac ipse putabat euenisset, malle se tamen acceptæ, quàm illatæ iniuriæ & pigere, & reum esse. Hoc si Phocionis dictum in se nudũ cõsideres, videbitur illud profectò

fectò honesti, constantis & fidelis animi imaginẽ planè re-
82 ferre: sin autẽ ad patriæ conuertas pericula, meminerísque
illam non hominis priuati, sed summũ gerentis magistra-
tum vocem fuisse, nescio an paulò seuerior illa fuerit, q̃ vel
patriæ pietas, vel magistratus iura, vel necessitudo ciuium
postulabat. Nam quòd Nicanorem permiserit Munichyã
repetere, non id fecit quia ciuitatem suspicaretur in mani-
festum bellũ impingere, sed amicitiæ iura, datámq; à se Ni-
canori dextrã suo huic crimini prętẽdebat, arbitratus quie-
turũ illum promissæ sibi pacis pudore, nihil tumulti, nihil
iniuriarum Athenienſibus illaturum. Aliis etenim argumẽ
tis planè perspectum est Phocionẽ illi longè plus æquo cre
didisse, quẽ cùm palàm pleriq; criminarẽtur, quòd Pyræo
pararet insidias, trãsmitterétque peregrinum militem quo
tidie Salaminam, & multos item Pyræi accolas auro sibi
conciliaret, non adhibuit aures Phocion, falsas eas esse ca-
83 lumnias arbitratus. Quin & Philomedẽ Lampreũ contem-
psit, qui eiusce suspicionis metu ad populum tulerat, vt o-
mnes arreptis armis ad imperatoris signum præsto essent.
Nulla enim ratione adduci potuit, vt iis, quæ Nicanor con
tra ciuitatem moliebatur, adhiberet animum, quoad ille è
Munychia impetum cum armatis faciẽs, fossam Piræo val-
lúmque circunduxit. Tum Phocion tumultuantem popu-
lum frustra conatus educere, & odio & contemptui omni-
bus erat. Dum hęc ita geruntur, Polyperchon Alexandrum
filium cum ingenti armatorum numero mittit in speciem
quidem ferendæ Athenienſibus opis contra Nicanorem, re
autem ad subigendam, si posset, vrbem intestino iam mor-
bo languentẽ. Fauebant ei exules ferme omnes, quibus suo
iam beneficio restitutis ciuitate frui licebat: fauebat ege-
norum turba, qui reipub. per illum redditi, eo potissimùm
pacto relaturi gratiam videbantur. Concio igitur ex omni
84 mortalium colluuione congeritur, in qua electo magistra-
tu, Phocioni nouos imperatores suffi ciunt. Nec Athenę hoc
vnquam periculi effugissent, ni crebri clandestiníque Nica
noris cum Alexandro congressus prope mœnia sępius de-
prehensi, illorum patefecissent concordiam, & Athenienſes
eius periculi cautos reddidissent. Secundũ hęc Phociõ reus
proditionis accusante Agnonide accersitur. Eo metũ per-
territi Pericles & Callimedon clàm se ex vrbe surripiunt.

Phocion

Phocion & ipse relicta vrbe ad Polyperchontem se confert
cum paucis, cum quîs & Solon Platæensis, & Dinarchus Co
rinthius sunt profecti, ambo Polyperchonti necessitudine
& familiaritate coniuncti. Cęterùm Dinarchus morbo Ela
teæ correptus, complurium dierum morã itineri illorum ad-
iecit. Hoc interim spatio rogationem tulit Archestratus,
suadẽte Agnonide, populóque probante, vt qui Phocionem
accusarent legati ad regem continuò mitterentur. Eodem 85
tempore & ipsi legati & Phocion Polyperchõtem peregrè
cum rege profectum assequuntur ad Pharygas. Is est Phoci
dis vicus in radicibus montis positus, quem Galatam nunc
vulgò appellant. Ibi Polyperchõ aurea vmbella posita, cùm
sub illa sedentem regem cõstituisset, Dinarchum continuò
comprehendi iussum variis affectum suppliciis iugulat. De
inde legatis Athenienſium potestate dicendi facta, in ipso sta
tim consessu tumultuari & mutuis accusationibus concla-
mari cœptum. Tum Agnonides, Mittite nos, inquit, Athe-
nas omnes & vinctos, & vna conclusos cauea, vbi de cuiusq;
supplicio populus decernat ac statuat. Eam vocẽ in risum 86
regem soluisse fertur. Macedones autem & peregrini quos
audiendi desiderium traxerat, vt eo in loco accusatio insti-
tuerẽtur legatis innuebãt. Fuit in eo iudicio partium perini
qua conditio: nam Phocioni dicere pergenti sæpius obstre-
pens Polyperchon, baculo tãdem tellure percussa abactum
illum silere coegit. Hegemonem verò suæ in populum fidei
& beneuolentiæ Polyperchontis testimonium imploran-
tem, cùm illi Polyperchon respondisset iratus vt desineret
improbè de se coram rege mentiri, prosiliens rex eum pilo
trãsuerberasset, ni Polyperchon illum extemplo comple-
xus cohibuisset. Eius tumultus causa solutus consessus est.
Tum Phocion & qui cum eo aderant, lictoribus custodien-
di traduntur: reliqui eius comites, quos melior fortuna tunc
forte absentes fecerat, mutata veste, capitéque velato, salu-
tem sibi fuga comparauerunt. Illos itaq; Cletus vinctos 87
reduxit Athenas, non tam, vt aiebat, quòd de illorum crimi
nibus iudicato statueretur, quàm vt capite plecterẽtur iniu
dicati. Fuit id spectaculum cunctis mortalibus & mœstum
& miserabile, viros illustrium factorum, omníque laudis
gloria præcellẽtes, latronum more compeditos, plaustríq;
inuectos per Ceramicum (id erat scortorum diuersorium)

Ελάτεια πόλις μεγάλη φωκική.

ſpectante populo in theatrum peruehi: quos ibi Cletus ignominiæ cauſa tandiu detinuit, quoad ex omni hominum labe concio à magiſtratibus aduocata eſt, à qua non mancipium, non peregrinum, non lenonem, non perditiſsimum denique quempiam excluſum fuiſſe ferunt, ſed volenti cuique & theatrum, & pulpitum patuiſſe. Hîc regis pro concione recitantur literæ, in quibus manifeſtò ſe reos proditionis illos deprehendiſſe ſcribit, populóque Athenienſi iudicandi facere proteſtatem, quippe qui liber iam & ſuis
88 legibus viueret. His lectis, cùm Cletus eos diſtraxiſſet in medium, optimus quiſque crudelitate facinoris miſericordiáque perculſi, faciem velare, oculos à tam truci flebiliq; ſpectaculo prohibere, ſolem nihil vſquam crudelius, nihil vidiſſe indignius affirmare. Fuit inter hos qui ſurgens in media concione dicere paulò liberius auderet, ſeruum ſaltem eſſe & peregrinum quenque eo conſilio abigendum: regem iudicandi arbitrium populo permiſiſſe, non vt neſarie iniuſtèque, ſed vt legitimè, ritè, ſanctè, de ciuium capite ſtatueretur. Huic voci plebs inflammata obſtrepit, conclamat aduentaſſe iam diem, quo hanc paucorum potentiam funditus deleri oporteat: perdêdum eſſe quicunq; multitudinem oderit, rem Atticam alio iam pacto ſtare non
89 poſſe. Ad ea cùm nemo deinceps reſpondere auderet, Phocion ipſe inter furêtis turbæ tumultum & voces vix auditus. Nunquid nos, inquit, iure, an iniuria necari par ducitis? Illis verò, Iure, clamantibus, Quona modo igitur, inquit, de inauditis iure decernitis? Et cùm nihilo tamẽ attentius audiretur, procedês paululum, Ego, inquit, me capitis reum profiteor pro his, quæ in repub. & geſsi, & ſæpe conſului. At iſtos, ô viri Athenienſes, quid eſt cauſæ quãmobrẽ nihil vobis iniuriatos occidatis? Cui cùm reſpõdiſſent, quoniã tibi amici ſũt, ſecedês Phocio tacitus quieſcebat. Tunc Agnonides decretũ recitat iã pridẽ ab ſe conſcriptũ, cuius hæc ferme ſentẽtia: Populus hos ſi reos obiecti criminis iudicarit, capite plectantur. Hoc audito, fuere nõnulli tanta immanitate animi, ſæuitiáque, vt decreto id vnũ deeſſe dicerent, Phocionem ſcilicet non antè necari, quàm variis eſſet curciatibus & tormentis afflictus, iubebántque induci rotam inſpectante theatro, & ipſos cum flagris & ſecuri
90 bus carnifices expediri. Agnonides ſeu quòd id egris auribus à Cleto auditum aduertit, ſeu quia facinus ipſum & barbarum, & crudele nimium exiſtimauit, Cùm Callimedontem, inquit, maſtigiã, ô Athenienſes, damnabimus, tũc ea ſupplicij crudelitate ſequire licebit: in Phocionẽ verò nihil tale laturus ſum. Huic quendam ſummiſſè dixiſſe tradũt, Rectè facis Agnonides, nam ſi excruciabitur Phocion, tibi quid faciemus? Poſt hæc cùm ad ſcrutandam ſententiã populi circunducerentur vrnulæ, nullis vt in cuerſa concione ſedentibus, quibuſdam etiam coronatis, vt plectetentur capite iudicatum eſt. Fuere cum Phocione damnati Nicocles, Thudippus, Hegemon, & Pythocles. Demetrium verò Phalereum, Callimedõtem, Charicleem, aliósque nonnullos qui fortè tunc aberant, & hos mortis decernũt reos. Cõcione dimiſſa, cùm damnati in cuſtodiam ducerentur, cæteri quidẽ inter poſtremos amicorum familiariúmq; com-
91 plexus fletu & lamentis miſere complebant omnia: at Phocionem cerneres eodem oris habitu incedentẽ, quo domũ olim ſolebat imperator à cõcione reduci. Nec minorem ad miserationis, quã miſericordiæ occaſionẽ viri vultus & geſtus, animiq; cõſtantia & magnitudo mortalib. afferebat. Aduerſarios tamẽ eius tanta fuiſſe animi atrocitate, tãta crudelitate & impudentia dicitur, vt obuiã inter ducendum ſæpius faſti, certatim illum probris & maledictis inceſſerent, auderétque ex his vnus ſputis eius ora fœdare. Tunc Phociõ ad magiſtratum conuerſus, Cohibebitne quiſpiam, inquit, hodie huius hominis petulantiã atq; ineptias? Atqui Thudippo, cùm hic iam tritum poculoq; infuſum venenum cõſpiciens horruiſſet, fleretq; calamitatẽ hanc & crudelis iudicij indignitatem, accedens propius Phocion, Non te ſolatur, 92
inquit, quòd iam es cum Phocione moriturus? Rogatus ab amicis ſi quid Phocio filio nomine ſuo dici vellet: Volo equidem, inquit, ne ſcilicet illatæ mihi ab Athenienſibus iniuriæ remiſſeatur. At cùm ab eo peteret Nicocles is quem fideliſsimũ ſemper omniumq; chariſſimũ habuit, vt priori ſibi liceret haurire venenum: Durum id mihi quidẽ, inquit, ô Nicocles, moleſtúmque, tamen & hoc tibi concedendum eſt, cui nihil vnquam in omni vita negandum putarim. Igitur cũ & reliqui omnes poculũ priores ſumpſiſſent, defeciſſe venenũ dicitur: carnifex verò ſealiud niſi duodecim prius acceptis drachmis daturum negabat, tanti enim vnciam

Phocion capite damnatus.

venire aiebat. Tum Phocion vbi hominem vidit in propo-
sito stantem, ne morti fieret mora, ex amicis vnum aduo-
cans, Quandoquidem, inquit, gratis emori Athenis non li-
93 cet, hunc, quæso, pretiũ dato. Erat tunc Munychionis men
sis vndeuigesimus dies, quo tempore equester ordo Ioui so-
lennem afferebat pompam. Horum pars in speciem luctus
coronas auferentes, pars flendo ad carceris fores cõuersi, eo
pacto præstantissimi & innocentissimi ducis interitũ orna
uere. Nec mortalium quisquam fuit, in quo non fuisset aut
feritate naturæ, aut ira, aliáque acerbitate penitus extincta
humanitas, qui non impium & nefarium duxerit, diem il-
lum sanctissimum semper, & populo Athenienſi sacrum
atque solennem, hoc publico piaculo fuisse pollutum, & ca
stas per id saltem temporis manus à tam impio scelere non
Athenienſiũ in Phocionẽ mortuum crudelitas. seruasse. At eius inimici, quorum nondum erat in viuum sa
tis explicata crudelitas, mortui quoque corpus atrociter in
sectati sunt. Illud enim nullo prorsus igne succẽso, nullo fu
nesto lumine, nulla denique non honoris modò, sed ne hu
manitatis quidem significatione, Atticis exportari finibus
94 edixerunt. Dicitúrque ex illius familiaribus neminem
eius corpus contingere ausum, sed Conopionem quendam
curandis funeribus quæstum facere solitum, mercede acce-
pta in Eleusinam deportasse cadauer, ibique igne ex agro
Megarico sumpto, id concremasse. Indigenam verò mulie-
rem cum ancillis aliquot inane ibi cõstituisse sepulchrum,
atque diis manibus, vmbráque Phocionis inferias parentas
se. Hanc ipsam tradunt collectos cineres, gremióque recon
ditos, intra domesticos lares tellure defossos sepeliuisse, di-
xisséque, Ego vobis chari penates, innocentissimi viri reli-
quias custodiendas trado, vos illas patriis laribus, si quando
resipiscant Athenæ, redditote. Nec multò pòst cùm res ipsæ
edocuissent qualem Athenienses præsidem, qualem reip. o-
mnísque iustitiæ perdidissent custodem, statua illi ærea ius-
su populi constituta est, eiúsque inuentæ reliquiæ publicis
95 sumptibus tumulo sunt mandatæ. Accusatores autem eius
Agnonidem quidem capite damnatum interemerunt. Epi-
curum verò & Demophilum vrbe profugum Phocionis fi-
lius proprio telo estvltus. Phocius intemperans perditúsque
puellam apud lenonem quempiam eductam miserè deperis
se dicitur, eúmque Theodorum Atheum fortè aliquándo au-
diuisse

diuisset in Lycæo huiusmodi ratiunculam concludẽtem: Si
amicum alere honestum est, & amicam vtique haud turpe:
quòd si cum socio viuere fas non est, nec cum socia honestè
licebit. Hac ratione iuuenis tanquam sana ad intemperan-
tiam suam abusus, amicam seruauit. Hæc sunt quæ in Pho-
cionis vitam congerenda putauimus, cuius sanè interitus
luctuosam Socratis memoriam excitauit. In ambos enim
sicuti pari Athenienſium ingratitudine, ita nec dispari Athe
narum incommodo animaduersum est.

Cato Vticenſis.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE

CATONIS genus principium digni- 1
tatis & gloriæ sumpsit à proauo Cato-
ne viro in primis claro magnáque au-
thoritatis, vt à nobis in ipsius vita scri-
ptum est. Relictus est autem Cato pa-
rentum orphanus vnà cum fratre Cæ-
pione & sorore Porcia. Erat & Seruilia
Catonis soror ex matre: & hi omnes apud Liuium Drusum
auunculum suum, virum & eloquentia & sapientia præstan
tem, qui per id tempus princeps ciuitatis erat, educabantur.
Ferunt autem statim à pueritia constantiam & seueritatem
Catonis conspicuam fuisse. Vim nanque habebant vltra æ-
tatem eius incepta, adulantibus asper, terrentibus aduersus,
tardus ad risum, vt perrarò vultum remitteret. Ad iram 2
non facilè labens, sed cùm in eam deuenerat, implacabilis.
Ad magistros autem disciplináque delatus in discendo qui
dem tardus erat. quæ verò semel didicerat, memoriter reti-
nebat: quod in cæteris quoque naturâ fit, vt qui celeri inge-
nio sunt, non multùm memoria valeant: qui verò cum labo
re percipiunt, hi sunt perceptorum tenaciores, propterea
quòd velut inuritur quicquid ab huiusmodi ingeniis disci-
tur. Videtur autem ipsa inflexibilitas mentis, causa fuisse vt
Cato in discendo tardior esset. Nam passio nimirum quæ-
dam est disciplina, & vt quisque infirmior est ad resistẽdum,
ita facilius in sentẽtiam trahitur. Itaque & iuuenes, quàm se
nes, & ægri, quàm sani, facilius credunt: & in vniuersum vbi

quod fluctuat imbecillissimum est, quod suggeritur maximè procliue. Pædagogo tamen, vt aiunt parebat Cato, omniáque faciebat illius iussu, singulorum verò causas ratio
3 nésque ab eo efflagitabat. Erat illi pedagogus Sarpedon, homo comis atque vrbanus, & qui verba magis, quàm verbera in promptu haberet. Puer adhuc cùm esset Cato, Latini summo studio conati sunt vt in ciuitatem reciperentur. Qua de causa cùm Põpædius Syllo vir militaris, summæq; inter socios authoritatis, propter amicitiam quæ sibi cum Druso erat domi eius multos dies obuersaretur, puerisque familiarior factus, eos rogasset vt socios populi Romani in impetranda ciuitate apud auunculũ iuuarẽt, Cæpione id se facturum comiter significante, Catone verò nihil ad hoc respondente, sed oculis toruè in hospites fixis & intentis, Quid tu, inquit Pompædius, ad hæc iuuenis, respõdes? nũquid non iuuare hospites apud auunculũ quemadmodũ frater potes? Vbiverò nihil Cato respõdisset, sed taciturnitate
4 & vultu negare videretur, prehendens iuuenẽ Pompædius, *Pueritiæ cõstantia.* per fenestram inde abiecturũ se illum, nisi precibus annueret, comminatus est, atque ita manibus suspensum efferẽs minaci vultu & acerba voce concussit, neque tamẽ ab incepto mouere illum potuit. Itaque deponens eum Põpædius ad socios reuersus, Gratulemur, inquit, nobis hunc esse puerum, qui si vir esset, nullo modo ciuitatem sperare liceret. A quodam ex cognatis ad cœnam in natali vocatus, cùm cæteri pueri in quadam parte ædium luderent admisti simul minores & maiores natu (erant autem eorum ludi iudicia & accusationes & detrusiones in carcerẽ) vno ex pueris forma insigni, qui à maiore in cubiculum deductus, & per vim inclusus erat, vociferãte, Cato intellecta rei fœditate cucurrit ad ostium, atque his qui aditum prohibebãt vi deiectis,
5 puerum eduxit, iráque incensus domum abiit, cæteris pue- *Troiæ ludus equestris.* ris vnà secum abeuntibus. Ita verò inter pueros clarus erat, vt cùm L. Sylla equestrem ludum, quem Troiam vocant, edere statuisset, ac delectis patritiis pueris duos præfecisset, alterúmq; pueri acceptarent gratia matris, erat enim filius Metellæ vxoris Syllæ, alterum verò qui Pompeij nepos erat, Sextum nomine, nec recipere, neque sub eo ludere vellent, interrogati à Sylla quem sibi ducem optarent, omnes vno ore Catonem depoposcerunt: quinetiã ipse Sextus

tus sese vltro Catoni submisit. Erat L. Sylla Catoni ac fratribus paternus amicus, quare sæpe illos ad se vocabat, & inter suos habebat, pauciss imis hũc honorem familiaritatis per insolentiam tribuens. Gratè igitur hoc accipiẽs Sarpedon, plurimúmque existimans huiusmodi amicitiã pueris cùm ad honorem, tum ad securitatem conducere, frequenter ducebat eos ad Syllam, cuius domus per id tempus nihil à carnificina quadam differebat. Erat tũ Cato qua- 6
tuordecim annorũ, vidénsq; ceruices clarorũ virorũ ad Syllam deferri, atque eos qui aderant clanculum misereri, à Sarpedone quæsiuit, cur hunc talem virum nemo trucidaret. Respondente pedagogo, quia plus timent Syllam homines, quàm oderint: Quamobrem mihi, inquit, gladiũ non dabas, vt patriã sæuo huius dominatu liberarem? Hæc cùm audisset Sarpedon, & simul acritatem vultus conspexisset, vsque adeò territus est, vt reliquo tempore diligentissimè puerum obseruaret, ne quid temerè contra Syllam mollirẽtur. Paruulus quẽ maximè amaret rursus ac sæpius eodem modo interrogatus, semper fratrem respondendo interrogantem fatigauit. Sumpta deinde virili toga, magis confirmauit erga fratrem beneuolentiã. Vsque ad vigesi- 7
mum ætatis annum nunquam sine fratre cœnabat, nec peregrinabatur, nec in campum descendebat: cùm tamen frater vngeretur, ipse veniam postulabat. In cæteris quæ ad victum pertinent, durus erat, atque seuerus. Cæpio itaque cùm ipse vt continens, moderatúsque laudaretur, non desinebat prædicare, se fortasse talem videri si cum aliis comparetur, verùm si cum meo Catone, inquit, comparor, nihil mihi à Sippio videor differre. Erat autem Syppius quidam propter mollitiem atque luxuriam apud Romanos notatus. Inde Cato sacerdos Apollinis factus à fratre migrauit, centum viginti talentis in diuisione bonorum paternorum acceptis, victum magis etiam imminuit, & Antipatrum Tyrium Stoicæ disciplinæ hominem sibi familiarem coniunxit, ac moralibus ciuilibúsque præceptis inhærens, cùm omnem virtutis speciem ingenuè amplexaretur, egregiè tamen honestatem, seueritatem rigorémque bonitate ac gratia immotum adamauit. E- 8
loquentiæ verò ea de causa operam dedit, vt philosophiæ præceptis aliquid roboris neruorúmque in agendo

consultandóque adiungeret. Non tamen cum cæteris iuuenibus exercebatur, nec audiri à quoquam volebat. Qua de re cùm quidam eum reprehenderet, dicerétque, Improbãt homines hanc taciturnitatẽ tuam, Cato: Vt libet, inquit, dummodo vitam non improbent. & addidit: Ego verò tunc demum hanc taciturnitatem meam abrumpam, cùm talia dicere valebo, quæ non sint digna taciturnitate. Erat basilica quædam Porcia, quàm magnus Cato in censura ediderat: tribuni pleb. quoniam in illa ius dicere consueuerant, columnam, quæ sellas eorum impedire videbatur, decreuerant tollere, vel in alium locum transferre, ea res Catonem licet inuitum prima in campum deduxit: opponens nanque se tribunorum voluntati, & vim dicendi suam ac prudentiam o-
9 stendens, vniuersos ciues in admirationem sui conuertit. Et enim sermo eius nihil inuenile, neque cõptum habebat: sed erat rectus, plenus & durus, quin imò gratia quędam & attentio inerat breuitati sententiarũ, mósque eius orationi admistus, voluptatem & risum quendam honestum audientibus afferebat. Vox autẽ multa & abundans, tonum habebat infractum, inexhaustúmque: per vniuersam sæpe diem
Laboris tolerantia. incessãter locutus, sine lassitudine desinebat. Tunc itaque cùm ea in causa superior fuisset, rursus ad silentium rediit, ac in gymnasiis se exercẽs, assuefecit corpus tolerare labores & niuẽ detecto capite, iter conficere sine vehiculo. Cùm verò amici qui vnà iter faciebant, equis veherentur, singulos sæpe adiens, & pariter cùm illis ambulans loquebatur, pedibus ipse vãdens, cùm illi veherentur. Admirabilis verò tolerantiæ tunc erat maximè, cùm aduersa valetudine labo
10 rabat. Febri enim oppressus ipse solus degebat, nec vllum secum esse patiebatur donec releuationem certã sentiret. In cœnis autem partes sortiebatur, quod si non obtineret, amicis ipsum prius capere iubentibus, dicebat, Non bene se habere inuita Venere. Ac semel quidem præpotus ibat ad mensam, deinde ita perstabat, vt sæpe cum amicis ad auroram vsque in potationib. vigilaret. Causam huiusrei credũt fuisse negotia publica, in quibus per totos dies occupatus, atque ita philosophos conuenire, & cum illis versari prohibitus, per noctem atque potum cum eisdem esse cogebatur. Itaq; cũ Mẽmius quidã dixisset totas noctes Catonẽ ebriũ esse, respõdit Cicero: At illud nõ addis, eũ dies totas ad aleã ludere.

ludere. Omnino ætatis suæ moribus se opposuit, vt pote improbis, & à quibus contraria via eundũ censebat. Itaq; cum cæteris hominib. purpuream vestem saturatam murice atq; rutili coloris placere videret, ipse fuscã gerebat: interdũ ve- 11
rò nudis pedibus & absque tunica in publicũ prodibat, non gloriã aliquam ex hac nouitate captãs, sed seipsum assuefaciẽs obscœnis rebus dũtaxat erubescere, cętera verò vt ignobilia aspernari. Ex hæreditate verò Catonis nepotis cũ centum talenta ad eum peruenissent, pecuniam ex bonis redactam sine vllo fœnore indigentibus mutuabat: nonnulli agros etiam ac ministros eo largiente, rarúmque habẽte, in publicũ cõferebant. Deinde cùm iam tempus sibi visum est matrimonij contrahendi, nulla muliere ante id tempus cognita, Lepidam vxorem accepit, quæ prius Scipioni Metello desponsata, renũtiante Scipione. & vadimonij pœnas soluente, tunc libera erat. Eam cùm accepisset Cato, pœnitentia ductus Scipio, rursus illam acceptauit. Hac re vehementer cõmotus atque infensus Cato, decreuerat die Scipioni di 12
cta iniuriam vlcisci: dissuadentibus tamen amicis se abstinuit, & ira simul & iuuẽtute accẽsus, Iambos in Scipionem, non sine Archilochi mordacitate, citra tamen lasciuiam & obscœnitatem conscripsit. Attiliam deinde Sarrani filiã cepit vxorem, quam mulierẽ dicitur primam cognouisse: non tamen eam solam cognouit, quemadmodũ Lælius Cæpionis amicus. Ille nanque in hoc felicior, qui vnam tantùm in omni vita vxorẽ, quam à principio duxerat, cognouit. Bello seruili, quod Spartaciũ appellant, exorto, sub Gellio prætore voluntariè militauit, idque fecit gratiã Cæpionis fratris, qui in eius exercitu tribunus militum erat. Sub quo qui- *Prima Catonis militia.*
dem duce virtutem quantùm cupiebat ostendere nõ potuit, in mollitie tamen atq; corruptela exercitus audaciã, fortitudinem, ac decorẽ ostendens, nihil antiquo illo Catone inferior apparuit. Sed cùm prætor virtutis gratia eum dona- 13
re vellet, repudiatis muneribus, & nihil à se factũ quod honore dignũ foret testatus, inhumanè facere visus est. In petitione quoque tribunatus, legẽ quę candidato * nomenclato
res adesse vetat, solus seruauit, per seipsum appellãs populũ *ἐνσκευο-*
atq; alloquens: quæ res ipsis quoq; laudantibus grauis erat, *λίγοι.*
& eò magis quòd videbãt hoc genus laudis mutari nõ posse. Tribunus militũ factus, in Macedoniã missus est ad Ru-

brium prætorem: cuius discessum cùm vxor Attilia grauiter ferre videretur, atq; ob id lachrymaret, Munatium quendam ex Catonis familiaribus ei dixisse ferũt, vt bonã spem haberet, nam se Catonem illi custoditurum. Cuius verbis Cato tũc præsens cùm annuisset, postea vnius diei iter pro
14 fectus vocatum ad se Munatium monuit fidem Attiliæ seruaret, nec vsquam à se discederet: atque ita ex eo die binos lectos in eodem cubiculo sterni iussit, ipsúmq; Munatium iuxta se accubare, non custodientem, sed certe custoditum. Proficiscentem Catonem quindecim serui, duo liberti, & quatuor amici secuti sunt, qui cum equis veherentur, Cato ipse pedes cum singulis loquẽs pariter gradiebatur. Vbi verò in castra ventum est, ex legionibus quæ illic erãt vni præfectus à prætore, nequaquam magnificum putans se duntaxat bonum præstare, milites sibi pares efficere contendit, non timore aliquo iniecto, sed verbis ac rationibus eos castigans. Difficile igitur dictu, est vtrum humaniores vel fortiores, & an ferociores vel iustiores sua eos disciplina effecerit, tam scilicet feroces aduersus hostes, humanos verò erga socios, timidos ad iniurias inferendas, prõptos ad laudes adi
15 piscendas reddidit. Sed quod minimè quærebat, id maximè factum est, vt cùm summam gratiam atque beneuolentiam, tum gloriæ honorisque plurimùm apud milites assequeretur. Nam vnà laborando, & veste & victu atq; incessu militari magis, quàm ducis vtendo, tũ mira solertia rationéque illos collaudando, duces atque imperatores appellando, clàm ac latenter beneuolentiam exercitus erga se maximam cõcitauit. Veræ enim virtutis zelus nõ fit nisi per summã laudantis beneuolẽtiam & honorem: qui verò sine amore laudant bonos, hi reuerentur quidẽ famam ipsorum, non autem virtutẽ admirantur neque imitantur. Inter hæc cùm audiuisset Athenodorum cognomine Cordilionem Stoicæ disciplinæ hominem Pergami cõmorari, & iam senescentem regũ ac principum familiaritates amicitiásq; refugere,
16 non putauit Cato per literas atq; nuntios quicquã se profecturũ, sed cùm per leges duos menses liceret et abesse, transgressus in Asiam, hominẽ adiit, flexítque eius animũ, & ex sententia deiecit, effecitque vt se in castra sequeretur, lætus atque gloriabundus, velut ingentem adeptus palmã, & multò clariorem, quàm aut Pompeius, aut Lucullus, qui tũc vniuersi

Milites ad virtutem qua ratione excitauerit.

uersi orbis reges nationésque subigebant. Nondum finierat militiæ tempus, cùm frater eius Cæpio in Asiam proficiscens, in Aeno Thraciæ vrbe incidit in morbũ: quod cùm per literas nuntiatum esset Catoni, licet & mare vndosum foret, & nauis aliqua idoneæ magnitudinis non adesset, tamen paruam nauiculam cum duobus familiaribus & tribus seruis conscendens, è Thessalonica nauigauit. Nec multùm abfuit quin mari obrueretur, fortuna tamen quadam ex ingenti periculo seruatus. Cùm fratrem iam mortuũ repe- 17
risset, grauius ferre visus est, quàm philosopho conueniret: non solùm enim lamentationibus, & planctu, & mœstitia, sed sumptu funeris immodico exquisitísque vaporibus & pretiosis vestibus corpus cremauit. Sepulchrum illi fecit in ipso Aeniorum foro, lapide Thasio talentorum octo. Hæc autem nõnulli carpebant propter cæteram Catonis seueritatem, non attendentes quantùm in illa aduersus voluptatem, timorem & impudentes preces inflexibili duritie, humanitatis affectionisq; inesset. Ibi cùm ciuitates & potẽtes dona amplissima pro honore defuncti misissent, pecuniis omnino repudiatis, thura solùm & ornamenta ob honorem illorũ qui mittebant recepit. In diuisione hæreditatis, quæ ad ipsum & ad filiam Cæpionis obuenerat, nihil ex his quæ in funere expenderat, deduxit. Hæc quanquam fecisset, 18
facerétque Cato, tamen inuentus est qui accusaret, quòd cribro exusti cadaueris cinere colato, aurũ quæsiuerit igni destillatum. Finito tempore, prouincia abeuntem non votis (vt fieri solet) sed lachrymis & insatiabili amplexu milites prosequebantur, sternentes vestes per ea loca, quibus ipse pedibus iturus erat, manúsque osculantes, quod genus honoris non nisi imperatoribus, idque perpaucis, eo tempore tribuebatur. Cùm verò instituisset antequam ad rempub. se conferret in Asiam proficisci, & mores hominum vírésque prouinciarum agnoscere, simúlque vt regem Deiotarum hospitem paternum id summopere ab eo postulantem conueniret, hoc modo peregrinationem confecit. Præmit- 19
tebat summo mane pistorẽ & coquũ ad ea loca ad quę diuersurus erat, qui cũ summa cõtinentia atq; silẽtio vrbem intrãtes, si nullus Catonis hospes paternus amicus ibi esset, in diuersorio, si haberi poterat, necessaria præparabãt, sine vlla cuiusquam incõmoditate. Si verò nõ erat diuersoriũ, tunc

Honorẽ militibus habitum.

ma

gistratum adeuntes hospitalitatē postulabant. & quancūq; sibi à magistratibus traditam capiebant. Ac sæpe quidē euenit, vt fide non habita, illi, quos præmiserat, à magistratibus cōtemnerentur, quia non insolēter, neque minitādo petebant. Itaque interdum nulla præparatione facta, Cato superueniebat. Ipse insuper à plerisque contēptui habitus ob magnitudinem curarū sæpe tacitus sedens, & ob id speciem hominis ignaui secordisque præ se ferens. Nonnunquā tamen ad eos cōuersus monere solebat, vt cessarent ab hac improba hospitalitate, non enim semper Catones ad ipsos venturos: comprimerent sua libertate eorum licentiam qui occasionē quærerent ab inuitis extorquēdi, quasi à volentibus obtinere non possint. In Syriam verò cùm venisset, ridiculum quoddam ferunt ei contigisse. Nam Antiochiæ appropinquans, offendit ingentem multitudinem vario ornatu atque sertis obuiā extra portā effusam. Ephebi in chlamydibus, pueri in alio ornatu separatim consistebant, sacerdotes & magistratus puras vestes, & nōnulli serta gerebāt. Opinatus igitur hunc honorem sibi à magistratu præparatum, grauiter ferre cœpit, & eos, quos præmiserat, increpare, qui talia fieri non prohibuissent, iussítque familiares ex equis descēdere, & pedibus vnà secum iter facere. Qui cùm magis appropinquassent, vnus ex his, qui turbā Antiochēsium & ordines atque ornatum disponebant, vir iam grandior natu, baculū manu & sertum in capite gestās obuiam Catoni factus, sine vlla honoris vel reuerentiæ exhibitione quātùm abesset Demetrius percontatus est. Cunctis ferme hominibus per id tempus in Pōpeium conuersis, summo in honore etiā Demetrius seruus eius, quoniā multùm apud illum poterat, habebatur. Ex ea re tantus risus socios Catonis inuasit, vt se nullo modo continere inter multitudinem ambulantes possent. At Cato ipse vehementer cōmotus, O miseram, inquit, ciuitatem: nec quicquā amplius locutus est. Posteriori autem tēpore solebat ipse quoque memorando atq; narrādo ea quę tunc sibi accidissent, ridere. Verùm homines qui per ignorantiam illū neglexerant, paulò pòst in admirationem eius ab ipso Pompeio conuersi sunt. Nam cùm Ephesum venisset, & Pompeium (quoniam is maior erat natu maiorísque authoritatis) salutatum iuisset, vt cōspexit illum Pompeius, non passus est, neque expectauit vt sedentem se adiret, sed assurgens extemplo quasi cuidā maiori obuiam processit, dexteráque eius apprehensa, multa in ipso congressu, plura etiam post discessum in laudem virtutum eius sic enarrauit, vt qui audierunt, omnes in Catonem conuerterentur, illa admirantes quę paulò antè contempserant, mansuetudinem scilicet & magnanimitatem. Neque Pompeij obseruantia obscura erat, sed manifestissimè apparebat inseruientis magis esse, quàm amantis: idque ex eo maximè intelligebant homines, quòd præsentem verabatur, & ob eius discessum gaudebat, & cùm cæteros ad uenas iuuenes promptissimè apud se detineret, cuperétque vt secum adessent, nihil tale à Catone postulauit, sed tanquā veritus præsentiā eius libēter dimittebat. Soli fermè ex omnibus qui ad eū venerāt, filios atq; vxorē cōmendauit, cū propter cęterā cōiunctionē, tū propter necessitudinē. Ex hoc studia ciuitatū, in Catonē accensa, inuitationes & conuiuia certatim exhibita. Quibus in rebus sæpe iubebat Cato familiares suos diligēter videre, ne Curionis verbū à se cōfirmaretur, qui cùm amicus quidē esset Catonis cęterùm infēsus eius seueritati, vt audiuit in Asiam profecturum, Bene est, inquit, nam mitiorem & humaniorem Asia illum nobis remittet. Ab rege Deiotaro vt filios & filiam suam eidē commendaret vocatus, cùm ipse rex dona egregia protulisset, vsque adeò super ea re commotus est, vt cùm vespere ad eum venisset, postridie circiter horā tertiam abiret. Profectus etiam vnius diei iter, apud Pessinuntem maiora etiam dona ipsum expectātia offendit, & simul regis epistolā, qua rogabat vt si ea dona capere ipse nollet, amicis saltē qui propter se bene merebantur, habere sineret, nec enim ipsum tāta habere vt pro amicis quoq; sat esset. Sed nec ipse accipere voluit, nec amicos (quanquam nonnullos eorum subsequentes cernebat) capere permisit, affirmans omnem largitionē velamen honestatis facilè reperire posse, amicos verò eius habituros ex iis quæ ipse iustè posideat. Brūdusium rediturus cùm cineres Cæpionis fratris secum ferre decreuisset, amicis suadētibus vt in alia naue huiusmodi reliquias poneret, potius animam suam à se separaturum respōdit. Et dicitur quidem magno cum periculo ea nauis traiecisse, cùm cæteræ nihil ferme periculi paterentur. Romam deinde reuersus, omne tempus aut domi cum Athenodo

20 21 22 23 24 *Strabo. lib. 12* *Continentia.*

Quæstor quæ in Rep. salubriter immutarit.

nodoro, aut in foro cum familiaribus erat. Quæstor verò factus nõ prius magistratum inire voluit, quàm omnes leges quæstorias perlegisset, & ab iis qui earum scientiam habebant, rectè atq; ordine singulas cognouisset. Itaque postea huiusmodi magistratum iniens, magnam fecit conuersionem ministrorũ & scribarum qui in eo ordine versabãtur: qui cùm leges & publicas scripturas in manibus haberent, homines adolescentes qui eum magistratum gerebant, ita gubernare soliti erant, vt ipsi planè magistratus essent. Sed Cato, qui prudentiam rectámq; rationem magis, quàm nomen aut honorem sequebatur, scribas (vt par erat) ministrorum locum tenere coegit, fraudes eorum redarguens, & per ignorantiam peccantibus quid agendum foret ostendens. Vt verò erant impudentes, & cæteros collegas adulando sibi asciscere conabãtur, & aduersus Catonem repugnabant, primum eorum vt reum fraudis in hæreditate commissæ, & infidum ærario expulit, alium verò tanquam inutilem negligentémque accusauit: quem cùm Luctatius Catulus cen
26 sor, vir magnæ authoritatis, & Catonis amicus defenderet, victúsque rationibus atque argumentis apertè postularet, vt sibi reus donaretur, erumpens in mediũ Cato, Turpe est, inquit, Catule, te qui censor fis, & morum nostrorum moderator esse debeas, ne in ministris quidem nostris grauitatem seruare. Hæc dicentem prospexit Catulus tanquam responsurus, sed siue ira, siue verecundia, silentio consedit. Non tamẽ in eo iudicio scriba ille remotus est, sed cùm vno plures condemnarent, quàm absoluerẽt, M. Lollius collega, qui ob valetudinẽ absens erat, gratia Catuli in lectica ad ærarium perlatus, sua illum sententia liberauit. Nunquam tamen adduci potuit Cato, vt eius scribæ opera vteretur, neque vt sãriũ persolueret: nec Lollium in numero iudicum habendum censuit. Ita scribarum insolentia à Catone repressa, de
inceps eorum ministerio quemadmodũ cupiebat vsus, breui tempore ærarium honestius, quàm curiam ostendit, vt ómnes dicerent ac sentirent consularem dignitatem quæstu-
27 ræ adhibitã à Catone. Nam cùm reperisset multis rẽpub. debere, multos etiam reipub. debitores esse, ab aliis repetẽs atque exigens, aliis verò persoluens, omnium mentes erexit, & eorum qui nunquam soluturos se arbitrabãtur, & eorum qui nunquam vt sibi solueretur expectabant. Et cùm antea

antea rationes & decreta quædam admitterentur falsò, multa fierẽt per preces & pretium, nihil tale Catonem aufugit, sed semel quodam decreto in dubium vocato, quanquã multi testimoniũ ferrent, non credidit, nec prius recepit, quàm consules iureiurando affirmarent se ei decreto interfuisse. Erant multi, quibus ob cæsos ciues L. Sylla pecuniam dederat, & quanquam omnes odio illos haberẽt, pollutósque arbitrarentur, nullus tamen punire audebat. At Cato indigna tione simul atque ratione commotus, & impium factum detestatus, ab omnibus pecuniam tanquam indebitam repetiit. Enimuerò hac pecunia restituta, statim prẽiudicium
28 factum videbatur, & quasi prius condemnati in causam homicidij trahebantur, applaudente populo Romano, puranteq; tunc Syllam ipsum damnatum videre, tyrãnidémue ex vrbe depelli. Capiebat præterea populum assiduitas ac diligentia Catonis. Nullus ex collegis prior ad ærarium veniebat, nullus posterior abibat, nulla concio, nullus senatus habitus quin adesset, timens ne homines per gratiam, aut pecuniam aut vectigalia publica condonarent. Cùm itaq; ærarium calumniis purgasset, pecuniisque replesset, docuit atq; ostendit licere reipub. pecunias habere sine cuiusquam iniu
ria. Et quanquam in principio magistratus quibusdam collegis odio fuisset, postea tamẽ ab vniuersis amabatur, onus omniũ susciptẽs cõtra largitionẽ atq; gratiã. Nam cũ quid
29 postulabatur, omnes ea ratione preces reiiciebãt, quòd nequiret id fieri cõtra Catonis voluntatẽ. Erat Marcellus Catoni ab adolescẽtia familiaris, & in hoc magistratu collega, vir quidẽ bonus si Catoni cõiungeretur, ipse autẽ per se sic pronus ad gratiã, & sic facilis ob pudorẽ, vt nihil cuiquã petẽti denegare sciret. Extrema igitur die finito magistratu, magna frequẽtia ciuiũ domũ reductus Cato, audiuit quosdã potẽtes Marcelli familiares apud ærarium cõuenisse, petiisseq; à Marcello, vt debitã quãdã largitionẽ perscriberet. Cõfestim itaq; ad ærariũ regressus, Marcellũ ostendit precibus victũ omnia cõcessisse. Tũ Cato irrũpẽs tabellas poposcit, illásq; videtẽ ipso Marcello atq; silẽte, in prẽsentia eius delevit, nec tamẽ ob eã rẽ familiaritas eorũ diſſũcta est, nec vnquã Marcellus aduersus Catonẽ est questus. Post finitũ quoque magistratũ curam ærarij nõ remisit, sed singulis diebus
30 seruos

seruos mittebat, qui ea quæ agerentur perscriberent. Ipse autem libros, in quibus rationes publicarum pecuniarum erant à Syllæ temporibus in suam quæsturam perscriptæ, quinque talentis emit, sempérque eos tenebat in manibus. In senatum primus veniebat, vltimus abibat. Interdū verò cùm cæteri cogerentur, ipse sedens toga circa librum obducta legebat, nec vnquā abfuit cùm senatus haberetur. Quādoque per Cn. Pompeij amicos tentatū est, cùm iis, quæ cōtra ius facere volebant, resistentem videret, sibi impedimētum aliquod obiicere quò minus in senatu adesset. Quare animaduersa, omnia sēper negotia posthabuit, potiusquā
31 abesset. Neque enim gloriæ causa, neque lucri, neque aliquo casu, vt plerique, ad rēpub. se cōtulerat, sed certo cōsilio vrbis, vēlut priuati cuiusdam, negotia susceperat, tatus non minus operæ diligētiæque rebus communibus impēdendum, quàm apes fauo solent. Quinetiam prouinciarum negotia, & decreta, & iudicia, per hospites atq; amicos sibi nuntiari procurabat. P. Clodio turbulentissimo ciue sacerdotes ac virgines Vestales, inter quas Fabia Terentiaerat, soror Terentiæ Ciceronis vxoris, apud populū accusante, susceptā earum defensione Cato, tantam accusatori verecundiam iniecit, vt cogeretur vrbē relinquere. Quare cùm Cicero Catoni gratias ageret, nō sibi, sed reipub. inquit gratias agendas, cuius causa ista fecisset. Ex hoc magna erat Catonis apud ciues Romanos authoritas, vt etiam orator quidā in dicendo cùm vnico testi nō esse credendum
32 diceret, Nec si Cato, inquit, is foret. Plerūq; etiā ad res incredibiles, quasi prouerbij loco respondebatur, nec si Cato ipse diceret, fidē esse adhibendā. Et aduersus pœritū adolescentem verba in senatu facientē de honestate & continētia, assurgēs amicus, Quis te, inquit, ferat cœnantē vt Crassus, ædificantē vt Lucullus, loquentē nobis vt Cato? Cæteros quoq; prodigos atq; luxuriosos, cùm quid seuerē de cōtinētia loquerētur, dirisos, Catones appellabāt. Multis Catonē adhortātibus ad tribunatū plebis petendū, nō putauit cōuenire vt potētia tāti magistratus in tēpore non necessario cōsumeretur. In Lucaniā itaq; per id tēpus cùm otiū sibi à repub. foret, cum libris & familiaribus (habebat enim illic villas satis amœnas) proficiscenti, multitudo hominum cum vehiculis & impedimentis sit obuiam, ex quibus intelligit

Autoritas Catonis.

Vide suprà in vita Luculli.

ligit Metellum nepotem Romam redire ad tribunatum. Perstitit ergo aliquātulùm tacitus, ac subitò in vrbē regre- 33
diendum esse dixit: admirātibusq; sociis, Metellus, inquit, per se ipse formidolosus est, & nunc ex Pōpeij voluntate redit, vt quasi fulmen rempub. feriat. Non est igitur otij tempus, neq; rusticationis, sed huic omnia turbare cupienti resistendum est, aut pro libertate oppetendum. Extorserunt tamē familiares, vt villas adusq; progrederetur: sed breue tempus cōmoratus, cùm ad vesperā in vrbē redisset, postridie summo mane in campum descendens tribunatū petiit, vt Metelli conatus refringeret. Ius enim tribunitiæ potestatis magis ad impediendum est, quàm ad agendū: quippe cæteris omnibus collegis volentibus, vnus qui nolit & se opponat, plus potest. Principio igitur pauci ex familiaribus, deinde eius sententia latius patefacta, omnes boni Catonem sequebantur, cæteroq; ad mandandum Catoni tribunatum pleb. cohortabantur, vtpote qui non honorem 34
quæreret, sed operam suam patriæ offerret, qui cùm liceret per otiū gerere magistratū, noluerit, nunc verò pro repub. ac libertate non sine periculo certaturus petat. Ferunt tantam fuisse multitudinē ei suffragantiū, vt inter studia hominū pressus in periculo fuerit, vixq; habuerit facultatem sese à turba explicandi. Creatus igitur vnà cū Metello cæterisq; tribunus plebis, cùm animaduertisset comitia consularia venalia esse, increpuit vehementer pop. Rom. & in fine orationis suæ iureiurādo testatus est, sese quicunq; largitionem faceret, ei diem esse dicturū. Excepit tamen Syllanum, qui sororē eius Seruiliam habebat, propter necessitudinem: quam ob causam hunc præteriens, L. Murænam ambitus accusauit, quòd per largitionē obtinuisset vt vnà cum Syllano cōsul designaretur. Dabat lex reo, vt custode 35
quodam apud accusatorem posito, cuncta resciret quæ ille attentaret, vt nihil clām neq; inopinatē ad iudiciū afferre posset. Missus igitur quidā à Muræna qui Catonē obseruaret, vt intellexit Catonē nihil inimico animo gerere, neq; iniustē quicquā tentare, sed ingenuē & humaniter se ad causam cōparare, vsqueadeo moribus Catonis credidit, vt relicta obseruantia illa, continuò sæpe in foro aut domi Catonem adiret, ab eoq; percontaretur, an ea die quicquam, quod pertineret ad accusationem foret, acturus, ac si Cato

Tribunitiæ potestatis ius.

negaret,cõtinuò abibat. Cùm verò tẽpus dicendę causæ venisset,Cicero,qui per id tẽpus erat cõsul,Murenã defendit, variis modis Stoicos philosophos, & ista quæ appellantur Paradoxa illudens: ex quo cùm multùm risum iudicibus iniecisset, ipse quoq; Cato subridens illis qui iuxtà erant, dixisse fertur, Dij boni quàm ridiculũ consulẽ habemus. In eo iudicio Muræna absolutus non inimicũ se præbuit Catoni,sed in cõsulatu gessit omnia ex Catonis voluntate, & in cætera vita illum obseruauit, atq; eius iudiciũ sequutus
36 est. Erat Cato in suggestu quidẽ grauis atq; terribilis iustitiæ custos,in cæteris verò moribus mitissimus,atq; humanissimus. Prius tamen quàm tribunatũ iniret, multa gessit pro repub.pręcipuũ verò quod fuit,rebus magnis atq; amplissimis à Cicerone cõsule gestis finem præclarum imposuit. Nam L. Catilina cõiurasse in perniciem reip.cõuictus à Cicerone,ex vrbe migrauit. At Lentulo, Cethego,cæterisq; cõiuratis qui domi remanserant, vrbemq; incendere, & rebellionibus bellisq; cõcitatis imperiũ delere parabãt, deprehensis, quẽadmodũ in Ciceronis vita scriptũ est,agitabatur in senatu quid de illis statuendũ esset. Censebat Syl
37 lanus cos vltimo supplicio afficiendos esse,huius sententiam pleriq; sequebantur. At Cæsar rerũ nouarũ cupidus, materiamq; ad illa quæ iam mente cõceperat quęrens,necandos sine iudicio nullo modo censebat,sed in carceribus habendos. Hæc Cæsaris sententia miti & cõposita oratione explicata,sic mentes omnium flexerat,tantumq; timorẽ senatui iniecerat, vt Syllanus sententiã suam interpretaretur,quasi nec ipse censuerit morte afficiendos,sed carcere,quod esset Romano viro extremũ supplicium. Facta igitur tãta conuersione sententiarũ, omnibusq; in mitiorẽ & humaniorem sententiã inclinantibus,surrexit Cato, & in principio orationis suæ M. Syllani oratione reprehensa,aduersus Cęsarem suspicionẽ induxit,quasi sub populari specie & miti sententia rempub.euertere vellet,ac senatui formidinẽ incuteret,cùm timere ipse deberet, & bene secũ agi putare si impunè talia patrasset: non insuper tanta impudentia parricidas defenderet,nec patriæ vix à tanto periculo seruatæ
38 misereret,sed eos quos oportebat nunquã esse natos,cõploraret,cùm tamen eorũ crimina fateretur, grauiterq; ferret si perditi homines à cæde atq; incendio rempub. suo supplicio

plicio liberarent. Hanc solam orationẽ Catonis seruatam ferunt,Cicerone cõsule velocissimos scriptores deponẽte, atq; docente vt per signa quædam & paruas breuesq; notas multarũ literarũ vim habentes dicta colligerent: nondum enim reperti erant hi,qui Notarij appellãtur, sed tunc primum huius rei vestigiũ ferunt extitisse. Vicit itaq; Catonis sententia,assensusq; est illi senatus,vt de coniuratis supplicium sumeretur. Et si oportet ne parua quidem suorum morum signa prætermittere,vt tanquã pictores animi eius figuram exprimamus,ferunt dum magna esset inter Catonem Cęsaremq; de supplicio coniuratorũ in senatu contentio,intuente eos vniuerso senatu, literas Cæsari in curiam allatas fuisse. Quod cùm animaduertisset Cato, putaretq; 39
per aliquẽ de coniuratis eas literas Cæsari missas, clamare incœpit ac postulare vt publicè recitarentur. At illa erat epistola à Seruilia sorore Catonis Cæsari scripta, parum quidem pudicè & amatoriè,ac ne publicè legerẽtur Cæsar ei legendas porrexit: quas cùm legisset Cato, in Cæsarem statim eas reiecit,& inquit,Capias ebrie: atq; ita ad sermonem quem instituerat reuersus est. Parum omnino fortunatus videtur fuisse Cato circa pudicitiã fœminarũ. Nam & Seruilia soror (vt dictũ est)à Cæsare corrupta putabatur: ac de alia Seruilia eius sorore nihilo fama melior: nupta enim Lucullo summo viro,cũ puerũ ex eo peperisset, propter libidinẽ ab eo repudiata est. Cato cùm iam duos filios ex eadem sustulisset, post diu ortiũ Attiliæ, Martiam Philippi filiã duxit vxorem. Hęc est Martia,de qua tam multa 40
feruntur. Quanquam vt in fabulis,ita in hac parte Catonis *Secũdæ Catonis nuptiæ.*
vita incerta atq; obscura est: attamen vt Thraseas scribit, qui huiusce rei Munatium familiarem Catonis atq; in vita comitem habet authorem, ita gesta res est. Inter multos Catonis amicos virtutẽ eius maximè admirantes, & aliis alios magis affectos,magisq; præ se beneuolentiã charitatemq; ferẽtes,in primis fuit Q. Hortẽsius,vir quidẽ clarus atq; humanus, qui cùm optaret nõ solùm amicus & familiaris esse Catonis,verùm necessitudinem cõiunctionemq; totius familiæ admiscere, suadere perrexit, vt Porcia Catonis filia, quæ Bibulo erat nupta,atque ei duos iam filios pepererat,sibi vxor traderetur,tanquam fœcundus ager ad sobolem procreandam. Nam esse id opinione quidẽ homi-

num fortassis abhorrens, cæterum natura honestum atque ciuile, vt mulier in ætatis flore constituta, nec à procreatione filiorum vacaret, nec plures cuiquam pareret, quàm illi commodum foret. Id enim nihil aliud esse, quàm molestiam & pauperiem inducere, si plures, quàm opus sit, natos quis tollat: cõiunctione verò familiarũ inter bonos viros, & virtutẽ crescere, & charitatẽ, & ipsam ciuitatem huiusmodi necessitudinibus, quasi nexibus quibusdam colligari atq; constringi. Quòd si Bibulus grauiter ferat, nec à se diuiungi mulierẽ patiatur, confestim simul atq; illa prægnans esset, se restituturũ, contracta iam maiori amicitia & arctiori charitate, tam cũ ipso Bibulo, quàm cũ Catone, propter natorũ consanguinitatem. Huic cùm respondisset Cato, se Hortensiũ amare, indignũ tamen esse verba facere
42 de nuptiis filiæ, quæ alteri nupta esset: non erubuit Hortensius, iam apertè agens, & sententiã suã enudans, à Catone postulare, vt sibi Martiam vxorẽ daret, iuuenẽ adhuc, & ad procreandũ idoneam, cùm ipse certè sufficientẽ prolem haberet. Nec dici potest hoc fecisse Hortensius, quòd sciret Catonem mulieri non dare operam: nam in hoc ipso tempore scribit Martiã prægnantẽ fuisse. Cùm igitur studium atq; voluntatẽ Hortensij intueretur Cato, non denegauit, sed inquit oportere, vt Philippo Martię patri hoc persuaderetur. Quod cùm factũ esset, sponsalia facta sunt, ipso Catone præsente atq; adstipulante. Ista quanquam posteriori tempore fuerunt, tamen placuit, quoniã in mentionẽ fœ-
43 minarũ inciderã, referre. Sumpto igitur de coniuratis supplicio, Cæsareq; pro his rebus, quarũ gratia in senatu à Catone impugnatus fuerat, ad populũ fugiente, hominesque perditos & corruptos contra rempub. excitante, vt conatibus eius obuiaretur, persuasit senatui Cato, annonã plebi Romanę largiendam. Erat autẽ sumptus annuus mille ducentorum quinquaginta talentorũ. Ob quam largitionem omnis motus popularis tunc subsedit: sed paulò pòst rursus concitatus est, Metello tribuno plebis turbulentas conciones habente, lege promulgata, per quam cẽsebat Magnum Pompeium cum exercitu ad vrbem vocandum, eique demandandum, vt videret ne quid respub. detrimẽti caperet. Et verbis quidẽ sic Pompeius vocabatur, quasi periculum, quod ex Catilina imminebat propulsaturus: re autem vera id

id agebatur, vt respub. in potestatem Pompeij deueniret. De hoc cùm in senatu referretur, sententiã dixit Cato, non 44
iam quemadmodum solebat, cõtra Metellum inuectus, sed miti oratione atq; cõposita admonens, ac etiam obtestans Metellum per familiæ suæ dignitatem, quæ semper optimas reipub. partes sequuta fuisset, vt ab incepto desisteret. Sed cùm Metellus longè magis elatus se per vim omnia facturum prędicaret, confestim mutata oratione atq; habitu, magna voce protestatus est, se incolumi nunquam passurum, vt Pompeius cum exercitu ad vrbem vocaretur: idq; vsqueadeò senatus probauit, vt vniuersi fatererentur nullum præter Catonẽ recta ratione vti, eiusq; purã virtutem pro statu optimo ciuitatis pugnare. De Metello autẽ ita sentiebat, vt de homine, qui omnia perdere atque turbare vellet. Cùm dies itaq; suffragij venisset, Metellus arma, hospites, 45
gladiatoresq; in forum deduxit. Item magna pars plebis nouarum rerum cupida Metello fauebat. Cæsar quoq;, qui per id tempus prætor erat, Metelli studium enixissimè adiuuabat. Boni autem viri magis indignabantur, & secum ipsi molestè ferebant magis, quàm Catonem fouerent. Itaq; tanta domi Catonis mœstitia erat, tantaque trepidatio, vt & quidam ex familiaribus eius soliciti de Catonis salute, cibum non sumerent, vxor atque sorores luctu se afflictarẽt. Sed ipse Cato intrepidus omnia, quæ in eo tem- *Magnanimitas Catonis.*
pore agenda forent, solito more exequebatur, cœnauitque vt consueuerat, dormiuitque altissimè vnà cum Munatio Thermo collega. Manè verò nõ magno comitatu descẽdit in forum, à multis antè monitus, vt saluti suæ consuleret, diligenterque caueret. Forum itaq; ingrediens cùm vide- 46
ret templum quidem Castoris armis occupatum, omneq; aditus gladiatoribus teneri, ipsum desuper Metellum vnà cum Cæsare sedentes, conuersus ad amicos, O timidum, inquit, hominem, qui contra vnum atq; inermem, tantam multitudinẽ armauit. His simul dictis, rectà perrexit cum Thermo, iis, qui aditũ seruabant, viam ambobus duntaxat concedentibus, cæteros omnes prohibentibus, vt vix Munatius per manum à Catone tractus introduceretur. Inde ad sedendum pergens Cato, repẽtè sese medium inter Cæsarem Metellumq; coniecit, eo consilio, vt mutua eorum colloquia impediret. Quæ res tum aduersarios eius primo

aduentu turbauit,tum bonos atq; vrbanos viros fiduciam Catonis admiratos erexit. Itaque propius accedentes clamore & plausu bonam spem habere Catonem iubebant,ac se inuicem cohortabantur ad se resistendum pro libertate, Catonemq; defendendum,qui pro repub. egregiè dimicaret. 47 Vt verò minister legem manu tenens per Catonem legere prohibitus est,& ipse Metellus eam capiēs legere cœpisset,Cato librum è manibus extorsit. Sed Metello verba ex ore,quòd ea mente tenebat,pronuntianti, Thermus manum ori opponens vocem Metelli præclusit.Quos cùm videret Metellus ita agere,& simul vniuersum populum Romanum ad vtilitatem reipub. libertatemque conuersum, iussit armatos qui domi erant, magno clamore in forum discurrere: quo facto cùm omnis multitudo perterrita aufugisset, Cato verò ipse solus relictus lapidibus atq; fustibus concideretur, Muræna quem suprà memorauimus à Catone accusatum, tam indignū facinus non tulit,sed accurrens toga protexit Catonem,atq; eum repugnantem in templum Castoris perduxit. Vacuefacto foro, Metellus se vicisse ratus,armatos abire iussit,ipse ad tribunal reuersus 48 legem ferre cœpit. Sed hi qui profugerant, confestim redeuntes aderant minaci clamore, adeò vt perterritus Metellus, ac vim formidans, vnà cum suis è foro profugeret. Cato studium pop. Rom.commendauit,confirmauitq;, & plebs quidem Metellum omnino deseruit, senatus autem Catoni fauere statuit ad legem impediēdam, vtpote turbulentam, & bellum ciuile excitantem.Metellus itaque licet pertinax erat,tamen videns amicos timore perculsos, putansq; inuictum,& inexpugnabilem esse Catonem,ex vrbe migrare statuit, ac prius in forū veniens inuidiam Catoni conflare conatus est,vociferans se tyrannidem Catonis,& coniurationem aduersus Pompeium initam aufugere, ac fore aliquando,vt pop.Rom. pœniteret,quòd tātis iniuriis clarissimum virum affecissent. Confestim itaq; in Asiam abiit,quasi hæc omnia apud Pompeium accusaturus. Erat 49 ob hoc magna Catonis fama,qui tantas inimicitias in tribunatu pro repub. suscepisset, & Pompeij potentiam in Metello contriuisset: sed etiam magis ea creuit, quòd senatum ignominiam Metello infligere volentem, sua sententia cōpescuit. Tunc enim & apud multitudinē laudata est

est mansuetudo eius quòd inimicū nō insectaretur:& apud prudentes consiliū eius approbatū, q; Pompeium mimmè irritandū putarat.Post hæc cùm C.Memmius tribunus plebis,L. Lucullū tunc à bello Mithridatico redeuntem,cuius finem atq; gloriam Pompeius abstulisse videbatur, triumphare prohiberet,dieq; illi apud populum dicta, res ab eo gestas magis ob gratiam Pompeij,quàm ob aliam causam criminaretur,Cato propter affinitatem Luculli, quòd (vt diximus) Seruiliam vxorem habebat, tum quòd rem indignam iniustamq; existimabat,sese Memmio opposuit,tandemq; effecit, vt causa deserta ab accusatione desisteret. Cùm ergo triumphasset Lucullus,postea magisatq; magis 50 Catoni adhæsit,putans maximū sibi præsidium in illo constitutū aduersus Pompeij opes atq; potentiā.Ipse autē Pompeius ab exercitu rediens,nihil sibi à populo Rom.denegari confisus,per literas postulauit, vt comitia consularia in aduentum suū differrentur,quoniā Pisoni in petitione cōsulatus præsens fauere cuperet.Hæc pleriq; censebāt faciēda Pōpeij gratia,sed Cato ipse obstitit,nō quia magnū momentum in dilatione putaret esse, sed quia conducere existimabat Pompeij spē experientiāq; rescindere.Senatus Catonis sententiā sequutus est. Quæ res non mediocriter Pōpeium turbauit,vt iam nihil se facturum arbitraretur, nisi prius Catonē sibi cōciliasset, & in amicitiā suā traduceret. 51 Per Munatiū igitur postulauit vt duas neptes,quas habebat Cato,alteram sibi,alterā filio nuptui traderet. Nōnulli tamen scribunt non neptes,sed filias Catonis à Pompeio petitas.Quod postquam per Munatium Catoni relatum est, vxore ac sororibus hanc affinitatem cum viro primario atq; amplissimo vehementer approbantibus,cupientibúsque, ipse Cato statim sine vlla dilatione iussit Munatiū ad Pompeiū redire,eiq; respondere,Catonē per mulieres capi non posse,sed beneuolentiā eius sibi gratam esse,&,si recta faciat,amicitiā polliceri,quæ omni propinquitate fidelior esset:oblides verò contra temp.Pompeio nequaquam daturum. Hoc eius consiliū & mulieres domesticæ grauiter tulerunt,& amici responsionē improbarunt,vt ferā ac fūperbam.Postea tamē cùm Pōpeius cuidā ex amicis in petitione cōsulatus fauens pecuniā in tribus diuisisset, eaq; largitio vulgò iactaretur, & in hortis Pōpeij numerata esse 52

Cato affinitatem Pompeij respuit.

pecuniam constaret, Catone tunc ad mulieres & amicos dicente, necessariũ fuisse huiusmodi rebus, si affinitas contracta esset, cõniuere, confessi sunt omnes rectè, & honestè factum à Catone, quòd Pompeij affinitatẽ repudiasset. Si tamen oporteret ab euentu rerum consilia iudicare, videtur errasse Cato in hac propinquitate repellẽda, nam effecit de negãdo, vt Põpeius ad Cæsarem se conuerteret, & iam vxorem acciperet, per quã vtriusq; opibus in vnum cõiunctis, respub. opprimeretur: quæ forsitan stetisset, ni Cato parua Põpeij errata metuens maxima neglexisset, patiẽs alterius potentiã contra libertatem augeri. Sed hæc posterius. Deinde cùm inter Pompeiũ & Lucullum esset orta contentio (certabat enim vterq;, vt ea quæ in Ponto egerant, rata manerent, & Cato Lucullo, qui iniuriã passus videbatur, faue-
bat) victus in senatu Pompeius ad populũ confugit, & ad le-
53 gem agrariã milites prouocauit. Hanc etiam legem cùm Cato sese opponens impediret, Põpeius Clodiũ turbulentissimũ populare fouit, & Cæsarem sibi amicum fecit, ipso Catone quodãmodo causam præstante. Nam cùm Cæsar ex Hispania, in qua prætor fuerat, rediens triumphũ postularet, & simul consulatum petere vellet, legésq; iuberent, vt qui triumphaturi essent, extra pomœria expectarẽt: qui magistratũ peterent comitiis adessent: postulabat Cæsar à senatu, vt sibi per alium petere consulatũ liceret. Contradicebat Cato, qui vt sensit ad gratiã Cæsaris senatũ inclinari, longa diem oratione consumpsit, & sic facultatẽ senatui abstulit decernẽdi. Qua re cognita, Cæsar cõfestim petitio-
54 ne triumphi omissa, vrbem intrauit, à Põpeióq; adiutus, cõsul est designatus, filiáq; Iulia Pompeio tradita, quasi coniurationem quandã contra rempub. inierunt, & alter de colonia deducẽda, déq; agris diuidundis leges tulit, alter suis opibus & potẽtia huiusmodi legibus fauit. Hi verò, qui cũ Lucullo Ciceronéq; sentiebant, ad Bibulũ alterum consulẽ confugientes resistebant, & in primis ipse Cato, qui amicitiam & coniunctionem Pompeij & Cæsaris nulla bona causa factam iam inde cernebat, dicens non tantùm diuisionem agrorum se timere, quantùm id, quod hæc largientes populo pro mercede petituri forent. Hæc igitur ostendens atq; docens, senatum vniuersum in suam sententiam adduxit, ac multos præterea bonos, qui grauiter ferebant

Cæsaris

Cæsaris prauitatẽ, quòd is consulari potestate turpiter abutens, ea perficere contenderet, quæ leuissimi tribuni plebis ad gratiam multitudinis facere consuessent. Diffisi igitur 55
suffragiis vi censuerunt agendũ, & primum ipsi Bibulo in foro descendenti cophinus stercoris superfusus est, deinde lictoribus eius accepti fasces atq; fracti, tandẽ verò telis, & vulneribus ex foro pellũtur. Sed alij quidẽ cursim fugerũt, Cato verò vltimus omniũ pedetentim cessit, sæpe in persequentes cõuersus, eósq; detestatus. Non solũ igitur legẽ tulerunt, verumetiã senatum iurare coegerũt, se fauorẽ huic legi, si quis impedire vellet, præstiturũ, magna pœna aduersus eum statuta, qui iusiurandũ recusaret. Iurauerunt igitur omnes senatores necessitate coacti, antiqui Metelli exemplo, quem olim in simili re iurare recusantẽ, extra Italiam exulasse meminerãt. Quapropter & mulieres domi multis cũ lachrymis, & amici atq; familiares Catonẽ monebãt, vt
tẽpori cederet, atq; iuraret. Maximè tamen eum monebat, 56
atq; adigere nitebatur M. Cicero orator, qui differebat, nõ esse fortasse iustũ, his quæ populus vniuersus statuisset, ciuẽ vnum repugnare: & cùm videret nullo modo ista, quæ facta erant mutari posse, stultum atq; insanum esse spõtè sine vllo fructu se periculis obiectare. Extremum verò malorũ esse, si patriam, cuius gratia hæc omnia faciat, deserẽs prodat malis hominibus, & secum ipse gaudeat ex ciuitate abiens, certamina reip. reliquisse. Nam si Cato Roma non indigeat, at certè Romã indigere Catone, indigere etiam amicos omnes, inter quos se primũ Cicero fatebatur, cùm P. Clodius sibi per tribunatum immineret. Eiusmodi rationibus precibúsq; tradunt Catonem expugnatum ad iuramentum descendisse. Iurauit tamen vltimus omnium
præter vnum M. Faoniũ familiarem suum atq; amicũ. His 57
rebus elatus Cæsar aliam legem tulit, per quã ferme omnẽ Cãpaniã egenis diuidebat, nec vllus, qui contradiceret inuentus est præter Catonem. Hũc igitur Cæsar cùm à subselliis in carcerem traheret, nihil remisit Cato mentis atque propositi sui, sed inter ambulandũ verba faciebat, dicebátque nõ esse ferendos, qui isto modo remp. euerterent. Catonem vniuersus senatus cum summa mœstitia, & omnes boni ciues vnà cum senatu taciti atque afflicti sequebantur. Quod cùm animaduerteret Cæsar, cupiebat vt Cato pre-

ces aliquas porrigeret: deinde cùm iam manifestum esset nihil tale Catonẽ esse acturum, verecundia adductus tribuno cuidã plebis persuasit, vt Catonẽ eximeret, nec in carcerem trudi pateretur. His legibus atque his muneribus plebem capientes, obtinuerunt, vt Cæsari quidem Illyricũ, & Gallia prouincia, & quatuor legiones in quinquenniũ traderentur, prædicente Catone atq; monente, populũ Rom. acrem tyrannũ suis suffragiis constituere. P. autem Clodiũ ex patritia familia, vt Ciceronem vrbe depelleret, atq; oĩa illorũ gratia faceret, tribunũ plebis: consules verò Calpurnium Pisonẽ, qui erat Cęsaris socer, & Gabinium Paulum, qui erat (vt dici solet) ex sinu Pompeij, fecere. Sed quanquã tanta vi remp. occupassent, & alia gratia, alia timore efficerent, tamen formidabant Catonẽ. Nam magno labore, & nõ sine verecundia in his rebus superabant, vim tamen ei afferre, ac reum facere nefas erat, neque omnino tentandũ. Nam Clodius nec Ciceronẽ expellere posse cõfidebat prę- sente Catone: quare consiliũ cepit, vt eum à cõspectu vrbis remoueret. In principio enim tribunatus sui Catone ad se vocato, sic verba fecit, quasi omniũ ciuiũ integerrimũ atq; incorruptissimũ esse iudicio suo putaret: eius rei indicium se facturũ. Nã multos profectionem in Cyprum postulare sed ad eam rem Catonem solum existimasse idoneum. Cui cùm statim aduersaretur Cato, assereretq; non ob honorẽ sed ob cõtumeliã atq; insidias hoc sibi negotium demandari, Clodius nimiũ superbè: At si non volens, inquit, tamẽ coactus dolensq; proficiscere: aduocataq; concione, plebiscito firmauit missionem Catonis, eiq; abeunti nec nauem neque militem, nec ministrum quempiam tradidit præter duos scribas, quorum alter fur erat, alter Clodij clientulus. Et quasi parum negotij foret Cyprus ac Ptolemæus, etiã vt exules Byzantium reduceret iniunxit, eo cõsilio, vt ipsum plurimo tẽpore extra vrbem ablegaret. Hac igitur Catone cessante coactus, antequã proficisceretur, Ciceronem cui Clodius apud populũ diem dixerat, admonuit ne in armã atq; cædes vrbẽ cõiiceret, sed tẽpori cederet, vt rursus patriæ salutem præstare posset. Deinde per Canidiũ familiarẽ suum in Cyprũ præmissum, suadere Ptolemæo instituit, vt sine cõtentione atq; pugna cõcederet, quasi neq; pecuniarum, neq; honoris expers futurus, daturũ enim sibi populũ Rom.

Rom. sacerdotium Veneris Paphiæ. Sic ergo Canidio, qui hæc nuntiaret præmisso, ipse Cato apud Rhodum cõmoratus, ea quibus opus erat cõparabat, & simul responsum Ptolemæi expectabat. Inter Ptolemæus Aegypti rex à ciuibus suis exactus, relicta Alexandria Romam nauigabat, ea spe vt Pompeij & Cæsaris armis in regnũ reduceretur. Volés igitur Catonem affari, certiorem de voluntate sua eũ facit, credens illũ statim ad se esse venturũ. Cato per id tẽpus pur gãdo ventri operam dabat, itaq; iussit Ptolemæũ, si ita placeret, ad se venire, ac ei venienti nec obuiam processit, nec assurrexit: sed tanquam priuatum quendã reciperet, accedere iubens, primo congressu regem turbauit, & in admirationẽ conuertit, quòd sub populari mente & simplici, tãta superbia insolentiáq; lateret. Sed paulò pòst cùm verba Catonis audiret, optimo cõsilio, & summa prudentia de re sua disserentis, ac eũ reprehendentis, & tanta felicitate relicta, laboribus, dispendiis, & obseruationibus eorũ, qui Romæ potentes forent, se subiiciat, quorum cupiditatẽ si vniuersa Aegyptus in pecuniam redigatur, vix explere possit, & simul consulentis, vt domũ rediret, & cum suis ciuibus pacaretur, & se vnà nauigaturum, ac intercessurũ pollicentis, tanquam ex insania quadam resipiscens, veritatemq; agnoscens, & virtutem Catonis admirans, decernit ita facere, vt Cato suadebat. Sed postea ab amicis in priorem spẽ reductus, cùm Romam venisset, statim cùm ad ianuam alicuius magistratus peruenit, errorẽ suum recognouit, damnauitq; quòd consilium viri boni, imò potius Dei oraculũ neglexisset. Cyprius autem Ptolemæus felicitate quadam Catonis se veneno necauit, qui cùm magnam vim auri & argenti reliquisse diceretur, ipse Cato quoniã Bizantiũ nauigare decreuerat, M. Brutum nepotem suum in Cyprum transmisit. Non enim satis Canidio in tractatione pecuniarum cõfidebat. Exulibus post hæc Byzantium reductis, & pace inter eos firmata, in Cyprum venit: vbi cùm gazam regiam in poculis, mẽsis, lapidibus, & purpura reperisset, quę omnia opus erat venundare, & in pecuniã redigere, volens in ea re diligentia vti, & in summum pretium adducere, cunctisq; ipse adesse, & supremam licitationem suscipere, non credidit consuetis auctionibus: sed in suspicione habuit omnes ministros, omnes præcones, omnes mangones,

gones,omnes amicos, per seipsum priuatim eos, qui emere volebant conueniens,ac res tractans, effecit, vt cùm cæteri amici,quasi parum fidei eis haberetur molestè ferrent, tum in primis is,qui omnes anteibat Munatius,vt Cęsari oratio nem aduersus Catonem scribenti, acerbissimæ accusationis pars ista fuerit, locúmq; immorandi exinde habuerit. Munatius tamen scribit non diffidentia sibi aduersus Catonem accidisse vt indignaretur,sed neglectu quodam Catonis,& obtrectatione Canidij. Nam Munatius librum edidit de rebus Catonis,quem Thraseas maximè sequutus est. In eo libro scribit se post Catonem in Cyprum venisse, nec satis honestè à Catone acceptum,sed cùm aliquando staret pro foribus,reiectum fuisse, Catone intus aliquid vnà cum
64 Canidio fabulante:& cùm de ea re quereretur,non satis clemens à Catone tulisse responsum. Dixisse enim ait, Periculum esse ne nimia amicitia,secundũ Theophrasti sententiã interdum causa foret odij generandi:quippe tu propter maximum amorem, minus te in honore habitum putas apud me,quàm oporteat, idque grauiter fers:ego autem operA Canidij vtor,cùm propter experientiam rerum,quę in ipso est,tum propter fidelitatem, qui & prius venit, & integer cõprobatus est. Hæc tamen Catonem secretè secum loquutũ dicit,verũ postea ad Canidium relata cùm audiret, nec ad cœnam ire voluisse,neq; vocantibus paruisse: minãte autem Catone(vt fieri solet)se pignora capturum, ex Cypro nauigasse,& multo tempore sic aduersus Catonẽ infensum perstitisse. Deinde Martia (adhuc enim Catoni cohabita-
65 bat) cõprobante cùm Barca ad cœnam eos vocasset,& Catone moram trahente,alij iam discũberent,tandem venientẽ Catonem quęsisse à Barca,vbinã sederet: cùm verò Barca dixisset,vbicunque liberet,circunspexisse Catonem ac dixisse,iuxta Munatium sedere velle.atq; ita fecisse, nec tamen quicquam colloquij inuicem in cœna habitum. Verùm postea Catonem à Martia rogatum,vt Munatio scriberet,scripsisse vt postridie mane domum veniret:se autem & à Martia retentum donec omnes recessérunt, atque ita Catonem ad eos ingressum salutasse Munatium,& ambabusmanibus complexũ fuisse. Hæc scripsimus prolixius,arbitrantes nõ minus in huiusmodi rebus mores hominum cognosci posse,quã in peruagatis ac magnis negotiis. Coegit autẽ Cato apud

apud Cyprum circiter septem millia talenta argenti, Veritus autem longitudinem nauigationis, vasa multa præparauit,singula duorũ talentorum,& quinquaginta drachmarũ capacia:longum funem autem singulis alligauit, & in fu- 66
nis capite suber bonæ magnitudinis erat,vt per ipsum, si naufragium fieret,vbi esset argentũ cerneretur. Hęc omnis pecunia incolumis Romam delata est,præter admodũ pauca. Libri autem duo, in quibus rationes de ea pecunia diligẽter perscriptæ erãt,in via perierunt:nam cùm alterum libertus eius nomine Philargyrus secũ deferret,ex Cenchris delatus, cum ipsis oneribus periit. Alterum verò cùm ipse Cato vsq; in Corcyram seruasset,nautis propter magnitudinem frigoris ignem immodicè facientibus, arsere taberna cula,libérque deperiit. Et licet calumniatores refellere poterant ministri regij,tamen hanc librorum iacturam ægerrimè Cato tulit,non tam ob fidem, quàm ob exemplum diligentię suæ,quod cęteris hominibus præbere cupiebat. Advectus igitur nauibus cùm vrbem intraret,omnes magistrãtus,omnes sacerdotes,omnis senatus, itẽ maxima pars plebis sic obuiam processérũt,vt ripæ Tiberis vtrinq; complerentur,nec à triumpho multùm differret. Nonnullis tamen 67
aggrestis superbusque visus est, quòd consulibus prætoribusq; obuiam progredientibus neque substitit, neque cursum retinuit,nec in terram ad eos descendit,sed prætergressus non prius destitit, quàm classem in naualia coniecisset. Cùm tamen argentum per forum portaretur,admiratus est populus Rom.tantam magnitudinem:& senatus post multas Catonis laudes,decreuit ei præturam extra ordinem, & ludos inspicere purpurea veste. Verùm hæc senatus decreta Cato ipse deprecatus, Niciam regis seruum petiit à senatu manumitti ob fidem ac diligentiam rerumadministratarũ. Erat per id tempus consul Philippus Martiæ pater,& quodammodo magistratus eius potentia in Catonem redibat, collega Philippi Lentulo non minus in honore Catonem habente propter virtutes,quàm Philippus ipse propter affinitatem. Post hæc Cicero in vrbẽ vnde prius à Clodio pul- 68
sus erat reuersus,cùm potentia qua plurimùm pollebat fretus,tabulas in Capitolio fixas,in quib. res in tribunatu Clodij gestæ perscriptæ erant,per vim deleuisset,senatúsque super ea re haberetur,& Marcus Cicero absentẽ Clodiũ accusaret,

saret, dicerétque à Clodio gesta esse irrita oportere, quoniã ipse Clodius contra leges tribunatum accepisset, non placuit id Catoni. Itaque assurgens dixit, Clodij tribunatum nihil sani neque bonti in se habuisse, si tamen quis irritare vellet quicquid ab eo gestum esset, necesse fore, vt ea etiam quæ ipse in Cypro fecisset, irrita haberentur: neque fuisse secundum leges profectionem eius in Cyprum, cùm is tribunus referret, qui authoritatem non haberet. Non igitur contra leges tribunum esse factum P. Clodium, qui ex patritia familia ad plebem lege concedente transisset: quòd si tribunatu quemadmodum cæteri multi abusus est, ipsum corrigere oportere qui deliquerit, non verò potestatem tribunitiam dissoluere. Ex hoc indignatio inter Catonem & Ciceronem exorta est, postea tamen procedente tẽpore reconciliati sunt. Cùm deinde Põpeius & Crassus cum Cæsare, qui citra Alpes venerat cõmunicato cõsilio, statuissent secundũ consulatum iuire, & consules facti Cæsari quidem in quin-
69 quennium prouinciam & exercitus prorogare: pro se verò magnas pecunias & prouincias & delectus accipere, & rem pub. vexare, ac cũ multi boni viri consulatũ petituri destitissent, solus L. Domitius, qui Porciam sororem Catonis vxorem habebat, monente Catone non esse illis concedendum, sed pro reipublicæ libertate certandum, sustinuit competitor esse. Nec solùm ad Domitium hic peruenit sermo, sed ad omnes bonos, non esse negligendas Crassi & Pompeij opes in vnum collectas, sed diuungendum esse alterum à consulatu: fore enim grauem & intolerabilem eorum potentiam, si vnà consules fierent. Fauebant igitur omnes Domitio, confirmabántque, ostendentes multos ex iis, qui metu silerent, in comitio ei suffragaturos. Hoc cùm Pompeij fa-
70 miliares vererentur, insidias Domitio tendunt: cùmque is prima luce in campum cum funalibus descenderet, vno ex suis qui præcedebant interfecto, multis insuper vulneratis, omnes in fugam vertunt præter Domitium & Catonem. Nam Cato Domitiũ retinebat, ipsúmq; cohortabatur, dicebátq; resistendum esse pro libertate patriæ aduersus tiranos quandiu spiritus superstit, qui quemadmodum magistratu abusuri sint, iam ex tunc patefaciant, per tanta scelera ipsum procurantes. Hęc dicebat Cato iam brachiũ saucius: sed cùm Domitius periculum expectare nollet, domumq; se

se reciperet, designãtur consules Põpeius & Crassus. Nec 71
tamen Cato quieuit: sed prætura petiit, ne priuatus consulibus aduersaretur. At illi cùm hoc timerent, quòd videbant prætura dignitatem in Catone parẽ fore consulari potestati, senatum habuerunt multis ignorãtibus, & in eo decreuerũt, primò quidem vti prætores qui creati essent, confestim magistratum inirent, neque consuetum tempus expectarent: deinde ne fraudi esset, si quis eum magistratum per ambitũ obtineret. Et simul ipsi amicos, & ministros ad petitionem eius concitarũt, porrigentes argentum, & ipsi suffragio præsidentes. Et cùm nihilominus omnia ipsorum studia Catonis virtus superaret, erubescentibus cunctis, suffragium non dedere Catoni præturam petenti, qui vel pretio comparandus fuerat ad eum magistratũ gerẽdũ: & cùm prima tribus eum nominasset, Pompeius id animaduertẽs, turpissimè mẽtitus se tonitrua audiuisse, comitia dissoluit: Nihil enim fas erat agere cùm talia contigissent. Post hæc 72
rursus magnis largitionibus freti, & optimatibus ex campo per vim pulsis, prætorem fecerunt Vatiniũm pro Catone, quo in loco ferunt eos, qui suffragium tulerant, continuò præ verecundia è campo fugisse. Reliqui verò, qui id graui ter ferebant, tribuno quodam plebis concionem præbente, Catonem induxerunt, qui omnia quæ futura erãt, & reipublicæ euentura, quasi à diis edoctus prædixit, ciuésque in Pompeium & Crassum concitauit, qui ita sibi conscij essẽt, ita Rempub, administrare cuperent, vt timerent Catonem prætorem fieri. Tandem verò cùm domum reuerteretur, tanta multitudo eum prosequuta est, quanta ne omnes quidem illos, qui prætores erant creati. C. deinde Trebonio legem promulgante de prouinciis consularibus, vt alter Hispaniam Africámque haberet, Alter Syriã & Aegiptum, & quibus videretur terrestribus naualibusque copiis bellũ inferrent, cæteri omnes cùm desperarent prohibere posse, supersederunt, nec aduersati sunt. Catoni autem contradi-
cere volenti, vix tempus duarum horarum ad dicendum 73
concessum est: qui cùm multa dicendo ac prẽmittendo, tempus consumpsisset, non permiserunt, vt amplius loqueretur, sed minister eum adhuc dicentem, & in suggestu stantẽ arripuit. Quinetiam cùm ex inferiori loco vociferaretur, multíque ex eà re turbati essent, rursus per lictorem

appre

apprehensus extra forum tractus est, ibique relictus. Cato verò simulatque dimissus est, rursus ad rostra magna vocife
ratione reuersus, monebat ciues ne hoc paterentur. Hoc mo
do cùm sæpius ex eo loco deductus semper rediret, molestè
id ferès Trebonius, iussit vt Cato in carcerem duceretur:
quod cùm factum esset, ingens multitudo ciuium sequeba
tur, & ipse Cato inter ambulandum cohortari ac monere
contra legem non desistebat: quamobrem territus Trebo
74 nius, Catonem dimisit. Et illa quidem dies frustra consum
pta est. Posteris verò diebus partim minis, partim largitio
nibus, vno præterea ex tribunis plebis Aquilio armis depul
so, ipsóque Catone, qui tonitru auditum esse clamabat, foro
deiecto, multis vulneratis, nonnullis etiam interfectis, per
vim legem tulerũt: quod quidem tam indignè tulerũt bo
ni, vt pleriq; statuas Pompeij ob indignationem cederent:
sed hæc quidem fieri Cato prohibuit. Deinde cùm de pro
uinciis exercitúque Cęsari prorogandis referretur, non am
plius cum plebe egit Cato, sed ad ipsum Pompeium cõuer
sus, attestatus est ac prædixit in suam ceruicem Cæsarem
armari, idque non videre nunc, verùm enim eo tempore sen
surum esse, cùm propter grauitatem ac potentiam nec depo
nere valeret, nec perferre: proinde fore vt eo tempore Cato
nis reminiscatur, intelligátque non minus vtilitatis inesse
75 sententiæ suæ, quàm honestatis atque iustitiæ. Hæc tamen
Pompeius neglexit, confisus felicitati suæ, nec putãs fieri
posse, vt Cęsar ab eo diiungeretur. Sequenti verò anno prę
tor factus Cato, non tantùm visus est dignitatis ei magistra
tui afferre, quantùm demere sæpe nudis pedibus, & sine to
ga ad rostra veniens, & causas capitales clarorũ virorum eo
habitu cognoscens. Tradiderunt & nonnulli, iudicia non-
nunquam post prandium, cùm vinum potasset, eum exer-
cuisse, quod tamẽ falsum est. Cùm autẽ populus Romanus
largitionibus corruptus, tanquam mercenaria opera, suffra
giis vteretur, cupiẽs mederi huic parti reipub. Cato, senatu
persuasit decernere, vt hi qui designati essent, si nullum accu
satorem haberent, ipsi tamen iudicium subire atque ratio-
nem reddere cogerentur. Hoc perinique ferebant ij, qui ma
gistratum petebant, iniquius etiam plebs largitionibus as-
sueta. Itaque cùm Cato postridie ad rostra venisset, multitu
76 do hominũ in eum impetũ fecit, clamãs, detestans, ac percu
tiens

tiens illum, quoad vniuersi, qui circa rostra erant, aufuge-
rent. Ipsum verò Catonem multitudine pressum atq; dela-
tum, vix rostris apprehensis cõtinere se potuisse dicunt: sed
cùm in rostra se recepisset, grauitate & authoritate turbam
sedauit, clamoresq; repressit, & oratione habita miti, attẽtè
auditus est, turbationemq; omnem ex animis deleuit. Ob
quam rẽ cùm à senatu laudaretur, At ego, inquit, P. C. vos
minimè laudo, qui me prætorẽ in tanto periculo deseruis-
tis. Hi verò qui magistratũ petebant, cùm singuli à largi-
tionibus deterriti essent, in vnũ conuenerunt, cõtuleruntq;
vnusquisq; duodecim millia & semis drachmarũ argenti,
facta sponsione, vt qui ex eis per largitionem peteret, id ar-
gentum perderet: arbitrum ad eam rem Catonem eligunt,
& pecuniam apud illum deponere statuunt: sed ipse Cato
pecuniam quidẽ recipere noluit, fideiussores tamẽ recepit.
Cùm autẽ dies comitiorũ venisset, obseruãs etiã suffragia, 77
deprehendit quendam ex sponsoribus contra pacta egisse,
ipsumq; damnauit, & eius pecuniam aliis tribuit. Illi verò
iustitiam atq; integritatẽ hominis admirati, pœnam remi-
serunt, satis pœnarũ dedisse illum arbitrati, quòd à Catone
esset damnatus. Sed ea res non mediocrẽ inuidiam in Ca-
tonem concitauit, quasi senatus iudiciũ ac magistratuum
vim atq; potestatem sibi arrogaret. Neque enim vlla virtus *Inuidia co*
est, quæ magis inuidiam contrahat, quàm iustitia, quam po *mes iusti-*
tentia, & fides populorum maximè sequuntur. Neq; enim *tia.*
duntaxat in honore habent iustos quemadmodum fortes,
neq; admirantur quemadmodum sapientes, verumetiam
amant, atq; eis confidunt: ex illis verò quos suprà memo-
raui, alios timent, aliis parum credunt, præterea arbitrãtur
natura magis, quàm voluntate illos excellere, putantes for
titudinẽ & prudentiã, alteram acritatẽ quandam, alteram
robur animi esse. Iustum verò quemuis esse posse, modò 78
prauitates repellat. Itaq; iniuriã maximè, vt inexcusabile
vitium improbis dicunt. Quamobrẽ Catoni tunc omnes
potentes atq; clari inuidebant, & in primis ipse Pompeius,
qui putabat Catonis gloriã suæ potentiæ officere, atq; ea
de causa semper quosdam summittebat calumniatores in
Catonem, quorum vnus P. Clodius, qui rursus cũ Pompeio
in gratiã reuersus, Catonẽ criminabatur multũ argẽti sibi
è Cypro expilauisse: Pompeio autẽ bellum inferre, quòd

nuptias filiæ, vt indignas repudiasset. Ad hæc respondebat Cato, se tantùm argenti ex Cypro Romam detulisse sine vllo milite, quantùm Pompeius ex omnibus triumphis ac bellis, quibus vniuersum terrarum orbem turbasset, non
79 attulerat. Affinitatem verò Pompeij nunquam elegisse, non quòd indignum putaret, sed quòd nõ eadem in repub. esset mens ac voluntas. Nam se quidem prouincia abstinuisse, cùm sibi à senatu post præturam vltro traderetur: Pompeiũ verò partim pro se accepisse prouincias, partim aliis procurasse, nunc autem sex millia militũ in Galliam ad Cæsarem mittere, quos neq; Cæsar petierat à senatu, nec ipse Pompeius authoritate senatus concesserit: sed tot hominum, tantæ armorum copiæ, tot equi, gratiæ sunt ac remunerationes priuatim elargitæ. Imperatorem appellatum Pompeium aliis prouinciis exercitusque commisisse, ipsum verò domi manere, vt seditiones & turbas aleret: quibus rebus manifestũ est imperium affectari à Pompeio. Hoc modo Cato Pompeium vltus est. Erat M. Faonius Catonis amicus atq; æmulus, qualis Apollodorus Phalereus dicitur Socratis fuisse, vir quem faciliter verba mouerent, nec id quidem modicè aut humanè, sed vsq; ad insa-
80 niam atq; furorem. Hic ædilitatem petens repulsam ferebat: cui cùm faueret Cato, animaduertit tabulas vna manu omnes perscriptas: itaque hanc machinationem redarguens, & tribunos super ea re appellans, comitia dissoluit. Postea autem Faonio ædili facto, & cætera pro eo munera obiuit, & spectaculum edidit in theatro, proponens certantibus non ex auro coronas, sed quemadmodum in Olympico fieri solet, ex oleastro. Dona etiam attribuit, Græcis quidem ex porro, & lactuca, & raphano, & blito, & apio: Romanis autem vini amphoras, carnes porcinas, & ficus, & cucumeres, & lignorum fasces: quorum vtilitatem alij deriserunt, alij laudauerunt propter Catonis austeritatem. Faonius inter multitudinem se coniiciens, & cum aliis sedens, Catoni applaudebat, admonebatque vt victoribus ea dona tribueret, attestaturq; se Catoni
81 hanc potestatem concessisse. In alio autem theatro collega Faonij magnificè ludos faciebat, sed vniuersa multitudo illum reliquerat, & ad Catonem Faoniumque pro rei nouitate se contulerat. Fecit autem Cato hæc, vt doceret

ceret oportere eum, qui ludos faceret, ludis vti, & gratia magis ac simplicitate certare, quàm tantos apparatus & sumptus in rem non vtilem consumere, & curas ingentes ea de causa suscipere. Post hæc verò cùm Scipio, & Hypsæus, & Milo consulatum petentes, non solùm illis solitis vsitatisque largitionibus, sed etiam armis & necibus contenderent, ac temeritate & audacia bellum ciuile concitassent, quibusdam censentibus Pompeium comitiis præficiendum, contradixit Cato, neq; oportere inquit, à Pompeio legibus præsidendum esse, sed Pompeio à legibus. Verùm postea cùm per multos dies tria veluti castra forum obsiderent, censuit antequam summa necessitas cogeret, sponte & gratia senatus eam rem Pompeio esse mandandam, ex duobus malis, quod minus foret, eligens,
*ne cùm ciuitas seditionibus atq; armis diu afflicta esset, 82 *τ τῶν με-
tunc demum in potestatem vnius deueniret. Dixit igitur γίστων κα-
sententiam in senatu M. Bibulus Catonis necessarius, qua τασταίσεως,
censebat solùm Pompeium consulem designandum. Fore τὸν μονάρ-
enim vt vel respublica quietem accipiat Pompeio gubernante, vel meliori seruiat. Cato autem assurgens contra χιαν ἐπαγ-
expectationem omnium Bibuli sententiam laudauit, asse- γαγέσθαι
rens præstare, vt quæuis potestas in vrbe sit, quàm rem- μᾶλλον, ἢ
publicam sine magistratu ac præside manere. Se quidem περιιδεῖν
expectare, vt Pompeius rempublicam sibi commissam τὸν πάσιν
laudabiliter tueatur & gerat. Per hunc modum consul de- εἰς μοναρ-
signatus Pompeius, à Catone postulauit, vt in suburba- χίαν τελοῦν
num ad se veniret: qui cùm venisset, amicissimè eum re- τῶναρ.
cepit, atque gratias egit, rogauitque, vt sibi in consulatu gerendo adiutor esse vellet, se ex illius authoritate cuncta facturum. Ad hæc respondit Cato, se neq; priori tempore aliquid vnquam contra Pompeium fecisse inimico animo, neque in præsenti, vt gratiam eius sibi compararet, sed pro vtilitate reipublicæ semper locutum esse. Priuatim qui- 83
dem igitur sese Pompeio affuturum, si Pompeius id postulet: publicè verò, etiam si non postulet, omnia perseruturum. Et sanè ita fecit, vt promiserat. Primùm enim magnam ac nouam pœnam aduersus decuplatores Pompeio statuente, præterita condonanda censuit, futura verò punienda. Neq; enim finem præteritorũ facinorum faciliter reperiri posse, nec noua pœna, quæ nunc imposita est, pu-

nienda esse delicta tunc cõmissa, cùm lex aliam pœnam statuebat. Deinde cùm multi summi viri hac ipsa lege rei postularentur, Pompeiusq; interdũ pro amicitia & familiaritate eorũ se facilè præstaret, remitteretq; seueritatẽ, increpabat eum Cato vehementer atq; excitabat. Præterea cùm Pompeius cõmendationes reis dari in iudiciis cõsuetas per legẽ vetuisset, ac postea ipse Munatio Flacco cõmendationem scripsisset, Cato qui in ea causa iudex erat, cùm recitari cœpta esset Pompeij cõmendatio, aures manibus clau-
34 sit, legiq; illã prohibuit. Flaccus verò ipsum ex iudicibus reiecit, & quidẽ post oratam causam, sed nihilominus condemnatus est. Omnino autẽ difficilis atq; anceps scrupulus erat Cato iis, qui in iudiciũ vocabantur. Nullus enim reorum habere iudicẽ volebat Catonẽ, & tamen reiicere formidabant. Nam multi eo ipso condẽnati sunt, quòd Catonem reiiciendo, non satis confisi suæ innocẽtiæ videbãtur. Multis etiã in magni opprobrij partẽ obiiciebatur, quòd Catonem iudicẽ oblatũ recipere noluissent. Post hæc cùm Cæsar in Gallia magnas haberet copias, Romæ verò pecunia, largitionibus & amicis plurimũ posset, tunc demũ monitiones Catonis diu antea prædictę Pompeium, quasi dormientem excitarunt, cumq; etiam tunc piger videretur ad Cæsarẽ compescendũ, perrexit Cato consulatũ petere, quasi confestim arma Cæsari arrepturus, eiusq; insidias patefa-
35 cturus. Competitores Catonis duo fuerunt, ambo gratiosi, quorũ alter P. Sulpitius plurimùm Catonis authoritate ac potẽtia omni tẽpore fretus, nõ rectè tunc facere videbatur, neq; satis gratũ se erga Catonem præstare. Ipse tamen Cato nunquam questus est, sed minimè admirandũ esse dixit, si id quod quis maximũ bonũ esse putat, alteri non concedat. Senatui verò persuasit, vti ipsos qui consulatũ peterent, per se Romanũ populũ appellare iuberent, nec per alios quicquam agere: ob quod etiam magis homines sibi aduersos fecit, quasi non solùm accipiendi pecuniã, verùm etiã gratiam concedendi pop. Rom. reuerentiã abstulisset. Ad hæc accedebat, quòd nec ipse ad dicendum pro se satis idoneus erat, sed dignitatem morum potius conseruare volebat, quàm compellando atq; rogando dignitatem magistratus acquirere: neque vt amici hoc facerent, permittebat, ob
36 quod multitudo capi & deliniri solet. Itaq; victus à cõpetitoribus

titoribus consulatũ non obtinuit: & cùm ea res non solùm iis, qui repulsam tulerant, verùm amicis quoq; & familiaribus rubori esse soleret, & tristitiam atq; calamitatem per multos dies afferret, ipse Cato ita negligẽter id tulit, vt sequenti die vnctus in campũ descenderet, & post prandium rursus, vt solebat sine calceis & tunica in forũ veniens, vnà cum familiaribus ambularet. Hoc factũ Catonis Cicero reprehendit, quòd rebus poscentibus vt consul fieret, nõ studuerit populũ humanitate delinire, sed etiã ad reliquũ tempus defessus fuerit. Atqui prętura quidem rursus petiit, idq; illa de causa se facere dixit, quòd nõ iudicio pop. Rom. sed violentia atq; corruptione quorundam hominũ in ea petitione succubuisset. At cõsularibus comitiis nullã fraudem adhibitam, sed non satis pop. Rom. suos mores probatos fuisse, quos neq; mutare ob eam causam, neq; cùm illis vtatur, velle se rursus periculum sui facere. Inde cùm Cæsar in 37
bellicosissimas nationes impetum fecisset, easq; superasset, Germanos etiã contra fœdus bello lacessisset, & trecenta hominum millia occidisset, aliis ob rem prosperè gestam supplicationes decernẽtibus, Cato censuit ipsum Cæsarem iis dedendum, quibus contra fœdus bellum intulerat, neq; faciendũ vllo modo, vt ipsi in se atq; in rempub. tantã pollutionẽ reciperent. Attamẽ, inquit, diis immortalibus gratias agendas esse, quòd pro hac tanta imperatoris nostri temeritate in exercitũ nostrũ pœnas non verterunt, sed reip. pepercerunt. De his Cæsar certior factus, epistolam scripsit ad senatũ, in qua multa maledicta in Catonem congesserit. Qua lecta, Cato ipse assurgens, non ab ira, neq; ab obtrectatione aliqua sed ab ingenio atq; ratione crimina, quæ in se dicta erant, iurgio similia esse ostendit, & ludum aliquem pompamq; cõtinere. Deinde mentẽ Cæsaris ab ipso initio 38
patefaciens, & omnẽ illius voluntatẽ, quasi ipse socius atq; coniuratus foret aperiens, ac docens, non Britannorum, neq; Celtarum filios: sed ipsum Cæsarem esse formidandum, ita mentes omnium mutauit & acuit, vt amicos Cæsaris vehementer pœnituerit, quòd eiusmodi epistola in senatu lecta facultatem Catoni dedisset, vt verbis pro iustitia factis, Cæsarem meritò & iustissimè redargueret. Nihil tamen à senatu decretum est, verba duntaxat habita, oportere Cæsari successorem dari. Amicis Cæsaris dicen-

Catonis tolerãtia in consulatus repulsa.

tibus, vt Pompeius etiam arma deponeret, prouinciasq; dimitteret, quod ni faciat, Cæsarem quoque non esse facturum: iam illa vociferans Cato, quæ ab intio prædixerat, adulantare scilicet virum, & manifestissimè vim afferre cum illis ipsis copiis, quas à decepta ciuitate adeptus foret, apud plebem quidem, quæ Cæsari fauebat plurimùm, promouit nihil, senatum verò in suam sententiam traduxit. Deinde cum Arimino Cæsar occupato ad vrbem contendere diceretur, hinc iam vniuersi Catonem intuebantur, tam Pompeius, quàm cæteri omnes, vtpote qui primus omniù ista vidisset. Dixit igitur Cato: At si iis, quæ ego prædicabam, credidissetis P. C. nec vnũ nunc timeremus, nec etiã in vno spes nostras haberemus. Põpeio verò respondente, prouidentius ea à Catone prædicta: amicitius autẽ à se facta, consuluit Cato vni Pompeio committendũ, vt videat ne quid respublica detrimenti capiat. Etenim eorundẽ hominũ esse solet, magna inferre mala, ac repellere. Põpeius igitur cùm neq; exercitũ paratũ haberet, nec, quas tunc deligebat, copiis satis credendũ putaret, vrbem deseruit. Cato verò cùm Pompeium sequi decreuisset, minorẽ eius filium in Brutios ad Munatiũ misit, maiorẽ verò vnà secum duxit: domus autem & filiarũ suarũ gratia, Martiam rursus accepit, quæ tunc vidua erat, & ab Hortensio hæres relicta. Quod eius factũ maximè Cæsar carpendo auaritiã Catonis criminari conatur. Nam si indigebat, inquit, cur eam dimisisset? sin autẽ non indigebat, cur eam recepisset? nisi videlicet illam mulierem tanquã escam à principio posuisset, & iuuenem dimisisset, vt diuitem reciperet. Ad hæc autẽ, quæ à Cæsare dicta sunt, probè illa conueniunt, quæ dixit Euripides in eos, qui Herculi timiditatem exprobrabant: Primùm, quæ fas est dicere: nam dicere fas non est, timidum esse Herculem. Nam persimile est Herculi timiditatẽ animi obiicere, & Catoni turpitudinem quæstus. An verò improbandæ sint hæ nuptiæ, alterius erat considerationis. Sed postquã Martiam recepit, & curam rei familiaris, ac filias ei cõmisit, ipse Pompeiũ sequutus est. à qua die ferunt, neq; capillos, neq; barbam deposuisse: luctũ verò ac mœstitiam pro tantis reipublicæ cladibus, siue superarent, siue superarentur, eodẽ modo semper obseruasse. Sortitus autẽ Siciliã prouinciã, ac Syracusas profectus, cùm audiuisset Asiniũ Pollionem cum multis militibus Messanã traiecisse, misit qui eius traiectionis causas ab eo perquirerent: sed cùm ab Asinio contrà, rerum nouatarum Romæ causas rogatus esset ipse, & simul cognouisset Põpeij fugã ex Italia, resdiuinas per magnam obscuritatem multosq; in se errores habere quæstus est: siquidẽ Pompeio in his rebus, quibus nihil iustitiæ inerat, semper dij fauissent, tunc verò patriã seruare cupientẽ, & pro libertate pugnatẽ deseruerint. Quanquã itaq; Asiniũ ex insula deturbare posset, tamen ne Siciliã cladibus belli inuolueret, abeundi consiliũ sumpsit, monitis prius Syracusanis, vt de salute suæ ciuitatis prouiderent, Dyrrhachiũ ad Pompeiũ nauigauit. Cùm in castra peruenissẽt, semper in eadẽ sententia fuit: censebat enim oportere, vt bellũ protraheretur, sperans vt tractu temporis iræ mitigarentur, neq; ferendũ putabat, vt populus Romanus seipsum pugna ferroq; trucidaret. Suasit etiã, vt Põpeius cæteriq; primarij viri decernerent, ne qua ciuitas socia, aut amica populi Rom. diriperetur, néve quisquã Romanus ciuis extra aciem interficeretur. Hac ille humanitate multos mortales ad partes Pompeij conuertit. Missus deinde in Asiam, vt apparatus nauiũ delectusq; militũ accelera ret, secũ duxit Seruiliam sororem, & Luculli puerũ ex Seruilia genitum. Nam Seruilia quidem post mortẽ viri se Catonis potestati subiecerat, cumq; sponte sequebatur ob aduersam impudicitiæ famã abstergendam. Veruntamen Cæsar ne in hac quidẽ parte Catoni pepercit, & in cæteris quidem (vt videtur) nihil erat opus Catone. Nam ij, qui à Pompeio missi erant, summa cũ diligentia cuncta perfecerant. Rhodios dũtaxat authoritate atq; oratione sua permouit, & Seruiliã illic atq; puerum relinquens, ad Pompeium rediit cum magnis terrestribus atq; naualibus copiis. Atq; in eo tẽpore maximè Pompeij mens ac sententia cognita est. Nam cùm naualibus copiis præficere Catonem decreuisset, & haberet naues pugnaces circiter quingentas, præter lyburnicas & exploratorias & scaphas, subitò mutauit sententiam, Bibulumq; classi præfecit, putans non id laborare Catonẽ, vt Cæsar superaretur, sed vt omnino respublica libera foret, tã Põpeio, quàm cæteris potentibus è medio sublatis. Sed in quadã pugna quæ Dyrrhachij cõmissa est, cùm ipse Põpeius ad pugnã milites hortaretur, ducesque idem

facere iuberet, tacentibus cunctis, Cato orationem habuit de libertate, de virtute, de gloria, de cõtemnẽda morte, quæ in philosophia didicerat, prout tempus patiebatur disserẽs, tandemq; orationẽ suam in deos conuertens, vtpote præsentes, & illos intuentes, qui pro patria pugnaturi erãt, ita militũ animos incendit, vt cũ summo clamore, summóque decernendi desiderio pugnam deposcerent, omnesq; Cæsaris cohortes ea die in fugam verterent, nisi Cæsaris fortuna, & Pompeij infelicitas obstitisset, vt in eius vita scripsimus. Tunc autem omnibus ob ea, quæ gesta erant, lætitia exultantibus, Cato ipse plorauit patriæ fortunã, & ambitionẽ detestatur, cernẽs multos ac bonos ciues in acie cecidisse. Deinde Pompeius Cæsarem persequutus, cùm in Thessaliã venisset, multæq; copiæ Dirrhachij essent relictæ, & præterea multæ pecuniæ, multi Rom. ciues, omniũ custos atq; dux Cato præficitur, datis sibi quindecim cohortibus. Atq; id fecit Põpeius, quia Catonis præsentiã formidabat, quẽ vt absentẽ firmissimũ victis refugiũ, sic præsentem victori sibi minimè cõcessurũ existimabat, nec permissurum, vt pro arbitrio victoriã exerceret. Accepta deinde apud Pharsaliã clade, in ea sententia fuit Cato, vt si Põpeius interisset, omnes qui secũ erant, in Italiam reduceret, ipse verò solus tyrannidẽ fugeret, atq; in exiliũ iret: sin autem Põpeius euasisset, omnino copias illas Pompeio cõseruare. Hac igitur mente in Corcyrã, vbi naues erãt delatus, cùm Ciceronem ibi offendisset, perrexit primũ oẽs copias illi tradere, & sese ei summittere, vt decens erat prætorium virũ cõsulari: sed Cicerone non recipiente, & in Italiam abeunte, cognita Põpeij voluntate, qui cùm minimè tempus exposceret, eos qui in Italiam nauigabant, afficere supplicijs, & in primis Ciceroni ipsi manus afferre cogitabat, priuatim ipsum corripiens Ciceronẽ ex manifesto periculo liberauit, & cæteris facultatem abeundi prẽstitit. Arbitratus verò Pompeium Magnũ in Aegyptum aut Lybiam peruenisse, ad illum ire perrexit cum omnibus copijs, data prius potestate abeundi iis, qui non voluntariè sequerentur. Catoni oram Libyæ præteruecto fit obuiam Sextus Pompeij filius minor natu, qui mortẽ patris nuntiauit. Cuius mortem cùm vniuersũ grauiter ferrent, nec aliu m. quàm Catonem ducem sequi vellent, Cato pudore simul ac misericordia

cordia victus, viros bonos, quiq; specimen fidei suæ ediderant iam, destitutos & ancipites in terra peregrina deserere noluit, sed principatum subiit, & in Cyrenem perueniens à Cyrenæis receptus est, cùm paucis antè diebus Labienum exclusissent. Hic cùm audisset Scipionem ad Iubam regem se recepisse, & Appium Varum Aphricæ præfectum vnà cum Scipione esse, profectus ad eos pedes hyberno tempore, multis asinis, qui aquam ferrent congregatis, multum præterea commeatũ ferens, multos etiã currus ducens, insuper homines, qui Psylli nominantur, qui morsibus serpentum medentur ore trahentes venenũ, & ipsos serpentes cantibus mitigantes, septẽ continenter diebus iter fecit, ipse semper absq; equo & vehiculo agmẽ præcedens. In cœna verò sedebat: nam post Pharsalicã pugnam hoc quoq; priori mœstitiæ addiderat, vt nunquam iaceret, nisi cùm dormiret. In Aphrica hybernis peractis exercitum eduxit: erant militum circiter decẽ millia. Res autẽ pessimo loco erat. Scipione & Varo simul contẽdenti bus, & ob id Iubam obseruãtibus, hominem propter opes & potentiã tumentis superbiæ, qui primo Catonis aduẽtu thronum suũ mediũ posuit inter Scipionẽ & Catonẽ: quod cùm animaduerteret Cato, sublata sella ad aliam partem se contulit, & Scipionem inter se & Iubam medium fecit, quanquam sibi infensum atque inimicum, vtpote qui librum aduersus illum ediderat. At hoc quidem non attendũt homines Catonis factũ: si verò Philostratũ in Sicilia medium ambulans habuit in honorẽ philosophiæ, illũ accusant. Tũc igitur Iubæ insolentia repressa, qui quasi satrapas effecerat sibi, iis, qui cũ Scipione erant oĩbus cõciliatis, cùm ducẽ Catonẽ cuncti sequi vellent, & præcipuè Scipionis ac Vari milites, negauit se cõtra leges imperiũ suscepturũ, quas vt seruaret, aduersus Cæsarẽ bellũ gerebat, neq; se proprætore, dum proconsul adsit ante positurũ. Nã Scipio proconsul prouinciã obtinebat, speq; nõnullis erat in Scipionis nomine, quasi in Aphrica id esset ad victoriã fatale. Accepto itaq; Scipio principatu, cùm ille statim Iubæ gratia omnes Vticenses, qui in ætate erant, trucidare vellet, vrbemq; funditus euertere, vtpote cũ Cæsare sentientes Cato obstitit. Attestans enim ac vociferans in concilio vix crudelitatem eorũ coercere potuit, ac partim Vticensium

Liber à Catone in Scipionẽ edi tus.

rogatu, partim ex Scipionis sententia, custodiam Vticę recepit, vt neq; inuita, neq; volens partes Cęsaris sequeretur. Ea vrbs opportunissimo loco sita, & abundè munita erat, magis tamen à Catone confirmata est. Nã & annonæ vim introduxit, & mœnia turribus, vallo, fossaq; muniuit, præsidiaq; imposuit. Ciues autẽ quicunq; puberes erant ablatis armis pro turribus collocauit, reliquos in vrbe continuit, vehementi diligentia adhibita, ne cuiquã eorũ inferretur iniuria, inferre aliis ipsi possent. Arma verò, & pecuniam & frumentũ inde ad castra amittebat, habebatq; eam vrbem quasi horreũ belli. Quod autẽ Põpeio Magno prius idem tũc Scipioni suadebat, ne signa conferret aduersus hòmines pugnacissimos, sed protraheret bellũ, tempusq; con
100 tereret, quoad tyrannidis acies obtunderetur. Sed Scipio Catonis consilia neglexit, & aliquando etiam timiditatem exprobrauit, scribens ad eum, satis non esse, si ipse in vrbe sit, & mœnibus circundetur, nisi etiam cæteros impediat, quò minus ea, quæ optima factu sunt, exequantur. Ad hæc rescripsit Cato, se paratum offerens cum iis copiis, quas in Aphricã duxerat, in Italiã traiicere, & Cæsarem ab illis in se conuertere. Cùm verò hoc quoq; Scipio aspernaretur, manifestissimè cernebatur in Catone pœnitẽtia, quòd principatum cõcessisset ei, qui neq; belli artibus valeret, neq; si fortuna aliqua vinceret, tẽperatè victoria vsurus foret.
Quamobrẽ & secũ ipse agitabat, & familiaribus patefecit, se nõ bonã spem in bellũ habere propter imperitiã ac super
101 biam ducis, ac etiã si Cæsar ipse superaretur, se Romæ nõ mansurum, sed in exilio futurum propter crudelitatem & superbiam Scipionis, qui iam tunc insolentes minas aduersus multos iactaret. Et euenit quidem citius, quàm expectaret Cato, vt à Scipione malè pugnatum esset, & prima nocte quidam à castris veniens tertia antè pugnã cõmissam die, Cæsaremq; vicisse nuntiauit, capta etiã esse castra, Scipionem & Iubam cum paucis euasisse, reliquas omnes copias funditus esse deletas. His auditis, vniuersa ciuitas ad huiusmodi nuntiũ attonita vix se intra mœnia continebat. Quod cùm animaduerteret Cato, singulos monendo atq; consolando, quòd non tanta essent, quanta nuntiabantur mala, sed rem verbis augeri, trepidationem sedauit. Postridie verò Romanos ciues, qui Vticæ negotiabantur, quorum

quorum trecentos in consilium delegerat, per præconẽ in 102
templum Iouis acciri iubet: quo facto, venit ipse in templum sine vlla trepidatione, vultu pacato, quemadmodum priori tempore solebat, librum in manibus tenens: dum illi cogebantur, lectitare cœpit. Erant in eo libro scriptæ rationes rerũ, quas ad bellum præparauerat, instrumẽtorũ armorum, frumenti, balistarũ. Coacto autem consilio, inci- *Oratio Catonis ad Rom.*
piens ab ipsis trecentis viris, laudauit fidem & studiũ eorũ, quòd consilio, quòd corporibus, quòd pecuniis bene de rep. meruissent: deinde cohortatus est, ne spem abiicerent, néve in diuersas partes aufugerent, sed se in vnum continerent, fore enim, vt eo modo plus roboris in resistendo haberent, faciliusq; à victore salutem impetrarent. Proinde sibiipsis cõsulerent, in vtrã vellent partem: si tamen periculis sese obiectare velint, & pro libertate pugnare, se nõ solùm virtutem eorum laudaturum, verùm etiam ducem ac socium se præstiturũ, quoad extremam sortẽ patriæ experirentur, quæ nec Vtica sit, nec Adrumetũ, sed Romana vrbs, quæ sæpe maioribus periculis euaserit, & sese receperit.
Multa quidem esse illis ad salutẽ parata, & præcipuè quòd 103
aduersus eum hominem bellũ gererent, qui à tempore ac fortuna totus penderet. Hispaniam ad Pompeiũ iam defecisse, vrbem verò ipsam Romanã nondũ frænum seruitutis propter insolentiam recipere, sed grauiter ferre, & ad res nouas conspirare. Deniq; hostem ipsum pro exẽplo habendũ, qui nullũ recusset periculũ, vt patriã suã ac iura subuertat: quod cùm ille faciat pro iniuria, quantò magis eos facere decet, qui si vicerint felicitatem adepturi, si vincantur glorioßissimam mortẽ obituri sint? Debere tamẽ ipsos per se consulere, deos præeantes, vt pro virtute quam superiori tempore præstiterunt, ea res feliciter eueniat. Hæc cũ diceret Cato, plurimi oratione eius ducebantur, ac fortitudinem hominis humanitatemq; intuentes, quasi periculorũ imminentiũ obliti se offerebant, vt corporibus & armis eorum arbitratu suo vteretur, vtpote solus omniũ inuictissimus dux, & cuiuscunq; fortunæ victor. Satius enim fore 104
vt eum sequentes morerentur, quàm si eo deserto salutem recipiant. Cùm verò quidam censeret seruis libertatẽ esse dandam, & plerique eius sententiam laudarent, negauit Cato se vllo modo id passurum: neque enim esse iustum,

neq;

neq; legibus cõsentaneum: si tamẽ dominũ liberare velint, recepturum: quod cùm multi pollicerentur, iussit eorum nomina edi atq; scribi: sic cõsilium dimisit: Nec multò pòst afferuntur sibi literæ à Iuba & Scipione, quorũ Iuba quidem eum paucis in mõte quodam latebat, Scipio autẽ non longè ab Vtica naues conscenderat, atq; in portu ipso euentum rerum expectabat. Ambo à Catone per literas postulabãt quid sibi agendũ videretur. Iuba expectare etiã se scribebat, vt relicta Vtica cum exercitu obsesso sibi succurrat. Cato itaque eorum tabellarios quoad priora cõsilia firmarẽtur, retinuit. Et senatores quidẽ promptissimè seruos dabant, manumittebãtque, & armabant: cætera autẽ multitudo, veluti nauicularij, fœneratores, & cætera huiusmodi turba, qui maximam partem fortunarũ suarũ in seruis habebant, mirum in modum refrixerãt. Velut enim corpora quædam faciliter incenduntur, & rursus remoto igne citò frigescũt: sic dum præsens erat Cato, versabatúrque in eorũ oculis, ad virtutem incendebãtur: cùm verò discederet, atq; ipsi per se erant. Cæsaris formido plus valebat, quàm honesta consilia. Qui enim sumus? aiebant illi, cuiue bellum inferre paramus? Nónne hic est ille Cæsar, qui omnẽ Romanorum habet potentiam? Nostrùm autem nemo est Scipio, neq; Pompeius, neque Cato: sed quibus tẽporibus vniuersi mortales timidiores sunt, quã oportet, in his tẽporibus nos pro libertate Romanorũ ex Vtica pugnabimus aduersus eũ qui & Catonẽ & Pompeium ex Italia pepulit? Et seruos aduersus Cæsarem liberos faciemus, qui tãtùm libertatis ipsi habituri sumus, quantùm ipse Cæsar nobis concedet? Cognoscamus nosipsos dum tempus est, veniámque petamus à victore, mittamúsq; ad eum homines, qui illius iram deprecentur. Hæc multorum verba erant, nam reliqui vim aduersus senatores parabãt, putantes si eos caperent, & Cæsari darent, fore, vt ira Cæsaris mitigata facilius salutẽ impetrarent. Quæ cùm Cato audisset, nihil hanc mutationẽ reprehendit, Scipioni tamen Iubæque rescripsit, ne Vticam accederent. Cùm verò magna manus equitum à pugna, quæ inter Cæsarem & Scipionem commissa erat, euasisset, missi sunt ad Catonẽ tres legati, non tamẽ omnes eadem mandata habebant. Nam alij ad Iubã eundum fore censebant, alij Catonem ducem poscebant, alij Vticam accedere formidabant

bant. Hæc audiens Cato, M. Rubrio operam dedit, vt nomina eorum reciperet, qui seruos ad bellum manumittebãt. Ipse verò senatoribus assumptis, Vtica egressus tribunos equitum conuenit, eósque rogauit, ne senatores proderent neque Iubam potius, quàm Catonem sequi mallent, sed in vrbem accederent, vt sẽipsos cæterósque seruarent: esse quidem vrbem ipsam inexpugnabilem, & multorum annorũ victum habere, omniáque apparatu belli abundare. Ea cùm senatores multis cum lachrimis precarentur, præfecti equitum ad equites retulerunt. Cato interea in quodam aggere vnà cum senatoribus sedens, responsa equitum expectabat. Inter hæc M. Rubrius accedit cum summa indignatione, nuntians motum in vrbe fieri: quod cùm auditũ esset, aliis quidem in lachrymas lamentationesq; conuersis, Cato eos confirmare tentabat. Nuntij post hæc ab equitibus venere acerba postulantes: aiebant enim neque Iubam ducem sequi velle pro mercede, neq; Cæsarem vllo modo timere, si Catonem habeant ducem. Vticensibus tamen ex Phœnicia profectis, hominibus infidis, nullo modo intra earum mœnia sese coniuncturos: nam simul atque Cæsar copias suas ad vrbem admoueat, inuasuros esse Romanos atque prodituros: proinde si vellet Cato eorum opera ad bellum vti, Vticenses omnes, vel expelleret vrbe, vel intra mœnia trucidaret: quod si faceret, Vticam se accessuros pollicebãtur. Ista Catoni aspera nimiùm & intolerabilia visa sunt, benignè tamen pro tẽpore respondit, se de ea re vnà cum trecentis deliberaturum: atque ita in vrbem regressus offendit homines non clàm, neque latenter, sed coràm reclamantes, si quis contra Cæsarem impellat, cui neque posse se bellum inferre, neque velle dicebant. Nonnulli etiam voces contra senatores iactabant, capiendos esse illos, & Cæsari dedendos. Sed ipse licet hæc audiret, tamen non audire simulabat, & erat quidem subsurdaster. Vt autem equites abire nuntiati sunt, timens ne trecenti illi viri cõtra senatores aliquid molirentur, profectus vnà cum amicis, cùm cerneret eos iam procul abeũtes, equo accepto cõsequutus est. Et equites Catonem intuentes cum summa lætitia conuersi eum recepe-
runt, adhortantes vt vnà secum esse vellet. In hoc loco ferũt Catonem lachrymasse dum pro salute hominum senatorij ordinis, milites precaretur, manusque tetendisse, & nou-

nullo

nullorum equos fræno captos vertisse, armaque ipsorum tenuisse, quoad ab equitibus extorsit, vt ea die iuxta Vticã
110 morantes securitatem senatoribus præstarent. Vt igitur eos reduxit, & alios quidem portis, alios arci custodes imposuit, magnus metus plerosque inuasit, ne pœnas darent mutatę voluntatis. Postulabant igitur à Catone, vt eos adiret. At senatorij pro Catone soliciti eum retinebant, neque dimissuros se, neque prodituros, qui in tantis periculis eos seruasset, prædicabant. Manifestissimus enim, vt videtur, sensus erat, & Zelus & admiratio virtutis eius cũctis, qui Vticæ erãt, cũ ipse nihil simulatè, nihil dolosè faceret: vir qui cùm diu antea mortẽ sibi afferre decreuisset, ingẽtes tamen labores & magnas curas pro aliis susciperet, vt cùm cæteri omnes securè iam viuere possent, essẽntque à periculo liberati, tunc ipse demum mortem obiret. Erat occulta eius deliberatio ad mortem, quanquam pro cæteris affligeretur. Venit igitur tunc ad trecentos solus, qui cùm ei gratias egissent, rogassẽntque ne eos in suspicione haberet, sed fidei eo
111 rum crederet, & si omnes Catones non essent, neque tantã magnitudinem animi præstarent, miserendum esse eorum imbecillitatis: censebant ad Cæsarem mittendum potissimum pro Catonis salute: quòd si Cæsar non concederet, ne si ipsis sponte offerat, gratiam eius accepturos, sed quoad spiritus supersit aduersus eum pro Catone pugnaturos. Cato eorum sententia laudata, respondit, vt pro seipsis (si ita vellent) Cæsarem precarentur, pro Catone autem nullo
Catonismi ra cõstãtia modo faciendum. Nam victorum quidem esse deprecari, & eorum qui errassent veniam petere: se verò per omnem ætatem inuictum se præstitisse, & Cæsarem honestate atque iustitia longè superasse. Nec esse victum aut captum Catonẽ, sed ipsum Cæsarẽ, qui bellum quod iam diu contra patriam parabat, cùm sæpe id negasset, nunc tandem conuictus est
112 agitasse. Hæc locutus abiit. Cùm verò audiret Cæsarem cum omnibus copiis aduentare, Dij boni, inquit, vt contra viros, ad nos ille: & ad senatorios conuersus, monuit ne differret, dum equites adessent, saluti suę prouidere. Et omnibus portis præter vnam, quæ ad mare prospiciebat, clausis naues suis assignauit, ordinauitque vniuersos sine trepidatione vlla aut tumultu: egenis autem & tenuioribus pecuniam tradidit. Deinde cùm M. Octauius cum duabus legionibus,

nibus, haud procul ab Vtica castris positis, à Catone postularet, vt pro imperio definiretur, Cato nihil respondit: sed ad amicos conuersus, Quis iam mirabitur, inquit, si res malè gesta est quando in ipsa morte cupiditatem dominandi in nostris hominibus cernitis? Inter hæc audiens equites iam abire volentes Vticensium domos diripere, cursim ad eos profectus, primis spolia è manibus eripuit, cæteri verò omnes abiecerunt, & cum summo rubore discesserũt. Post 113
hæc Vticenses in vrbem reductos orauit, ne Cæsarem contra ciues Romanos, qui Vticæ erant, irritarent, sed communiter pro omnibus salutem peterent: ac rursus ad mare rediens, curauit eos, qui nauigaturi erant, & amicos hospitẽsque cõplexus dimisit. Filio persuadere non potuit, vt vna cum cæteris nauigaret, neque enim putabat vllo modo patrem esse deserendum. Erat autem etiam quidã Statilius ęta te iuuenis, mẽte validus, Catonis imitator, huic suadebat Cato, vt inde nauigaret, nec Cęsaris sibi inimici expectaret aduentum. Qui cùm se facturum negaret, respiciens Cato Apollonidẽ Stoicum & Demetrium Peripateticum, inquit: Vestrum hoc opus est iuuenem lenire, & ad curã sui ipsum conuertere. Totam noctem & magnam partem diei in dimittendis amicis, & pecuniis dandis cõsumpsit. Deinde L. Cæsar C. Cæsaris cognatus, qui à trecẽtis ad Cæsarem mit- 114
tebatur, à Catone postulauit, quẽ admodũ sibi verba facienda viderentur pro salute ciuiũ Rom. Nam pro te quidem, inquit, & manus apprehendendæ, & genua amplectanda erũt. Cato verò nullo modo id faciendũ respondit, sibi enim ipsi si salutẽ petere vellet, ad Cæsarẽ eundũ fore: sed nolle se tyrãno gratias agere pro his rebus, quas cõtra leges per iniuriã faciat. Nã cõtra leges facit, q salutẽ dat, quasi dominus eorũ, quibus nullo modo dominari potest. Quẽ admodũ tamen ille preces Romanorũ ciuiũ exaudiat, simul cõsiderare velle. Hæc vnàcũ L. Cæsare meditatus, cũ filio amicisq; comitatus est amplexúsq; virum dimisit, & filium suum amicõsque reduxit. Et cùm cætera multa locutus est, tum 115
illud præceptum filio dedit, ne vnquam ad rempublicã se cõferret. Nam vt iam digna Catone faceret, nullum esse locum in repub. aliter autem vt se gereret, turpe esse. Post hæc cùm aduesperasceret, balneum intrauit, & inter lauandum cùm sibi Statilij in mentẽ venisset alta voce Appollonidem vocauit,

vocauit,petiitque an iuuenem dimisisset,eiusq; magnitudi
nem animi repressisset,& an ille nauim ascendisset se inscio
& insalutato. Respondente Apolonide, se multa cum illo
verba fecisse, verùm perseuerare illũ in sententia,vt omnia
faceret,quæ Cato ipse faceret:subridens Cato, At hoc, in-
quit,cõfestim apparebit. Post lauacrum cum multis cœna-
uit sedens,quemadmodum post ciuile bellum consueuerat:
neque enim iacebat,nisi cùm dormiret. Cœnauerunt cum
eo omnes familiares,& Vticensiũ magistratus,ac post cœ-
116 nã magna & iucũda disputatio agitata est. Cũ deinceps phi
losophiæ quæstiones proponerentur,quoad peruentum est
ad illa, quæ Paradoxa Stoici vocant, veluti, Solum virum
bonum liberum esse,omnes malos esse seruos:aduersus quę
cùm Peripateticus pugnaret, vehementer in ea disputatio-
ne accensus Cato,extendit disputationem miro certamine,
ita vt omnes suspicarentur illum vitæ suę finem facturum,
atq; è rebus humanis migraturũ. Itaque cum silentiũ post
verba Catonis sequeretur,animaduertens Cato eorũ mœsti
tiam,conatus est timorẽ auferre,& suspicionem,quam an-
tè conceperant,remouere. Quamobrem curas rursus illis in
iecit pro præsentibus rebus, quasi pro illis qui nauigarent,
solicitus foret,& pro illis qui pedestre iter facerẽt,cùm per
deserta loca & aquæ expertia transituri essent. His ille di-
ctis cõuiuium dimisit,& facta cum amicis deambulatione,
quę illi post cœnam cõsueta erat,& iis,qui excubiis pręerãt
ea,quæ tempus poscebat, locutus, in cubiculum ire cœpit:
abiẽnsque filium,& amicorum quenque magis,quàm prius
117 consueuerat amplexus est, ex quo rursus suspicionem præ-
buit necis futurę. Cubiculum autem ingressus,cepit in ma-
nibus librum Platonis de anima, & maxima parte eius li-
bri lecta oculos extulit,& cùm non videret ensem pendere
(surripuerat nanque eum filius dum cœnabatur) vocato ser
uo,quis abstulit ensem poposcit. At illo tacente,rursus lege
re incœpit,& quasi non festinaret,sed alia de causa ensẽ quę
reret,vt adferretur mandauit:quod cùm ille non faceret,at
que ipse iam totum librum perlegisset,rursus singulos ser-
uos vocauit,& maiori voce ensem reposcere cœpit. Vnum
etiã ex seruis pugno percussit,ex quo cũ ei manus tumefa-
cta fuisset,grauiter iam id ferens,& vociferans se inermem
à filio atque seruis prodi,non prius destitit,quàm filius cum
amicis

amicis venit, & multis cum lachrymis se supplicem obtu-
lit. Cato autem toruè ipsum prospiciens, An me, inquit, 118
insanum putas, qui non rationibus, sed vi compescis? Quid ,,
me verò non ligas patrem, ac tandiu in vinculis tenes, do- ,,
nec Cæsar occupet nullo modo resistere valentem? Sed ni ,,
hil agis mihi crede,nõ enim mihi ense opus est ad mortem. ,,
Nam si breue tempus spiritum præclusero, & si caput parie ,,
ti incusero, mori possum. Hæc cùm dixisset, adolescens la ,,
chrymans abiit. Cæteri etiam amici cubiculũ egressi sunt, ,,
præter Apollonidem & Demetrium, qui intus remanserũt, ,,
ad quos Cato conuersus mitiori voce: An vos quoq; puta ,,
tis retinendum esse hominem grãdem natu,& iuxtà seden- ,,
do eum custodire? An rationem aliquam habetis,per quam ,,
possitis ostendere,non esse turpe Catoni salutẽ ab hoste pe- ,,
tere? Quid igitur non verba facitis, quid non arguitis me, ,,
vt primis illis rationibus quibus ad hunc diem viximus re- ,,
pulsis,& per Cæsarem sapientiores facti, ingentes illi gra- ,,
tias habeamus? Atqui decreui equidẽ nihil de meipso, o- 119
portet tamen me deliberare, ita vt ea facere mihi liceat, ,,
quæ facienda videbũtur. Deliberabo igitur vobiscũ,si cum ,,
iis rationibus, quibus vos in philosophia vtimini, id facio. ,,
Abite igitur bono animo, & monete filium meum, vt quæ ,,
patri persuadere non potest, ea ne cogat. Ad hæc illi nihil ,,
respondentes, sed lachrymantes abiere. Qui cùm abiissent
Cato ensem sibi remissum nudauit, inspexítque, & , Mei
nunc iuris sum, inquit: ac rursus ense reposito, lectitare cœ
pit. Ferunt bis librum de anima perlegisse totum, atque
subinde dormisse altissimè, vt etiam ij qui extra cubicu-
lum erant, stertentem sentirent. Cùm esset circiter mediam
noctem, vocauit ad se Cleantem medicum,& Butam quen-
dam cuius opera ad res ciuiles plurimùm vtebatur. Erant
hi ambo Catonis liberti, & Butam quidem ad portum mi-
sit, vt sciret an omnes nauigassent: medico autem manum
ostendit tumore inflammatam, ob eam plagam, quam (vt
suprà diximus) seruo inflixerat. Ea res spẽ omnibus præ- 120
stitit, quasi consilio mortis abiecto, de vita cogitaret. Pau-
lò post Buta rediit, & alios omnes præter Crassum nauigas
se nuntiauit: Crassum quibusdam impedimẽtis detineri: cæ-
terùm mare magnis fluctibus agitari. Quo audito, inge-
muit Cato pro eorum qui nauigarant incommodis, & rur-

sus Butam remisit, vt si quis reuersus cuiusquam rei indige
ret, renuntiaret. Iam erat circiter gallicinium, & rursus in
somnum conuersus est: deinde reuerso Buta, & magnum si
lentium ad portum esse renuntiante, iussit eum prouidere
vt porta clauderetur, & se in lectum demisit, quasi reliquũ
noctis quieturus. Vbiverò Buta recessit, statim accepto en-
se, se sub pectus percussit: sed cùm ægrota manus minus al
tè vulnus impressisset, non cõfestim exanimatus est, sed mo
ribundus ex lecto prolapsus, abacũ quẽdam geometricum,
121 qui fortè iuxta lectum erat, non sine magno strepitu in ter-
ram deiecit: qui cùm à seruis auditus esset, subitò acclama-
tum atque concursum est tam à ministris, quàm à filio & a-
micis. Ingressi itaque cubiculum offenderunt Catonẽ san-
guine fœdatũ, intestina eius magna ex parte effusa, ipsum
tamẽ adhuc viuentẽ. Medicus igitur accedens tẽtabat & vi-
scera remittere, quæ illæsa erant, & vulnus ligare: sed ipse
simul atque ad se rediit, medicum repulit, & viscera manu
laceravit, vulnúsque patefaciens è vita decessit. Vix crede-
retur in tota domo auditum, cùm iam in portis aderãt ciues
Romani, quos trecentos fuisse suprà diximus, & paulò pòst
populus vniuersus Vticensiũ occurrit: omniũ erat vna vox,
ac benefactorem, liberatorem, solum liberum, solum inui
ctum Catonem vocitabant: & hæc faciebant cùm iam ad-
uentare Cæsarem nuntiaretur: sed neq; timor, neq; gratia vi
ctoris, neque seditiones quæ inter eos erant, inhibebãt, quò
122 minus Catoni honorẽ debitum redderent. Funus orna-
tissimũ cũ longa pompa magnificè fecerunt, sepelierúntq;
in littore maris, vbi nunc est eius statua ensem manu tenẽs.
Funere autem perfecto, ad salutem sibi quærendam sese cõ-
uerterunt. Cæsar igitur à transfugis cognito Catonem vnà
cum filio & familiaribus expectare, nec abisse cum cæteris
fugiẽtibus, sed cæteros deducere, ac ipsum cum filio & a-
micis sine metu esse, excogitare non poterat quod foret Ca
tonis consilium. Itaque cùm multi faceret Catonem, exerci
tũ admouebat: deinde cognita eius morte, dixisse dicitur:
Inuideo morti tuæ Cato, nam & tu mihi salutem tuam in-
uidisti. Reuera enim Cato, si salutem à Cæsare accipere su-
stinuisset, non tam suam ipsius gloriam dedecorasse, quàm
istius illustrasse videretur. Quid tamen futurũ fuerit, si per
ta esset salus, incertũ est: creduntur verò meliora de Cæsa-
re.

re. Mortuus est Cato quadragesimo octauo suæ ætatis an-
no. Filius verò eius nihil mali à Cæsare passus est. Ferunt 123
hũc filium Catonis dissolutũ fuisse, & præcipuè erga mulie
res malè se tẽperasse. Vnde in Cappadocia cùm hospitẽ ha-
beret Marphadatem quẽdam regulũ, cui mulier pulcherri-
ma erat, ac diutius, quàm deceret, apud ipsum morã trahe-
ret, talia in eũ scripta sunt carmina: Cras abibit Cato post
triginta dies, Porcius & Marphadates duo amici, & vna ani
ma. vocabatur enim Anima Marphadatis mulier. Et præ-
terea illa: Nobilis & clarus Cato regiam possidet animam.
Sed hæc maledicorũ verba deleuit & falsa esse ostendit glo
riosa mors. Nam cùm pro libertate patriæ contra Augustũ
& Antoniũ in Philippis pugnaret, inclinata iam Bruti acie,
nec fugere voluit, nec latẽre: sed hostem prouocans, séque
in prima acie ostentans, & restantes impellens, admiratio-
nem virtutis suæ omnibus præstitit, atque ita mortuus est.
Filia etiam Catonis, vxor Bruti qui Cæsarem occidit, ne- 124
que pudicitia, neque fortitudine inferior fuit: nam & con-
iurationis aduersus Cæsarem fuit conscia, & quemadmo-
dum nobilitatem suam decebat, generosè mortua est. Sta-
tilium tunc se exemplo Catonis occidere volentem, philo-
sophi qui aderant prohibuerunt: sequenti verò tempore se
Bruto coniungens, cùm fidem & studium in bello ostendis
set in Philippis, & ipse mortuus est.

Dion.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

PROFECTO, Sosii Senecion, quem
admodum Troiam iis minimè succen
sere Corinthiis ait Simonides, qui ad-
uersus eam vnà cum Achiuis expedi-
tionem egerunt, quoniam illis ipsis
etiam Glaucus ex Corinthiis genus
ducens, promptissimum se belli so-
cium præbuit: ita nec Academia Ro-
manis aut Græcis meritò sit incusanda, vt qui pariter ex ea
profecerunt, quemadmodum scripta nostra mox doce-
bunt, Bruti & Dionis vitam continentia, quorum cùm
alter quidem Platonis consuetudinem habuerit, alter ve-
rò Platonicis innutritus sit disciplinis, vterque perinde

ac vna ex palæstra ad maxima prodiere certamina. Nec verò admirandum est, eos qui similia permulta ac cõsinia gesserint, ipsi virtutis duci testimonium reddidisse, quòd prudentiæ ac iustitiæ cum potestate comitem oportet esse fortunam, quò pulchritudinem pariter ac magnitudinem ciuiles suscipiant actiones. Nã sicut Hippomachus aliptes cùm exercitatos instructósque ab se adolescentes ferétes è foro carnes aliquando videret, se illos ex suis esse procul agnoscere dicebat: sic & doctorum hominũ studia ac disciplinæ res eorum gestas pari virtutis ratione prosequantur est necesse, quæ concentum quendam & similem eis aptitudinem afferant cum decore. Horum autem virorum fortunæ, casibus, quàm voluntate, magis cædem, ipsorum vitas ad similitudinem quandam perducunt. Ante exitum enim cæsus est vterque, dum per multas & ingentes conflictationes nauare propositum nequiuissent: quódque super omnia longè mirabilius est, vtrique genius suum significauit interitum, vtrique haud beneuolum sanè phasma intuendum se obtulit. Tametsi quidam talia prorsus tollentes allerant, nulli sapienti simulachrum comparuisse vel genium: aſt puellos mulierésque ac vecordes quosdam ex imbecillitate homines in animi horrore aut corporis intemperie constituros, inanes & alienas opiniones attrahere, qui malum in seipsis esse genium superstitionẽ habẽt. Quòd si Diõ atq; Brutus grauissimi viri, & sapientiæ studio dediti, ac nullam per affectionem morbúmue aberrantes, aut facilè captabiles, ab ipso ita disposiri fuere phasmate vt amicis ac familiaribus retulerint, haud scio an ex vetustissimis quendam maximæ admirationis sermonẽ cogemur admittere, quòd viles quidã ac maligni dæmones cùm viris bonis inuideãt, eorum rebus gerendis obstant, metus & perturbationes inducunt, virtutem conquassant, fallúntque, ne cùm stabiles integrique in honestate permanserint, post supremum vitæ diem meliorem illis sortem consequantur. Verùm hæc ad aliud dicendi genus reseruentur. Cæterùm in hac duodecima comparandorum hominum vita maiorem natu priorem adducemus. Dionysius senior statim vt in principatu constitutus est, Hermocratis Syracusani filiã duxit vxorem: dehinc cùm stabilito nondum dominatu, ab eo Syracusij defecissent, mulieris corpus grauibus & iniquissimis affece

An spiritus homini bus compareãt, Plutarchi elegãs ac pia disputatio

affecere contumeliis, ob quæ sibi necem sponte consciuit. Dionysius recuperato postea confirmatóque dominatu, duas simul denuo duxit vxores, alteram quidem ex Locrorum gente Dorida nuncupatam, alteram verò indigenam nomine Aristomacham Hipparini filiam. Is erat inter Syracusanos homo primarius, & Dionisij cùm primò belli dux & imperator delectus est, collega. Ferunt ambas vna duxisse die, incertúmq; hominibus fuisse vtri prius cõgressus sit, reliquum tempus vtriq; se parem assiduè præbuisse. Solebant nanque cum eo communes habere cœnas, inque vicem nocturnam agere quietem: quanuis indigenã ac nobilem, quàm externã, plus habere Syracusanã cuperet multitudo. Verùm huic ad genus adiumentũ existebat, quòd iam Dionysio grãdiorem natu filium pepererat. Aristomacha verò diu cum Dionysio habitans sobole caruit, quanuis de suscipiendis ex ea liberis admodum solicitus esset, quippe qui Locrinæ matrem, quòd Aristomacham venenasset incusans, interfecit. Huius frater cùm Diõ esset, initio quidem ob sororem ei magnus habebatur honos: postea verò cùm prudentiæ iam experimẽtum edidisset, per seipsum tyranni beneuolentiam contrahebat. Quocirca vniuersis editur custodibus, vt quicquid exposceret Dion, tribuerent, ac si quid tribuissent ea die regi referrent. Cùm excelsis moribus, ingenij magnitudine, ac virili animo plenus esset, maius ad eas res incremẽtum accepit, dum diuina quadam sorte: nullo hominum consilio Plato in Siciliam appulisset: ac numen aliquod, vt videtur, eminus Syracusanis initium libertatis afferens, déque abroganda iam tyrannide meditans, Platonem ex Italia Syracusas adduxit, & eius doctrinis Dionem adiunxit. Qui tum apprimè iuuenis cunctos Platonis discipulos ingenio ac industria superãs, ad obeunda etiam virtutis præcepta impigerrimus & acutissimus extitit, sicut & ipse Plato scribit, & rerum testimonia comprobant. Humilibus enim sub tyranno moribus innutritus, & inæqualis ac subtrepidæ vitæ consuetudine, per locupletem indulgentiam superuacuas delicias & viuendi formulam imbutus, quæ in voluptate auaritiáq; bonum poneret, vt primùm disciplinam & ducem ad virtutẽ philosophiam egustauit, confestim animo conflagrauit: cùmque per plius egregiam in persuadendis honestis potentiam idem

obtingere posse Dionysio speraret, studiosissimè effecit vt
ille per otium cum Platone simul esset, cúmq; disserentem
7 audiret. Qui vbi conuenissent, sermo quidem in summa
de hominis virtute fuit: cúmque plurimum de fortitudine
disputatum esset, Plato cunctos longè magis quàm tyran-
nos fortes esse demonstrauit. Hinc ad iustitiam versus, per
beatam quidem iustorum, calamitosam autem impiorum
vitam esse docuit. Tyrannus haud perinde ac redargutus Pla
tonis verba tulit, cæterùm cùm astantes homines eloquia
susciperc, ac mirum in modum demulceri perspiceret, do-
lore angebatur. Tandem furiis & ira percitus eum rogat,
cuius rei voluntate Siciliam aduentasset: quo respondente,
se virum bonum quærere, excipiens Dionysius, Mediusfi-
dius, inquit, talem nondum comperisse videris. Dion hunc
factum esse irarum exitum putans, solicitus emittere Plato
nem in triremi quadam curabat, quæ tum in Græciã Spar-
8 tanum vehebat Pollidem. Dionysius verò Pollidem clã-
culum orauit, vt quammaximè hominem inter nauigan-
dum occideret: quod si minus libêret, eum omnino vende-
ret, nihil detrimenti perpessurum: at cùm iustus existat, ta-
metsi redactus in seruitutem fuerit, eum nihilominus fore
beatum. Quocirca Pollis Platonem Aeginam deportans,
eum vendidisse dicitur, qua tum aduersus Athenas belliger-
rante decretum extabat, vt quisquis ex Athenienfibus cape
retur, Aeginæ venundaretur. Nec verò Dion propterea a-
pud Dionysium minus honoris consequebatur aut fidei, cæ
terùm ad Carthaginienses missus maximas disponebat le-
gationes. Singularis quoque admirationis erat: huius fer-
me solius sententiam intrepidè loquentis, & dicendi liber-
tatem sufferebat: sicuti cùm illum pro Gelone acriter increpa
9 puit. Nam cùm Gelonis vt fertur, principatus irrideretur, ipsúmque Gelona Dionysius Siciliæ γλωτταν, hoc est, ri-
sum esse diceret, cæteris quidem admirari dicacem hominis
morsum simulantibus, grauiter ferens Dion, Tu sanè, in-
quit, Dionysi, cùm ob Gelonem fidem habeas, dominaris:
cui verò te propter fides habeatur, alter futurus est nemo.
Et profectò cùm Gelo pulcherrimum videatur ostendisse
spectaculum, suo moderatam imperio ciuitatẽ, Dionysius
certè turpissimũ. Dionysius cùm liberos haberet, tres quidẽ
ex Locrina, quatuor ex Aristomachа, ex quibus duæ fœmi-
nei

nei sexus erãt Sophrosina videlicet & Areta, filio ipsius Dio
nysio Sophrosinam iunxit vxorem, Aretam verò Thearidæ
fratri, quo mortuo Dion cõiugem cepit Aretam sibi ex so-
rore neptem. Aegrotante deinde Dionysio, vbi nulla vitæ
spes habebatur, eum super Aristomachæ liberis Dion allo-
qui conabatur. Quam quidem ad rem medici, vt successu 10
ro in imperio morigerarent, tempus minimè præstabat: &
vt Timæus asserit, somniferam ei postulanti potionem tra
dideranr, omnémque illi sensum ademerant, quò continua
tam sopori mortem efficerent. Diõ tamẽ postea cùm apud
iuniorem Dionysium factus esset amicorum conuentus, a-
deò pro temporis commoditate disseruit, vt cunctos profe-
ctò sua quidem prudentia pueros, orationis verò authori-
tate atque licentia tyrannidis seruos ostenderit, qui plura
eorum consilia demissè ac trepidè ad adolescentis gratiam
explicarent. Eos præcipuo stupore cõfecit, cùm ex Cartha
gine impendentia contra dominatum discrimina formidã
tibus pollicitus est, si Dionysio pace opus esset, se quampri-
mũ in Aphricã nauigaturũ, & bellum optimè cõpositurum:
sin ad belligerandum prõptior foret animus, ipsum sese pro
priis sustentaturum impẽsis: bello præterea quinquaginta
ad nauigandũ instructas triremes daturũ. Cuius animi ma- 11
gnitudinem vehementissimè admiratus est Dionysius, &
tantã prõptitudinẽ insuper amore complexus est. At ij sese
Dionis claritate argui, ac potentia deiici cogitãtes, captato
statim initio, nullis parcere verbis, in eum instigare iuue-
nẽ, vt qui sibi per maria principatum alliciens, omnem ad
Aristomachæ filios potentiam nauibus perduceret, qui si-
bi nepotes erant. Apertissimæ & maximæ ad odium & in-
uidiam causæ aderant & vitæ differentia, & nulla cum
admistione seuera viuendi formula. Illi enim principio
quidem adolescentis tyranni ac turpiter educati conuer-
sationem familiaritatemque illecebris & assentationibus
occupantes, quosdam semper amores & inania excogita-
bant exercitia in compotationibus, mulieribus, ludisque
aliis inhonestis, à quibus tyrannis ipsa perinde ac ferrũ emol
lita, subditis perhumana videbatur, quæ nimiã illã summit
teret contentionẽ, non aliqua potius mansuetudine, quàm
fecordia dominantis obtusam. Quammobrem progressã 12
paulatimque depascens ea iuuenẽ remissio, adamantina il-

la vincula, quibus alligatum se relicturum principatum senior Dionysius dictitabat, liquefecit atque destruxit. Cùm enim in choauit, assiduè per nonaginta (vt ferunt) dies compotabat: interim aula honestis viris atque sermonibus nullum prorsus patefecit ingressum: debacchationes, dicacitates, cantus, saltationes, procacitatésue cũcta tenebãt. Quemadmodum igitur par est, inuisus erat Dioni, quòd ad nihil sese iucundum aut iuuenile dederet. Quocirca verisimilia vitiorum nomina illius virtutis calumniatores obiectabãt. Eius nanque grauitatem, insolentiam, & orationis libertatem, pertinaciam vocitabant: commonefaciens etiam, accusare cẽsebatur: cúmque delictis se minimè socium adhiberet, aspernator putabatur, quippe cùm mores nonnihil natura tumidos haberet, essétque in colloquiis asper, & in compellando difficilis. 13 Non solùm enim florentis ætatis homini, & delicatissimas ab assentatione aures habenti, aduersa & nequaquam gratiosa ea aderat consuetudo, verũetiam ex familiaribus multi cùm simplices ac generosos eius diligerent mores, conuersationem improbabãt, quòd acerbius, & quàm ciuilium rerum necessitas exigebat, se difficilius adiungeret. Quibus pro rebus ad eum posteriori tempore Platõ, quasi futura diuinaret, perscripsit, vt comitẽ ac vicinam solitudinis pertinaciam magnopere deuitaret. Per id tamen tempus cùm ob turbulentas sanè res eius plurimi dignitas cẽseretur, quasi solus egregiè labefactatum attollere ac tueri regnum posset, intellexit se non gratia, verùm necessitate & inuito quidem tyranno primùm esse lõgéq; maiorem. Quod cùm ab imperitia proficisci Dion opinaretur, eũ ad liberales adducere exercitationes, & ad degustanda studia moralésque disciplinas cupidissimè contendebat, vt cùm reformidare virtutem desiisset, honestate lætari consuesceret.

Pertinacia solitudinis comes. Vide supràin vita Coriolani.

14 Dionysius enim natura haud vilissimus ex tyrannis erat: cæterùm ipsius pater veritus ne excelsos captãs animos, aut prudentium hominũ inita familiaritate, ei quandoque tenderet insidias, ac principatum interciperet, inclusum domi sub custodibus obseruabat. Quo tempore aliis destitutus æqualibus & rerum inexpertus, plaustella, candelabra lignea, sedes ac mensas fabricasse dicitur. Eò enim timoris senior Dionysius processerat, vt cùm nemini fidem haberet, suspectos omnes duceret mortales, ita vt capitis crines tonsorio radere

radere cultro nequaquam auderet: sed pigmẽtarius quidam accedebat, adurens carbone cæsariem. Eius cubiculum neq; frater, neque filius, vt indutus erat, ingrediebatur: at vnusquisq; suo deposito prius amictu alterum suscipiebat, ita vt eum satellites nudatum aspicerẽt. Frater eius Leptines cùm aliquando regionis situm explicans, à stipatore quodam suscepto spiculo locum describisset, illum quidem grauiter obiurgãuit, hunc verò qui iaculum tradidisset occidit. Ab 15 amicis quoque sapientibus cauere sibi dictitabat, quandò ignarus non esset eos imperare malle, quã seruire. Marsyam quendam ab se ad dignitatem euectũ idcirco necauit, quòd is Dionysium per quietẽ iugulare visus erat: à diurna enim cogitatione ac consilio hæc illi visa per somnium astitisse. Et is quidem contra Platonem furore permotus est, quòd cum cunctis longè mortalibus fortiorem minimè pronuntiasset, qui trepidus adeò tantis refertum malis animum ex pauore gestabat. Eius filium & imperitia, vt dictum est, corruptum, & infractos mores conspicatus Dion, vt ad disciplinam animum cõuerteret exhortabatur, principémque philosophorum vt in Siciliam peruenire totis exoraret precibus, eíque cùm aduenisset, totum se dederet, vt comparato ex moribus, virtute ac studiis ornamento, ad diuinum & rerum omnium pulcherrimum sese conformaret exemplar.

Cui ad singula ductori cùm obtemperatum est, ex turpi- 16 tudine ac deformitate ornatus existit atq; venustas. Permultùm etiam sibi felicitatis, permultúmq; ciuibus vẽdicaret, quantum in præsentia in mœroribus & molestia cõmorantur, modò res illorum modestia, iustitia & charitate paterno curatas more præstans, seipsum ex tyranno regem efficiat. Nec enim, vt eius pater referebat, adamantina esse vincula, metum, violentiam, classem aut illud ex decem millibus barbarorum constitutũ præsidium: verùm beneuolentiam, facilitatem, & gratiam à virtute ac iustitia insitam. Quæ quanquam superioribus illis rigidis quidem atque durissimis molliora existant, ad regni tamen diuturnitatem magis magísque valitura. Ignominiosum esse præterea minimèque expetendum, vt cùm princeps corpus pretiosis ornet amictibus, delicatísque & apparatis resplẽdeat ædibus, nihilo magis cõsuetudine aut disciplina infimis excellat hominibus, nec ipsam animi regiam pro regali dignitate con-

17 ueniētiáque honestatē habeat. Hæc cùm multoties Dion admoneret,& nonnullas interdum Platonis rationes intersereret, vehemens ac insanus quidam studiorum consuetudinísue Platonis amor Dionysiū tenuit. Statim igitur complures Athenas à Dionysio literæ,complures insuper à Dione causæ rationésque peruenerūt. Aliæ etiam ex Italia à Pythagoreis,qui illū vt eò proficiscereturad exhortabantur,quò nouellum animum ingenti licentia & potestate vagantem corripiens,intra grauiora consilia detineret. Itaque Plato, quemadmodum idem refert,suopte pudore cōmotus, maximè ne solis obuersari verbis,nullum autem sponte opus subire videretur,speránsque si vnum vitum sicuti principalem partem expiasset,cunctam languentem Siciliam medicaminibus curaturum,obsequutus est. At Dionis inimici Dio

18 nisij permutationem veriti,ei vt ab exilio Philistum accerseret persuaserunt, quò illum contra Platonem ac philosophiam perinde ac obicem & impedimentū haberet. Principio nanque Philistus dum principatus constitueretur,promptissimum sese præbuerat, diúq; custodiæ arcis præfuerat. Erat autem rumor eum cum senioris matre Dionysij congressum habuisse,haud prorsus ignorante tyránno. Cùm Leptines ex alia quadam vxore ab se violata duas genuisset filias,alteram nihil Dionysio præfatus,Philisto collocat: ille stimulante ira,Leptinis quidem vxorem in cōpedibus continuit,ac è Sicilia Philistum expulit. Is circa Adriā ad quosdam sese hospites profugus recipiens,ibi nactus otium plurimam historiæ partem compilasse creditur. Nec enim quo ad seniori Dionysio vita superfuit,reuersus est, verùm post illius mortē,vt dictum est,ab ingenti quadam cęterorum er

19 ga Dionem reductus est inuidia,vtpote & illis longè magis idoneus,& tyrānidi stabilior futurus. Iste igitur cūprimùm aduenit,sese regni rebus applicuit:cæteri de Dione calumnias criminationésque ad tyrannum instruebant: de dissoluendo enim imperio,cum Theodote Heraclidéq; colloquutum. Is nanque sperare videbatur, vt aduentante Platone, cùm imperiosam illam è principatu nimísque intemperatam acerbitatem abstulisset, mitissimum atque legitimum regem Dionysium constitueret: quòd si repugnasset,aut mitigari non vellet,decreuerat eo destructo Syracusanis ciuitatis moderamina restituere: nō quia populare collaudaret

principatum,sed quia eum tyrannide multò prestantiorem iudicaret. In huiusce modi rerum cōditione profectus in Siciliam Plato,primis quidem occursibus mira familiaritate & honore susceptus est. Ei nanque triremē egresso regius 20 adfuit currus,decentissimis instructus ornamentis. Tyrannus etiam perinde ac maxima regno felicitas obuenisset,sacrificia celebrauit: verecunda deinde conuiuia,ordo curiæ, ipsa etiam tyranni in iure dicendo benignitas,mirificam ciuitati spem de hominis cōmutatione præstitit. Erat vnus omnium ad doctrinā & philosophiam impetus. Erat præterea pulueruléta, vt ferunt,regia,ob eorū multitudinem, qui Geometriæ figuras describebant. Paucis post diebus intra regias ædes sacrificium de more fiebat,vbi præcone, vt assolet,orante, vt multa per tempora inconcussum duraret imperiū: Dionysius cùm adesset,Num desines,inquit, execranda nobis imprecari? Id permagnum Philisto mœrorem incussit,cogitanti inexpugnabilem Platonis tempore ac consuetudine fore potentiam,si parua modò conuersatione iuuenis mentem & sentētiam alienasset atque transposuisset.

Haud amplius itaque separatim,aut occultè,sed vniuersi 21 Dionem manifestis vrgere conuitiis,non esse clàm,cum carminibus & veneficiis per Platonis eloquentiā inuasisse Dionysium,vt cùm ille vltro repudiarit imperium, Aristomachæ liberos subinde constituat,quorum sit auunculus. Non nulli molestissimum habere fingebant, si superiori quidem tempore Athenienses ingentibus eò copiis cùm nauálibus, tum terrestribus nauigātes, antè profligati ac in perniciem dati sunt,quàm Syracusas capere potuissent: nunc verò Dionysij regnum vno cum sophista destruant, cuius animum huc induxerunt, vt è decem millibus stipatorum fugiens, omittens etiam triremes quadringentas, & decem millia equitum, ac milites pluries totidem, tacitum quoddam in Academia bonum perscrutetur, & beatam ex Geome- 22 tria vitam sibi perquirat, cùm interim Dioni Dionisque nepotibus constantem ex regno, opibus & deliciis beatitudinem relinquat. Eas ob res cùm primùm quidem suspicio, mox autem apertior ira & inimicitia conflaretur, quædam clanculum Dionysio defertur epistola, quam ad Carthaginienses præfectos scribens Dion, petebat vt cum Dionysio de pace disseruerent, & haud absque se collo-

quia facerent, quò per eum constantissimè cũcta componerent. Eam vbi Dionysius Philisto perlegit, secum inito (vt ait Timæus) cõsilio, Dionem ficta inuadit amicitia, & pauca quædam cõmentatus, vbi secum in gratiam rediisse dictitauit, sólum in arcem mare versus adduxit, commõstransq; illi epistolam vehementer increpuit, quòd cõtra se vnà cum
23 Carthaginiensibus conspirasset. Dionem excusationem af
Dionis exilium. ferre volentem nequaquam tolerans Dionysius, statim vt erat cymbę impositum, nautis edixit, vt delatum ad Italiam exponerent. Hoc postquam hominibus palàm factum est, crudele visum est, & regiam quidã tenuit vlulatus, propter fœminas. Syracusana verò ciuitas res nouas & subitam expectans permutationem pendebat, tum hoc ipso Dionis tumultu, tum cæteris nullam tyranno fidem habentibus. Quę vt Dionysius conspexit, timore anxius, amicos ac mulieres solari cœpit, haud exulasse Dionem, at secessisse paululum, peregrinationémque suscepisse, ne illo præsente contra hominis pertinaciam deterius aliquid per iracundiam delinquere cogeretur. Dionis inde cognatis duas exhibẽs naues, quicquid pecuniarum aut mancipiorum optarent eis impo
24 nere, eúmque in Peloponnesum conuectare iussit. Erant
Dionis opes immensa. Dionis opes magnæ, & regia propemodum in viuẽdo pompa atque supellex, quam in vnum collectam ad eum amici detulere: alia complura mulieres ac socij transmisere, ita vt ob eam pecuniam, grandésque adeò diuitias & clarus inter Græcos extiterit, & exulis opulentia regni potẽtiam declarárit. Dionysius continuò Platonem commigrare in arcem faciens, honorificâ illi sub humanissimæ hospitalitatis prætextu custodiam excogitauit, ne scilicet Dioni comes nauigans, testis iniuriarum esset. Cùm à diuturno deinde conuictu, sicuti fera quædam, hominem attingere, consuetudinémque ac sermones iam perferre assuesset, eum tyrannico amore complexus est, mutuáq; solùm in amore vices à Platone consequi, & ab eo præ cunctis admirationi haberi postulabat, res illi regni committere paratus, modò ne Dionis
25 amicitiam suæ anteponeret antiquiorémue duceret. Itaque Platoni quędam ærumna hęc ipsa erat affectio, dum ille per zelotypiam, vt difficiles ac importuni solent amatores, infaniret, breui multoties tempore nunc secum iratus, nunc conciliatus, modò ad supplicandum versus. De percipiendis ab

dis ab eo disciplinis communicandisue philosophiæ negotiis, immenso ille quidem ferebatur studio. Sed qui illum ab ea re detrahebant, ne corrũperetur, eos verebatur. Ingruente interim bello quopiam, Dionysius Platonem emisit, cum eo pactus, vt insequẽtis anni vere Dionem reuocaret. Quod cùm statim mentitus esset, ei tamen prędiorum prouentus misit, veniam subinde propter belli tempestatem à Platone postulans. Nam cùm primum confecta pax esset, Dionem se accersiturum, modò illum vt quietem agat exoret, & ab innouandis rebus abstineat, séque apud Græcos nullis in
sectetur maledictis. Hæc facere Plato conabatur, quocir- 26
ca conuersum ad sapientiæ studia Dionem in Academia cõ tinebat. Habitabat igitur in oppido apud familiarem quendam Callippum nomine, agro otij & amœnitatis gratia comparato. Hoc postea cùm in Siciliam traiiceret, Speusippum donauit, cuius amicitia & consuetudine longè magis, quàm cæterorum qui Athenis versarentur, vsus est. Volebat enim Plato cùm Dionem gratiosa conuersatione, & conuenientibus pro tempore iocis temperasset, eius mores dulces ac facetos reddere. Talis autẽ Speusippus erat: quam obrem Timo cùm de salibus scriberet, eum ad iocos atque facetias idoneum appellauit, dum Plato chorum puerorum spectaculo exhibuit, & Dion chorum exercitatione instruxit, & cunctam persoluit impensam concedente Platone, quò talem erga Athenienses magnificentiam ostẽderet, quę maiorem illi beneuolentiam, quàm sibi gloriam afferebat.

Alias quoque Dion vrbes adibat vnà cũ optimis & excel 27
lentibus in Republica viris, otium agens, & festos conuentus celebrans, cùm interim nihil eius vita immodestum, nihil tyrannicum, nihil lasciuum indicaret, verùm temperans, probum, forte, & honestas denique studiorum ac philosophiæ curas ac exercitationes. Quas ob res ex omnibus beneuolentiam & æmulationem consequebatur, & publicos insuper honores ac ciuitatum decreta. Ab Lacedæmo *Dion ciuitate donatus a Lacedæmoniis.* niis etiam ciuitate donatus iram Dionysij parui pendentibus, tametsi eum contra Thebanos per id tempus promptissimum belli socium haberent. Ferunt aliquando Dionem, Pteodoro Megarensi petente, eius domum venisse. Pteodorus autem, vt ferunt, diues ac potens erat. Dion igitur 28
turbam pro foribus conspicatus, eúmque præ negotiorum multi

multitudine summo cum labore colloquia & congressus admittentem, cùm id socij grauiter ac molestè perferrent, ad eos respectans, Quid istum incusamus, inquit? nam & ipsis Syracusis his omnino similia faciebamus. Procedente deinde tempore, cùm Græcorum erga Dionem beneuolentia Dionysium zelo metúue torqueret, ei prouentus mittere destitit, ipsius bona propriis curatoribus erogans. Volens deinde malos aduersum philosophos rumores Platonis causa de se dispersos oppugnare, complures ex iis qui eruditissimi existimabantur, conduxit. Cùm verò per quandam gloriæ cupiditatem vniuersos vincere differendo contenderet, auditis à Platone rebus male vti cogebatur. Eius autem desiderio tenebatur, séque ipse damnabat, quòd illius præsentia minimè vsus esset, nec quæ honesta fuerant
29 auscultasset. Lymphantis igitur & leuissimi more tyranni ad cupiditates & omne celerrimè studium approperans, ad Platonem statim concitatus est: tum omnem attollens machinam, Archytam aliósque Pythagoræos conuentorum ac pollicitationum vades & confirmatores induxit, vt ad se Platonem conuocarent. Ipsius nanque interuentu ij primùm amicitiam hospitalitatémque confecerant. Missus ad eum Archidemus: Dionysius quoque triremes ad Platonem & suppliciter exoraturos transmisit amicos. Ipse etiam aperte ac dilucidè scripsit, nihil se Dioni quod modestum esset facturum, nisi in Siciliam aduentante Platone: eo autem persuaso, cuncta facturum. Complures item ad Dionem à sorore ac vxore confictę venerunt causæ, opus esse vt Dionysium prorsus adeat Plato, neque vllam ei præ-
30 texendi occasionem præbeat. Hunc in modum ad Siculi fauces freti tertiò commeasse se Plato refert, quò perniciosam denuò Charybdim remetiretur. Igitur postquam aduentasset Plato, magna quidem lætitia primùm tyrannum expleuit, ingenti rursus spe seruam insulam refecit, intentam & præcipuo solicitam studio, vt ipse quidē Philistum, amor autem sapientiæ violentum superaret imperium. Præsertim verò magno in eum studio mulieres extiterunt: singularis illi à Dionysio fides, qualem alius assequutus est nemo, habebatur, ita vt illum indiscussus adiret. Cùm grandem illi pecuniam dono multoties traderet, nunquam susce-

pisse constat. Cui dum aliquando Cyrenæus interesset Aristippus, Tutò, inquit, liberalis & magnificus est Dionysius: qui enim pluribus indigent, iis pauca tribuit: Platoni verò, cùm nulla suscipiat, permulta exhibet. Po- 31
steaquam familiarissimè primò congressi sunt, super Dione sermones inchoante Platone, dilationibus primùm, mox quærimoniis ac disceptationibus actum: clàm tamen exterius rem occultante Dionysio, & conante insuper vt Platonem cùm honore, tum aliis multis muneribus & donis, à partibus studióque & factione ac beneuolentia Dionis auerteret retraherétque. Nec ipse Plato, primis quidem temporibus, eius perfidiam & mendacium detegebat, sed sibi temperabat ac simulabat. His eo pacto inuicem se habentibus, cùm latère omnes arbitraretur, Helicon Cyzicenus vnus ex Platonis æqualibus, Solis defectionem prędixit: qua vti prę fatus erat effecta, is à tyranno ingenti habitus admiratione, argenti talento donatus est. Tum Aristippus ad alios io- 32
cans philosophos, Ego quoque mirabile quippiam habeo, inquit, quod prędicam. Quibus vt proferret obsecrantibus, Prædico igitur, ait, Platonem atque Dionysium breui tempore inimicos fore. Tandem diuenditis omnibus facultatibus, omni substantia opibúsque & patrimonio Dionis, ipse pecuniam ex iis conflatam retinuit sibi: Platonem verò iam nō amplius hospitaliter habuit vt antè, sed in applicito quodam ædibus horto diuersantem abdicauit, abiecítque inter ipsam satellitum stipatorúmque turbam, futurum sperans vt homines iam olim ipsius odio flagrantes ipsum circuuenirent, necarétque, qui exuere imperio Dionysium conatus esset, & efficere vt satellitio destitutus, priuatus vigueret. Archytas ac sui vbi in huiusceemodi constitutum esse periculis Platonem didicerunt, confestim nauem cum legatione miserunt, quæ virum à Dionysio reposceret, dicerétque illum, quoniam vades se ac intercessores securitatis accepisset, Syracusas nauigasse. At Dionysius cùm pro 33
eorum controuersiis excusationem attulisset, Platonem an tequam à se dimitteret, per epulas & familiarissima habuit officia, ad quem tale aliquid dixisse commemorant: Complura de nobis Plato, & grauissima certè crimina tuis denuntiabis equalibus, & studiorum sociis. Cui subridens ille respondit: Haud tanta disciplinarum fieri potest in Academia

mia mendicitas & inopia, vt tuis de rebus quicquam commemorare vacet. Hoc igitur pacto præstantissimus vir Plato, cùm per simulationem primùm honorificè à tyranno acceptus esset, mox insidiis petitus, dimissus tandem è Sicilia discesserit: quanquam haud iis valde consona sint quæ ab ipso Platone feruntur. Cæterũ ea Diõ grauiter patiebatur, & paulò pòst cũ vxoris factũ perdidicisset, de quo scribens ad Dionysium Plato, obscurissimis insinuauit verbis, apertum se-
34 se penitus egit hostem. Id autem erat huiusmodi. Dionysius electo Dione cùm Platonem ab se dimitteret, orauit vt eum secretò interrogaret, nunquid impedimẽto esse vellet, quò minus vxor alteri in matrimonium collocaretur. Erat enim rumor seu verus seu à Dionis aduersariis fictus, ingratum illud Dioni extitisse connubium, & eum cum vxore discrepantem habere conuictum. Vt igitur Plato patriæ ex ingentibus periculis restitutus peruenit Athenas, habito cunctis de rebus cum Dione colloquio, atque vniuersa re gestà diligenter exposita, quandam tyranno conscribit epistolam, cætera quidem clarè quibusuis explicantem, istuc autem ipsum illi duntaxat soli cognitum, ea de re se cum Dione colloquutum esse, eum vehementissimè declarare, se mo-
35 lestè perlaturum, si Dionysius eam confecerit. Eo tempore cùm magna de ipsorum reconciliatione spes adesset, nihil erga sororem nouitatis intulit, ipsam autem cum Dionis filiolo habitare sinebat. Postquam omnis in gratiam redeundi adempta spes est, & Plato rursus in Siciliam profectus cum odio & inimicitia remissus erat, Aretam inuitam equidem cuidam familiari suo Timocrati nomine nuptui dat, in hoc saltem haud patris mansuetudinem imitatus. Polyxenus enim eius sororis Testhæ maritus, inimicus factus illi esse traditur. Quo propter metum secedente, & è Sicilia profugiente, Dionysius accitam sororem incusare cœpit, quòd fugæ mariti conscia nil sibi denuntiasset. Illa medius fidius secura & omnis pauoris expers, Adeóne Dionysi, air, vilis, abiecta, & virilitatis indiga visa tibi sum mulier, vt si
,, cõiugis mei fugã ipsa præsciuissem, eiusdẽ nauigationis co-
,, mes & fortunæ particeps esse noluissem? at nõ antè id cogni-
36 tũ habui: quoniam mihi satius extitisset, Polyxeni vel exu-
,, lantis vxorẽ, quàm tui dominantis sororem appellari. Hæc
,, cùm ingenuè ac egregia quadam licẽtia Testha protulisset,

admira-

admiratum ferunt tyrannum, admiratosq; Syracusios tantam in muliere virtutem, adeò vt post destructã etiam tyrannidẽ honoribus & regali more colere perseuerauerint. Defunctæ verò funus ciues publicè consectati sunt. Hæc quidem excursionem habent haud incommodam. Deinde Dion animum conuertit ad bellum, * interueniente tamen Platone, tum quia hospitalitatis erga Dionysiũ iura verebatur, tum quia matura iam prægrauabat ætas. Cæterùm Speusippus & familiares alij auxilia conferebant, simulq; exhortabantur, vt porrigentẽ manus Siciliam, & promptissimis receptaculis inuitantem, libertati restitueret. Cùm 37
enim Syracusis Plato versabatur, Speusippus longè magis sese hominibus immiscuisse, ac illorũ studia sententiáve perdidicisse videtur: qui cùm initio quidẽ ipsius in loquẽdo fiduciam perinde ac regis tentamina formidarẽt, ei fidem tempore habuerunt. Idem nanq; omnium erat sermo supplicantium, & Dionis aduentum inuocantium, nõ classem agentis, non milites, non equos, ipse modò cõtra Dionysium corpus ac nomen Siculis in ministerij partem accommodaret. Hæc annuntiante Speusippo, confirmatus Dion, occultè per alios externorum delectum habebat, quò suam celaret sententiam. Conspirabant multi tum philosophi, tum ciuilium rerum studiosi, inter quos & Cyprius erat Eudemus, ad quem morientem Aristoteles suũ De animo dialogum misit: itemq; Leucadius Timonides. Ei quoq; 38
Militam Thessalum addixerunt, virum diuinationis peritum, & studiorũ in Academia sociũ. Ex iis autẽ quos in exilium tyrannus extruserat haud pauciores mille, quinque duntaxat & viginti se expeditionis comites adsciuerunt, cæteri cum timore perculsi prodiderunt. Primus belli motus è Zacynthiorum insula extitit, in qua sese milites collegerunt octingẽtis sanè pauciores, ac celeberrimi omnes, multis ingentibúsve militiis exercitati, præterea corporibus strenui, industria & fortitudine præstantissimi, quiq; multitudinis animos, quam in Sicilia Dion habere sperabat, succendere pariter & ad audaciam incitare possent. Hi cùm primùm contra Dionysium ac Siciliã deligi classem audierunt, iniecto stupore, cœpta damnare, Dionem per 39
iram ac furias desipientem, aut propter spei melioris inopiam seipsum ad plenas desperatione res iniicere: suis inde

cc ducto

* αὐτῷ δὲ πλάτωνος ἐμποδὼν ἰσχυούσης.

ductoribus & qui eorum delectum habuerant, magnopere succenſere, quòd ipſis confeſtim ex initio bellũ non prædixerant. Tum Dion habita oratione, quanta tyrannis imbecillitate labaret edocet, eos non magis Syracuſanorũ aliorumq; Siculorũ milites quàm duces traiicere, qui iam pridem ad defectionem parati aderant. Poſt Dionem orauit Alcimenes, qui inter Achæos gloria genereque primarius erat: eorum ſermone deflexi ſunt militum animi. Vigente tum æſtate tenebant fretũ Eteſiæ, luna pleno lucebat orbe. Dion cùm magnificentiſsimè Apollini ſacrificiũ pararet, vnà cum militibus ornatas indutis armaturas, pompam
40 duxit ad templum. Poſt ſacrificiũ in ipſo Xacynthiorum ſtadio diſcumbentibus dedit epulum, argenteas atq; aureas admirantibus pateras, & menſarũ ſplendorẽ longè magis, quàm priuatorum conſuetudo poſtulet opulentũ: reputantibus etiam vt vir ille, ætatis iam flore decurſo, tãtarumq; dominus opum, haud ardua profectò & periculoſa inuaderet facinora, niſi certa ſpes & amici plurimas atq; ingentes illinc occaſiones tradidiſſent. Poſt libamenta factaſq; de more precationes luna defecit: quod, quia defectionis limites, & occurrentem lunæ à ſole terræ vmbram callebat Dion, nihil eſt admiratus: turbatis autẽ militibus, addenda quædam erat conſolatio. Conſtitutus igitur in medio Miltas vates, eos bona ſpe eſſe, & optima quæq; expectare iuſ-
41 ſit. Significare enim numina quempiam defecturum eſſe qui nunc clarus eſſet. Dionyſij verò tyrannide clarius extare nihil, cuius ſplendorem ab eis vt primùm Siciliam attigerint, reſtinctum iri. Hoc quidem Miltas in mediũ cunctis expoſuit. At cùm examen apum circa Dionis naues à puppe conſpectum eſſet, de illo ſeparatim ſibi & amicis explicauit. Timere enim ſe ne res illius gerendæ cùm honeſtate quidem plenæ ſint, vbi perfloruerint, breui contabeſcant tempore. Complura etiam Dionyſio deorũ portenta apparuiſſe dicunt. Aquilam correptũ à ſatellite iaculum in ſublime detuliſſe, dehinc in profundũ abieciſſe. Mare quod arcem alluit, die vna dulces & potu peramœnas præbuit aquas, ita vt vnicuique perſpicuum foret. Sues illi in lucem nuper editi, cùm reliquis manci partibus non eſſent, nullas habebant aures. Declarauere vates ea defectionis & ſpernendorum oſtenta mandatorum eſſe, nec amplius au-

Prodigia Dionyſio aduerſa ſignificantia.

dituros

dituros imperio ciues. Maris verò dulcedinem, è triſti ac 42
ſæua tempeſtate ad optimũ rerum ſtatũ permutationẽ Syracuſanis afferre. Præterea miniſtrã Iouis aquilam, inſigne magiſtratus ac potẽtiæ iaculum eſſe. Deos itaq; maximam regno cladẽ internicionemq; decreuiſſe. Hæc Theopõpus refert. Dionis milites duabus rotũdis recepti ſunt nauibus, & tertio quodam haud ingenti ſanè nauigio: quæ præterea triginta remorum naues ſectabantur, & arma quæ milites geſtabant, duo clypeorum millia, miſſilia telaque cõplura vehebant, abundè etiam viaticũ, ne quid eis pelago proficiſcentibus deeſſet, vt qui metu terræ ventis ac freto ſuam plurimi nauigationẽ facerent. Philiſtum enim cum claſſe in Iapygia ſtationẽ agere ſenſerant. Cæterùm diebus duodecim raro molliq; nauigantes flatu, tertiodecimo Pachynum Siciliæ promontoriũ applicuere. Primus gubernator 43
eos illico deſcendere iuſsit. Si enim omiſſo ſponte promontorio à terra longius abierint, complures in mari dies ac noctes agitandos, æſtiuo tempore Auſtrum expectantes. Dion propinquum hoſtibus deſcenſum reformidans, cùm vlteriora pertingere loca mallet, Pachynum tranſnauigat. Tum aſper incumbens Septentrio, longius à Sicilia naues ingenti procella diſpulit. Exoriente tum Arcturo, fulgura ſimul & tonitrua concidebant, permultam tempeſtatẽm, & præcipites è cælo nymbos diffundentia. Qua re turbati nautæ cùm errare cœpiſſent, naues repentè ad finitimã Libyæ Cercinã fluctibus diſiectas eſſe vident. Ea autẽ inſula eſt quã aſpera, quę maximis referta ſcopulis, in eos æquore delatos obuia procurrebat, Parum igitur cùm abfuiſſet ne 44
eiecti ſaxis illiderentur, ſummo cũ labore remis innixi elabuntur, donec tẽpeſtate ſedata, ſeſe ad magnæ capita Syrtis eſſe cognouerunt. Iis ita diſiectis, & in ipſa etiam tranquillitate mœſtiſsimis, è regione Auſtralis quædam effunditur aura, cùm Auſtrum nequaquã expectarent, eamq; minimè fieri poſſe permutationẽ crederent. Paulatim creſcente & validius flante vento, tota panduntur vela: tum adoratis deis, è Libya Siciliam verſus medio profugere pelago. Quinto demum die facili curſu penes Minoam iactis conſtitere anchoris. Id ſcilicet oppidum eſt Carthaginienſium ſubditum poteſtati. Eius fortè loci præfectus erat Synalus, plurima Dioni amicitia & hoſpitalitate cõiunctus: qui cùm

45 Dionem eiusq; classem adesse nesciret, descendentes arcere milites adortus est: at illi cũ armis excursantes occiso nemine (id enim Dion ob Carthaginiensiũ amicitiam perpetrari cohibuerat) versisq; in fugã oppidanis vnà irrũpunt, itaq; locũ in potestatẽ redigunt. Deinde cùm duces se inuicem salutantes occurrissent, Dion violato nemine, vrbem Synalo reddidit. Tum Synalus habitis hospitaliter militibus, necessaria Dioni comparauit. Præcipuam verò iis fiduciam afferebat, quòd casu Dionysium foris versari contigerat: nuper enim octoginta nauibus in Italiam nauigarat. Idcirco cũ Dion milites diu per maritima fatigatos incõmoda, ibidem ad curanda corpora inuitaret, minimè passi sunt, dum ad arripiendam temporis occasionẽ permagno appropérant studio, sed Syracusas adduci deposcebant. Superuacuis igitur armis & sarcinis ibi relictis, ac exorato Synalo vt ea ad se vbi tempus esset transmitteret, Syracusas itur. Proficiscente inde Dione, ducenti Agrigentinorum equites, qui Ecnomum incolebant, ad eum sese conferunt: post eos Geloi. Illico fama Syracusas accurrerat,

46 *Tum Timocrates vxoris Dionis & sororis Dionysij maritus, qui relictorum in vrbe amicorum princeps erat, repentè nũtium cum literis ad Dionysium super Dionis aduentu mittit: ipse dehinc ad ciuiles tumultus ac motus animum aduertit, vniuersi nanq; pendebant: cæterùm cùm rebus fides non haberetur, inter pauorem quies agebatur. Tabellario casus quidam sanè admirandus obtigerat: nam vbi traiecit in Italiã, cùm iam Rhegynũ euasisset agrum, in Cauloniam ad Dionysium accelerans, in familiarem quempiam incidit, qui nuper cæsum ferebat arietẽ, à quo

47 suscepto carnis frusto, iter approperat. Magna deinde pariter parte noctis absumpta, cùm ob laborem se aliquãdiu somno dedere cogeretur, vt erat secus viam in sylua quadam accubuit. Sequutus odorem lupus, alligatas saccolo carnes diripiens, carnes simul apportans & saccolum abiit, in quo homo literas deferebat. Dehinc cùm excitatus persensisset, errore plurimo singula incassùm peruestigans, nihil inuenit. Ad tyrannum igitur sine literis haud proficisci decernens, profugit eminus, quocirca serus quidem ex aliis ad Dionysium de Siciliæ bello peruenturus rumor erat. Interea commeanti Dioni Camarinæi sese socios adsciuere,

* Τιμοκράτης ὁ τῆς Διονος γυναικὶ συγγενὴς, Διονυσίου ἀδελφῇ.

sciuere, & Syracusanorum, qui per agros versabantur, non parua multitudo confluebat. Erant cum Timocrate Leontini atq; Campani, qui Epipolas pro statione tenebant. Hi simul ac falsus quidam à Dione sermo manauit, eũ quam primùm ad eorum vrbes copias conuersurum, Timocrate destituto abiere, opem suis allaturi. Hæc vbi Dioni circa Matras exercitum habenti renuntiata sunt, concitatis mi- 48
litibus per tenebras ad Anapum fluuium, decem ab vrbe stadiis distantem peruenit. Ibi sistens iter, mactatis penes flumen hostiis, solem adorauit orientem: simul aruspices deos victoriam portendere tradiderunt: tum adstantes vniuersi Dionem inter sacrificandum corona insignem conspicati, vno impetu sibi coronas imposuerũt. Erant autem haud pauciores millibus quinq;, qui se Dioni inter eũdum comites adiunxerant. Cæterùm cùm ob repẽtinum incursum malè armis instructi venissent, armorum inopiam promptitudo supplebat, adeò vt cùm Dion castra mouisset, ij cursibus incederent, clamore magno quodam & alacritate summa studioque, sese mutuò ad libertatis dulcedinem exhortantes. Ex oppidanis quicunq; gratia & no- 49
bilitate præstabant, insignibus ornati vestibus sese ad portas obuiam effundebant, cętera subinde multitudo tyranni familiares inuadit. Tum delatores (sic enim appellari solebant) discerpuntur, impij sanè & diis inuisi homines, qui vrbem Syracusanis promiscui peragrabant, singulorum dicta factáve sagacissimè speculantes, deinde tyranno cogitationes omniũ sermonesq; denuntiabant. Hi primùm omniũ occurrentes pœnas dedere: virgis enim cæsos excoriarunt. Timocrates cùm se arcis custodibus permiscere nequiret, accepto equo profugus ex vrbe migrauit, cuncta pauore ac tumultu replens: ne mediocri trepidatione amissse vrbem videretur, maiorem in modũm Dionis res extollebat. Accedens inter hæc Dion, perspicuus iam cunctis erat lucidissimis indutus armis: cingebant illius latera hinc frater eius Megacles, hinc Atheniensis Callippus, coronis ambo decori. Ex externis militibus autem centum 50
erant, qui Dionem ad corporis custodiam sectabantur, reliquos præfecti ducebant ornatissimè instructos. Spectabant Syracusani, & perinde ac sacram quandam & deo dicatam libertatis & popularis potentiæ pompam excipie-

bant, quæ tandem post annos octo & quadraginta rediens ciuitatem inuiseret. Per Menitidas inde portas ingressus, sedato per tubæ sonũ tumultu, huiusmodi præconium edidit: Dion fraterq; Megacles, cùm ad abolendam venerint tyrannidem, Syracusanos reliquosq; item Siculos liberos & tyranno solutos reddunt. Volens etiã per seipsum homines compellare, per Acradinam conscendit. Syracusani per vias vtrinq; sacrificia, mensas, crateraſq; statuerant, & quocunque accesserat, missos flores frugesq; spargebant, inque
51 eum vti deum preces ac vota conuerterant. Sub arcem & *Horologiũ Dionysij.* Pentapyla illustre quoddam & excelsum Dionysij opus extabat horologium: huc ascendens concionem exorsus, ciues ad vendicandam sibi libertatem incitauit. At ij ambos per summam lætitiam & festiuitatem imperatores & belli duces creant. Eis insuper ita volentibus ac rogãtibus, Syracusani collegas viginti deligunt, ex quibus dimidij ab exilio vnà cum Dione redierant. Vates illustria extare prodigia censebant, quoniam Dion inter orandum magnificentissimum Dionysij ædificium subiectum pedibus habuerat. Cæterùm expauebant, quia locus in quem delectus imperator ascenderat, de solis permutatione rationem continebat, ne scilicet mox vllam fortunæ permutationem eius illius gerendæ capesserent. Dehinc redactis in ditionem Epipolis, coniectos illic in vincula ciues exoluit, murum
52 insuper circunduxit arci. Septimo pòst die Dionysius in arcem sese cum classe retulit. Arma Dioni cum vehiculis comportata, quæ Synalo antè reliquerat; hæc ciuibus dispertita: reliqui pro se quisque ornatè instructi promptos exhibuere milites. Dionysius initio quidẽ priuatim missis ad Diona legatis, experiri rem cœpit: ast illi ad liberos iam Syracusanos in medium verba facere iussi humanissimam tyranni nomine concionẽ habuerunt. Mediocria pollicentes vectigalia, militię requiẽ, excepto si quã illi vltro suscipiendam esse decreuerint. Ea Syracusanus populus irridebat. Dion legatis respõdit, Dionysius ne verba faceret, ni prius se principatu abdicasset, quem simul atque deposuisset, vbi ad rem quampiam modestam opus esset, pro eorum ne-
53 cessitudinis memoria suam se impensurum operam. Ea Dionysius collaudabat: at missis denuo legatis petiit vt vnà cum Syracusanis aliqui ad eum in arcem commea-

rent, cum quibus tum persuadens, tum persuasus, de publica vtilitate disseruit. Missi ergo ad eum viri, quos Dion ipse probarat. Tum plurimus per Syracusanum ab arce populum sermo manabat, Dionysium relicturum esse tyrannidem, idq; sui magis, quàm Dionis gratia facturũ. At ea sub dolo quædam erant figmenta tyranni, & insidiarũ cõtra Syracusanos instructio. Coniectis nanq; in carcerem ciuitatis legatis, luce prima saturatos mero stipendiarios cõtra circunductum à Syracusanis murum discurrentes im-
misit. Tum inuadentes ex insperato barbari multa cum au- 54
dacia pariter & tumultu murũ peruastãt: quibus deinde in *Pugna inter Dionẽ & Dionysium.*
tra ciuitatem irruentibus, cùm ad ferendam opem expecta re nemo prorsus auderet, soli Dionis milites restitere, qui vt primùm tumultuantes persensere, subsidium attulerũt. Ii tamen auxilij modum intelligere, exaudireq; haud satis poterant, adeò fuga surripientes se inde Syracusani, errore ac vociferationibus inter eos permisti discurrebant. Dion cùm eius exaudiri verba non possent, ad rem peragendam opere se ducem exhibere volens, primus irrupit in barbaros. Acris circa illum atroxq; pugna cõmittitur, quãdoquidẽ nihilominus hosti, quàm suis agnoscebatur. Facto enim à cunctis impetu, magno cum clamore concurritur. At ille cùm iam per ætatẽ ad huiusmodi subeunda certamina grauior esset, animi fortitudine inuadentes tum excipiens tum obtrũcãs, manũ tragula vulneratur. Ad reliqua dein- 55
de tela & inflictos cominus ictus, vix thorax ipse per clypeum quoq; sat erat, hastis vndiq; plurimis pulsatus & spiculis, quibus perfractis collapsus est Dion. A militibus sub inde abreptus, imperatorem eis Timonidem instituit: ipse autem equo vrbẽ circuire, Syracusios è fuga retrahere, externos milites qui Acradinã pro statione tenebãt, cõtra barbaros concitatos adhibere, integros quidẽ cõtra labore cõfectos, prõptos cõtra spe debilitatos & in ipso iam conatu deficiẽtes animis. Cùm enim impetu primo vniuersam pariter ciuitatẽ vel discurrẽtes occupare speraſſent, ac ex improuiso in fortes viros & strenuos bellatores incidissent, gradũ in arcẽ referre cœperunt: dehinc vt inclinati sunt, incũbente vehementius Græcorũ agmine, terga præbentes sese mœnibus includũt, quatuor ac septuaginta ex Dionis parte truncatis, cùm ex suis multos amisissent. Parta 56

adeò clarè victoria, Syracusanus populus externos milites centùm minarũ coronis ornauit, ast illi aurea corona Dionem. Mox à Dionysio caduceatores descenderunt, epistolas à necessariis mulieribus afferẽtes, inter quas vna extrinsecus erat inscripta, Ad patrẽ ex Hipparino: istuc ipsum enim Dionis filio nomẽ erat, tametsi Timæus illũ ex Areta matre vocatũ fuisse dicat Aretæũ. Verùm his de rebus maior habenda Timonidi fides, viro Dionis cùm familiari, tũ commilitoni. Cæteræ in vulgus perlectæ multas ex mulieribus supplicationes precesq; continebant: illam verò, quæ à filio perscripta videbatur, cùm palàm solui minimè permitterent, Dion inuitis soluit. Ea ex Dionysio erat, quæ verbo quidem Dioni, re autẽ Syracusanis colloquia faciebat: formam quippe supplicationis & exponendi pro se iu-
57 ris habebat, ad Dionis calumniã cõpilata. Eorũ siquidẽ cõmemoratio erat, quæ pro tyrãnide prõpto effecisset animo in charissima corpora comminationes, sororis, filij, & vxoris. Causæ etiam quædam graues querelis & plangore confictæ, & quod eum maximè permouit, obsecrabat vt regnũ ne destrueret: verùm capesseret, neque libertate donaret homines qui acceptorum haud immemores malorum magnis in eum odiis conflagrarent: at verò principatum iniret ipse, amicis ac necessariis tutamen exhibens. Illis perlectis Syracusani non (vt æquum erat) Dionis constantiã nullo languentis affectu, aut animi magnitudinem sunt admirati, qui honestatis ac iustitiæ causa contra tot necessitudines & sanguinis coniunctiones fortissimus perstaret, sed suspicari timereq; cœperunt, ne cùm ingẽs illis necessitas adesset, tyranno parceret: dehinc alios intueri præfectos præcipueq; vt Heraclidem redire didicerunt, eidẽ magno-
58 pere affecti sunt. Erat autem exul Heraclides, rei quidem
Heraclides militaris ignarus homo, & ex principatu, quem penes tyrannos habuerat, celeberrimus: verùm ineptus consilio, & ad omnia leuis, in rebus quæ dignitatem haberent aut gloriam communicandis minimè stabilis. Ille postquam in Peloponneso cum Dione disidiũ actitasset, decreuit suapte contra tyrannũ classe annauigare. Tribus igitur nauibus & triremibus septem Syracusas aduentans, rursus Dionysium muro circunseptum offendit, & suspensos animo Syracusios. Mox igitur, quandoquidẽ ad suadendum permouend

mouendumq; gratiam nõnihilq; à natura leporis habebat, popularem ingressus est, gratiam, blandimenta quæritãte turba. Eos suscipiẽs facilius ad se traduxit, quòd hi Dionis rigorem vt grauem, & in ciuilibus duriorem officiis abhorrebant: cuius rei causa erat, quòd parta victoria otiosi & iam audaces facti populi duces, priusquam populus esset sibi præesse volebant. Tum ad concionem vltro concursan 59
tes, classis præfectum deligunt Heraclidem. Accedens eò Dion, collatam Heraclidi præfecturam pristini principatus sui labefactationem esse cõquestus est. Singulare enim manere imperatorem non euenit, vbi maritimis alter rebus præsideat. Quocirca haud lubentes quidem Syracusij deponendũ Heraclidem censuere. Inde Dion accitum domum Heraclidem paucis increpuit, quòd nõ bene aut cõmodè eo tempore secum pro gloria, seditiones atq; discordias actitaret, cui ad inferendam cladẽ exiguo certè opus esset momento. Coacta rursus concione, ipse classis præfectum designauit Heraclidem, ciuitati persuadens vt & illi, quemadmodum & ipse habebat, corporis custodia præberetur. Ille Dionem verbis quidem & habitudine colens, & gratias habere cõfessus, humilis sequebatur, vsquequaq; iussis obtemperans: at multitudinem ac rerum nouarũ cupidos corrũpens, & clandestinis mouens tumultibus, oĩbus Dionem ambiguitatibus circunsidebat. Siue enim per in- 60
ducias dimittendũ ex arce Dionysium diceret, calumniam vt illius saluti parceretur habebat: siue vt ne quo mœrore conficeret, obsidionem quietus agere vellet, cõseruare bellum censebatur, vt diuturniore principatu perculsos terrore ciues teneret. Erat Sosis homo quidam ob flagitia simul & temeritatem inter Syracusanos notus atq; famosus, qui quandam libertatis abundantiam esse ducebat, vt adusq; res huiusmodi effrænatas voces & procaciſsima emitteret obloquia. Iste Dionis insidiator frequenti primùm concione surgens, multa in Syracusanos conuitia protulit, quòd ex vecordi ac temulenta liberati tyrannide, vigilantem ac sobrium susciepisse se dominum nõ intelligant, dehinc manifestum se Dionis hostem aperiens, è concione discesſit. Postridie nudus per vrbem cursitans, capite ac 61
vultu sanguinolento spectatus est, vt qui persequentes plerosque fugeret. Talis forum ingrediens paratas sibi à Dio-

nis militibus referebat insidias, vulneratum subinde caput ostentans. Qua quidem in re compatientes sibi multos, & aduersus Dionē inuectos habebat, illū imperiosa & grauia patrare, si per cædes ac pericula liberas ex ciuitate linguas velit auferre. Eius tamen detectæ sunt fraudes. Dion enim tametsi indiscreta turbulentáve concio esset, eò procedens purgauit obiecta, Sosidem cuiusdam ex Dionysij stipatoribus esse fratrem demonstrauit, eius verbis inductū ciuitatem seditionibus ac discordia perturbasse, cùm nulla Dionysio nisi per eorum dissidentias & mutuas disceptationes supersit salus: simulq; medici Sosidis plagā perdiscentes,
62 per summa magis, quàm profundè actam inuenerūt. Enses enim vulnera circa mediū præsertim profunda infligunt, totū verū pusillū erat in Sosside, multa habens initia, cùm is (vti par est) ictus ex dolore remitteret, & subinde rursus adigeret. Deinde familiares quidam inter concionem attulere nouaculam, narrantq; cōmeantibus ipsis obuiū factū esse Sosidem cruore stillantē, & Dionianos sese fugere milites dictantem, à quibus ea vulnera accepisse: qui hominē insequeretur prorsus deprehendisse neminem cæterùm sub cauo iacentem saxo conspexisse nouaculam, vnde is prodisse visus fuerat. Has ob res facinorosus iā Sosis per hæc habebatur indicia, plerique etiam aduersus illum serui testimonia dixere, noctu solùm cùm nouaculā teneret egres-
63 sum. Quocirca secessere Dionis accusatores, & populus, damnato morte Sosside, in gratiā cū Dione rediit: stipendiarios autē nihilominus suspectos habebat, præcipuè q plurima aduersus tyrannum maritima agitabantur certamina. Postquam enim Philistus ex Iapygia multis triremibus Dionysio subsidium allaturus aduentasset, cumq; hi externi forent milites, ad nullū amplius belli vsum eos esse idoneos censebant: verùm satis per se fore, cùm & nautica instructi & vires ac potentiā nauibus essent assequuti. Eos insup prosper quidā maris euētus amplius extollebat, vbi superato Philisto in eū crudelissimè ac barbarorum ritu desæuisse. Ephorus quidem refert eum capta naui mortem sibi consciisse. Timonides autem à primordio rerum gestarum Dionis socius, cùm ad Speusippum philosophum
64 scriberet, Philistum viuum in potestatem venisse tradit in terram excedente naui, Syracusanosq; exuto thorace nudum

dum ostentasse corpus hominis iam ætate confecti. Ei subinde per cōtumelias habito caput obtruncasse, pueris corpus tradidisse, vtq; per Acradinam distractū in latomias deferrent mandasse. At rursum Timæus maioribus insultās vituperiis, puellos ait Philisti cadauer claudo ex crure deligatum per vrbē inter probra contumeliasq; vexasse, spectātibus interea Syracusanis raptatum crure hominē dictitare solitū, oportere Dionysiū haud equo citato, verùm crure raptatū è regno profugere. Verùm enimuerò Philistus non ab se, sed ab alio prolatū Dionysio nuntiarat. Cæterū Timæus haud iniusta occasione susceptā, quòd fidū studiosumq; pro imperio Philistū extitisse cōstabat, sese iactatis in eū maledictis exaturat. Cui si quis ea lacessitus tempe- 65
state aduersq; insensibilem iracundiam grauiter est inuectus impertienda fortasis est venia. Qui autem res illius gestas postremò scripsere, cùm in eius vita triste nihil pertulerint, hi hominis gloria refelluntur, ne rumoribus, aut alieno sermone freti, per contumelias ac procacitatem miserias obiectēt, quarum participes vel præstantissimos homines fieri, modò fortuna velit, res nulla prohibet. Nec verò sanus est Ephorus, qui laudationibus Philistū exornat, qui tametsi rebus iniustis & moribus prauis honestas adiicere causas, & ornamentorū rationes inuenire grauiter apteque sciat, haud tamen ipse cuncta excogitans, eū ab incusatione potest abducere, ne supra omnes homines tyrannorum amator extiterit, & maximè omniū tyrannicas semper illecebras, potentiā, opes, & connubia, beatitudinis existimatione admirationeq; sit prosequutus. Sed enim aptissimus 66
ille quisquis Philisti neque gesta collaudarit, neque fortunas obiectarit. Post Philisti necem Dionysius ad Dionem mittit, qui illum arcem tradere velle dicant, armaq; ac mercenarios milites, & integrū illis septenos per menses stipēdium: se per inducias in Italiam decessurū, ibiq; domicilio habiturū, ex Gyarte modò fructus perciperet. Is intra Syracusanos fines pmultus ac fertilis ager est, ad mediterraneū à mari surgens. Ea cùm Dion minimè recepisset, exorādos esse iussit Syracusios: ast illi viuentem Dionysiū ab se captum iri sperantes, legatos repulere. Tum Dionysius grandiori natu filio Apollocrati arce tradita, vehementē obseruās flatū, pretiosissima corpora pretiosissimamq; supellectilem

67 ctilem nauibus imposuit, itaq; præfectum classi latens Heraclidem euasit. Qua re malè de se audiens, cùm ciues eum magnis tumultibus circunuenirent, Hipponē factiosum quendam hominem instituit, qui plebem ad diuidendum agrum accerseret. Etenim libertatis initium æqualitatem esse, seruitutis verò penuriam, cum prædiis careant. Huius sententiæ fauens Heraclides, aduersantē sibi Dionē magis implicat seditionibus, tum Syracusanis persuadet, vt hisce rebus decreto confirmatis, externos milites mercede spolient, aliósque subinde bello imperatores deligant, se se ab huius molestia & difficultate liberantes. Ii confestim dum ex tyrannide perinde ac ægrotatione longæua sese conantur attollere, & vti suis restituti legibus intempestiua factitant, rebus infeliciter gestis, odia contra Dionem exer-
68 cebant, qui instar medici, in accurato & modesto viuēdi ordine continere ciuitatē expetebat. Ad nouorū deinde creationem magistratuū cùm conuenissent, æstate media inusitata tonitrua & dira prodigia per dies quindecim obuenere, ob quorū religionem surgens assiduè populus alios designare duces impediebatur. Factiosis postmodū constanti serenitate obseruata, comitia conficientibus, bos quidam domitus, tumultus haud inexperiēs neque insuetus, per id tēpus furore contra bubulcū agitatus, è iugo profugiens ad theatrum citato cucurrit impetu, quo circa surgentē illico populum nullo fugiendi ordine passim diffudit, cęteram discurrit vrbem petuleis cōturbans saltibus, quantùm postea hostes occupauere. His tum neglectis & vanefactis Syracusani quinque & viginti præfectos creant, ex quibus vnus erat Heraclides: alios clanculū submittere, qui milites à Dio-
69 ne subducerent, eos ad se multis pollicitationibus prouocare, & ciuitate pariter donaturos dicere. At illi ea repudiantes, Dionem fide & promptitudine cum armis cōplectētes atque stipantes ex vrbe deducunt, violato nemine: quibuscunque obuiabant multa de ingratitudine, de improbitate obiectabant. Syracusani contemptu paucitatis sese quòd eos non prius inuasissent parui pendere. Maiori igitur coacta manu impetū faciunt, vt intra mœnia superatos obtruncarent. In hoc necessitatis ac fortunæ constitutus Dion, vt vel contra ciues dimicandum, vel cùm suis moriendū esset militibus, multa supplicare, manus Syracusanis tendere refer,

refertā hostibus arcē ostendere, qui desuper è muris cōparentes eorū facta intuerentur. Sed eū inexorabilis multitudinis incursus esset, & iā factionis duces ciuitatē, sicuti mare ventilatè tenerēt, suis vt ab aggressibus abstineāt, imperat. At illis perinde ac incursum facerent cū clamore arma
70 vibrantibus, nullum Syracusanorum manere cernēres, fuga per vias decedunt, insectante nullo. Dion enim suis continuò reuocatis, ad Leontinos contendit. Syracusani principes derisui mulieribus facti, sese cùm ab ea eximere iguominia quærităt, armatis denuo ciuibus Dionā persequūtur, *Pugna inter Dionē & Syracusios.* quem vt fluuium quendam traiicientē offendunt, adacto equitatu prælium inchoāt. Ast illum, vbi neque miti animo, neque more patrio sua amplius errata sufferre conspicatur, verùm etiam suos facto agmine per iracundiam conuertentem, fœdiorem quàm antea fugam cappessentes, haud multis sanè cæsis, in vrbē reuertuntur. Leontini Dionē splēdidissimis susciptiunt honoribus, militibus stipendia ciuiliter impartiunt, à Syracusanis per legatos postulant, vt militibus quæ iuxta sunt, faciant: sed ij legatos qui Dionem accusarent, miserunt. Cùm vniuersi deinde socij in Leontinis con-
71 uenissent, postquam multa disseruere, Syracusios iniusta patrasse censetur. Illi sociorū iudicio nusquam stare, iam deliciis & insolentia gloriari, quòd nulli auscultarēt, sed seruiētibus & reformidantibus plebem ducibus vterentur. Inter hæc à Dionysio ad vrbem venere triremes Neapolitanum aduehentes Nipsium, qui & annonam & pecunias apportabat obsessis. Facto nauali prælio victores Syracusani fuere, captis ex regia classe nauibus quatuor. Ea victoria insolentes, & iam nullius audientes imperio, lætitiam ad conuiuia & furiosos vertunt conuentus, adeò quæ vsui erant neglectui data, vt cùm arcem habere se putant, ciuitatem insuper amisere. Nipsius enim vbi nullam in ciuitate partē cernit incolumem, & vulgus quidem à luce prima in profundam vsq; noctem inter modulamina ebrietatésq; detentū, præfectos verò per huius sodalitij voluptatē multā temulētis hominibus adiicere necessitatem segnes atq; pauentes, cōmodissimè fretus tempore, murum aggreditur. Quo perfra-
72 cto immissis imperat barbaris, vt quoscunq; obuios habuerint, eis pro viribus atque libidine vtantur. Statim id malum sentiunt Syracusani, tardè autem & magno cum labore per

re per ſtuporem auxilia conferebant. Populationes in vrbe fieri, mortales interimi, parietes dirui, mulieres ac pueri cũ ciulatu in arcẽ agi. Summa rerum deſperatio præfectos habebat, quòd vbiq; promiſcuos cũ hoſte ciues vllos ad vſus habere nequibant. Hunc in modum vrbanis ſeſe rebus habentibus, cùm Acradinæ iam propinquũ diſcrimen eſſet, in quo reliqua ſpes inniteretur, quod quanquã intelligerent facilè omnes, nemo tamen palàm dicebat, ob ingratitudinẽ & mala in Dionem conſilia pudore perplexi. Cæterùm vi neceſsitatis impendẽte, ſociorum equitũ clamor exoritur, vocandũ eſſe Dionem, & ex Leontinis accerſendos eſſe Pe-
73 loponnẽſes. Quod vbi per audaciam proferri, & audiri cœptum eſt, vociferatio, gaudium, lachrymæ cunctos tenuere Syracuſanos, hominis orantes aduentum, aſpectúmve cupientes, haud immemores quanto in terroribus robore ac promptitudine valeat, vt non modò ipſe impauidus ſit, ſed eos etiã audaces, & in conſerenda cum hoſtibus manu intrepidos exhibeat. Mox igitur ad eum mittunt ſociorum quidem nomine Archonidem & Theleſidem: ex equeſtri verò ordine, quinq; cum Hellanico miſsi. Hi per totũ iter equos laxatis agitantes habenis, vergente iam die in Leontinos perueniunt. Tum deſilientes equis, primùm coram Dione obortis procidere lachrymis, calamitates Syracuſanorum exponũt. Nonnulli iam Leontinorum interueniebant, multi etiam Peloponnenſes circa Dionẽ congregabãtur, dum hominum cùm ſtudio, tum ſupplicationibus innouatũ aliquid ſuſpicantur. Eapropter cùm prior ille ad concionem
74 proceſsiſſet, promptiſsimè facto concurſu, Archonides & Hellanicus introgreſsi ſuccinctè malorum magnitudinem exponunt, & milites obliterata iniuriarũ memoria ad ferẽdam Syracuſanis opem deprecãtur, quandoquidẽ maiores ipſi pœnas dederint, quàm illi maleficiis irritati voluiſſent. Poſtquã hi deſiere loqui, ingens ſilentiũ totum habuit theatrum. Surgente Dione, cùm orare cœpiſſet, complures ei manabant lachrimæ, ita vt vocem teneret. Tum condolentes ei milites, bono vt eſſet animo rogitabant. Cùm igitur ex affectu ſeſe paululum Dion recepiſſet, Viri, inquit, Peloponnenſes ac ſocij, hoc vos in loco, vt pro vobis deliberationem capeſſeretis, coegi: mihi haud pulchrè res ſe habent, vt cùm Syracuſana vaſtetur ciuitas, de me ipſe conſultem:

Dionis oratio ad Peloponnenſes & ſocios.

ſultem: quòd ſi eam ſeruare nequiero, proficiſcar, *in patria* „
igni & ruina rumulandus. At ſi inconſultiſsimis & infeliciſ 75
ſimis nobis opem afferre ſtatuitis, veſtrum opus Syracuſa- „
nam erigite vrbem: ſin hoc propter Syracuſanorum iracun „
diã, & conceptas in eos querimonias aſpernabimini, dij vo- „
bis pro priſtina in me virtute & promptitudine dignas per „
ſoluant grates. Memineritis autem neque vos prius iniuria „
laceſsitos, neq; ciues poſterius calamitate vexatos, à Dione „
deſtitutos. Eo adhuc diſſerente, milites cum clamore proſiliunt, maturè ſeſe ad præſtandam opem duci iubentes. Tum Syracuſanorũ legati eos amplexantes ſalutare, multa à diis immortalibus Dioni, multa militibus bona orare. Sedato tumultu Dion illis imperat, vt cõfeſtim abeũtes apparent ſeſe, cúmq; cœnitauerint, illum in locum armati ve-
niant: noctu enim ſubuenire decreuerat. Cęterùm Syracu- 76
ſis Dionyſij duces quoad illuxerat, multis ciuitatem malis afflixere. Ingruentibus tenebris, paucis ſuorum amiſsis in arcem deceſſere. Tum factionis principes recepta fiducia, cùm hoſtẽ ob perpetrata quietem acturum eſſe ſperarent, rurſum ciues vt Dionem omitterent, orabãt, quem ſi fortè cum militibus aduentarit, ne ſuſcipiant, neq; illis vt virtute præſtantioribus cederent, ipſi verò per ſe vrbem libertatémq; ſaluã tuerentur. Denuo igitur præfecti qui eum auerterent, mittunt: equites autẽ & familiares ciues vt maturaret iter, hortabãtur, quamobrem tardè ſimul ac per otium proficiſcens, aduenerat. Procedẽte nocte, Dionis inimici, vt illum excluderent, portas tenebant: at Nipſius rurſus ex arce longè plures, multóq; promptiores immittens ſtipendiarios, vniuerſum confeſtim murum demolitus eſt, tum ciuitatẽ percurrens, diripuit. Cæſi non modò viri, ſed etiã 77
mulieres ac pueri: direptiones modicę, aſt magna cunctorũ ſtrages. Dionyſius enim cùm deſperatis iam rebus in Syracuſanos grauiſsimis conflagraret odiis, cadentem principatum vrbe tumulare volebat. Proinde dum illi Dionis auxilium præuenire concupiſcunt, quæ perniciſsima omnium ſtrages & conuaſtatio eſt, igne graſſantur, proxima quæq; tædis ac lampadibus ſuccendentes, ſpicula ignita autem arcubus in longinqua ſpargentes. Qui profugerunt per vias, intercepti necabantur: qui domos introirent, igne compulſi rurſus erumpebant: incendio complures interiere,

riere,quidam in discurrentes ferebantur. Ea maximè calamitas vnà vociferãtibus vniuersis,vrbem Dioni reserauit. Cùm enim inclusos in arcẽ hostes accepisset,haud amplius gradum studio solicitabat. Procedente die, prodeuntes ei
78 obuiam equites captam secundò vrbẽ denuntiant:nonnulli deinde aduersariorũ aderant,velocius properare obsecrantes,latius intendente malo. Heraclides fratrem emittens, dehinc auunculum Theodotem auxiliũ supplex implorabat.Nullum iam hostibus impedimento esse,se quoq; vulneratum,parum abesse ne ciuitas euersa & concremata collabatur.Dion cùm in tales incidisset nuntios,procul à portis stadiis aberat sexaginta:expositò militibus vrbis pericu lo,eisq; nonnihil adhortatis,haud amplius pedetentim,verùm concitato cursu ad oppidũ duxit exercitũ, aliis atque aliis occurrẽtibus,& vt approperaret deprecantibus. Mira dehinc militũ velocitate ac prõptitudine fretus,per portas vrbis in regionẽ Hecatompedon appellatam euasit,contiquóq; in hostes leuiorem immisit armaturam,vt eorũ con-
79 spectus audaciam Syracusanis adiiceret. Reliquos munitos armis,simúlq; confluentes ad eũ ciues,vnáue consistentes instruxit,rectas componens turmas,præfectósq; dispartiens,vt multis simul ex locis terribiliorẽ se hostibus inferret.His itaq; paratis, vbi deis adoratis suos per vrbẽ in hostes agens,cernitur,clamor, lætitia, & ingens vociferatio Syracusanorũ votis pariter & adhortationibus permistus exoritur.Liberatorẽ Diona,deúmq; cõpellabãt,milites verò fratres atq; ciues: nec vllus ea tempestate tanto sui, aut vitæ amore tenebatur,vt non magis pro vnico Dione, quã cæteris vniuersis anxius videretur,qui per cruorem,ignem & strata per plateas cadauera discrimen primus inibat.Res etiam hostium formidolosa erat,qui sæuitia referti structa pro muro acie difficilem ac penè insuperabilem reddebant
80 ingressum. Ingens ab igne periculum Dionianos perturbabat milites,ac infestũ efficiebat iter. Hi nanq; cùm ædes flamma depasceretur quaquauersum relucens,feruida permeabant rudera,& descendentia murorum fragmenta ancipites transcurrebant,multo simul fumo & puluere incedentes obnixè contendebant, ne continuata scinderetur acies. Vt verò sese hostibus immiscuere,pauci cum paucis, ob locorum angustias & iniquitates, cominus pugnam conferunt.

conferunt. Syracusanis clamore & promptitudine fortius incumbentibus compulsus vi Nipsius plurimos suorum in proximam fugientes arcem reduxit incolumes, destituros quosdam extrinsecus & palantes ipsi Dionis milites insectantes interimunt. Eius victoriæ fructũ,alacritatẽ inquam atq; cõplexus,qui talia decẽt opera, præsens minimè tẽpus exhibuit,dum ad suas conuersi domos Syracusani in restinguendis ignibus, quod ea vix nocte factũ est, occupantur. Vt primùm illuxit, cæteri quidem factiosi propria salute 83
desperata fugam capessunt: Heraclides verò & Theodotes Dioni sese dedentes iniustè perpetrasse fatentur,vtq; in eos se meliorẽ,quàm erga illum fuerint, exhibeat, supplicíter orant: decere profectò, vt cùm Dion reliquis virtutibus nullis cõparandus sit mortalibus,ipsa iracundia etiam ipsis excellat ingratis,qui vt inferiores se virtute fateantur,aduentant,pro qua priores cum eo seditiones actitarunt. Hęc deprecante Heraclide,amici quidem Dionẽ hortabantur, vt ne flagitiosis ac inuidis parceret hominibus, cæterùm Heraclidem militibus largiretur,& popularem ex ciuitate seditionem eximeret,quam sanè furore vexatã,non minorem tyrannide constat esse languorẽ.Quos Dion placabat, ita præfatus: Cæteris quidem imperatoribus aduersus bellum & arma plurimùm exercitationis extitisse, se autẽ in Academia diutius exercitatum,quò furoris,iracundiæ,in- 84
uidiæ,omnisq; victor contentionis esset: quarũ rerum demonstratio est, non erga familiares & bonos viros modestia,verùm si qui acceptis iniuriis, delinquentibus exoratu facilis mitísve sit. Velle autem se Heraclidæ non tantùm potestate ac prudentia, quantùm bonitate ac iustitia superiorem esse: in istis enim verè meliorẽ esse liquet:at res bellicas prosperè gestas etsi nemo mortaliũ,certè fortuna suo iuri vendicat. Si ob inuidiã Heraclides perfidus nefariusq; sit,haud propterea opus est Dionẽ virtutẽ per iram furorémve corrũpere. Meritas enim infligere pœnas,quã iniurias prouocare,iustius esse definitur à legibus: quod ex imbecillitate natũ est.Hominis autẽ improbitas, quanquã id fortasse difficile,haud vsqueadeò ferox penitus & immitigabilis est, vt non multis persæpe victa beneficiis, gratia permutetur. Hisce fretus rationibus Dion missum fecit 85
Heraclidem. Ad murum deinde conuersus, Syracusanis

viritim imperat, vt vnam cominus fossam extruerent. Illis autem noctu quieti sese dedentibus, milites antè locans transuersis trabibus arcē circunsepsit. Quæ res adeò latuit, vt luce prima hostes pariter ac ciues, & celeritatem & opus admirarentur. Inde vbi necatos sepulturæ mandauit, captiuosq; haud certè duobus millibus pauciores soluit, cōuocata concione procedens in mediū Heraclides, vt terra mariq; Dion imperator deligeretur, sententiam dixit. Quod cùm optimates suscepissent, & creandum esse censerent, nautarum & mercenariorum greges fremere, è classis præfectura eiectum Heraclidem condolere, eum tametsi reliquis in rebus nullius dignitatis hominem, at omnino populārem, multitudiniq; magis obnoxium autumare. Hoc
84 permisit eis Dion, & Heraclidi maritimum restituit imperium: eis deinde ad agri ac domorum diuisionē concitatis aduersatus, & facta prius super his decreta rescindens, mœrorem iniecit. Quocirca alterum statim Heraclides iniens principatum, socios nauigationis milites ac nautas Messanam deducens, ibi resedit, ad seditionem illos cōmouens, & contra Dionem instigans, quem sibi regnum parare diceret. Ipse clandestinas cum Dionysio pactiones per Spartanum Pharacē transigebat. Quod vbi clarissimi Syracusanorū intellexere, in exercitu orta seditio est, ob eāq; rem caritas ac penuria Syracusas premebat, adeò vt anceps Dion malè de se ab amicis audiret, qui hominē adeò intractabilem, liuoreq; ac nequitia corruptum, cōtra se amplificarit Heraclidē. Pharace penes Agrigentinorū Neapolim
85 metante, Dion cum Syracusanis egressus secū alio in tempore decertare volebat: inclamātibus Heraclide ac nautis, Dionem idcirco nolle rem prælio decernere, quò perpetuum illi maneat imperiū, coactus Martem conseruit, vbi & superatus est. Cæterùm cùm ob seditionē intestinā perturbati sese magis ipsi in fugam vertissent, iteratò Dion prelium parare, instructisq; persuadere ac adhortari. Initio mox noctis nuntius affertur, Heraclidem tota cum classe Syracusas versus annauigare, eo cōsilio, vt capta vrbe eum cum toto excludat exercitu. Continuò igitur robustissimos & expeditissimos recipiens, noctu adequitat, & tertia demum hora diei septingentis exactis stadiis, pro portis stetit. Heraclides quanquā nauibus certatim contendisset, vbi

vbi serò venisse se intelligit, reflexo cursu errabūdus agēda
86 inuadebat. Ita ex improuiso Spartanus illi occurrit Gæsylus, qui ex Lacedæmone, vt Siculorū ducem annauigare se aiebat, quemadmodū superiori quādoq; tēpore Gylippus. Hunc ita libens virū assumens, vt eum perinde ac aliquod contra Dionem medicamen adscisceret, se sociis ostendit. At præmisso caduceatore Syracusas, ciuibus vt Spartiaten susciperent præfectum, imperabat. Cui Dion, satis præfectorum Syracusanis esse respondit: quòd si res ipsæ Spartano prorsus indigeant, Spartanum se ciuem factum esse. Omisso Gæsylus principatu, ad Dionem nauigans conciliat Heraclidem, fidem maximā & iusiurandū præstantem, quo Gæsylus ipse iurauit, Dionis quidem vltorem, & acerbissimum Heraclidis animaduersorē fore, si quid ab eo nefariè perpetratum extitisset. Dehinc Syracusani classem
87 (quandoquidem nihil ea opus erat) dissoluunt, quæ ingentium impensarū ac seditionis causa principibus fuerat. Ad obsidendam dehinc arcem intenti, circunductum exædificant murum. Postmodum circunsessis opitulante nullo, cùm iam annona deesset, & facinorosi forent milites, Dionysij filius desperatis omnino rebus cum Dione inducias agit, ei arcē, arma, & reliqua tradit impedimenta: ipse matre sororibusq; receptis, quinis onusti triremibus ad patrē
88 nauigat, tutò illum emittēte Dione. Huic spectaculo Syracusanorū nemo ferme defuit, at quicunq; defuerat, magnis inclamabatur vocibus, ea die solē liberis exorientem Syracusis non inspectasse. Maximum & quod ætate etiam nostra clarissimū narrari fortunæ possit exemplū, fugam constat esse Dionysij. Qualis tunc illorū existimanda lætitia, qualis verò illis sensus, qui minimas per occasiones ex ampliore, quàm præterita viderint secula, tyrānide descendebant? Postquā vela dedit Apollocrates, Dion vadit in arcem. Cuius ingressum haud expectare mulieres, ad fores cursitare, Aristomacha Dionis filiū ducere, ponè sequi Areta lugubris & incerta quonāmodo virū salutans compellaret, quæ cū altero consortiū habuisset. Eo sororē primùm, dehinc filiolum saluere iubente, Aristomacha adducta coram Areta, Te quidem, inquit, exulante Dion, in magnas incidimus miserias. cæterùm rediens, parta victoria, nobis ,, omnibus mœrores eleuasti, hac sola duntaxat excepta, quā ,,

infelix ego te incolumi alteri nuptam viro coactã quidem
& inuitã aspexi. Cùm igitur te nobis dominũ fortuna con-
stituerit, quo pacto illam huic necessitate iudicas? téne vt
89 auunculum, aut vt maritũ consultabit? Talia dicente Ari-
stomacha, Dion profusis lachrymis, vxorẽ magna beneuo-
lentia & charitate cõplectitur. Tradito postmodũ ei filio,
in suam transmisit domũ, in qua posteaquam in Syracusa-
norum manu arcẽ posuisset, vitam ducebat. Progredienti-
bus hunc in modum rebus nullum prius ex præsenti felici-
tate fructum suscipere dignum censuit, quam amicis gra-
tias, sociis largitates, præcipueque in vrbe familiaribus &
militibus aliquam humanitatis & honoris portionem im-
partiret, animi magnitudine vires ac facultates exuperans,
cùm interim ex iis quæ obuenerant, sese parcè, tenuiter ac
modestè curaret. Magna verò omnibus admiratione habe-
batur, quòd non solùm Sicilia atq; Carthago, sed vniuersa
etiam Græcia ad eum feliciter ac tranquillè degentẽ aspi-
ceret. Cumq; nihil tantæ amplitudinis ea tẽpestate putare-
tur, nec alterius imperatoris clariorẽ esse fortitudinẽ for-
tunamq; cõstaret, ipse talem sese præstaret veste, famulatu,
90 & mensa frugalem, qualẽ cùm in Academia vnà cũ Platone
vitam duceret, non qui inter ductores militũ aut mercena-
rios bellatores degisse videretur, quibus quotidianæ satie-
tates, libidinesq; voluptariç, laborũ ac periculorũ solatium
est. Ad eum perscribens Plato, hunc vnũ aiebat ex orbe ter-
rarum omnes intueri, cùm ille ipse vnicum vnius ciuitatis
locum Academiam cernere videretur. Eius loci viros spe-
ctatores & iudices agnoscebat, qui non rem gestam, non
audaciam, non victoriã quampiam admirarentur: sed qui
id solùm animaduerterent, si quis in magna rerũ amplitu-
dine per honestatẽ, temperantiam, ac modestiã, vti fortuna
sciret. In habenda autẽ hominum societate, nihil ex elato
animi tumore, & seuera nimis in populũ contentione aufe
rebat, nihilve remittebat, tametsi rẽs illius gratia magno-
pere indigerẽt, & Plato eum, vt diximus increparet, ac per-
scriberet comitẽ ac vicinam solitudinis esse pertinaciam.
91 Cæterùm cùm solutos nimiùm Syracusanos & mollitos ex
illecebris retrahere nitebatur, natura quadam nullo lepõre
aut comitate permista videbatur vti. Rursus ei Heraclides
incumbit. Is primùm quidem in concilium accitus, adire
noluit:

noluit: cùm enim priuatus esset, non nisi cum cæteris pa-
riter ciuibus in concionẽ iturũ. Dehinc accusare Dionem
cœpit, quòd arcẽ demolitus non esset: cumq; populus Dio-
nysij sepulchrum euertere, & disiicere corpus affectaret,
haud siuerit: consiliarios etiam ex Corintho accersat, quòd
eiues dedignetur habere collegas. Re autẽ vera Dion Co-
rinthios aduocabat, quoniã eis præsentibus facilius reipub.
statum, quẽ animo versabat, cõstituere posse sperabat. Co-
gitabat enim illum populi dominatũ inhibere, qui nõ ci-
uilis forma rei, sed vt à Platone dictũ est, quidã vniuersalis
rerum ciuiliũ mercatus esset. At cùm Laconicum & Cre- 92
tense quoddam genus permiscẽs, ex populari ac regio opti
matum principatũ comparasset, qui superior amplissima
quæq; disponeret, ordinẽ rebus instituere decernebat. Vi-
debat nanq; Corinthiorum ciuitatẽ dominatione pauco-
rum administratã, haud multa ex publicis in populo agere.
Cùm igitur his aduersaturũ consiliis expectaret Heracli-
dem, alias quidẽ ad res turbulentũ hominem, seditiosum,
& permutationis auidum, quod diutius impedierat, eo tem
pore neeare volentibus assensuseſt. Hi igitur domũ irrum- *Heraclidis interitus.*
pentes, illum obtruncant. Eius mors Syracusanos vehe-
menti dolore confecit. Dion tamen ei magnificè iusta pa-
rauit, insectante exercitu cadauer associans. Habita deinde
ad populum concione veniã impartierunt: haud enim fieri
potuisset, vt cùm Heraclides ac Dion ciuiles agerent ma-
gistratus, vrbanæ seditiones pacarẽtur. Erat quidam Dio- 93
nis socius Callipus Athenienſis, quem illi nõ ex disciplina,
verũ ex mysteriorũ inductione & circũcurrenti societate
notum, & consuetum fuisse Plato refert. Hic expeditionis
particeps magno habebatur honore, adeò vt cunctis prior
æqualibus Syracusas coronatus intrauerit, & dimicandõ
clarus ac insignis extiterit. Ast vbi primarios atq; præstan-
tissimos Dionis amicos bello absumptos cernit, & occisũ
Heraclide Syracusanũ populum duce priuatũ, Dionianos
etiã sibi milites animũ magnopere adiecisse, sceleſtissimus
hominũ factus est. Ex hospitis cẽde præmiũ omnino Sicilia
cõsequi sperans, & talenta viginti (vt tradidere nõnulli) ne-
cis mercedẽ ab hostibus captans, quosdã aduersus Dionem
milites corruptos instituit, nequissimũ ac versutissimum
agitans exordiũ. Nam cũ aliquas semper militũ voces aut 94

reuera deprehẽsas, aut cõmentitias illi referret, talé ex fide licentiã cepit, vt quibuscũq. vellet cõtra Dionẽ magna cũ audacia occultos faceret sermones, eo ita mãdãte, ne cuiuspiã simultas lateret aut odiũ. Hinc euenit, vt Callippus flagitiosos ac lãguẽtes cõfestim repertos adscisceret: quòd si quis hisce reiectis sermonibus, sese Dioni tentatũ fuisse retegeret, ille nihil turbatus aut grauiter ferens erat perinde ac iussa nauãte Callippo. Cõstitutis hũc in modũ insidiis, ingẽs ac prodigiosum Dioni se simulachrum obtulit. Dies vergebat in vesperã, cũ ille intra domi cubiculũ solus secũ cogitabundus sederat. Interim è regione porticus repentino exoriente strepitu, cùm nondũ planè dies defecisset, stetit inspectãs, grãdé intuetur fœminã, nihil vestitu aut facie à tragica permutatã furia. Ea scopis quibusdam mũdabat ædes. Perculsus graui pauore Dion, conuocatis amicis visum exponit, penitusque consternatus cùm extimesceret, ne id denuo videndũ soli sibi aduentaret ostentũ, eos obsecrauit, vt cũ eo pernoctantes manerent. Verùm enimuerò id haud rursus accidit, sed paucos intra dies filius eius, cùm ferme pubesceret, ex parua quippe tristitia & puerili quadã iracũdia prius causa susceptã, è tecto se in caput præcipitem deiiciẽs periit. In hoc rerũ statu cùm Dion esset, Callippus insidiis magis atq; magis instare, in Syracusanos rumorem edere, vt orbatus liberis Dion, Dionysij filiũ Apollocratẽ vocare, & hęredem facere instituisset, qui vxori quidé ex fratre nepos erat. Iam Dionem ac mulieres eorũ, quæ patrarentur, suspicio habebat, & vndiq; nuntij afferebantur. At Dion, vt videtur, post Heraclidis interitũ mœrore confectus, quasi vitæ ac rebus à se gestis quandã inureret maculam, grauiter semper ac molestè degens, multoties iam se neci paratũ esse, & cuiq; volenti præbiturum se iugulũ dictitabat: si viuendum ei foret, non hostes modò, verùm etiã amicos obseruaturum. Callippus verò cùm mulieres rem diligenter inuestigare cerneret, perterritus venit ad eas, factũ effusis negare lachrymis, quamuis daturũ se fidem. Illæ vt magnũ iniret iusiurandũ postulant. Id exemplum huiusmodi. Qui fidé præstat, in Cereris descendit templum, & quibusdam peractis sacrificiis, deæ purpuram induit, tum ardentem captans faculam iurat. His confectis omnibus, Callippus iuratus deos adeò irrisit, vt eius, quam

Prodigia Dionis mortem præcedentia.

95

96

Iusiurandum magnũ quale.

97

iurauerat, deæ diem festum expectans, cædẽ inter ipsa peragere Proserpinalia, eã nihili faciens deę diem, quam omnino violaret & impiè coleret, si alio in tempore dux ipse sacrorũ illius sacerdotẽ iugulasset. Cùm plures in eius cõmunicatione facinoris essent, & Dion domi quę nonnullos haberet accubitus, vnà cum amicis assideret, alij exterius obsidere, alij foribus atque fenestris adstare, Zacynthij qui manus afferre debebant, tunicati sine mucronibus accedere, simulq; qui extrinsecus versabantur attractos tenere postes. Zacynthij Dionem inuadentes, vt eum tenerent opprimerentq; eniti: quod vbi incassum cedit, ensem efflagitare, ne mo fores reserare audere. Multi, enim cũ Dione intus erãt, quorum vnusquisq; dum eo missò de propria salute cogitat, nusquã afferre subsidium audet. Dum ita cunctantur, Lycon Syracusius pugionem cuidam Zacynthio per fenestras porrigit, quo retentũ aliquandiu & attonitum Dionẽ vti victimam obtruncant. Sororẽ continuò vnà cum vxore prægnante coniiciunt in carcerẽ. Obtigit autem, vt cùm per summam calamitatem partus instaret in vinculis masculum parturiret infantem, quem placatis custodibus mulieres educare aggressæ sunt. Iam enim turbulentæ seditiones Callippum inuoluebant. Principio nanq; Dione cæso cùm famosus esset, & Syracusas oppressisset, Atheniẽsium ciuitati scripsit, quam secundũ deos posteaquã tam abominando se facinore contaminarat, vereri ac expauescere debuisset. Sed id verè dictum extitisse videtur: Excellentissimos virtute eos esse viros, quos bonos ciuitas illa protulerit: quos autem malitia depraua tos, eos quàm sceleſtissimos: quemadmodũ eorum tellus & mel optimũ, & ocysissimum necatu conium parturit. Haud tamẽ Callippus quod dam fortunæ deorumq; conuitium diu superstes euasit, vt qui hominem tantam per humanitatem principatus, & opulentiam consequutum, incuriæ aut neglectui dedisset. At digna confestim dedit supplicia. Siquidẽ Catinã capere adortus, continuò Syracusas amisit. Quo tẽpore eum dixisse ferunt amissa vrbe, Tyrocnestim in potestatem redegi. Subinde Messanos inuadens, maximã militũ partẽ, in quibus & Dionis interfectores, perdidit. Postmodum cùm nulla eum Siciliæ ciuitas susciperet, verùm vniuersi per odiũ propulsarẽt, Rhegyũ occupat, ibi cùm summa degẽs

98

Dionis interitus.

99

inopia stipendiariis necessaria malè suppeditat, à Leptino & Polyperchonte occiditur. Ad ipsius necem eo fortè vsi pugione dicuntur, quo vulneratus est Dion: illū autē à magnitudine cognitū perhibēt: Laconicorū enim more perbreuis, præterea artificij apparatu, vtpote magno cū ornamento ac subtilitate fabricatū. Huiusmodi pœnas Callippus dedit. Aristomachen verò & Aretā, vt primùm ex eptæ vinculis fuere, Hicetes Syracusanus Dionis amicus suscepit, & magna fide ac beneuolentia curare visus est: dehinc ab Dionis hostibus inductus, eas perinde ac in Peloponnesum transmissurus, naui ad id cōparata imposuit, subindè mādās, vt inter nauigandū necatæ deiicerentur in pelagus. Nonnulli viuentes adhuc vnà cū puello demersas asserūt. Hūc etiā dignæ pro audacia pœnæ inuaserunt: ipse enim cùm in Timoleonis manus peruenisset, interiit. Syracusani præterea in Dionis vltionem duas filias interfecere, de quibus in Timoleonis vita singulatim perscriptum est.

100

Marcus Brutus.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

1 MARCI Bruti progenitor fuit Iunius Brutus, quē prisci Romanorū in capitolio ex ære finxerunt mediū inter reges, ensem strictū exerentē, quo is cōstātissimè Tarquinios euertisset. Ille veluti quędā fulminei ensis acies durum & inexorabile ingeniū nactus, adeò tyrannos odit malè, vt tanquā insano impetu vectus, vsq; in liberorum suorū cædē sæuierit. Hic verò Brutus de quo nūc agitur, & bonarum artiū disciplina, & philosophiæ studiis imbutus, moresq; suos natura graues & humiles ciuilibus negotiis excitās, ad bonū & æquum modestissimè ferri visus est. Quare etiā qui ob conspirationem, quæ in caput Cæsaris acta est, inimicitia in Brutū flagrabant: si res ea magnificum & generosum quicquam afferebat, id Bruto dabant: sin difficile durumq;, Cas-
2 sio. Erat Caisius in primis Bruto familiaris atque beneuolus, sed dissimili ingenio, ac varius impurúsque. Seruilia mater Bruti fuit, cuius genus ad Halam Seruilium referunt,

runt, qui clàm gladio cinctus, Melium Spurium seditiosum ciuem, & solicitatione plebis tyrannidem machinantem, in medium forum traxit, ibique simulato colloquio, eū obsequentem foro cōfecerat. Maternū hoc Bruti genus clarè compertū habetur: paternū verò, qui Cæsaris gratia, odio quodā in Brutū æstuabant, non ab eo deducunt Bruto, qui Tarquinios vrbe eiecit, cùm ab eo dicant liberos superstites nullos fuisse, nam eos occiderat: sed plebeium ipsum cōmemorant, & ex quodā ipsius Bruti dispensatore genus ducere, ipsumq; nuper in senatū accitū. Posidonius philosophus priorē Brutū narrat geminos filios natu grādiores (vt habet historia) securi percussisse: sed tertiū vnū, eumq; infantem, ex eo superstitem fuisse, à quo vno deinde eius familiæ posteritas omnis propagata est. Præterea as- 3
serit tēpestate sua quosdā claros ex ea gēte floruisse viros, quorū aliqui formā ex Bruti simulachro ducere visi sunt. De his hæc cōmemorasse satis est. Seruiliæ, quā Bruti genitricem diximus, frater fuit Cato Vticensis, quem auunculum primò, deinde etiā socerū, Brutus in primis Romanorum omniū studio habuit. Philosophos Græcos ferme (vt ita dicam) oēs audiuit, nec vllius ipsorū disciplinæ, vel expers vel ignarus fuit. Platonicos tamē enixè coluit: nouā ac mediā Academiā linquens, veterē fouit. Huic sectæ addictus Antiochū Ascalonitā ingenti admiratione obseruauit eiusq; fratrē præstanti virtute virū amicitia sibi iunxit, ac viuendi comitem fecit. Hic enim doctrinæ habitu licet à multis philosophis longè abesset, vitæ tamen integritate ac humanitate egregia primis adæquādus habebatur: Em- 4
philus illi nomen, cuius Brutus in epistolis suis, Brutiq; do mestici sæpius meminerunt ob amborū victū, quem communem simul agebant. Is etiam Emphilus erat orator, & de cæde Cęsaris opusculū, quod Brutus appellatur, nō ignobile edidit. Latinè Brutus facundiā militarem bellisq; accōmodatam exercuit: Græcū verò graue ac sententiosum dicendi genus, & Laconū breuitatem quodammodo imitatus est. Ex quo in quibusdā epistolis suis Græcis est adno- *Bruti Laconismi.*
tatus, vt in ea qua iā bello implicitus Pergamenis scripsit vbi inquit: Audio vos Dolabellæ dedisse pecunias: si spōtè ,,
dedistis, fassi estis iniuriam: si inuiti, hoc ostendetis, si con- ,,
trà eas mihi spontè dederitis. Rursum Samiis: Consilia ve- ,,

,, ſtra nihil penſi habent: res tardę, quis horũ finis exiſtimate,
,, Scripſit & alibi de Patareis in hæc verba: Xanthij beneſi-
,, cium meũ cõtemnentes, ſepulchrũ deſperationis patriã ha-
5 buerunt. Patarei ſeſe mihi dedentes, cõfiſi nulla re deficiũt,
omnia quæ ad libertatẽ attinent pulchrè adminiſtrantes.
Fas ſit & vobis, aut Patareorũ ſententiam, aut Xanthiorũ
fortunã eligere. Huiuſcemodi epiſtolarũ Bruti genus eſt,
quæ ex hac breuitate notantur. Nondũ adoleſcentiæ fines
egreſſus, cum auunculo ſuo Catone, qui in Ptolemęum Ae-
gypti regẽ à ſenatu dux fuerat deſignatus, in Cyprum eſt
profectus. In qua expeditione cùm Ptolemæus ſeſe necaſ-
ſet, & Cato apud inſulã Rhodũ opportunã moram ageret,
Canidius vir Catoni beneuolus, ad tutandas regis opes ab
eo miſsus in Cyprum: ſed Cato extimeſcens, ne Canidius
ſeſe furto nõ abſtineret, Bruto ſcripſit, vt extẽplo è Pãphy-
lia Cyprũ peteret: ibi enim redimendæ valetudinis cauſã
6 obuerſabatur. Brutus licet inuitus Cyprũ nauigat, ibiq́ue
Canidiũ modeſtè conueniens, diſsimulata ſuſpicionis cau
ſa, ne à Catone adeò ignominioſè improbari videretur, eũ
liberaliter habuit, omnemq́; procurationis curam, vt iu-
nior ac vacuus, nihil ad ſe pertinere ſimulauit, verùm ita
omni ſtudio & diligẽtia rei ſolicitus fuit, vt à Catone ſum-
mis laudibus ornatus fuerit, & opibus illis in argentũ reda
ctis, & magna pecuniarum parte accepta, Romam nauiga-
rit. Cæterùm cùm res vrbis in manifeſtã ſeditionem ruere
viderentur, & turbato ſenatu, Cæſar atq; Pompeius arma
proferrẽt, creditus eſt Brutus palàm Cæſaris partes ſequi:
nam eius pater iam pridem ob Pompeiũ obierat. Sed ipſe
indigniſsimũ ratus priuatos affectus publicis anteire, præ-
terea Pompeij cauſam æſtimans iuſtiorẽ eſſe, quàm Cæſa-
ris, Pompeiũ ſequutus eſt, licet antea cùm obuiã illi fieret
eũ minimè ſalutaret, ſcelus ingens æſtimans cum interfe-
7 ctore patris habere colloquiũ. Pompeio igitur, qui dux pa
triæ conſtitutus fuerat ſe ſubiiciẽs, legatus cum Sexto, cui
Sicilia Sorte euenerat, in prouinciã proficiſcitur. Qua in
legatione, cùm nihil gloria dignũ emergere poſſe cogita-
ret, & iã Cæſar atq; Põpeius de rerũ ſumma certare ſtuduiſ
ſent, ex inſula in Macedoniã venit, ſpontè vniuerſum peri-
culũ patriæ ſubiturus. Eius aduentu audito, ferunt Põpeiũ
ſummè lætatũ admiratumq́;, mox præſenti aſſurrexiſſe,
ipſumq́;

ipſumq; velut cæteris præſtantiorẽ in conſpectu omnium
amplexatũ. In caſtris per integros dies (niſi cùm Pompeiũ
ipſum conueniret) circa literarum ſtudiũ codicesq́; diuer-
tebatur. Cui curæ nedũ aliud dedit tempus, ſed etiã diem,
quæ maximam illã Pharſaliæ cladẽ anteceſsit. Erat media
æſtas, & præter loca paludoſa, vbi caſtra metati fuerant, ca
lor ingens, nec Bruto aderant, qui celeriter tentoriũ attulif 8
ſent: feſſus autẽ hac iugi cura, cũ meridies aduentaſſet, mo
dicè vnctus cùm pauca comediſſet, quieſcentibus cæteris,
aut de euentu futuræ pugnæ anxiis, hic vſq; in crepuſculũ
ſcripſit, Polybij Epitomã cõponens. Dicitur etiã Cæſarem
virũ hũc, haud neglexiſſe, ſed exercitus ſui duces præmo-
nuiſſe, vt illũ in pugna non occiderent, ſed ſeruarent: quin
ſi facilẽ ſe præberet, liberaliter ducerẽt: ſi capientibus obſi
ſteret, eũ mitterent, nec vim aliquã inferrent ſibi. Hæc di-
cunt ob gratiã Seruiliæ Bruti matris Cæſarem feciſſe. No-
uerat enim cùm adhuc eſſet adoleſcẽs, Seruiliã ſibi inſano
amore affectã extitiſſe: & quia eo tempore, quo hic amor
efferbuit, Brutus eſt genitus, quodãmodo creditus eſt Bru-
tus è Cæſare genitus. Fertur cùm ardui motus Catilinæ, 9
qui ferè rẽp. euerterunt, in ſenatu incidiſſent, & Cæſar atq;
Cato aduerſis ſententiis differrẽt, inter hæc literulas quaſdã
foris delatas Cęſari redditas: qui cùm tacitè eas legiſſet, Ca
to id ægrè ferens acclamaſſe perhibetur, rem indignã Cęſa
rem facere, qui colloquia, qui literas medio in ſenatu ab
hoſtibus acciperet. Ex quo cùm pleriq; ſtreperent, & Cæ-
ſar literulas, quemadmodũ ipſe habuerat, Catoni dediſſet,
Cato lecta impudica Seruiliæ ſororis epiſtola, eam Cæſari
proiecit, inquiens, Vince ebrie: atque ad ſententiam ac pro
poſitam orationem extemplo reuerſus eſt. Sic ergo amor
Seruiliæ aduerſus Cæſarem vulgò patuit. Cæterùm expedi
ta Pharſalica clade, cùm Põpeius ſeſe per vndas præriperet
& caſtra obſiderentur, clàm Brutus per paludem aquis ple
nam calamiſq́; manantem noctu euaſit, Lariſſamque ſeſe
recepit. Hinc deinde cùm ſcriberet, Cæſar eius ſalute læ- 10
tatus eſt, eumq́; iubens ad ſe venire, non tantum veniam
illi dedit, ſed præter cæteros, qui iuxta ſe forent ipſum ma-
ximo in honore habuit. Cùm nemo dicere poſſet, quò
Pompeius fugeret, obq́ue id omnes anxij forent, Cæſar
ſpatium quoddam cum Bruto ambulans, ſolus huiuſce rei
ſenten

sententiam Brutum rogat: cúmq; videretur ex quibusdã rationibus de fuga Põpeij Brutum optimè coniectare, Cæsar alia missa faciens, iter in Aegyptum arripuit. Pompeius autem sicut æstimauerat Brutus, Aegypto hæserat, ac satis cessserat. Brutus deinde Cæsarem Cassio inclinauit. Præterea cùm Cæsar in regem Libyæ graui ira afficeretur, & magnitudine criminum ipsius obrueretur. pro hoc susceptа causa Brutus, tum precãdo, tum excusando, ipsum liberauit, multámq; illi partem seruauit imperij. Fertur Cæsarem cum primùm Brutum orantem audiret, ad amicos conuersum dixisse: Adolescens iste, quid velit ignoro: quod enim vult, nimis vult. Eius enim grauitas, quæ non facilè, imò nequaquam ob gratiam flectebatur, sed ex habitu rationis tendebat ad bonum, valido atque efficaci impetu fruebatur. Ad iniustas verò partes fuit inexorabilis. Eorumq; modestiam siue turpe silentium, qui sine rubore iniusta rogant apud magnum virum, acriter improbãs dicere solitus erat, quòd qui nihil negare audent, sibi videntur malè suum tempus instituisse. Traiecturus Cæsar exercitum in Libyam aduersus Catonem & Scipionem, Galliæ cisalpinæ Brutum præfecit ex quadam felicitate prouinciæ. Cæteras enim prouincias, & contumeliis, & auaritia præsidum, qui eas velut captiuas diripiebant, cùm malè administrari contingeret, Brutus requies & consolatio erat, omnésque accedebant in Cæsaris gratiam. Vnde cùm ridens Cæsar circumambularet Italiam, dulcissimum fuere spectaculum ciuitates, quibus Brutus præfuerat, cum maximè Brutus ipse Cæsaris honorem sua præsentia adaugeret gratissimè. Cùm plures præturæ forent, & ea, quæ vocatur vrbana, maxima dignitate præcelleret, manifestè constabat Brutum, aut Cassium eam sortiri. Sunt qui dicant eos ex aliis primis causis maximè differentes, tamen magis ex hoc inter seipsos in odium erupisse, licet affines essent. Iuniam enim sororẽ Bruti Cassius vxorẽ duxerat. Alij contentionẽ hanc manauisse ex Cæsare dicunt, quòd inter vtrunque se ingerens, spe vtrunque pascebat. Demum irritatis incensisque animis ad certamen cõstituti sunt. Certabat Brutus gloria & virtute, cum multa & splendida strenuitate Cassij apud Parthos comparata. Quæ audiens Cæsar, amicósq; consulens, inquit Cassium æquiora dicere, sed rei summam Bruto esse dandã. Declaratus tamen secũdus prætor Cassius est, non tantùm beneuolentiæ habens ex hac, quam fuerat adeptus, quantùm iracundiæ ex illius amissione. Cæterùm Brutus aliàs ex potentia Cæsaris quantùm voluit habebat. Volenti enim fas erat amicorũ omnium Cæsaris esse primo, & plurimùm posse: sed hinc eum sodales Cassij abstraxerunt, ipsumq; planè in perniciem adduxere. Nondum enim ex contentione præturæ Cassio conciliatus fuerat, cùm illos audiebat orantes ne sese despiceret, & à Cæsare mollitum, Cæsariq; blanditiis captum, sed simulatas gratias tyrannicas, & illecebras fugeret. Non enim honore virtutis Cæsarem sibi esse propitium, sed vt omne eius robur animumq; ad se traheret, aiebant. Nec tamen Cęsar ipse absq; huius suspicione omnino erat, nec in eum absq; calumnia, sed huius viri magnitudinem, dignitatem, & amicos extimescebat, prętereа eius fidebat cõsuetudini. Cùm Antonius atque Dolabella apud Cęsarẽ primò rerũ innouandarũ criminarẽtur, Nõ, inquit, sed à pinguibus ac comantib. illis viris molestari, sed à pallidis & macilẽtis: de Bruto locutus & Cassio. Deindequibusdã calumniantibus Brutum, Cæsarémque monentib. vti sibi caueret: manũ pectori admouens, Quid inquit, non videtur vobis Brutum posse hoc expectare corpusculum? veluti nemini nisi soli Bruto post eius fata tantũ posse liceret. Atquí in vrbe omnium primus fuisse videtur eo tempore paruo, quo Cęsari obsequutus suam gloriam strenuè comparatam parum opprimi, vel extingui permisit: sed Cassius vir furiosus, & priuatè magis inimicus Cæsari, quàm publicæ tyrannidi, illum inflãmauit impulitque. Dicitur enim Brutus dominationem grauiter tulisse, sed Cassius odisse dominantem: & pręter cætera, quę in ipsum criminatus est, etiamleones ablatos commemorabat, quos ipse ædilibus ludis prærauerat. Hos enim apud Megaram relictos, cùm ciuitas per Calenum capta est, Cæsar detinuit. Fertur has feras eladem Megarensibus ingentem fuisse: nam cùm ciuitas iam caperetur, Megarenses carceres ferarũ effregere, laxarúntq; ipsarum vincula, vt mox irruentibus hostibus obiicerẽtur. Sed leones in ipsos huiusce rei authores versi sunt, inermesque viros fugientes tot laniarunt, vt hostibus ipsis hoc spectaculum miserabile fuerit. Hanc dicunt fuisse Cassio conspirationis potissimam causam, falsa existimantes. Nam ex initio

Cassij odij in Cæsarē causa.

initio erat Cassio naturalis quædam impatientia atque dif
ficultas ad omne tyrānorum genus, sicuti cùm adhuc puer
esset ostendit, cùm ad eundem præceptorem cum Fausto fi-
lio Syllę graderetur. Cùm enim hic inter pueros se efferret,
16 & patris sui monarchiā laudaret, insurgēs in illum Cassius
colophos ipsi inflixit: quā rē volētibus, & procuratoribus,
& necessariis Fausti ferri atque decerni iudicio, inhibuit
Pōpeius, puerósq; ambos vnà cōiungēs de re iudicauit. Di-
citur etiā Cassium hæc verba dixisse: Eia Fauste, aude corā
hoc proferre sermonē illū, quo irritatus fui, vt os tibi iterū
frangam. Talis quidem erat Cassius. Brutum verò multi a-
micorum suorum sermones, multi etiam ciues pluribus ru-
17 moribus atque literis ad rem prouocabant incendebantq;.
Apud enim statuam progenitoris sui Bruti, qui regum dele
uit imperium, scriptum est: Vtinam, Brute nunc viueres, &
nunc Brutus esses. Præterea ipsum tribunal Bruti prætoris
manè repertum est talibus verbis plenum: Dormis Brute,
nec es reuera denique Brutus. Horū causa erant ipsius Cæ-
saris adulatores, qui alios inuidiosos honores ei dabant, &
noctu statuis eius coronas imponebant, cùm plerósque
adducerent, vt pro dictatore regem Cæsarem appellarent.
Sed secus ipsis obtigit, sicut in Cæsaris vita diximus. Ami-
cos cùm pertētaret Cassius cōtra Cæsarem, respondebant
omnes assensuros, si Brutus his rebus se ducem præberet:
hoc enim non audaciæ, non manuum indigere dicebāt, sed
dignitate viri, qualis est Brutus, vt si inciperet, rémque assē-
reret, ius secum adesse existimabant, si abnueret, in agendo
animos defuturos, vel priusquam id perfecissent in suspicio
nem manifestè venturos: vnde absque illo pulchram habi-
18 turos causam non censebant. Hæc secum reputans Cassius,
Conspira-tio Bruti & Cassii in Cæsarē.
post contentionem illam prior conuenit Brutum, concilia
tisque animis, inter grata colloquia ipsum interrogabat, an
Idibus Martiis statuisset interesse senatui: se enim audiuisse
inquit, amicos Cæsaris de dominatione regia tunc relatu-
ros. Dicente Bruto, se non affuturum, Quid, inquit Cassius,
,, si nos vocēt? Meum est, respōdit Brutus, nō tacere sed tueri
,, rēpub. & pro libertate emori. Tum elatus animis Cassius,
,, Quis, inquit, Romanorū te moriēte id tolerabit? an nescis
,, ô Brute, teipsum? vel credis tribunal tuū homines extorres
,, vel tabernarios inscribere, non primos & optimos viros?

A cæteris

A cæteris quidem prętoribus largitiones, spectacula, & gla
diatores: à te verò maiorum tuorum debitum, euersionem 19
tyrannidis repetunt: ipsi omnia per te pati parati sunt, te v-
num qualem optant expectant. Inter hæc illum amplexans
osculatus est, deinde disjuncti ad eorum amicos, cum his se
se ambo verterūt. Erat quidam Q. Ligarius inter Pompeij
beneuolos, quem ob Pompeium apud Cæsarem criminatū
Cæsar liberauerat: hic non ex crimine, quo solutus fuerat,
gratias habens, sed dominationem, ob quam accusatus fue
rat, grauiter ferens, erat Cæsari quidem inimicus, Bruto ve
rò maxima familiaritate coniunctus. Ad hunc ægrotantē
accedens Brutus, O Ligari, inquit, en quo tempore ęgrotas?
& ille confestim se cubito erigens, dexterámque apprehen-
dens, O Brute, respondit, siquid teipso dignum excogitas,
valeo. Ex hoc inter notos quibus fidebant, quósque tentaue
rant, hæc communicare cœperunt, neque solū delectum fe-
cere familiarium, sed assumpserunt etiam omnes quotquot
ad bonum pronos ac audaces mortisque contemptores a-
gnouerant. Quare & Ciceronem fide præcipuum, & apud 20
eos beneuolentia singularem latuerunt, ne ipse qui natura
audaciæ erat inops, præterea ex ætate similem cautelam as
sumpserat, ac omnia suis rationibus ad summam securitatē
satagebat adducere, ipsorum promptitudinis robur obtun
deret, qui celeritate factóque egebant. Dimisit & Brutus
ex aliis sodalibus suis Stallium Epicureum, & Faonium Ca
tonis imitatorem, quoniam è longinquo inter disputādum
ac philosophandum sermone circuito illorum animos ex-
pertus erat. Inquit enim Faonius, bellum intestinum durius
esse, quàm monarchiam ex lege. Stallius, Viri sapientis non
esse ob indoctum vulgus, & insensatum turbari periculum-
que subire. Quibus cùm Labeo interesset contradixit am-
bobus. Brutus verò quasi hic sermo aliquid rationibus dif
ficilè haberet, maleque poterat solui, subticuit. Deinde 21
Labeoni consilium communicat, quo annuente haud tre-
pidè, visum est alium Brutum cognomine Labienum, non
tamen strenuum siue audacem, sed gladiatorū copiis, quos
spectaculis præseruabat potentem, Cæsaríque fidum,
negotiis addere. Cui Cassio & Labeone rem aperientibus,
nihil ille respondit. Brutus priuatim ipsum conueniens,
dicénsque seducem huic rei esse, confestim libentem illum

fecit

fecit annuere. Pleroſque præterea aliorum optimos ad hoc dignitas Bruti adduxit, qui omnes neque iuramento aſtricti, neq; inter ſe fide tradita vel accepta, neq; quibuſdã ſacris obnoxij, ſic conſpirationẽ hanc apud ſe habuere, eã contecuere, ſic ipſã pertulere, vt diuinationib. ſacrificiis, ſignisq; deorum ipſam portendentibus, nulla negotio fides data ſit.

Cæterùm Brutus veluti vir, qui in vrbe dignitate, genere
22 ac virtute prior erat, ſecum rem meditans, & omne periculũ ſecum voluens, & in difficultatibus ipſius rei immorans, vxorem vnà quieſcentem minimè latuit, quòd inſolitæ curæ atque turbinis plenus erat, quodq; indiſſolubile quoddam, & malè ferendum conſilium apud ſeſe mouebat. Hæc erat Porcia filia, vt ſuperius diximus, Catonis: habuerat hãc ab auunculo Catone Brutus in coniugem, non ex pueritia, ſed eius priore viro defuncto, quam adhuc puellam, & exilo filiũ paruum habentem nomine Bibulum ipſe duxerat. Huiuſce Bibuli opuſculum quoddam de geſtis Bruti ſeruatur. Cùm ſapiens eſſet Porcia & viri amatrix, præterea haud vanæ dignitatis referta, non prius eſt auſa virum de arcanis ſui cordis interrogare, quàm ſuiipſius hanc experientiam ſumeret. Paruum accipiens cultrum, quo tonſores auferũt vngues, omnéſque thalamo pediſſequas pellens, profundã vulnus ſibi egit in crure, ex quo non pauci ſanguinis fluxus erupit: deinde poſt paucum vehementes dolores, & horridę febres ex plaga ipſam corripuere. Qua in re anxio Bruto atque id grauiter ferente, cùm dolor acrius ipſam vrgeret, ad eum ſic eſt loquuta: Ego Brute, Catonis filia tuæ domui data ſum nõ quemadmodum pellex, vt cubilis ſolum, & menſæ tecum particeps fierem: ſed vt communicarem tecum ęta, communicarem ſimul & triſtia. Quæ ex tuo coniugio
23 mihi omnino ſunt queri non habeo: quæ verò tibi ex meo ſunt, quam habent demonſtrationem ſiue gratiam apud te, niſi paſſionem tuam ipſa pariter feram, & curas fide dignas ego quoque tolerem? Scio muliebrem naturam fragilẽ eſſe ad arcana ferenda: ſed eſt ô Brute, vis quædam & bonæ educationis, & optimæ conſuetudinis ad ingenium mihi, & Catonis eſſe filiam, & Bruto coniugem datam eſſe. His ſi hactenus minus credidi, nunc meipſam agnoui ad laborem inuictã eſſe. Hæc locuta plagam oſtendit, ac periculũ quod de

Porciæ magnanimitas.

de ſe ſponte fecit aperuit. Tum exterritus Brutus ac manus ad cælum tendẽs deos orauit, vt cœptis ſtrenuò ſibi perfectis faxint ſe virum Porcia dignum eſſe: deinde vxorẽ ſolatus modeſtè eſt. Cæterùm deſcripto ſenatu ad quem manifeſtè cõſtabat Cæſarem ingreſſurum, conſpiratores eum aggredi ſtatuũt. Nam tunc in ſimul congregati abſque ſuſpicione ſe fore cenſebant: præterea omnes bonos, & optimos viros ſe habituros eſſe credebant, qui cæde perfecta cõfeſtim pro libertate ſimul aſſurgerẽt. Videbant ex diuinitate etiam quadam locum ipſum offerri. Porticus enim erat vnius gradus ordinem ad theatri ſimilitudinem habens, in quo erat imago ipſa Pompeij populi iuſſu erecta, cùm inter cæteras porticus atque theatra locus iſte exornaretur. Ad hanc igitur medio menſis Martij, quod Romani Idus appellant, cõuocabatur ſenatus: vndevidebatur fortuna quædam virum hunc ad Põpeij iudiciũ ducere. Dies ergo cùm ad- 25
ueniſſent, Brutus vxore tantummodo conſcia paruo ſuccinctus gladio in ſenatum peruenit: alij Caſſio congregati eius filium tunc ſumentem virilem togam ducebant in forum. Hinc deinde omnes porticum Pompeij profecti, ibi commorabantur, veluti confeſtim Cæſare in ſenatum venturo. In qua re qui futurũ excogitaſſet, maximè virorum conſtantiam, & in tam grauibus periculis fortitudinem, admirari digniſsimè poſſet. Nam cùm ex officio præturæ multis cogerentur dare iudicium, non quietè ſolùm adſtantes, & differentes inter ſe viros audiebant, ſed veluti otioſi, iudicia diligenti cum deliberatione ac maturitate reddebãt. Cùm vir quidã, qui iudicium ſubire nolebat, prouocaſſet ad Cæſarem & multùm exclamans obteſtaretur, Brutus adſtantes aſpiciens, Me Cæſar, inquit, facere iuxta leges non prohibet neque prohibebit. Multa etiã alia turbulẽta caſu quo- 26
dam tum contigere. Primum, & maximũ, quòd procedẽte die Cæſar in ſenatum venire tardauit. Nam malè ſuccedẽtibus ſacris, à cõiuge domi detinebatur: præterea ea die profici ſci prohibebatur à vatibus. Secundum verò, quòd quidam accedens ad Caſcam, qui ex conſpirantibus vnus erat, dextera appreheſa, Tu, inquit, ô Caſca, arcana nobis occuluiſti, Brutus autẽ mihi omnia nũtiauit. Exterrito Caſca, ridens ille, Vnde, inquit ô beate, tã ſubitò dies factus es, quòd ad ædiles accingeris? Fermè itq; ab amphibologia de

ceptus Casca, occulta detexit. Ipsum etiam Brutum,& Cassium virsenatorius Popilius Lena cùm auidissimè salutasset, placidè susurrans, Deos, inquit, oro, vt quæ corde habetis rectè secundent, moneóque vt maturetis, non enim res
27 ipsa tacetur. Hoc dicens non paruam illis suspitionẽ iniecit, quòd omne id negotium persensissẽt. Interea quidem è domo currit ad Brutum, nũtians sibi cõiugem suam mori. Porcia enim futuri anxia, nec curæ ipsius magnitudinẽ ferens, seipsam vix detinebat. Ad omne prẽterea murmur, ad omnem vocem, vt vates, qui insano furore Bacchi tenetur, exiliẽs, quemlibet è foro venientẽ interrogabat, quid ageret Brutus: alteros illuc etiam frequenter trãsmittebat: tandẽ cùm tempus longitudine tereretur, vis eius sustẽtari nequiuit: priusquam domum sese reciperet, circundedere eam sicut erat in media porta sedentẽ exanimatio & ingens stupor, color mutationem accepit,& omnino vox faucibus hæsit: ad cuius rei aspectum acclamauerunt ancillæ. Deinde vicinis ad limen domus procurrentibus, statim exiuit
28 rumor, sermóq; sparsus est, quòd Porcia moreretur. Extẽplo tãmen respirauit illa, & ad se rediit, ac à mulieribus suauissimè fota est. Brutus hoc audito sicut decuit exterritus, publica tamen minimè liquit, neque domum ob dolorem accurrit. Iam Cæsar etiam venire nuntiabatur lectica delatus: deliberauerat enim ob infausta sacra, magnum nihil in eo senatu sancire, sed malam simulans valetudinẽ, in aliud tẽpus cuncta differre. Cùm è lectica egressus esset, occurrens sibi Popilius Lena ille, quem paulò antè diximus Bruto & Cassio cooptasse, vt eis omnia dij secundarent, per multam horam colloquium cum Cęsare habuit, qui omni cum diligentia atque fide audiebat. Ex quo cõiurati (vt eos sic appellemus) non intelligentes ipsius vocem sed cõiectãtes ex quibus antea ex illo perceperant, id colloquium esse cõspirationis indicium, animis fracti se mutuò aspexerũt, fronte planè confessi, nõ expectandũ esse, vt caperẽtur: sed
29 confestim potius emori. Igitur Cassio & quibusdã aliis manus imponẽtibus super capulis gladiorũ, quos sub veste tenebãt, cùm ipsos clàm enudassẽt, Brutus ad gestũ Popilij Lenæ aspiciẽs, qui studiosè Cæsarẽ orabat, nõ clàm alios criminabatur, nihil loquutus est, ob multos alienos viros, quibus immiscebatur, sed læto ex vultu Cassiũ ex hortatus est. Dein-

Deinde post paucum Lena Cæsaris dexteram osculatus inde discessit. manifestè cognitus, quòd pro seipso ob aliquod ad eum attinens negotium, id colloquium cum Cæsare habuisset. Cæterùm senatu ad consessum ingresso, ceteri curulem Cæsaris circunstetere, veluti quiddam cum ipso colloquuturi. Cassium ferunt ad imaginem Pompeij versum, illam veluti animatam orasse. Trebonius iuxta fores curiæ moratus ad Antonium, colloquia secum producens, eum 30
extrà tenebat. Ingresso porticum Cæsare ei senatus assurrexit, deinde sedentẽ statim circunstant illi frequentes, Tullium Cimbrum ex ipsis vnum obiiciẽtes pro exilio fratris orantem, pro hoc orabãt & simul omnes, ac Cęsaris manus apprehendentes,& pectus illius,& caput osculabãtur. Has preces atque blanditias cùm Cęsar modestè primùm manu propulsaret, deinde non desinentibus illis, in assurgendo repelleret, Tullius vtraque manu veste ex humeris illius traxit. Casca primus, retro enim stabat, gladium exerens, eum iuxta humerum vulnerauit, licet vulnus haud altius penetrauerit. Deinde obluctãte ob plagã Cęsare,& magna voce latinè clamante: Scelerate Casca quid facis? ille græco ser- *Interficitur Cæsar.*
mone fratrem nominans auxilium sibi petiit. Cæsar cùm à multis iam saucius foret,& obsistere volens se circum aspiceret, vt vidit Brutum gladium in se nudatum efferẽtem, manũ Cascæ, quam tenebat, dimisit: caputq; suũ veste obtegens, corpus vulneribus liquit. Illi tamen inter seipsos impliciti, multisq; gladiis corpus ipsius aggressi, se inuicem etiam vulnerabãt, vnde Brutus etiam plaga illisus est* cùm *τῶ φίλω συνεφαπτὸ μένω.*
cædis in Cæsarem vulnerúmque communicaret. Omnes tũ & suo,& cæsi sanguine maduerunt. Cæsare exanimato Brutus profectus in medium orare volebat,& suasu suo spẽq; ducię senatũ detinere, sed ij metu acti confusè omnino fugerunt: vnde circa fores, per sequẽte nullo seu vrgente, plures præ turbã illisi. Statutũ intra eos validissimè fuerat, alium non occidere præter Cæsarem, sed omnes ad libertatem reuocare. Cæteris tamen omnibus cùm de facinore cogitarent, placebat occidi etiam Antonium virum contumeliosum, monarchiamq; fouentem, præterea addentem Cæsari vires ex vsu ac rei militaris peritia, óbqueid maximè, quòd natura elatus ac magnis inhians, consulatum cum Cæsare assumpserat, eiusq; collega tunc erat. Sed Brutus his cõsiliis

se obiecit, primùm æquitati innixus, deinde spem habēs mutationis Antonij. Nam ipsum agnouerat ambitiosum atq; tumentem virum, & nimis gloriæ cupidum: sed ablato Cæsare illum sperabat patriæ libertati conuenturū, ac ob ipsorum gratiam allectum cum eis ad bonum cōmune occurrere. His igitur Brutus saluauit causis Antonium. In hoc rerū turbine Antonius mutatavesteſub plebeio habitu fugit. Qui verò cum Bruto erant, eo duce, manus sanguine respersi, & enses strictos ostendentes in Capitoliū profecti ciues
33 ad libertatē vocant. Initio igitur vlulatus discursionēsq; quemadmodum vnumquenque ex dolore ferebat casus tumultum auxere: verùm postquam nulla alia cædes facta est, neque rapina vllius rei patrata, cum fiducia multi senatorum, multi etiam popularium in Capitolium ad hos viros ascenderunt. Hîc magno numero ciuium congregato, Brutus verbis gratiæ populi, & ipsi rei accommodatis concionatus est: quæ cùm omnes laudassent, & è Capitolio eos descendere iuberent, confisi illi in forum descendunt, alius alium subsequutus. Brutum multi insignes viri in medium splendidè nimis ab arce deduxerūt, ac in rostris cōstituēre. Ad eius aspectum permulti ex plebe ad tumultum parati procurrerunt, & tacitè atq; modestè rei summam expectabant: procedēte deinde ipso omnes silentiū indixere. Quòd non omnibus grata ea cædes fuit, tunc planè apertum est.
34 Incipiente enim orare Cinna, & accusare Cæsarem, contra ipsum multi ira prorumpere, eíque maledicere ita perseuerauerunt, vt iterum viri in Capitolium se receperint. Quo in loco timens, obsidionem Brutus, optimates illuc secum qui ascēderant, dimittit, existimans indignū, vt qui in causa non participarant, periculum subirent. Senatus nihilominus postera die cùm conuenissent in templo Telluris, & Antonius, & Plancus, & Cicero de abolitione cædis atque concordia concionarentur, censuit non tantùm veniam conspiratoribus, sed sententiam de præmiis sibi dandis protulit. His senatusconsulto ritè decretis inde decessum est. Antonius cùm filium in Capitolium obsidem misisset, spem optimam de se præbuit: vnde Brutus cum cæteris ab arce descendit. Quo facto, cùm conuenissent, alius alium mixtim complecti, dexterámque cum dextera con-
35 iungere. Cassium Antonius ad se trahens conuiuam domi

mi recepit, Lepidus Brutum, cæteri cæteros, vt quisq; cum quoque aut amicitia, aut consuetudine affectus fuerat. Postera etiam die cùm senatus manè conuenisset, Antonium laudibus prosequutus est, quòd bellum intestinum iam oriēs extinxisset. Deinde Bruto adstantibus omnibus multa præconia data: inde diuisæ prouinciæ, Bruto Cretam, Cassio Libyam, Trebonio Asiam, & Cimbro Bithyniam designauere: alteri Bruto Galatiam iuxta Eridanum tribuēre. Post hæc de testamento Cæsaris eiusque funere cùm sermones incideren, & Antonius eiúsque beneuoli censerent testamentum palàm esse recitandum, corpúsque Cæsaris afferri non occultè, nec absque decore, ne ex hoc irritarentur plebis animi, pertinacissimè contradixit Cassius. Orauit deinde Brutus, Antonióque consensit, secūdo hoc errore captus. Dum enim Antonio parcit, causa fit statuendi con- 36
spirationi grauem & inexpugnabilem hostem: permittens etiam, quæ Antonius iudicauerat de funere, in senatū sanciri, ab omni spe deceptus euasit. Primùm igitur testamento cùm legauisset Cæsar ciui cuilibet septuaginta, & quinq; drachmas, præterea cùm reliquisset hortos, qui trans Tiberim erāt, vbi nunc est templum Fortunæ, ingens beneuolentia, & admirabile desideriū omnes tenuit. Postea funere per medium forum elato, ac Antonio laudes iuxta consuetudinem pro rostris proferente, cùm multitudinem ad suam orationem commoueri vidisset, sermonem ad misericordiam flexit Cæsaris: vestem illius accipiens sanguine maculatam, eam extendit, palàm ostentans & ictus, & vulnerum multitudinem. Ex hoc dignitatem & decus suum nemo seruauit. Alij homicidas occîdi clamabant, alij, velu 37
ti antea in funere Clodij, ex officinis sedilia mensásque diripientes, & aggregantes in vnū, per magnam pyram struxere, in qua corpus cùm posuissent, in medio multorum sacrorum inuiolabilium sanctorúmque locorum illum cremantes consecrauere. Cumprimùm flamma eluxit, hinc inde irruens alius atque alius semicombustos diripientes stipites, ad domos percussorū concurrere vti ipsas incenderent. Sed illi antea moniti propulsabant periculum. Cinna autē vir quidē erat poeticus, & qui in hoc crimine nihil cōmunicauerat, sed amicus fuerat Cæsaris. Hic ipse per quietē à Cæsare ad conuiuiū vocari sibi visus cùm abnuisset, ab ipso

Cæsaris interfectoribus prouincia decreta.

ab ipso orari, deinde cogi, tandémque manu cõprehensus, ad vastum & obscurum quendam locũ adduci, & inuitus & 38 stupefactus illũ sequi se vidit. Quod somniũ cùm haberet, obtigit vt ea nocte febricitaret: cũ tamẽ efferretur Cæsaris funus pudore captus quòd nõ adesset, processit ad turbam, quæ iam irritata erat. Cognitus itaq; & ab aliquo appellatus, creditus esse Cinna ille, qui nuper in frequẽtia incusauerat Cæsarẽ, trucidatus est. Hic furor Antonij animũ mutauit: quare Brutus ac sui metu compulsi ex vrbe discessere, primúmque apud Antium commorati sunt, vt quàm primùm iracundia plebis extincta siue mollita foret, ad vrbem reuerterẽtur: quod facilè fore sperabant, ex repẽti atq; celerrima mobilitate vulgi, præterea quòd propitiũ senatũ habebãt: Verùm senatus eos dimittẽs, qui Cinnã trucidaue 39 rãt, quæstionem proposuit illorũ, qui domos percussorum inuaserant, eorúmq; plerosq; cõprehendi iussit. Interea ob Antoniũ, qui monarchiã fermè sibi cõstituerat, enixius cœpit Brutus desiderari, præterea expectari, vt spectacula quæ ob præturã debebat, præsens exolueret. Sed Brutus sentiens plerosq;, qui sub Cæsare militauerãt, & ab eodẽ agros & ciuitates acceperant, insidias sibi parare, & paulatim vrbi afluere, Romã proficiscí ausus nõ est, sed statuit vt eo absente ludi fierent magnificè nimis & sumptuosè. Elephantes enim cùm emisset quãplures, iussit eos spectaculis dari, & parcè nihil exponi, sed omnia abusiuè tribui: deinde profectus Neapolim, cum pluribus Bacchi cultoribus, id est, histrionibus ac mimis, colloquium habuit. De Comitio quodam, qui in theatris habebatur strenuus, ad necessarios 40 scripsit, vt nõ nisi volentẽ illũ ludis adducerent: nõ enim fas esse dicebat, Græcũ quenquã vi cogi. Scripsit & Ciceroni, ipsũ orãs, vt omnino his spectaculis interesset. Hoc ergo in statu cũ res essent, alia oritur mutatio iunioris Cæsaris, qui iã vrbẽ aduenerat. Hic erat filius filię sororis Cæsaris, & testamẽto Cęsaris in filiũ adoptatus relictus. In Appollonia is morã ducebat cũ Cęsar occisus est, & literarũ studio operãdabat. Pręterea ibi expectabat Cæsarẽ, qui nuper expeditionẽ in Parthos habuerat. Audita cæde Cæsaris, hic ad vrbẽ accessit, vbi primũ fauorẽ plebis allicięs & sibi Cæsaris nomẽ assumẽs, argentũ etiã testamẽto relictũ diuidẽs ciuibus, in Antoniũ seditiosè se habuit, stipendiáq; distribuẽs, multos qui

Cæsar iunior, qui postea Augustus.

qui sub Cæsare militiã egerãt, ad se traxit. Postquã verò Cicero Antonij odio fauebat partibus Cæsaris, hoc exterritus 41
Brutus, Ciceroni scribit, quòd dominũ molestè nõ ferret, sed eum qui dominum oderat vereretur: præterea in repub. domesticæ seruitutis partes eligeret, scribens & inquiens, quòd vir bonus esset Cæsar: Sed nostri, inquit, progenitores neq; dominos mites sustinuere. Hoc tamen in tẽpore neque manifestè bellum deliberasse cognitus Brutus est, neq; planè quieturus, sed vnum tantũmodo consuluisse non seruire scilicet. Admirabatur tamen Ciceronem, quòd bellum ciuile periculosum & graue timeret, turpem verò concordiam & infamem non expauesceret, præmium poscens quòd Antonium à tyrannide eiiceret, Cæsarem tyrãnũ constitueret. Talis in primis epistolis fuit Brutus: iámq; his ad Cæsarẽ, aliis ad Antonium partitis, atque militibus ceu sub hasta venalibus ad eum concurrentibus, qui stipendia maiora dedisset, rebus desperatis Brutus Italiam linque re statuit, terrestríque itinere Lucaniã ad Eleam mari adiacentẽ peruenit. Ex hoc loco Porcia Romã repetitura do- 42
lores quibus vrgebatur viro tẽtauit occulere, sed generosa ac magnanima à pictura quadã prodita est. Ex græcis erat hic textus, Hector videlicet Troiã exiens ab Andromacha comitatus, quæ ab eo filium susceperat, oculósq; in viro figebat: Hæc cũ aspiceret Porcia, similitudo passionis ipsã ad lachrymas liquefecit pluriésq; Porcia huc accedẽs, miserãdos ploratus emisit. Qua in re cũ Aciliusquidã Bruti beneuolus, versus quos Andromacha ad Hectorem habuerat recitasset:

Hector tu mihi iam pater es, & optima mater,
Tu mihi germanus charus, dulcisque maritus.

Subridens Brutus, Sed mihi, inquit ad Porciam, versus Hectoris proferre nunc licet: 43

Te tua pensa decent: lanas, calathúmque repone. Ancillisq; iube.

Corpore enim naturã defecit à virili strenuitate, mente, quoque pro patria non minus quam nosipsi virilis. Hæc in historiis suis Bibulus Porciæ filius tradidit. Digressus in de Brutus Athenas nauigauit, vbi à plebe auidè susceptus, & honoribus & decretis ornatus apud hospitem quendam mansit. Audiens interea Theomnestum Academicum, & Cratippum Peripateticũ, philosophiæ cum ipsis operam dabat. Ac omnino circa id solũ vacare videbatur,

verùm circa rem belli absq; suspicione operabatur. In Macedoniam enim misit Herostratum, eos allicies qui ibidem militarent: præterea minores, qui Athenis philosophiæ operam dabant, apud sese recepit, in quibus Ciceronis filius, quem apud cæteros præcipuè laudat, inquiens: Seu vigilia ipsa, seu somno ductus sit, se illum admirari ita generosum, ac ita tyrannos exosum. Cùm ad bellū Brutus se manifestè exposuisset, audiens Romanas quasdam naues cum pecuniis permultis ex Asia adduci, illarū ducem esse prætorem virum iucundum sibíque notum, apud Carystum obuiam sibi factus est. Colloquio deinde cū eo habito cùm ipsi persuasisset, acceptis nauibus, festum splendidius duxit, eóque maximè, quòd hac ipsa in die primùm in lucem editus fuit. Vt ergo ad portum peruentum est, libationes factæ atque lętitia de victoria Bruti, & de populi Romani libertate. Hîc cùm cuperet Brutus magis rē ipsam lætificare, permagnum cratera exposcit, quo accepto, nulla motus occasione, versum hunc protulit: Sed me fors misera, & Latonæ perdidit infans. Præter hæc in historiis reperitur, Brutum in ea pugna quam in Philippis vltimam egit, Apollinem in signum militibus tradidisse, vnde existimabant eam pronuntiationem huius infortunati conflictus fuisse portentum. Cæterùm Antistius ex quibus adducebat in Italiam, quingenta millia æris Bruto dedit. Quotquot milites ab exercitu Pompeij in Thessalia vagabantur, auidè ad Brutum confluxere. A Cinna equites quingentos abstulit, qui Dolabellæ in Asiam ducebantur. Cùm Demetriada applicuisset, compluria arma quæ Antonio ferebantur nactus est. Iussu enim prioris Cæsaris hæc Parthicum parabantur ad bellum. Hortensio prætore Macedoniā sibi tradente, præterea reges ac principes circunuicini cùm ipsius adderentur partibus, nuntiatur Caius Antonij frater ex Italia profectus ad copias, quas Dyrrhachij & Apolloniæ Gabinius continebat, celeriter aduentare. Vnde desiderans Brutus ipsum inuenire, & præoccupare milites, prouocatis militibus suis per loca grauia atque aspera, cęlo etiam affluente niuibus proficiscens, cùm Dyrrhachiū accessisset, ex labore ac frigore defecit. Hæc passio maximè contigit ex frigore, niuali tempore, iumentis & hominibus lassis, seu quòd calor cùm is ex frigore, & obturatione meatuum intus in corpore comprimitur, confestim

festim cibum stomachi consumit, seu quòd rigidus & acutus quidā spiritus ex niue procedens corpus allidit, corrumpítque caliditatem, quæ ab ipso foras egreditur. Huiusce enim morbi sudores caliditas prębere videtur, quę circa cor poris cutem ext incta est, frigido obuiam sibi facto: hæc in cæteris animalibus dubia magis sunt. Cùm defecisset animi Brutus, nullúsq; in castris ad vescēdum cibus haberetur, eius comites coacti sunt ad hostes confugere: vnde cùm ad portas ipsorum profecti forēt, custodes cibum petiuere, qui audito Bruti casu aduenerunt, & ipsi Bruto cibum potúmq; ferētes, ex quibus Brutus, vt vrbē nactus est, non solùm istos, sed cęteros omnes huiusce vrbis horum causa summa humanitate tractauit. Caius enim Antonius, vt Apolloniā appli 47
cuit, illuc milites, qui vicini fuerant, conuocat: sed postquā nouit eos Bruto deditos, prætereáque Apolloniates sensit Bruto obsequuturos, vrbem relinquens, Buthrotum profectus est, primúmq; in itinere ipso cohortes tres amisit à Bruto cæsas: deinde loca, quæ circa Byllidem validè præoccupata fuerant superare conatus, prælium cum Cicerone cōmittens vincitur. Hoc enim duce tum Brutus vtebatur, multáq; per eum strenuè gesta pertulit. Cùm Caium nactus esset in locis paludosis longè distractū, manus conferere passus non est, sed circumequitans suis iubebat vt abstinerent, veluti hostes confestim propria præda futuri essent: quod contigit ita vt dixit: illi seipsos cum duce dedidere, vnde iam magna potentia Bruto fuit. Tempus verò non paucum Brutus Caium in pretio habuit, & insignia suæ dignitatis nō abstulit, licet, vt ferunt, alij permulti, ac Cicero ipse à Roma conscripserint, illúmque occîdi iusserint. Verùm cùm incepisset clanculum conuenire cum ducibus, reíque innouandæ studuisset, naui impositus custodię traditus est. Cæterùm militibus Caij ac duce deficientibus, & in Apolloniam vocantibus Brutum, Non, inquit Brutus, hanc esse Romanorum consuetudinem, sed oportere eos ad principem proficiscí, & apud eum orare veniam, & ea quę perpetrauerint excusare delicta, vt principis ira emolliatur. Ex quo cùm aduentassent illi veniámque rogassent, eam Brutus indulsit. Interea cùm esset in Asia, profectus è Roma retulit nuntius mutationem rerum ibi fuisse: iunior enim Cæsar aduersus Antonium nitebatur, qui cùm ex Italia eum eiecisset, iam

se timendum omnibus præbuit, ad cõsulatum aspirans præ
ter legem, ac exercitum alens, vrbe huius impensæ non in
49 diga. Aspiciens igitur has ob causas senatum grauari, &
ad Brutum foris oculos flectentem, præterea inclinantem
Bruto sententias, ac ei prouincias confirmantem, extimuit,
Octauius Cæsar consul creatur confestímque ad Antonium mittens ipsum ad amicitiam
prouocauit: deinde copias vrbi sistens, consul factus est,
nondum adolescens ætate perfectus, sed vigesimum agens
annum, quemadmodum ipse in suis commentariis dixit.

Hoc facto statim aduersus conspiratores de patrata cæde
proposuit, quia virum dignitate maximum indemnatum
occidissent. Accusatorem Bruti constituit L. Cornificium,
Casij M. Agrippam. Qua in re cùm illorum causa, respon
dente nullo, deserta foret, coacti iudices sunt proferre sen-
tentias. Fertur cùm præco, vt consuetum extiterat, è tribu-
nali Brutum vocaret ad iudicium, vulgus manifesta duxis-
se suspiria, optimatésque oculis defixis in terram, silentium
egisse, P. verò Silitium lachrymauisse, móxque parua in-
50 teriecta mora ex proscriptis vnum neci damnatum. Post
hæc triumuiri conciliati, Cæsar, Antonius & Lepidus, pro
uincias partiti sunt, ac cædes proscriptionésque ducento-
rum virorum fecere, in quibus Cicero ipse occisus est. Hæc
cùm nuntiarentur in Macedonia, coactus Brutus Horten-
sio scribit, vt Caius Antonius occideretur in Bruti Cicero-
nisque vindictam. Huic enim amicus Brutus, alteri autem
genere propinquus extiterat. His igitur ex causis Antonius
cùm Hortensium postea in Philippis comprehẽdisset, eum
ad monumentum fratris iugulauit. Brutus causam cædis
Ciceronis erubuit magis, vt inquit, quàm de nece doluerit.
Qua in re amicos suos Romæ incusabat, qui ex eorum cau-
sa magis seruirent, quàm culpa tyrannorum. Præterea præ-
sentes atque videntes eos spectare posse dicebat, quæ sibi to
lerabilia auditu non erant. Cùm exercitum iam amplum
51 & splendidum traiecisset in Asiam, classem in Bithynia &
apud Cyzicum liquit, terrestríque itinere proficiscens, ci-
uitates sibi confirmat, interque illarum principes si quid
oportuerat iudicauit. In Syriam etiam mittit ad Cassium,
ipsum reuocans ab Aegypto. Non enim aiebat seipsos ob
principatum errare, sed ob patriæ libertatem copias com-
parare, quibus tyrannos opprimerent. Oportere igitur
seipsos

seipsos dicebat memores esse, propositúmque seruare, neq;
ab Italia longè abesse, sed eò festinare, ciuibúsque succur-
rere. His cùm parêret Cassius, inde abiens Bruto fuit ob-
uiam, iuxtáque Smyrnam in mutuum colloquium deuene-
re. Tunc primùm ex quo à Pyræo Athenienſi disiuncti,
Cassius Syriam, & Brutus Macedoniam petiuit. Lætitia
ergo vtriusque ingens, fiduciáque præterea ob copias quas 25
vterque ductabat. Cùm enim ex Italia egrederentur, si-
miles fugitiuis exulibus visi, inopes, inermes, non solam v-
nius ordinis nauem, non militem vnum, non ciuitatem vni-
cam habentes: inde paruo nimium tempore elapso conue-
nere, nauibus, peditatu, equitibus, opibúsque ita copiosi, vt
digni iudicarentur pro Romana libertate certare. Cæte-
rùm volebat Cassius æqualem honorem Bruto tribuere, sed
præueniebat huic rei Brutus, qui vt plurimùm accedebat
ad Cassium, quòd ætate præcederet, corporísque labores
non æqualiter seeum toleraret. Erat opinio in re militari
Cassium aptissimum esse, iracundia asperum, metúque ex-
timescendum, cum domesticis quoque risui pronum &
scommatis auidum. Brutum ferunt virtutibus suis à ple-
tísque amatum, ab amicis desideratum, præterea admira-
tioni fuisse optimis, ipsísque hostibus non exosum: etiam
maximè clemens fuit atque magnanimus, ab omni iracun-
dia, voluptate, auaritiáque intactus: mentem etiam rectam
& inflexibilem ad bonum & æquum conseruans, maximam
sibi gloriam auxit, & fidei adiumentum in electione par-
tium quam assumpsit. Non enim Magnus ille Pompeius 55
si Cæsaris victor euasisset, sperabatur vtique dignitatem
atque potentiam suam ex legibus dimissurus, sed semper re
rum potiturus nomine consulatus ac dictaturæ, aut alia mi
tiori dignitate plebem consolaturus. Hunc verò Cassium
impetuosum atque iracundum virum, ac plerunque quæ-
stus gratia à recto deuium, ferme existimabant omnes erra
re, atque in armis esse ac periculis, quòd dominationẽ quan-
dam sibi machinaretur, non patriæ libertatem. Cæteri ete-
nim ea per tẽpora quæ hactenus præcesserunt, Cinnæ, Marij
ac Carbones, præmiũ in medio prędámque scilicet patriam
ponentes, modò non palàm, pro tyrannide patriæ certaue-
runt. Bruto nec etiam hostes hanc mutationis labem impo-
suere, sed constat nonnullos ab Antonio audiuisse dicente,
quòd

quòd solùm putabat Brutum inuasisse Cęsarem à splendore & bono patriæ ductum, cæteros verò ex inuidia atque odio
54 in virum cõspirauisse. Vnde Brutus nõ potentia tantùm, quantùm virtutibus notus erat. His enim innixus iam iam periculo vicinus, scribit ad Atticum, optimo in statu mentem suam locatam esse: Aut enim victor Romanam rempli berabo, aut moriens à seruitute euadam. Alij licet vitæ certitudinem atque securitatem sibi proponant, tamen incertum est an cum libertate victuri sint, siue morituri. M. Antonium inquit meritam pœnam daturum, qui cùm posset in Brutis & Cassiis atque Catonibus numerari, seipsum Octauio addidit, qui licet tum alio modo nõ superetur, post paucum tamen cum illo pugnabit. Hæc quidem optimè de venturis Brutus diuinasse visus est. Cæterùm pecunias quas Cassius quammultas Smyrnæ collegerat, secum vt participaret petebat Brutus. Quæ enim Brutus habuerat, cum struxisset
55 classẽ qua omne interius mare subiecerat, expẽderat. Non permisere tamen amici Cassij illas dari, dicentes æquũ non esse ea quæ parcè teneret, & cum odio congregasset, Brutum accipere, & cum ipsis magnum apud populum fieri, gratiosúmque militibus esse. Nihilominus Cassius partem omnium illarum tertiam illi dedit. Post hoc iterum disiuncti pro agendorũ diuisione, cùm Cassius insulam Rhodum vi cepisset, non vt decuit rebus vsus est, & circa inclementiam maximè. Huius autem ingressu insulæ cùm appellaretur rex atque dominus, respondit se neque regem, neque dominum esse, sed regis atque domini interfectorem. Brutus verò Lycios pecunias exercitúmque popposcit, sed Nauerates qui princeps erat in populo, postquam persuasit ciuitatibus Bruto dissentire, & colles quosdam tanquam aditum
56 clausurus præmuniri fecit. Brutus quãprimùm prandentibus ipsis equitatum immitit, à quo sexcenti trucidati: deinde loca & castella expugnans, captiuos omnes absque redẽptione dimisit, velut illos ad suam beneuolentiam abducturus. Sed hi pertinaciores facti, iracundiam augentes ex damnis quæ passi fuerant, clementiam & humanitatem omnino contempsere, quousque Brutus eorum bellicosissimos persequutus, apud Xanthum eos obsedit, qui iuxta ciuitatem labente flumine subnatantes in mœnia quæsiuere euadere. Capti in retibus plerique fuere, quæ vsque ad ima

ima aquæ emittebantur. Summitates enim retium tintinabula quædam appẽsa habuere, quorum sonitu planè cognoscebatur subnatantem in retia incidisse. Cæterùm cùm Xãthijmachinis quibusdã in Romanos noctu irruisset, ignẽq; ipsis iniecissent, à Romanis cogniti vt se recepere in mœnia, inspirante in eos validissimè vento, ex facibus flamma ad ligneas turres delata est, ac deinde ad viciniores ciuitatis
57 domos ingressa. Ex quo timens Brutus vrbis incendium, militibus suis iussit vt ad extinguendos ignes hostibus auxilio forent. Lycios deinde impetus quidam durus & dictu incredibilis ad desperationem accepit, quam desiderio mortis persimilẽ quis iudicaret. Liberi enim & serui cum filiis atq; coniugibus suis, præterea omnis ætas ac omnis sexus hostes ad comprimendos ignes immissos è mœnibus reiiciebant, eósque ferire haud cessabant: ipsi calamos, ligna, omnéque ignis fomentum afferentes, ignes in vrbem inducebant, omnem materiam ipsi præbentes, omníque quo poterant modo nutrientes incendium. Vt latè flamma se sparsit, & per ciuitatem circumplexa vndique multa eluxit, eos miseratus
58 Brutus foris circumequitans, auidissimè auxilium ipsis obtulit, deinde & manus extendẽs ipsos orabat vt sibiipsis parcerent, vrbémque saluarent. Sed hi nihil his verbis intenti, omnimodè seipsos perdentes, nõ solùm viri ac mulieres, sed pueri paruulíque cum clamore atque vlulatu igni insiliebant. Quidam verò ab excelsis seipsos muris præcipitauerunt, alij suorum patrum ensibus iugulum nudum porrigebant, orabántque vt se ferirent. Cõsumpta ciuitate inuenta mulier est quæ laqueo se appenderit, quæ paruum infantem manibus strangulauerit, quæ incensis ardens lampadibus domum cõbusserit. Hoc spectaculum ferme tragicum videre Brutus haud sustinuit, verũ in eius auditu collachrymauit, cõstituítque præmium militibus suis, qui hominem Lycium saluassent. Dicunt hos tantùm centum & quinquaginta fuisse, qui salutem suam minimè effugerunt. Xanthij ergo, vt iusserũt fata, per multa tempora suæ euersionis curſum consequuti, simili audacia progenitorum suorum cladẽ innouauere. Illi enim eandem vrbem bello Persarum si-
59 militer incendentes, seipsos absumpsere. Verùm Brutus Patareorum ciuitatem aspiciens contra seipsam inniti, eam inuadere noluit, similem desperationem & crudelitatem timens.

Lyciorum facinus maximum.

mens. Habens autem quasdam ipsorum mulieres captiuas, eas non redemptas, sed omnino liberas dimisit. Quæ coniugibus ac patribus qui insignes in gente Patareorum erant de Bruto narrantes, quòd vir esset continentissimus & iustissimus, eos Bruto cedere suaserunt, ciuitatémque tradere. Ex hoc & alij hos imitati, seipsos Bruto commisere, potiti duce optimo, & præter spem viro beneuolo. Qui cùm Cassius Rhodios ferme per eandem tempestatem coegisset, vt aurum & argentum quod quisque priuatim sibi possidebat, ipsi afferret, ex quo circiter octo millia talenta collegerat, publicè verò ciuitatem quingentis aliis talentis damnauerat, ipse à Lycijs centum & quinquaginta talentis exactis, cùm his nihil aliud fecisset iniuriæ, in Ioniam profectus
60 est. Multa quidem digna hoc tempore fecit, honoresque pœnásque in benemeritos statuens. Vnum, quo & ipse, & Romanorum optimi lætati sunt, exprimam. Cùm Pompeius Magnus Aegypto atque Pelusio propinquaret, quando illum magnum principatum amiserat, & à Cæsare fugiebat, curatores regis, qui adhuc puer erat, cum beneuolis suis in senatu frequentes erant, non inter se eadem sentientes. Quibusdam enim videbatur ipsum recipi, aliis ab Aegypto repelli. Theodotus vir quidam Chius in rhetorica facultate mercedis gratia regis præceptor, cùm ex inopia meliorum rogatus tuisset vt consiliis adesset, vtrosque consultores errare ostendit, eos scilicet, qui Pompeium recipi iudicabant, ac eos, qui repelli eum ab Aegypto iubebant. Vnum enim vtile esse, inquit, vt receptum occiderent: addens consiliis, hominem mortuum non mordere. Huic sententiæ cùm se-
61 natus inclinaretur, incredibile & inexpectatum fuit exemplum Pompeius Magnus rhetoricæ Theodoti atque facundiæ, sicut ipse orator iactare postea non est veritus. Paucum deinde post tempus cùm Cæsar inuasisset Aegyptum, illi ob iudicium suum pessimi pessimè extincti sunt: Theodotus verò sorte quadam ad ignobile & miserum quoddam tempus reseruatus, errabundus Brutum non latuit, cùm Asiam exercitu petiuisset. Coram Bruto itaque adductus atq; damnatus, magis ex morte nomen, quam ex vita adeptus est.

Cassium interea Brutus vocauit Sardis, quo accedente Brutus cum amicis illi obuiam fit: vtrosque armatus exercitus imperatores appellauit. Quemadmodum autē in rebus magnis & amicis multis ac ducibus contingere solet, hi ex causis quibusdam innatis atque calumniis, ante cætera omnia confestim ex itinere ipso in parte quadam hospitij sese collegere. Ibi amotis procul arbitris & foribus clausis ad mutuas querelas deuenere, deinde sese arguere criminarique cœpere. Ex his cùm ob vtriusque vehementiam ad lamentationes, lachrymas, audaciámque fluxissent, admirati horum beneuoli asperitatem vocis & tonum, extimuere ne ex hoc vlterius procederent. Iniussi igitur ad eos ingredi ausi non sunt. Marcus autē Faonius Catonis imitator, neque doctrina magis, quàm vbertate quadam & insano ferme affectu philosophans, intrò profectus est, quanquam à domesticis inhibitus. Operępretiū quippe erat nanciscī Faonium intra cuiusque generis litigantes: vehemens enim erat in omnibus atque prōptissimus. Verùm hac in re nō existimabat se dignū inter hos Romanos duces cōsulto rem, sed qui audacia quadam Cynica, vt aliàs non semel, altercantium iras extingueret, cum iucunditate risúque receptus. Vi itaque cùm per præsentes manibus sibi locum vēdi
62
cans portas irrupit, & composita voce ad eos accessit, carmina recitans quæ Homerus Nestori dedit. Sed credite
63 nobis, ambo etenim iuuenes magis estis. deinde vtsequitur, Cassius in risus est ductus, Brutus ipsum foras eiicit, verè falsum canem græcis vocabulis ipsum apppellās, & nihilo minus hoc tunc finem illorum altercationibus dedit, statímq; disiuncti sunt. Hinc Cassius cùm cœnā apparauisset, Brutus amicos cōuocat: qui cùm omnes discubuissent, Faonius ex obliuione dimissus, vbi se lauerat inter cœnandū ac cessit. Sed attestāte Bruto illū nō accersitūillue venisse, cùm ob id in infimā spondā deduci iuberet, Faonius vi profectus in mediū discubuit, indecibus potúsq; nō iniucundū risum atq; iocū exhibuit. Postero die Brutus L. Pallā ciuē Romanū qui sub ipso militauerat, sibiq; iā fidus fuerat, Sardianis furti ipsum criminātibus publicè damnās, ipsum infamem cēsuit: quam rem grauiter Cassius tulit. Ipse enim ante dies
64 paucos duos amicos suos eisdē delictis redargutos, priuatim admonitos palām dimisit, eísque tum etiam vtebatur. Vnde Brutum improbabat, quòd nimis austerus atque severus foret, eo tempore, in quo humanitate atque clementia opus erat. Sed ille eum admonebat, vt Idus Martias in

memo

memoriam sibi duceret, in quibus Cæsarē occiderunt. Nō enim cæsum aiebat, quòd omnes homines vndecunq; vexaret, sed quòd sustentaculum ..c columen illis foret qui id facerent. Quare si qua occasio laudari potest ex qua negligeretur iustū satius fuerit Cæsaris amicos tolerare, quàm eos qui coram seipsis delicta patrarent: Illis enim inhumanitatis crimen imponitur, nobis iniquitatis. Cæterùm cùm ex Asia digressuri essent, dicunt admirandū signum seu portentū Bruto fuisse. Natura quidē erat somni parcissimus hic vir, somnúmq; & exercitio & continentia ad parui temporis spatium producebat. Interdiu dormiebat nunquā, nō ctu tantùm, quantùm neque quicquam facere, neque cum quoquam colloqui quiescētibus cæteris omisisset. Instante bello hic rerum omnium summam habens in manibus, prę terea sensus omnes rebus futuris exponens, cū primùm serò ex cibis somnesceret, quiescebat, deinde reliquū noctis tempus necessariis rebus dabat: si vel superabat tempus, vel negotia illa deficiebant, vsq; tertiam vigiliā literis operam præbebat: iuxta enim eandem horā centuriones atque tribuni secum conuenire consueuerant. Cùm ergo ex Asia discessurus foret exercitúmque traiicere vellet, nox equidem erat profunda & ferme media, lumen verò splendidum nimis contubernia non habebant, & silentium vndique tenebant castra. Is itaque secum aliquid reputans, sibi ipsi intē tus aliquem ad se ingredientem præsensit: ad introitum aspiciens, horrendam & monstrosam aspexit imaginem corporis feri atque terribilis silentio sibi assistere. Interrogare tamen eam ausus Brutus, Quis, inquit, hominum aut deorū es? quid tibi vis? quî ad nos venisti? Ad quæ submurmurauit ille, Tuus ò Brute, malus genius sum, in Philippis me videbis. Tum Brutus non exterritus, Videbo, respondit. Verùm cùm euanuisset imago accersitis pueris, atq; his dicentibus se nullam vocem audiuisse, atque nullam vidisse imaginem, Brutus accubuit. Deinde suborta luce, versus ad Cassium visionē ei narrauit. Tum Cassius rationibus Epicuri innixus, cōsuetus & aliàs de his cum Bruto cōferre, Nosse, inquit, ô Brute, hic sermo est, quòd nō omnia verē putamur, neq: verē videmus: sed mutabile ac deceptibile quid dam noster sensus: est: præterea intellectus est perspicax ad mouendum sensum, illúmque è subiecto nullo mutare ad

65 *Bruti mira vigilantia.*

66 *Monstrosa imago visa bruto.*

omnem formā. Imaginatio enim cæræ similis est. Animæ verò hominis, quæ fingens & ficta pariter habet, facillimum est per seipsam idem variare, cōponereq;. Hoc ostendunt somniorum mutationes, quas breui momento phantasia vertit in multiformes passiones & imaginū species. Moueri semper, naturale hoc est. Motus autē, vel phantasia est, vel quædā intelligētia: tibi ô Brute, corpus naturâ triste eleuat intellectū atq; diuertit. Dæmones nullo pacto esse, credibile: neq; si sunt, hominū habent formā, aut vocem, siue potentiā, quæ ad nos pertranseat. Quàm vellē ô Brute, hoc esse, vt non solùm armis, equis, nauibus, sed deorū suffragiis fideremus, qui optimorū operū ac sanctissimorum duces sunt. His sermonibus Cassius Brutū emolliuit. Cùm milites ad prima signa egrederentur, duæ aquilæ simul impetu magno delatę iuxta castra euolauere, vsq; Philippos à militibus continuò enutritæ, ex quo loco ea die, quæ pugnam antecessit, abire visæ. Cæterùm pleraq; vicinas his locis gentes Brutus sibi subegit. Si qua ciuitas aut dux ipsis obsisteret, tunc omnes illuc copias cōducentes tantos torq; expugnauerunt, vt vsq; mare ad vrbē Thassum progressi fuerint. Hinc iuxta Norbanū in locis quæ difficillima atq; angusta sunt castra ponentibus, insultantes in ipsos hostes vt abstinerent coegere, & dimissis locis fugauere. Qua in pugna cùm Cæsar ob valetudinē abesset, ne copias Brutus caperet parū abfuit, nisi auxilio & breuitate moræ contra Brutū cæteroq; hostes incredibili celeritate Antonius succurrisset. Deinde post decem dies venit & Cæsar. Castra dispositere, aduersus Antoniū Brutus, & aduersus Cassium *Cæsar. Campi qui in medio eorū adiacebant, Philippos Romani appellauere. Hinc tunc maximè Romanorū vires vtrinq; conuenere. Verùm multitudine Bruti copiæ non parū distabant à militibus Cæsaris, sed ornatu & armorum ipsorum cultu splēdidior Bruti exercitus apparuit: ex auro enim pleraq; hominū arma videbantur, argentumq; inter eos abunde exuperabat, licet in cæteris ex singulari quadam Brutus modestia ductores sui exercitus parcè & modicè assuetos continuisset. *Censum enim quem circa manus & reliquum corpus habebant, existimabat in viris honore cupidis quiddam dignitatis ac elationis adducere. Præterea huiuscemodi ambitiosos atq; cupidiores viros

67

68 *Pugna Cæsarianorū & Brutī in Philippis.*

69

*αὐτάνυσε.

*πλοῦτον.

bello aſperiores fore, ſi amorem & fiduciam in armis perinde ac diuitiis eorũ poſuiſſent. Cæterùm cùm Cæſaris caſtra luſtrarentur, paucùm tritici, & quinq; drachmas viri-
70 tim ad ſacra diuiſerunt. Quam rem milites Bruti contempſerunt ex parſimonia ſeu ex puſillanimitate. Inde ipſo ſub dio, quemadmodum eſt conſuetudo, luſtrauere exercitum, atque pro ſacrificiis cuilibet ſecundum eorũ contubernia frumentum debitum, & quinquaginta partiti drachmas, & ex beneuolentia & auiditate pugnandi longè magis beneuolos ſuos adepti fuere. Nihilominus in hac caſtrorum luſtratione memorant peſtiferũ quiddam de Caſsio viſum: coronã enim inuerſam ac dilaceratã eius ſatelles ſibi attulit. Dicitur & antea in ſpectaculo quoddã Victoriæ ſignum ex auro conflatum, cùm ſibi apportaretur cecidiſſe, labẽte illo qui id afferret. Præterea volatilia plura quæ carnibus paſcuntur, interdiu in caſtris apparuiſſe. Examen etiam apum circa locum quendam intra vallum inſediſſe, quẽ locum augures ſuperſtitione commoti clàm excluſere à caſtris. Hoc etiam Caſsius ex Epicuri rationibus ſubduxit,
71 ſed eius milites omnino perterriti. Vnde non vehementer optabat Caſsius impræſentiarũ rem ferro decerni, ſed cenſuit milites, quòd auro dicebat eſſe vberiores, numeroverò deficere ab hoſtibus, prælij moram terere. Brutus autem feſtinabat id expediri, quòd celerrimè ab hoſtibus aut libertas patriæ expediretur, aut viri omnes qui impenſis, militia & imperiis vexabãtur, his malis liberarentur. Dumq; hæc animis reputaret, aſpiciẽs Brutus equites ſuos qui iam initia pugnæ acceperant, prævalere, & aduerſus hoſtes ſalubriter proſperari, dum magis mentẽ attollit, defectiones etiam quædã ad hoſtes calumnięq; & ſuſpiciones in caſtris innatę. Plures ex amicis Caſsij ad ſententiã Bruti verterũt, verùm Attellius vnus ex beneuolis Bruti ipſi aduerſabatur, iubens ad pugnã hyemẽ expectandam omnino eſſe: quem cùm interrogaſſet Brutus, quid expectatio illa in alium annum conduceret: reſpondit, Vt aliud nihil, plus tamen
72 temporis viuam. Ad hoc Caſsius indignatus eſt, ſed nihilominus Attellius & alios ſimili ſermone dicaci haud mediocriter læſit. Decretum eſt igitur poſtera die prælium committere. Brutus interea optima ſpe fretus, ac philoſophicis rationibus innixus, peracta cœna nulla, quieuit.

Caſsium

Caſsium inquit Meſſala cœnauiſſe, ſecumq; in cœna ex doméſticis habuiſſe quàm paucos, & præter naturæ ſuæ conſuetudinem, ſecum meditantem tunc conſpectum fuiſſe, ac ſilentio preſſum. Deinde amota menſa refert eum cùm ſuam manum apprehẽdiſſet, hæc verbis Græcis iactantem (vt conſueuerat) protuliſſe, Te ô Meſſala, teſtor, hæc Pompeio Magno coactus præbui, vt vnà in pugna pro patria iacta alea ſit: mentem tamen bonam habemus cùm ad fortunam intuemur, cui, etſi malum conſilium inimus, diffidere haud iuſtum. Hæc loquuto Caſsio refert Meſſala il- 73
lum tunc vltimo ſe complexum, deinde ab ipſo ſe in poſterum diem conuiuam vocatum, in quo eius natalitium celebrabat. Vt verò illuxit dies, vtriuſq; caſtris Bruti & Caſsij certaminis ſigna impoſita ſunt pallium rubrum, ipſi in medio conuenere caſtrorum. Deinde Caſsius, Vtinam Brute, ,,
inquit, nobis vincere datum ſit, ſimulq; per omne tempus ,,
mutua felicitate coniungi. Cùm autem maxima rerum ,,
humanarum incerta ſint, & præter vtriuſq; mentem, euadentes prælio non facilè eſt vt nos iterum mutuò videa- ,,
mus: quid autem de fuga, aut de nece decernis? Ad hæc ,,
reſpondit Brutus: Adhuc cùm iunior eſſem Caſsi, & rerum ,,
inexpertus, neſcio quomodo in philoſophia ſermonẽ edidi ,,
magnum, in quo aduerſus Catonẽ ſum inuectus, quòd ſe- ,,
ipſum peremiſſet, tanquam nefas & inhumanum eſſet fatis ,,
cedere, neq; intrepidè recipere quæ contingunt, ſed ea fu- ,,
gare. Nunc diuerſæ ſententiæ in caſibus ſio: quare ſi deus 74
præſentia non tueatur, iterum alios apparatus, iterum alias ,,
ſpes redarguere non eſt opus, ſed à fortuna liber euadam, ,,
Idus Martias laudans, in quibus libertatem patriæ dedi, ,,
alibi victurus ob patriam liberam, & glorioſam & ſplen- ,,
didam vitam. His verbis ſubridens Caſsius Brutum com- ,,
plexus: Hoc, inquit, propoſito in hoſtes irruamus: aut enim ,,
vincemus, aut vincentes non timebimus. Poſt hæc præſen- ,,
tibus eorũ amicis de ſtruẽdis actibus inter eos ſermo exortus eſt. Brutus Caſsiũ poſtulauit vt dextrũ ſibi cornu cõcederet, quod & ob peritiam rei militaris, & ob ætatẽ magis videbatur Caſsio pertinere. Nihilominus hoc Caſsius conceſſit: præterea Meſſalam hoc in cornu bellicoſiſsimam partem militum habentem locari iuſsit: quo pacto Brutus equitatũ eduxit omni ornamẽtõ maximè cultũ: iuxta quos

75 haud segnius pedites instruxit. Antoniani versus paludes vbi castra posuerãt, vallum iniecere, iterq; ad mare Cassio præcludebant. Cæsar inter hæc locabatur absens ipse quidem ex mala valetudine, sed eius copiæ aduersus hostes pugnaturæ haud nimiùm videbantur, sed incursionibus tantùm pro tẽpore vsuræ, quę leuibus sagittis atq; tumultibus insilientes aduersarios perturbarent. Parũ hi intenti cornu oppositò Bruti, clamorem, qui circa vallum effundebatur, admirabantur. Non enim huius causam scire poterant, & hic continuus multusq; efferebatur. Interea cùm à Bruto tessera prodiret, ex qua prælij signũ ducibus dabatur, ipseq; Brutus eques legiones ambiret, admonés vti spem bonam haberent, pauci expectare potuerunt vt signũ sibi datũ acciperent: alij vno impetu ingenti clamore in hostes profiluere. Perturbato igitur acierũ ordine, ac legionibus hinc inde distractis, à Messala primũ, deinde à cæteris sinistrum Cæsaris cornu prætermissum, vnde parũ in hoc latere ferientes in media castra procurrunt. Ex his Cæsar, vt ipse in commentariis suis scripsit, cùm quidam Artorius Marcus per somnum visionẽ habuisset, qua iubebatur monere Cæsare vt pugna excederet, castraq; relinqueret, antea parum excesserat, creditum tamen est eum tum occisum fuisse. Lecticam enim ipsius licet vacuã pilis ensibusq; cùm perforarent, hinc laceram abstraxere. In castris inde fit magna cædes cõprehensorum, præterea duo millia Lacedęmoniorum, qui nuper in auxilium Cæsaris aduenerant, cæsa: non enim ambierunt Cæsaris copias, sed rectà irruentes facillimè perterritos auerterunt, strictisq; gladiis tres cohortes fudere. Deinde fugientes alios persequuti in castra

76 *Pugna inter Cæsarianos Antonianis in ĉlos, et Brutum & Cassium.*

77 sunt, vincendi cupiditate detenti, Brutumq; ipsum ducem habentes. Cęterùm id quod victores ipsi haud aduerterunt, Cæsar ipse victus ostendit. Nudum enim & scissum latus aduersæ phalangis, à qua dextrum cornu Bruti disiunctum erat, dum insequuntur, mediam eorũ aciem non omittunt, sed magno conatu in ea detinentur. Sinistrum verò Cassij, & ex confusione militũ, & ex ignorantia rerum quæ obtigerant, in castra cùm fugauissent, illos intra vallum persequuti cuncta diripiunt, præsente nullo imperatorum. Antonium enim dicunt initio pugnæ hostium congressum euitasse, atque in paludem sese recepisse. Cæsar verò nus-

Antonij in palude occultatio.

quam

quam manifestus erat, nam vallum exierat. Quidam præterea Bruto enses sanguine madentes ostentauerunt iactantes se illum interfecisse, effigiẽ oris ac ætatẽ in qua fuerat, referentes. Interea & Cæsaris media acies strage suprema 78
oppressa fuerat, & omnino Brutus victor apparebat, quemadmodum Cassius victus. Hoc verò solum horum res in perniciem duxit, quòd Brutus Cassio veluti victori auxilium non tulit, Cassius Brutũ veluti victũ expectare nõ potuit, deinde quòd Messala victoriæ metas posuerit, quòd tres aquilas, & plura hostium signa cõprehenderit, ipsique nihil amiserint. Verùm rediens Brutus iam deleto Cæsaris apparatu, admiratus quòd copias Cassij (sicut cõsueuerat) in loco non videret excelso, neq; cætera ordine suo esse: rapta etenim extẽplo atq; dilacerata fuerunt ab irruentibus hostibus: qui verò iuxta ipsum erant, aciem acutiorem habentes, sibi retulere, sese multas videre cassides fulgentes, multos clypeos argẽteos intra vallum Cassij deferri, vnde apparere sibi, neq; eundem numerum, neq; eundem armatorum apparatum esse quos reliquisset, nihilominus nec se videre cæsorum multitudinem, qualem fas foret tot cohortibus vi deiectis. Hæc primùm mentem Bruto præbuere 79
Cassianæ cladis. Relinquens igitur præsidia in castris hostium milites reuocat, eosq; cogit tanquam laturos Cassio auxiliũ. Sed res Cassij sic ierant, neq; libenter aspexit Cassius primũ ingressum militum Bruti, quòd sine signo, quòd sine iussu irruissent in hostes: neq; sibi placuit, quòd hi victores confestim ad rapinã procurrissent & ad quæstũ, contemnentes hostes circundare. Quare dilatione sua atque ignauia magis, quàm consilio & impetu ducum à dextro hostium cornu circùm opprimebatur, moxque vt equites inclinare videt, & versus mare de fuga cogitare, subfugientes etiam pedites retinere tentauit, signumque ab euadente milite vno rapuit, & illud ante pedes fixit. Sed militibus qui circa corporis sui præsidiũ locati fuerant, haud spontè manẽtibus, coactus Cassius cum paucis in editum collem vnde castra spectare poterant euadit. Sed præter castra ab 80
hostibus capta hic nihil prospexit: erat enim visu hebetior. Equites verò circunstantes aspiciebant multi qui ad ipsum aduentabant: hi erant illi, quos nuper Brutus in præsidium sibi miserat. Sed credidit Cassius hos cohortes hostiũ esse,

qui ipsum aggrederẽtur. Ex præsentibus vnũ tamen dimittit nomine Titiniũ, qui cuncta specularetur. Hic ergo profectus equites aduenientes minimè latuit, sed vt eũ videre virum amicũ & Cassio fidum, lętitia exultant, inde cõsueta salute data ex equis desiliere, dextrasq; iunxere. Alij ipsum ambiẽtes ex magno gaudio cum plausu pæana cantabant, quòd maximum malum euitassent. Interea Cassius vere existimauit Titinium ab hostibus captum: cumq; hoc dixisset, Ob salutem nostram spectare potuimus virum amicissimum ab hostibus captum: tristis in solo quodam tabernaculo sese recepit, ex libertis vnũ nomine Pindarum secum trahens, quẽ ex cladibus Crassi in hos extremos casus sibi apparauerat. Tunc Cassius chlamyde obducta capút obregens, iugulumq; enudans, sese ferendũ præbuit. Auulsum ab humeris caput repertũ est. At Pindarum post cædem hãc nemo hominũ vidit, ex quo plerisq; scrupulum dedit, quòd iniussus virum interfecisset. Post hæc haud longè equites manifestè cogniti sunt. & Titinius corona redimitus ab his redibat ad Cassium: vt verò ex ploratu & amicorum sese affligentium quæstibus & vlulatibus rem intellexit, & errorem ignorantiæ, ensem diripuit, multumq; in suam tarditatẽ inuectus, seipsum iugulauit. Brutus confiectum etiam Cassij cùm intellexisset, approperãs iuxta vallum mortẽ ipsius audiuit: corpus deinde cùm exornasset fuctibus, ac summũ Romanorũ virum omnium eũ appellauisset, asserens nullum iam posse ciuẽ talem in vrbe fore, ipsum decenter ornatũ Thasium mittit, vt in exercitu eius funus turbæ atq; mœstitiæ causa non esset. Quo peracto, ipse Cassianos milites cogens, eos solatus est. Præterea cùm aspexisset omnes necessariis spoliatos, pro rebus amissis cuilibet duo millia drachmarũ pollicitus est. Milites ad huius orationẽ spe recreati sunt, magnitudinẽ largitionis admirati. Deinde abeuntem eum cum læto clamore sunt comitati ipsum laudibus efferentes, quòd ex quatuor imperatoribus solus ipse inuictus fuerit. Factum enim res ipsa docebat, & prælio tunc bene secũ peractum esse constabat: nam cohortibus paucis aduersarios omnes fugauit. Si omnibus copiis vsus esset in pugna, nec plurimi omissis hostibus ad hostilẽ prędam corruissent, nulla profectò pars ipsorum inuicta, vt creditur, remansisset. Horũ octo millia cæsa

Cassij mors.

81

82

cæsa cum domesticis, quos Brutus Brigas appellare solitus erat. Aduersarios refert Messala se existimare plures quàm in duplo cecidisse. Quapropter magis extimescebant illi, antequã Cassij seruus nomine Demetrius nocte imminẽte ad Antoniũ venisset. Is enim è cadauere chlamydẽ rapiẽs atque ensem, ad Antonium est profectus: quibus delatis ita confidere cœperunt, vt prima luce copias ad pugnam ducere statuerint. Cæterùm cùm vterque exercitus apud Brutum satis cum periculo fluctuaret, suæ etenim copiæ captiuis onustæ diligentiori præsidio agebãt, Cassiani verò mutationem ducis non facilè ferebant, sed aduersus victores inuidia quadã ac odio flagrabant, milites in armis esse iussit, pugna tamen abstinuit. Captiuorum deinde qui seruĩ fuerant, & in armis suspecti versabantur, occidi iussis liberos à vinculis soluit, inquiens, optare se vt ab hostibus magis caperentur, & apud eos captiui & serui fierent, apud se enim nisi ciues & homines liberos esse non posse. Quam rẽ cùm aspiceret duces & proximos suos molestè ferre, eos occulte taciteq; saluauit, clàm eos è stationibus propipiẽs. Inter hos viri quidam erant Volumnius Mimus, & Saculio histrio captiui, quos cùm Brutus in aliqua sorte non poneret, eos adducentes amici coram Bruto ipso criminabãtur, quòd etiã tunc neq; dicere, neq; carpere contumelioſè abstinerent. Quocirca tacẽte Bruto aliis implicito curis, Messala Coruinus censuit vti eos virgis cæsos nudos traderent hostium ducibus, vt viderent qualium virorum in exercitu egeant, compotatorũ atq; dicaciũ. Publius Casca is quĩ primus Cæsarem percussit, Nõ belle, inquit, defuncto Cassio cum risu iocoq; sacra facimus: tu verò Brute, clarè ostẽderis qualem animum habeas circa collegam ducẽ, si hos punieris mordaces ac contumelioſos viros, aut in vincula detruseris, qui ei maledicere haud cessabant. Ad hæc indignatus Brutus, Quid ergo, inquit, ô Casca, me interrogatis cur non ipsi iuxta libitum facitis vestrum? Hoc responſo captasse visi Bruti mẽtem aduersus miserrimos hos viros, ipsos inde adductos perdidere. Brutus deinde dona promissa militibus trãdidit: moxq; pauca questus quòd nuper pugnæ signum non audissent, quòd vniuersi immoniti atque cõfusi in hostem erupissent, pollicitus ipsis est si victoriam proximæ pugnæ reportarent, duas ciuitates in prædam

liberã sese concessurũ. Thessalonicã & Lacedæmonẽ. Hoc solũ in vita Bruti inter cætera crimina quibus arguitur inexcusabile habetur, licet longè his grauiora præmia militibus suis Antonius atque Cæsar promiserint, Italiam fermè totã, exclusis antiquis habitatoribus ac possessoribus eius, vt ea loca illi, præterea ciuitates integras nihilum sibi per
86 tinentes, acciperent. Sed illis quidẽ dominari ac vincere propositum erat, & hic erat belli ipsorũ finis. Brutum ex sola virtutis gloria neque vincere, neque saluari creditum est, nisi cum bono & æquo. Hæc igitur concessit post excessum Cassij, qui à plerisq; accusabatur, & Brutũ ad iniusta quædã & violenta adduceret. Sed quemadmodũ in naue temone effracto conantur alia ligna figere & iuxta necessitatem operi adaptare, licet malè id possit: sic Brutus in tot & tantis copiis haud nimiùm re fortunata, collegã ducem non habens, qui pari lance responderet, rebus cogebatur præsentibus vti, præterea multa facere ac multa dicere militum suorũ arbitrio. Quare videbatur omnia illa concessurus, quę Cassij milites placatura erãt. Intractabiles enim hi erant in castris, ex amissione ducis asperi & effrænes, ad
87 uersus hostes ex conflictu percepto ignaui ac timidi. Nihil verò melius Antonij ac Cæsaris se res habebant, qui necessario vtebantur (vt aiunt) foro, & ex castrorum concauitate asperrimam hyemẽ expectabant. Paludibus enim impliciti, præterea post pugnam autumnalibus pluuiis copiosi, limo omnia cõtubernia impleuerant, aquaq;, quæ ex frigore in glaciem densabatur. Dum hoc in statu sese vtriq; habent, de clade pelago accepta nuntius in castris Cæsaris refert. Plures enim copiæ militũ, quæ ex Italia Cæsari ducebantur, à nauibus Bruti absumptæ sunt. Horum perpauci hostes effugientes ex fame vela rudentesq; mandentes, superstites tamen fuerunt. Hæc audientes Cęsar & Antonius festinauerunt rem ferro decerni antequã Brutus victoriã
88 præsentiret: eadẽ nanq; die obtigit, vt terrestris pugna cõmissa fuerit atq; naualis. Verùm quodam ex casu magis, quàm ignauia eorũ, qui nauibus præsidebãt, ignorauit Brutus victoriam partam, cùm iam viginti dies abiissent. Non enim pugnam conseruisset secundam, cùm per multum tẽpus res necessarias pro castris reparauisset. Præterea ipse in
loco opportunitate tenebat exercitum, hyemis expers,

pers, nec facilè hostibus inuadendus. Vicisse mari, vicisse etiam continenti, ad spem magnã Bruti dignitatem eleuauisset. Sed cùm res, vt videtur, iam à multis regendæ nõ essent, sed ad monarchiam aspicerent: deus & mutare & abducere cuncta, quæ velit, potens, Bruto fortunam hanc lætam abstulit, licet iam iam ita propinqua foret, vt cum vix latuerit. Ea nanq; die, quæ pugnam præcesserit, fermè sub noctem Clodius quidem spontè è castris hostium ad Brutum
89 venit, nuntians quòd quia sensisset Cæsar classem ab hostibus superatam, pugnare festinat. Quæ cùm dixisset, hic vir fidem nõ habuit, nec ad conspectũ Bruti accessit omnino spretus, seu quòd verum nihil audisset, seu ob gratiam falsa nuntiaret. Verùm in ea nocte dicunt terram illam imaginem Bruto apparuisse, quæ cùm eandem faciem repræsentasset, nihil dixisse, sed mox abiisse dicitur. Publius Volumnius vir philosophus, qui ex initio Bruto commilitauerat, hoc non commemorat signũ: sed aquilã primam apum plenam conspectã fuisse refert, & ex tribunis militaribus quẽdam repentè brachium mira suauitate rosei odoris manãsse ostẽdisse, quod cùm plures absterfissent, nihil defiisse. Duas etiã refert aquilas in medio vtriusq; exercitus spatio ante prælium congressas simul pugnauisse: quas cùm vidissent oẽs
90 in prælium profectas, silentium ambo castra tenuerũt per magnum & incredibile ferme: cessisse tamen aquilam è partibus Bruti profectam, atque fugisse narrat. Præterea Aethiops vulgò sese ostendit, qui apertis castrorum portis aquilam ferenti obuiam factus, à militibus auguria captantibus gladio cæsus est. Brutus acie educta cùm eam ex opposito hostium statuisset, permultum spatium immoratus est. Nam suspiciones multæ & indicia quædam disponenti exercitum à quibusdam præbita. Præterea equites videbat pugnæ initium haud auidè inire, sed continuò operam peditum expectare. Deinde vir quidam bellicosus & hactenus maximè fortitudine sua celebris, iuxta Brutum ex equo descendens defecit ad hostes: Camulatus is vocabatur: quem cùm videret Brutus abeuntem, grauissimè indoluit partim ob iracundiam, partim ob maioris mutationis proditionisq; metum. Circa horam deinde nonam inclinante iam sole, aduersus hostes Brutus mouit castra, qui ea militũ parte, quam ducebat ipse, vicit vrgens sinistrum ho

91 stium cornu quod irruenti sibi cedebat. Equites enim corroborati vnà cum peditatu hostes vi repulere. Alterũ verò cornu ne ambiretur, ducibus ipsum in hostes adducentib. quod numero erat breuius, per mediũ scissum est: vnde inualidius factum aduersariis minimè obstitit, sed primũ aufugit: tum hostes illud feriendo persequuti pertinacissimè Brutum circundederunt. Sed ipse quotquot opera vel imperatoriæ, vel militaris virtutis, & manu & mente in re tam graui atque periculosa tum ostendit. Sed quod priore pugna sibi profuerat, in hac eũ offendit. Tum enim quicunq; ex hostibus victi erant, confestim perditi fuere: præterea è militibus Cassij fugatis pauci cæsi. Qui verò euaserunt antequam conflictus vndique fieret, reliquam exercitus partem tumultus atque timoris repleuerunt. In hoc au-
92 tem prælio præter cæteros M. Catonis filius inter optimos ac generosos iuuenes pugnans defessus haud fugit, siue cessit, sed strenua manu vsus dicens quis esset, & sese à patre denominans, in plurimis cæsorum corporibus cecidit. Ceciderunt & aliorũ fortissimi, Bruti gratia omni periculo sese obiicientes. Inter Bruti domesticos erat vir quidã optimus nomine Lucilius: hic barbaros quosdã equites vidēs in prosequēdo aliorũ nullã rationē habere, sed in solũ Brutum cũ magno impetu ferri, statuit periculo suo quãprimùm se illis obiicere: omissus ergo ab ipsis paucũ, cùm iterum coràm adesset, se inquit Brutũ esse. Crediderunt illi, quoniam orabat is vt ad Antonium seipsum adduceret: nam Cæsarem extimescebat, in Antonio verò spem lætam habebat: cùm illi virum cõplexi, & admiranda quadam felicitate se frui existimantes, nocte iam imminente ad Antonium illũ ducũt, præmittẽtes è suis quosdã qui hęc
93 Antonio nuntiarent. His lætatus Antonius, obuiam fit adducentibus virum: nonnulli etiã aliorũ audientes Brutum viuum haberi, duciq; procurrerunt. Hi fortunæ casum miserabantur, alij dignitatis suæ ipsum arguebant, quòd viuendi cupiditate barbarorũ prędam se fecisset. Cùm appropinquasset, substitit Antonius, mente voluẽs qualiter Brutum recipere opporteret. Lucilius igitur ductus, Antonio
,, pernimiùm fidens, Marcum, inquit, Brutum ô Antoni, ne-
,, mo cepit, absitq; vt ipsum quisquam capiat hostis ne for-
,, tuna tantæ virtutis victrix sit: sed ille aut viuus inuenietur,

aut mortuus, dignè seipso vsus. Ego milites decipiẽs ad te ,,
veni, ob hoc nihil pati abnuens intolerabile. Hæc locutò 94
Lucilio exterritis omnibus, Antonius ad eos qui ipsum ad ,,
duxerant versus: Nempe ô cõmilitones, hunc errorem gra- ,,
uiter fertis, eludi existimãtes, sed scitote meliorẽ vos vena- ,,
tionem adeptos: dum enim hostẽ quæritis, amicũ nobis adducitis. Viuo quidem Bruto per deos ignoro qua in re vterer: his amicis vtinam magis, quàm hostibus potiar. Cùm hæc dixisset Antonius, Luciliũ amplexus, tunc illum cuidã ex familiaribus cõmendauit: postea verò illo in omnia fido atq. diligentissimo cõtinuò vsus est. Cæterùm pertransiens Brutus fluentum quoddã arboribus vndiq; consitũ ac præceps, iam nocte obscura haud multùm processit, sed in loco concauo & permagna petra habente sedens, præsentibus paucis & amicorum & ductorũ exercitus, & primùm ad cælum stellis ornatũ inspiciẽs, duos loquutus est versus, quorum alterum Volumnius scripsit:

Ista louem haud lateant, quiq; horum est causa malorum.

Versum alium se oblitum fuisse cõmemorat. Paulò pòst 95
peracta pugna, Brutus inter comites cæteros amissos quẽlibet nominans, maximè in Flauij atq; Labeonis mentione suspirauit. Erat Labeo ipsius legatus, Flauius opificum præfectus. Interea è proximis quidam sitiẽs, cùm Brutum aspiceret simili auiditate detentũ, galeã accepit, & ad fluuiũ cucurrit. Sed strepitu è parte altera facto, Volumnius speculatum accessit, & cum eo Dardanus scutifer. Hi post paucũ regressi de potu percontantur: ad quæ modestè nimis subridens Brutus, Volumnio, inquit, absorptus est, sed vobis alius afferetur. Idem igitur destinatus fermè cõprehensus ab hostibus saucius vix euasit. Existimanti Bruto
nõ multos in certamine cecidisse, pollicitus est Statilius 96
id per hostes vadentẽ se sciturum. Aliàs enim fas non erat eorũ castra conspicere. Facem accensam igitur hic eleuatum se, si euasos à cæde inueniret, reditu promisso, eò profectus est. Cùm ergo in castra peruentũ esset, faceq; eleuata plurimam horam terente Statilio, inquit Brutus, Si viuit Statilius, veniet. Obtigit autem vt cùm rediret, in hostes incideret, periretq;. Cæterùm nocte procedente, Brutus accubans vt sedentem tulerat casus. Clitum eius familiarem alloquitur. Quo tacente atque illachrymante, Dardanum

num scutiferum ad se ducens, sermonem quendã priuatim cum ipso egit. Tandem Volumniũ ipsum græcè quibusdã orationibus exemplisque cõmonefaciens, orat vt manu ensem vulneri adaptaret, simúlq; impelleret. Sed Volumnius id ab animo Bruti euellere tentauit, cæteriq; haud dissimiliter id conati sunt. Verùm dicente quodam ex primis, ma-
97 nere non oportere, sed fugere: surgens Brutus, Nempe, inquit, fugiendum est non pedibus, sed manibus, deinde dexteram cuilibet superimponens, iucundè nimiùm se lætari inquit gaudio summo, quòd amicorum suorum nemo sibi mentitus erat, fortunã verò patriæ accusare. Se quippe ipsũ magis beatũ existimare, quàm victores suos neque heri tantummodo, neque antè, sed nunc virtutis gloriã relinquentẽ quam nec armis, nec potentia relinquunt illi qui vincunt. Iudicio nanque meo viros iustos iniqui, & optimos pessimi perdunt, & præter leges fásque dominantur. Hinc eos obtestans obsecránsq; vt salutem ipsorum curent, cum duobus illorum aut tribus longius recessit. In his fuit & Strato, in
Brutus seipsum interficit. facultate rhetoricæ quondã domesticus. Hunc Stratonem Brutus apud se constituẽs, ac ensem nudum ambabus manibus super capulo erigens, cuspidi incubuit, vitámq; finiu-
98 nit. Sed aliqui dicunt Stratonem validissimis Bruti precibus oculos aliorsum inuexum, ensem sibi subiecisse, Brutũ verò impetu pectus præbentem viribus propriis vsum quam primũ obiisse. Stratonem hunc Messalla Bruti beneuolus cùm postea Cæsari esset conciliatus in præsentiam egit: lachrymans enim, O Cæsar, inquit, hic est, qui meo Bruto gratias extremas subministrauit: quare Cæsar ipsum suscepit, eúmque in laboribus socium habuit. Deinde in agonibus apud Actium ex optimis Græcis vnum & ipsum duxit. Messalam etiam dicunt postea à Cæsare laudatum, quòd licet in campis Bruti gratia accerrimus hostis sibi fuisset, in Actio tamen promptissimum sese præbuit. Ad quæ & ille respondisse fertur: Ego tibi ô Cæsar, semper melioris atque iustioris partis honorisque fui. Cæterùm Antonius Brutum defunctum inueniens, corpus ipsius in pretiosissima suarum vestium iusit inuolui. Hanc vestem purpuream cùm deinde furto ablatam cognouisset, furem oc-
99 cidit: reliquias verò ad matrem Bruti Seruiliam misit, & vxorem Porciam. Nicolaus philosophus & Valerius Maximus narrant hanc cùm mori statuisset, & nemo amicorum assentiebat, imò diligenti cura id prohibebant, ex igne ardentes prunas arripuisse, atque bibisse, deinde os claudentẽ sic vitam extinxisse. Atqui epistola quædam Bruti inuenitur, aduersus necessarios conquerentis atque lamentantis, quòd ab ipsis Porcia ita neglecta fuisset, vt ex morbo vitam finire magis elegisset. Videtur igitur Nicolaus tempus ignorauisse, postquam & passionem mulieris, & affectum, & modum necis subintelligere prębuit epistola, si epistolam verè Bruti fuisse dicimus.

COMPARATIO DIONIS AD BRVTVM.

HI sitaque hominibus cùm multa bonorum adsint genera, illud quòd inter primates amplissimi minimas per occasiones facti sunt, Dioni pulcherrimum extat. Neminem enim habet, qui vllam rerum ab eo gestarum partem sibi vendicet, sicuti Brutus Cassium: qui vir licet in virtute gloriáue haud similem meruerit existimationem, ad bellum tum audacia & fortitudine, tum etiam gerendo non minora profectò momenta prębuit: quippe cùm nonnulli sint, qui ei totius exordium operis adscribant, & hunc ipsum suscepti contra Cæsarem consilij ducem asserant. Dion verò sicut arma, naues, militarémve potentiam, ita & amicos, & socios, & ad rem peragendã adiutores ipse videtur ab se cõparasse. Nec verò Dion vti Brutus ex bello rebúsque gerendis vllas habuit opes aut potestatem, cæterùm proprias ipse bello facultates attulit, quem exilio commeatum habebat ad liberandorum ciuiũ 101
vsum erogans. Præterea Brutus & Cassius cùm patria eiecti Roma, tutum agere nequierent otium, quinimò capitali damnati crimine à persequentibus peterentur, ad bellum necessariò confugere, & seruanda armis corpora commendantes, pro se magis, quàm ciuibus pericula subire. Dion autem cùm securiorem ac iucundiorem exulans, quàm qui extorrem illum fecerat tyrannus vitam degeret, in tanta discrimina pro Siciliæ salute se vltro coniecit. Haud certè

Syra

Syracusiis atque Romanis par fuit illis vt ab Dionysio, his vtà Cæsare absoluere tur. Ille enim s tyrannum esse non
inficiabatur, & Siciliam infinitis iam referserat malis: Cæsaris verò potentia dum constituebatur quidem, non modi
cas aduersantibus turbas atque molestias præbuit: postquà à victis suscepta est, nomen & opinio duntaxat apparuit.
Nullum ex ea crudele facinus, nullum denique tyrannicum extitit, sed rebus singulari indigentibus principatu,
se clementissimum quasi medicum à numine datum osten
302 dit. Quapropter Romanus continuò populus adeò Cæsarem affectauit, vt infestus & inexorabilis illius fuerit inter
fectoribus. At Dionem vel hinc maximè ciues, quòd è Syracusis euasisse Dionysium siuisset, & prioris sepulchrum ty
ranni funditus non euertisset, incusarunt. In re igitur bellica Diona inculpandum fuisse imperatorem liquet. Rebus
enim quascunque voluit optimè functus est: quę ab aliis in
feliciter gesta sunt recuperans, meliorem in statum consti
tuit. Brutus cùm de summa rei postremò decertaret, neque
prudenter iniisse, neque re postea male gesta rectum com
perisse remedium videtur, & fracto animo spem prorsus ab
iecit: nec quantùm Pompeius ipse contra fortunà audentior iit, & quod maius maiúsque est, ingens sibi spes restabat in armis, & omnem maritimam oram classe victor con
303 stanter obtinebat. Maximum Bruto crimen obiicitur, quòd cùm Cęsaris gratia conseruatus, insuper quoscunque vellet
ex captis conseruasset, eiusque non solùm amicus existimatus, verùmetiam pluribus antepositus foret, ipsius corpus
confoderit. Hoc aduersus Dionem dicere nemo poterit, verùm è contrario. Dionysio nanque amicitia & propinquitate coniunctus, res illius administrabat, vnáque tuebatur.
Patria verò eiectus & in re lacessitus vxoria, bonis insuper
spoliatus, manifestum instituit bellum, iure legitimo indictum. Sanè istuc ipsum primùm, modo se habet oppositio.
Quod enim viris maximam cedit in laudem, odisse scilicet
tyrannos, & exosam malitiam habere, id syncerum purúmve consequutus est Brutus. Nam cum nulla in re Cęsarem
priuatim insimularet, pro communi libertate pericula tanta suscepit. At Dion nisi mala ipsa pertulisset, nullum profecto bellum intulisset, quòd Platonicis declaratur epistolis, quibus perspicuum est eum ab regno non discedentem,

tem, sed reiectum destruxisse Dionysium. Rursus Brutum
cùm hostis Cęsari & aduersarius esset, quid Pompeio etiam
conciliauit, nisi bonum publicum vtilitásque communis, 104
vt qui vnico amoris & odij termino, ipsa videlicet iustitia
vteretur? Dion ad gratiam permulta Dionysio ministrabat, quoniam constans illi permanebat, cæterùm fide sibi
detracta per iracundiam belligerauit. Quocirca nec id vnè
uerfi quidem credidere familiares, eum cùmprimum Dionysium expulisset, regnum sibi minimè stabiliturum, cùm
per mansuetius tyrannide nomę eius subduxisset. De Bruto autem & ipsi dictitabant inimici, solum ex conspiratoribus Cæsaris ab initio vsque in rerum exitum vnicum sibi propisuisse signum, & rectis intendisse studiis, vt solitam
populi Romani rempub. restitueret. Præterea contra Dionysium ac Cæsarem haud simile profectò certamen extitit.
Nam qui Dionysium non flocci fecerit, neminem vel ex
eius æqualibus fuisse constat, quòd plurimùm per ebrieta- 105
tes, aleas, scortáque, temporis exigebat. Ad Cæsaris verò
perniciem mentem adiecisse, nec illius potentiam, vires ac
fortunam expauisse, cuius etiam nomen ipsos Parthorum
& Indorum reges somnum capere non sinebat, id animi na
turà præstantissimi fuit, qui per metum nihil ex propria
summiteret excellentia. Eapropter cumprimùm in Sicilia
conspectus est Dion, non pauca hominum millia contra
Dionysium confluxere, Cæsaris autem vel cadentis gloria
amicos erexit, quíque illius functus est nomine, ex imbecilli porrò adolescente per id adeò in sublime peruectus est:
vt princeps confestim Romanorum factus, aduersum Anto
nij vires & inimicitiam quasi quoddam auxiliare medicamentum fuerit adhibitus. Dicet quispiã: Per ingentia Dion
certamina tyrannum extrusit, Cæsarem Brutus nudum ac
nullis munitum præsidiis interfecit. Hoc ipsum excellen- 106
tis industrię & imperatorię virtutis opus extitit, virum tanta circunseptum potentia, inobseruatum nudúmve deprehendere. Nec enim illum repentè solus aut cum paucis in
uadens occidit, sed illico delegit optimos, aut fidos sibi deligens strenuos effecit, ex quibus eũ nemo fefellit. Dion vero siue malè iudicarit, nefariis sese credidit: siue dum vtitur
tales eos ex bonis effecit: quorum neutrum ad prudentem
certè attinet. Eũ quoq; Plato vehementer increpat, quòd ta-

ies

les sibi delegerit amicos, à quibus in pernicié datus sit. Cęso Dione nullus ei vltor apparuit, Brutum hostis etiam Antonius honorificè sepulturæ mandauit. Cæsar suos illi conseruauit honores. Mediolani nanque cisalpinæ Galliæ vrbe, ærea illius stabat imago. Hanc posteriori tempore Cæsar Bruto perquam similem generosissimè laboratam conspicatus, præteruectus est paululùm, deinde subsistens auscultãtibus multis, cùm principes accersissent, fidi fragam sese illorum ciuitatem deprehendisse dixit, quæ se penes suũ
107 teneret hostem. Initio quidem (vt par erat) inficiabantur, sed que inuicem intuentes, quemnam diceret percontabantur. Conuersus ad statuã Cæsar vultu contracto, Nónne iste, inquit, interdiu hic manet hostis? Maiore rursus stupore perculsi conticuere. Cæsar subridens Gallos collaudauit, quòd amicis & præter fortunas constantes adessent, & vt statua eodem in loco permaneret, imperauit.

Demosthenes.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

1 ISQVI propter equestrem ludis olimpicis partam victoriam, laudibus Alcibiadẽ celebrauit, siue Euripides (sicut obtinet ferè fama) siue alius quispiam fuit, Sosi Senecion. deberi censet illustri primùm patria prognatũ esse quisquis felix vir sit futurus. Ego verò ad genuinam illam, quæ moribus magna parte & animi habitu cõstat, felicitatem cõsequendam, quàm obscura & ignobili patria, quàm deformi pusilláque matre genitus sis, parùm referre puto. Risu quippe dignum fiet, si quis Iulidam, Ceus insulæ non magnæ, perexiguam partem, aut Aeginã, quam Atticus quidam Pyræo, velut oculis mucum eximẽdum censebat, cùm mimos & poetas bonos edidissent, viros bonos absolutáque mente prẽditos & magnanimos da
2 re posse neget. Nam cæteras quidem artes quæcunque difficiliores paulò sunt, & ad gloriam quandam aspirant, vt verisimile sit in obscurioribus istis locis velut languere: vir tus

us certè, quemadmodũ planta generosa, fortisq; & robore suo nixa, quotiescunq; ingenium frugi, & animũ laboris non intolerantem nacta est, vbilibet radices iacit. Itaque si quicquam vel prudentia, vel vsu vitæ ab eo, quod rectũ est, deficiamus, imputare non patriæ tenuitati, sed nobis ipsis decet. Equidem qui historiã non ex vndiq; obuiis, domesticisve, sed peregrinis, atque iis diuersis, & apud alios alioq; passim dissectis coeuntẽ rebus, scribere sit aggressus, huic in primis vrbe præclara, literarum & humanitatis studiosa, modis omnibus sit opus, quò simul & libris omnigenis abundans, & quæcunq; scriptores subterfugêre memoria hominũ luculentiore cum fide seruata, audiens ipse & singula coràm disquirens, conficere historiam partibus
3 omnibus absolutam possit. Nobis verò & vrbs parua habitatur, quæ vt ne minor fiat libenter istic commoramur. Et Romæ iam olim & in Italia cùm essemus, negotiorum publicorum, hominumq; propter philosophiæ studia subinde ad nos commeantiũ turba præpediti, Latinũ sermonem negligebamus, quem serò nunc & prouectiorem sub ætatẽ condiscere cœpi. Accidit q; miranda quidem, sed vera tamen nobis res. Equidem non tam ex verbis cognoscere percipereq; subiecta negotia, quàm ex rebus iam olim auditis, verba latina consequi docti suetiq; quomodocunque sumus. Elegantiam verò & acumen linguæ Romanæ, tum nominũ translationes, & compositionem, cæteraq; quibus oratio gaudet, iudicare posse vt pulchrũ & non iniucundũ, sic exercitatione & studio persequi haud opportunũ nobis
4 duco, sed iis quibus ætatis & otij ad eam contentionẽ plus abundat. Quapropter de Demosthene & Cicerone in hoc quinto huius operis libro scripturi, ex ipsorum gestis, & reipublicæ administratione, ingenium vtriusq; & mores inter sese conferemus. Vter verò dicendo suauior, superiorve sit, dicere nunc quidem supersedeamus. Nam illic quoq;, quẽadmodum Ion inquit, Delphini in terra vis est, quàm Cæcilius homo in cæteris omnibus multus & temperans malè, parum reputans, edere Demosthenis & Ciceronis inter se comparationem fuit ausus. Verùm enimuerò illud quod dicitur, Teipsum nosce, si cuiusq; sit, haud meritò oraculi loco celebraretur. Demosthenem verò & Ciceronem cùm iam olim eundem fingeret deus, multas in

Universidad de Deusto Biblioteca

eorũ ingenia similes res inseruisse videtur: quale est,quòd ambitiosus,quòd ciuis dicendo liber, quòd ad pericula & bella fortis parũ vterq; fuit. Multa cõmunia sunt etiã fortunæ. Nam duos ego rhetores alios haud inuenio, qui ex obscuris paruisq; facti sint tanti,qui tyrannis se & regibus obiecerint,filias amiserint,patria sua exularint,reuerti sint cum honore,rursus fugitãtes in aduersariorũ peruenerint manus,qui vnà cum patriæ libertate sint extincti. Quòd si natura fortunaq; viri vtriusq; sic, quemadmodum artifices quidam,inter se contendant,difficilè iudicatu sit, magisne moribus hæc,an illa gestis eos rebus,similiores reddiderit.

Genus. Demosthenis pater Demosthenes (vt Theopõpus historicus tradit) in primis honestus ac prob⁹ vir fuit:cognomina tus est autẽ Machęropœus, ab officina gladiorũ,quã Athenis egregiã multisq; artificibus seruis instructam habebat.

6 Quæ verò de matre eius dixit Aeschines, ex Gylone quodam ob proditionem ex Athenis pulso, & barbara muliere natam fuisse,ea nescimus vtrũ ad veritatem, vel ad falsam calumniam orator obiecerit. Relictus autem à patre septennis abũdante patrimonio (parum enim aberat à quindecim talentis)tutoribus malè administrantibus,cùm partim subriperent eius bona,partim negligerent,nec præceptoribus pueri salariũ persoluere curarent, non solùm in patrimonio cladẽ accepit, verum etiã liberalibus artibus quemadmodum decebat imbui non potuit. Accedebat ad

Facultates.

Corpus imbecillum.

hæc imbecillitas corporis,quã vera mater,ipsum onerari laboribus non permittebat: nec pædagogi cogere,ac vim afferre audebant. Erat enim ab initio tenui valetudine, & ex hoc Batali cognomentum. quod aduersarij in eius contumeliam frequenter vsurpabant, à pueris illi inditum est.

7 Fuit autem Batalus tibicinis nomen, in quẽ ob infractũ ac distortum corpus Antiphanes poeta versus perscripsit. Alij poetam lasciuorũ carminum fuisse Batalum tradunt. Videtur insuper quædam ex his corporis partibus quæ honestè nominari nõ possunt,tunc apud Atticos Batalus appellata. Argas verò(nam hoc etiã cognomentũ fuisse Demostheni traditur) aut ex feritate morum illi inditum est, quòd anguem nonnulli poetę Argam appellant: vel ex duritia sermonis, perquam non medio criter auditores obtundebat. Est enim Argas nomen latoris legum malarum quidem ac

Nomina à corporis vitijs indita, Batalus, Argas.

duratum. Ad oratoriam verò facultatem per hunc modum applicuisse animũ Demosthenes traditur. Callistrato oratore causam Oropi acturo,permagna erat hominum expectatio, cùm propter oratoris famam tunc maximè florentem,tum propter iudicium rei per id tempus satis vulgatę. Cùm itaq; magistri & pædagogi affore statuissent, postulauit Demosthenes à pædagogo suo vt vnà secum duceretur. Ille habens cum publicis ministris qui iudicia aperiebant familiaritatem , locum facilè obtinuit, in quo puer clàm collocatus sedens audiret. Cumq; ea die Callistratus egregiè orasset, magnamq; præbuisset admirationem sui, gloriam eius Demosthenes adamauit, vtpote quẽ videbat magna hominum multitudine comitante, inter ingentes applausus magnis cũ laudibus domũ reduci. Admirabatur itaq; illum Demosthenes, sed multò magis orationis vim potestatemq; admirabatur, ob quam omnia perficiac mitigari posse cernebat. Quare omissis cæteris disciplinis,ad id vnũ se ipsum comparauit atq; exercuit,vt dicendi facultatem nanciscereturet. Et ad eam quidem rem præceptorem habuit Isæum: quanquam floreret tunc maximè Isocrates, siue vt quidam aiunt,mercedem propterea quòd orphanus esset,præstare Isocrati non valens (erat enim pretiũ decem minarum) siue quod Isæi sermonem vt efficaciorẽ cautioremq; magis probauit. Hermippus tamen scribit se in commentaria quædã sine authore incidisse, in quibus scriptum erat, Demosthenem fuisse auditorẽ Platonis, magnamque exinde vtilitatẽ ad dicendũ suscepisse. Refert etiam Ctesibium apud Calliam Syracusanũ & quosdam alios dixisse, Isocratis & Alcidamantis artes clàm habuisse Demosthenem,ac didicisse. Vt igitur per ætatẽ licuit, tutoribus suis diem dixit, multaq; in eos variè subterfugientes,& cõtrouersias iudicatas referre conãtes,scribens,& se in his rebus studio,quẽadmodum Thucydides inquit,exercẽs, tandem non sine periculo & industria superauit. A quibus quanquam exigere quantùm sibi subreptum erat non potuit, tamen id aliequutus est,vt audaciam in dicendo & consuetudinem nactus,* gustata causarũ orandarum dulcedine, famæ ac potentiæ, statuerit prodire in medium , & ad reipublicæ certamina se conferre. Et quemadmodum Orchomenium Laomedonta scribunt ob vitandum splenis morbum

Quomodo ad oratoriã animũ applicuerit.

Duces studij qui.

Ingenijsse cimen sub prima iuuenta, & occasio sorensis eloquentiæ.

γενεάμενος δὲ περὶ τὰς ἀγῶνας φιλοτιμίας καὶ δυνάμεως.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exercitatio ptinax aduersus nõ satis opportunam naturam.

bum ex consilio medicorum longissimis cursibus vti consuesse, atq; exinde habitum currendi, nactũ, post recuperatam valetudinẽ certaminibus intendisse, cæteros q; velocitate currendi superasse: sic Demosthenem euenit, primò necessitate recuperandi patrimonij ad dicendũ venisse, atque ex hoc peritiã nacto in reip. curriculis tanquã certaminibus quibusdam cæteros anteisse. Atq; ab initio populũ alloquens turbas strepitumq; concionum ferre non poterat, spernebaturq; ab auditoribus, quòd eius oratio confusa circuitionibus & superfluis argumentis elaborata videbatur. Voce præterea & lingua spirituque laborabat, ob quæ non mediocriter turbabatur oratio, nec mens eius intelligi poterat. Cùm itaq; desperatione quadam harũ rerum mœrens in Pyræum secessisset, increpitus est vehementer à Thrasio Euuomo tunc admodũ sene, quòd cùm eius sermo persimilis esset Pericli, seipsum proderet ob ignauiam atq; secordiam, nec strepitus concionũ perferre auderet, neq; corpus ad certamina prepararet, sed mollitie quadã animi seipsum abiiceret. Rursus igitur orare aggressus, cùm apud populum concidisset, & confusus domum abiret, assequutus est eum Satyrus histrio, apud qué cùm de suo casu (erat enim illi cum Demosthene familiaritas) grauiter quereretur, quòd sibi maximè omnium diligentiam tempusque adhibenti, & quasi omnes vires corporis in eo studio cõsumẽti, soli euenire vt apud populum nullam in dicendo gratiam assequeretur: nautis crapulantibus & indoctis hominibus aures & silentium à populo præstari, se verò reiici ac repelli: pollicitus est illi Satyrus, si modò aliqua sibi Euripidis aut Sophoclis carmina pronũtiare vellet, se medicinam adhibiturum. Quod cùm Demostheni placeret, & faceret, sic vocem eius & actionem Satyrus emẽdauit, formauitq;, vt non prior Demosthenes, sed alter videretur. Intelligens ergo quantùm gratiæ & ornatus pronuntiatio apta loquutioni afferret, subterraneum locum, qui vsque ad nostram extat ætatem, sibi ædificauit, in quem per dies singulos descendens gestum ac motum corporis fingebat, vocemque exercitabat. Sæpe etiam duos vel tres menses continuos domi inclusus nõ cessabat, abrasa parte capitis, vt exeundi facultatem sibi ipsi præriperet. Sermones insuper, negotia foris agitata ad studium referebat: confestim liquidem do-

Quo monitore genus dicẽdi pæanũ in optimum, item quo actionem ingratã in suauissimã cõmutarit.

Studũ & exercitatio incredibilis.

mum rediens & in locum subterraneum descendens, res ipsas recitabat, & rationes cur ita fecisset adiungebat. Sermones etiã in quos fortuna incidisset, recolligens seipsum, in sententias & periodos reducebat omnigenis correctionibus, & renouando quæcunq; vel ipsius ad alios, vel aliorum ad ipsum dicta extabant. Atq; ex hoc putatus est non multùm natura & ingenio, sed labore & exercitatione valere. Huius rei signum videbatur, quòd non facilè reperiebatur, qui Demosthenem ex tẽpore dicentẽ audisset, quem etiam sæpe à populo nomine compellatum, cùm sederet in concione, assurgere noluisse constabat, nisi rem de qua dicturus erat iam antea cogitasset. Quod & alij quidam tunc clari viri irridebant, & Pytheas aliquando inquit, Demosthenis enthymemata lucernam olere. Et huic quidem non sine amara cauillatione Demosthenes respondens: Quia non eorundem tibi & mihi, inquit, lucerna conscia est. Aliis verò nõ penitus inficiabatur, sed nec omnino scripta, nec omnino non scripta ab se dici asseuerabat, quanquam popularem hominẽ esse debere dicẽdi studium indicabat. Gratia enim placendi & inseruiendi populo eloquentiam comparari. Negligere autem studium eloquentiæ, eorum esse qui dominari populo quærunt. Non enim suadendo, sed cogendo per vim operam dare. Timidum autem fuisse Demosthenem in dicendo ex tẽpore, illo quoq; probatur, quòd Demades orator sæpe ex tempore assurgens Demosthenis indigenti opitulatus est, Demosthenes autem illi nunquam. Quomodo igitur (dicet quispiam) Aeschines audacissimum in dicendo fuisse Demosthenem affirmat? Quomodo Pythoni Byzantio aduersus Athẽnienses inuecto solus respondit? Quomodo aduersus Lamachum Myrhenæum laudes Alexandri & Philippi quas scripserat Olympiæ recitantem, & in eis multa contra Thebanos & Olynthios dicentem, assurgens, & quanta bona Thebani & Chalcidenses Græciæ fecissent ex historia & probationibus ostendens, & contrà, quàm multorum malorum causa fuissent assentatores Macedonibus blandientes subiungens, sic tandem audientes commouit, vt Lamachus ipse ob timorem clàm aufugeret? Sed videtur hic vir modum Periclis in hac parte imitatus, non faciliter, nec de omni re ad dicendum prosiluisse: sed maturitatẽ quandam,

13 *Ingeniõsus plus, an do ctrina valuerit, dubiũ fuisse.*

14

15 *Cautus in dicendo, id circo timidus habitus.*

vt authoritatē tueretur, obseruasse, & ob hoc non temerè fortunæ & tēpori existimationē suā cōmittere voluisse. Nam audaciæ quidem plus habuit quàm scripta eius ostendāt, vt Eratosthenes & Demetrius Phalereus, & comici quidam probare videntur: quorum Eratosthenes tradit ipsum in dicendo nonnunquā veluti furore quodā correptum debacchatum fuisse: Demetrius autem quodam loco immane illud iusiurandum iurasse dicit, Per terrā, per fontes, per amnes, per vndas fluentes. Comicorum verò alius ῥηματοπάπταν, quasi dicas, verba velut fasciculos voluentem ipsum nominat. Alius antitheta cauillans sic, Recepit vt accepit: quòd hoc verbo admodum vsus sit frequēter. Nisi forte ad orationem pro Haloneso Antiphanes alluſit, in qua non capiendam, sed recipiendā esse à Philippo Halonesum suadebat. Omnes sui temporis oratores, sine controuersia superauit, præter vnū Demadem, quem naturali ingenio fretū insuperabilem fuisse, & præstitisse Demosthenī omnes fatebantur, cuius dicēdo curam & apparatū, ille extemporali dictione referebat. Aristo Chius in historia retulit, quod dam Theophrasti iudiciū de oratoribus. Dicit enim Theophrastum rogatum qualis sibi orator Demosthenes videretur, respondisse, dignū ciuitate Athenarū sibi videri. Subinde qualis Demades interrogatum, respōdisse, supra Athenas. Idē philosophus scribit Polyeuctū Sphettium vnū ex his, qui tunc in repub. versabantur, solitum esse dicere, maximum fuisse oratorem Demosthenem, sed plurimā vim in dicendo Phocionem habuisse, multas enim sententias paucis verbis complecti solitum. Quinetiam ipsum Demosthenem quoties assurgebat Phocion ab eo dissentiens, familiaribus dicere consuesse, dictorū ab se securim assurgere. Hoc tamen incertum est, vtrum ad vim dicendi, vel ad integritatem vitæ & authoritatem Phocionis Demosthenes referebat: plerunq; enim probatus vir, & fidē apud populū habens, vno verbo vel nutu longas aliorum orationes superat. Aduersus impedimenta quibus laborasse Demosthenem suprà diximus, hæc (vt Phalereus Demetrius scribit) remedia adhibuit. Refert enim se à Demosthene ipso iam sene audiuisse, hæsitantiā linguæ coniectis in os lapillis emendasse, vocem autem currendo & scandendo interpronuntiandū exercuisse, dum orationes versusq; continuo

16 *Grandiloquētia, & quiddā Oratione tumidum superbumq;.*

17 *Quos dicē do reformidauerit.*

18 *Naturæ vitia vt emē darit, vbi labor & industria significatur.*

nuo densoq; spiritu proferret: habuisse domi magnum speculum, ad quod seipsum videns gestum formaret. Dicitur confugienti ad se cuidam narrantiq; plagas accepisse, cùm patrocinium eius imploraret, respōdisse, Atenim ex his, quæ tu narras, nihil perpessus es. Cùm verò ille altiori voce, & indignatione quadam clamaret, Nihil ego passus? Tū Demosthenes, Vocem, inquit, audio iniuriam passi: putauit enim ad fidem faciendam plurimùm attinere, si quamplurimùm vocem intendisset. Et multitudini quidē eius pronuntiatio vehementer placebat, politioribus autē homini bus figmentum quoddam leue ingenerosumq; videbatur, ex quorum numero Demetrius Phalereus est. Refert Hermippus, cùm esset quæsitum ab Aesione, de superioribus oratoribus, & qui suæ ætatis fuissent, quid ipse sentiret: dixisse, admirabilem in illis ornatum maiestatemq; dicendi cùm ad populum loquerentur fuisse, scripta tamen Demosthenis multùm cæteris antecellere. Quanquam verò ex lectione orationū suarum durus quidem & austerus Demosthenes videatur, tamen & ioco nonnunquam vsus est: velu ti aduersus Demadem, cùm ille dixisset, Me Demosthenes sus Mineruā: At ista, inquit, Minerua nuper in adulterio deprehensa fuit. Rursus aduersum quendam Ferreū nomine, qui de furto suspectus erat, cùm ille vigilias & lucubrationes Demosthenis in iurgio carperet, Scio, inquit Demosthenes, tibi molestum fuisse, quòd ego lucernā per noctē habuerim. Vos autem viri Athenienses, nolite iam admirari plurima furta in hac vrbe cōmitti, cùm fures quidem ferreos, parietes verò luteos habemus. Sed hæc, licet plura in hoc genere possemus referre, omittamus. Reliquos autē eius mores ex rebus gestis contemplemur. Contulit se ad rempub. sub tempus Phocensis belli, vt & ipse dicit, & ex Philippicis orationibus deprehendi potest, quarum aliæ illis iam rebus transactis natæ sunt, aliæ verò scilicet vetustiores proximè ea negotia attingunt. Cōstat autē duos supra XXX natū annos fuisse quando Midiā accusauit, quo tempore nec potentiā, nec authoritatem aliquam in rep. habebat: idq;, vt credo, veritus, pecunia accepta ab accusatione destitit. Neque enim benignitate aut magnitudine animi iniuriam contempsit, cùm esset pertinax & pronus ad vlciscendum, sed cùm videret non esse potentiæ

19 *Pronuntiatio plurib. non satis approbata*

Ioci.

20 *Ad remp. quando ac cesserit.*

Notam ex causa Midiana excusat.

21

tiæ suæ virum diuitiis, eloquentia & amicorum copia suffultum euertere, concessit mediatorum precibus. Nam pecunia illa quam ob deserendam causam accepit, nō mihi satis valuisse videtur ad acerbitatem eius obtundēdam, si superare posse credidisset. Nactus autem in repub. materiam vberem & honestam pro Græcorū libertate aduersus Philippum, & in ea præclarè decertans, confestim nomē & gloriam assequutus est. Nec solùm vt disertus, verumetiam vt fortis vir suspiciebatur, vt admiraretur ipsum Græcia, obseruaret Persarum rex, plurimus apud Philippum sermo esset, confiterentur aduersarij sibi aduersus præclarum virum esse certamē. Talia enim Aeschines & Hyperides de illo dixerunt. Iraque discernere equidem non valeo, qua ratione motus scribat Theopompus, mutabilis & inconstantis animi Demosthenē fuisse, nec eisdē rebus, neq; eisdem hominibus satis longum tempus vti potuisse: cōstat enim quas reipub. partes ab initio suscepit, in eis vsque ad finem constantissimè perseuerasse, nec solùm in vita nō mutatū, sed ipsam vitam ne mutaretur abiecisse. Non enim vt Demades, qui mutationem suā in repub. excusans, dixit se sibi quidē ipsi contraria sæpe dixisse, reipub. autem nunquam. Nec vt Menalopus, qui aduersus Callistratū rem gerēs, sæpe victus pecunia dicere solebat ad populum: Vir sanè inimicus est mihi, tamē reipub. vincat vtilitas. Sed vt Nicodemus Messenius, qui Cassandro prius fauens, deinde cū Demetrio sentiēs, nō inquit se cōtraria dicere, sed idē semper, victoribus scilicet parēre, vtilius esse: sic Demosthenī licet dicere. Nō enim verbum nec actionē vnquā deflexit, sed in vno atque eodē limite vsque ad finem perseuerauit. Panætius philosophus ostēdit ex Demosthenis orationibus plerásque ita esse scriptas, quasi sola honestas per seipsam sit expetenda, vt contra Aeschinem pro Ctesiphonte, vt cōtra Aristocratem, vt de immunitate aduersus Leptinem, vt in Philippicis quibusdam, in quibus omnibus non ad voluptatem, aut vtilitatem ciues hortatur, sed vbique securitati & saluti honestatem & gloriam anteponit. Quòd si generosirati eius in dicendo, & proposito in republica, virtus bellica & incorrupta actio respōdisset, non cū Mirocle & Polyeucto & Hyperide, sed cū Cimone & Thucydide & Pericle foret meritò collocādus. Nā Phocio quidem

22 *Constantia contra sententiam Theopompi.*

Non omnino incorrupta vita fuit, quam.

dem vnus ex iis qui tēporibus Demosthenis fuit, licet non probatā reip. partem sequutus, sed ad Macedones inclinari visus, tamen per fortitudinem ac iustitiam nihilo inferior habitus est Ephialte, aut Cimone, aut Aristide. Sed Demosthenes ipse nec bello fortis (vt Demetrius ait) nec aduersus corruptelas pecuniarū omnino purus erat: sed à Philippo quidē nō accipiebat, à rege aūt Persarū accipiebat. Itaq; laudare maiorū facta poterat, sed nequaquā imitari, cùm oratores quidē sui tēporis, vno Phocione excepto, non solùm eloquentia, sed vita quoq; superauerit. Videtur autem Demosthenes magna semper fiducia in concionibus fretus, libertatem reprehendendi maximè omniū exercuisse. Scribit verò Theopōpus, iussisse aliquando Athenienses em populū Demosthenī, vt quendā accusaret, at illū recusasse. Vt ergo aduersus eū reclamatio populi, quemadmodū cōsueuit, facta est, surrexit Demosthenes, & inquit: Vos me viri Athenienses, consultorem habetis etiā inuiti, calumniatorem verò nec si velitis quidem. Præcipui potentatus eius actio in rep. fuit, cùm Antiphontē à populo dimissum ipse persequutus cepit, & consilio Areopagi iudicandum tradidit. Nec veritus est, quòd populū in hoc offenderet, sed ipsum conuincens promisisse Philippo naualia incensurum, summo supplicio vt afficeretur obtinuit. Theorida etiā vatidicā fœminam tum alia multa cōmittentem, tum seruos ad fallendum iustituentem accusauit, & multauit morte. Dicitur orationem illam, qua Apollodorus contra Timotheū vsus eum debiti cōuicit, Demosthenē scripsisse quēadmodū alias Orationes Phormioni & Stephano sub. ministrauit. Pro quibus meritò infamiā subiit, cùm veluti ex gladiatoria taberna vendere pugiones, quibus se inuicē confoderent aduersarij, visus sit. De publicis quoq; orationibus illa, quæ est in Androtionem, item quæ in Timocratem & in Aristocratem, aliis sunt scriptæ. Ipse nōdum per id tempus ad remp. se contulerat. Videtur enim XXVII. aut XXVIII. suæ ætatis anno orationes edidisse. Nam quæ est aduersus Aristogitonē, ipse orauit, & quæ est aduersus Leptinē de immunitate. Ad quā actionē descēdit gratia Ctesippi Chabriæ filij, vt ipse idem affirmat, matre pueri (vt quidā tradunt) sibi desponsata. Non tamen eam vxorē habuit, sed cuidā Samiæ se cōiunxit, vt Demetrius Magne-

24 *quam oratio plenum philosophū præ se ferret.*

Libertas dicendi.

25

Authoritatis in repub. exemplum.

Orationes quæ falsò ipsius nomine circūferunt.

sius in synonymis scribit. Nam oratio illa, quæ est contra Aeschinem falsæ legationis, incertum est an orata vnquam fuerit: quãquam asserat Idomeneus, triginta solùm suffragiis exceptis, absolutum fuisse Aeschinem. Sed non videtur id verùm, vt ex vtriusq; orationibus in causa Ctesiphõtis scriptis coniectari licet, in quibus nulla mentio huius
27 iudicij neq; clarè, neq; obscurè habita est. Sed hæc alij sollertius diiudicabunt. Propositum autem Demosthenis in
Rursum de constantia in Rep. remp. etiã in pace perspicax erat omnibus Philippi conatibus præcipuè aduersari: cuncta enim eius cœpta patefaciés ac regarduens, mentes Athenienſiũ in regem accendebat. Quare apud Philippũ magnus erat de Demosthene sermo: & quando vnus ex decẽ legatis in Macedoniã peruenit, licet singulos audiret Philippus, tamẽ maiori cũ apparatu, & diligẽtia Demostheni respõdit. In aliis autẽ honoribus nõ similiter eũ prætulit, sed & Aeschinẽ & Philocratẽ magis cõplexus est. Itaq; laudãtibus postea illis Philippũ, vt eloquentissimũ & pulcherrimũ, ac festiuũ & promptũ ad potum, coactus est Demosthenes cauillari, & partim sophistę, partim mulieris, partim spõgiæ huiusmodi laudes essent,
28 imperatoris verò nulla in eis esset cõmendatio. Sed cùm ad bellũ res inclinasset, Philippo quiescere nequeunte, Atheniẽsibus verò per Demosthenẽ irritatis, primò in Eubœã per tyrannos Philippo summissam Atheniẽses concitauit, quò illi transeũtes Macedones expulerunt. Deinde Byzãtiis & Perinthiis à Macedonibus per id tempus lacessitis auxiliũ ferre persuasit, obliterata memoria eorũ, quæ bello sociali vtraq; ciuitas gesserat. Post hæc ipse legatus abiens monendo & cohortãdo oẽs fermẽ græcas ciuitates in Philippũ conuertit, vt foret numerus copiarũ peditũ quidẽ quindecim, equitũ verò duorũ milliũ, absq; vrbanis copiis, tum stipendiorum conducto militi satis. Vbi quemadmodum Theophrastus scribit, cùm socij tributi summam definiri postulassent, Creobulus belli dux respondit, bellũ
29 mensurari non posse. Erecta igitur Græcia ad futurum belli exitum, Eubœa, Achaia, Corintho, Megaris, Leucadia Corcyra simul confœderatis, maximum restabat Demosthenis opus Thebanorũ scilicet aggregatio ad communẽ societatem. Habebant enim Thebani regionem Atticæ vicinam, & gloria militari maximè omnium Græcorum per id

id tẽpus florebant. Cæterùm difficile videbatur Thebanos in Philippũ cõcitare posse, deuinctos ob eius recẽs beneficiũ Phocensi bello acceptũ: accedebat vicinitas quę (vt fit) cõtẽtiones & simultates inter ciuitates pepererat. Sed licet his difficultatibus obsistentibus, tamen cùm Philippus ob ea, quæ circa Amphissam prosperè gesserat elatus, subitò Elatiam inuasit, trepidantibus Athenienſibus, nec vllo suggestum ascẽdere audente, surrexit Demosthenes, & ad Thebanos conuertendos animos persuasit. Deinde ipse cũ quibusdã aliis legatus ad Thebanos missus est. Misit etiã Philippus, vt Marsyas inquit, & Amytã & Clearchũ Macedones, Daochũ & Thessalũ, & Thrasydæũ contra Demosthenem apud Thebanos conaturos. Et vtilitas quidẽ nõ latebat Thebanos, sed belli incõmoda ante oculos versabãtur recentibus adhuc Phocensiũ vulneribus. Sed oratoris vis (vt inquit Theopõpus) iram mitigans, & mentes accendẽs ad honestatẽ & gloriã animos traduxit: cęteris verò respectibus tanquã tenebras infudit. Itaq; illi velut furore quodã correpti post Demosthenẽ properarunt. Tantùm verò momenti hoc præclarũ oratoris factũ rebus attulit, vt confestim caduceatorẽ miserit Philippus ad pacẽ deposcendã. Nec solùm duces belli Demostheni parebant, sed & magistratus Thebanorũ eius iussu non minus, quàm Athenis cõciones administrabant. Amabatur enim apud vtroſq;, & plurimùm poterat, nec immeritò, neq; indignè, vt Theopõpus ostendit. Verũ fortuna aliqua, vt videtur, libertati Græcorũ finẽ imponens, Demosthenis consiliis aduersabatur, multaq; erant signa futuri euentus, inter quæ respõsa Apollinis, & Sibyllina carmina circunferebãtur vetusta, pugnã apud Thermodontem prædicentia:

Dij faxint, ne Thermodontia prælia spectem,
Ni celsa librer nube volans aquila.

Fertur autẽ Thermodõ esse fluuiolus quidã apud nos in Chæronea fluẽs in Cephisum amnẽ: sed nos hodie nullũ habemus fluuiũ ita voeitatũ. Credimus tamẽ cõiectura quadã Hemona apud antiquos Thermodontẽ appellatũ fuisse, fluit enim iuxta Heraclium, vbi tunc Græci castrametati sunt. Coniectamur autem, quòd ex illa pugna sanguine, & cadaueribus repletus fuerit, appellationem commu-

Vis dictẽdi mirabilis & gloriosa.

31 *Inclinationem fortunæ longius repetitã in fatũ reiicit*

32

tasse:

tasse. Duris verò tradit non esse fluuium Thermodontem, sed cùm tentorium quoddam in castris figeretur, repertam fuisse statuam lapideam paruam cum subscriptione Thermodontis, tenentē Amazonem vulneratā: quapropter aliud etiam oraculum sic pugnam ad Thermodontem canit:

Heus in Thermodonte mane nunc prælia cornę,
Suppetet et humani corporis esca tibi.

Hæc itaq; vt se habeant perscrutari difficile est. Demosthenes Græcorū armis ac tanta & tam prompta virorum potē tia cōfisus, nec mentem adhiberi oraculis, neque vaticinia exaudiri permisit, memorans Epaminūdā & Periclem illa semper formidinis, & ignauiæ velamenta putasse: & hucus
33 que vir fuit egregius. Sed cū ad pugnā deuentū est, oblitus eorū ad quæ cæteros animabat, turpiter abiectis armis statim aufugit, nec veritus est superscriptionem clypei (vt inquit Pytheas) in quo literis aureis inscripserat, ἀγαθῇ τύχῃ, id est bona fortuna. Philippus igitur victoria elatus, & in cadauera cæsorum vinolentus illludēs, cecinit principium decreti Demosthenis, in pedes diuidens hoc modo: Demosthenes Demosthenis Pæanius sic inquit. Sed paulò pòst ad se reuersus, & magnitudinē periculi per quod vno tēpore de imperio simul ac deuita certare coactus fuerat, contemplatus, oratoris vim potestatémq; per quā ad tātū discrimen cōpulsus erat, perhorruit. Penetrauerat huius belli fama vsque ad Persarū regē, scripserátque ille ad Satrapas, vt pecunias Demosthenī traderent, eiáque parerent, vt Macedonem
34 coercere à græcis turbationibus valeret. Hæc postea deprehensa sunt in epistolis, quas apud Susas Alexander inuenit, in quibus etiā modus pecuniarū Demostheni tradendarū erat expressus. Tunc ergo accepta prælij clade, oratores qui per contrariā factionē Demostheni aduersabantur, in eū assurgentes, alius alio modo in iudiciū traxerunt, à quibus populus non solū ipsum absoluit, sed etiā in honore præcipuo habuit. Itaque cū ossa illorū, qui in prælio ceciderāt, ex Chęronea delata tumularentur, cōmissum est Demosthenī, vt publica oratione eos laudaret. Populus enim rem non graui ter ferebat, quemadmodū multis, & tragicè propemodū Theopompus scribit, sed ad hęc ducem consilij honorando ornandóque, satis declarauit, consilij belliq; suscepti non
35 dum se pœnituisse. Orationē igitur Demosthenes quidem dixit,

Fuga turpis.

dixit, sed decretum publicum, quod parum auspicatum genium fortunámque suam putaret, nullum ipse nisi per amicos edidit, tātisper dum animum mortuo iam Philippo recepit. Mortuus est autem Philippus non multùm post victoriam in Chæronea habitam, & hoc significauisse oraculum videtur vltimo illo carmine cùm dixit,

Flet victus, victor interiit.

Cognita Demosthenes Philippi morte, cùm populum prę occupare vellet, lętus in senatum venit, per somnum se vidisse afirmans maximū quoddam bonum Athenienſibus futurū: nec multò pòst aderant Philippi interitum nuntiātes. Statim ergo sacra diis ob ea que feliciter nuntiabantur fecerūt, & Pausaniæ corona decreta. Processit verò & Demosthenes corona & splendida veste, septimo die post interitū
36 filiæ, vt inquit Aeschines, eius duritiem & odium natorum accusans: ipse videlicet ingenerosus & mollis, si humanitatis & amoris indicia fletus & lamentationes esse putabat, leuiter autem & indolenter ferre improbabat. Ego autem ob interitum regis ita moderatè victoria freti coronādum aut immolandum nunquam censerem. Nam & odibile & ingenerosum est, quem viuum colueris & ciuem effeceris, ab alio necatum esse immoderatè lætari & exultare, quasi absque facinore perpetrato. Quòd tamen relictis domesticis lachrymis, quę reipub: vtilia erant Demosthenes fecerit, commendo, & magni animi esse iudico, semper ad rem p. respicientis, & postponentis domestica, dum dignitatem tueri, q̄ histriones, reges & tyrannos repræsentantes imitari mauult, quos nec flere, nec ridere inter ludos ex arbitrio suo videmus, sed tum cùm vel argumentum, vel comœdia iusserit. Præterea si eos, qui in dolore ferendo animū abiiciunt non despicere decet, sed rationibus contra dolorem
37 iuuare, & animum illorum cogitatione meliorum aliqua confirmare, & velut oculis laborantes aciem à lucidis & repercutientibus visum coloribus, in viridem aut molliorem aliquem intendere iubere: vnde quæso consolatio rectius ducatur, q̄ si laborantis patriæ malis suis permiscendo, melioribus rebus deteriorū sensum aboleamus? Hæc diximus ideo digressi paululùm, quia inflecti quosdam commouerię ad miserationem Aeschinis verbis videamus. Ciuitates Græciæ post mortem Philippi Demosthene authore rur-

Ciuitatū Græciæ conspiratio.

sus

sus conspirauere. Thebani præsidium regis aggressi multos necauerunt. Athenienses ad ferendum Thebanis auxi-
38 lium se prępararunt. Demosthenes suggestũ tenebat, & cuncta ex illius decretis agebantur. Scripsit etiam præfectis regis Persarum qui in Asia erant, vt bellum aduersus Alexandrum mouerent, puerum & imbecillem appellãs. Sed cùm Alexander cum exercitu in Bœotiam venisset, fractis Atheniensium animis, & Demosthenis ardore extincto, Thebani ab Athenienſibus deserti, & per seipsos pugnare coacti, vrbem amiserunt. Magno inde Athenis timore exorto, missus est Demosthenes vnà cum aliis quibusdam legatis ad Alexandrum: qui cùm Cithęronem adusque profectus esset reuoluens secum Alexandri iram, & eum formidans, deserta legatione retrocessit. Sed Alexãder statim misit ad ciues deposcendos decem, vt Idomeneus & Duris tradunt: vt autẽ alij plurimi scriptores, octo oratores, Demosthenem, Poly-
39 euctum, Ephialtem, Lycurgum, Miroclem, Demona, Callisthenem, Charidemum. Quo in tempore ferunt eam fabulam, quæ est de lupis, & ouibus & canibus Demosthenem retulisse, ciues qui cum eo postulabantur canibus pro populo certantibus, Alexandrum verò lupo assimilans: Prętera, Vt mercatores, inquit, videmus signa circunferentes modica tritici paropside magnos venundare aceruos, sic in tradẽdis, qui petuntur ciuibus, vosipsos traditis. Hæc Aristobolus Casandreus scribit. Cõsultantibus ergo Athenienſibus, nec quò se verterent scientibus, Demades pactus mercedẽ quinque talentorum, legationem pro illis ad regem suscepit, ausus id, quòd vel eius amicitiæ fideret, vel ꝙ plenũ iam illum, cædéq;, tanquam leonẽ, saturũ se inuenturũ sperabat. Qui tandem & apud regem quod petebat obtinuit, & ei ciuitatem reconciliauit. Abeunte igitur Alexandro, Dema-
40 des ac cæteri Alexandri amici plurimùm Athenis poterãt, Demosthenis potentiã omnino suppressa: quanquam haud multò pòst, Agide Spartiata res nouas moliente motus aliquis Athenis fuerit: sed statim refrixit, Athenienſibus operam minimè nauantibus, Agide oppresso, & Spartiatis confractis. Per id tempus agitata est contra Ctesiphontem accusatio: fuerat enim dies dicta sub Cheronda prætore paruum ante Chæronicam pugnam. Iudicata est autem causa post annos decem, prętore Aristophonte. Hoc est iudicium illud

illud famosum, vt nullum aliud ex publicis, cùm propter oratorum excellentiã, tum propter iudicum magnanimitatem, qui accusatoribus Demosthenis per id tẽpus in repub. maximè potentib. nequaquã gratificati sũt: sed ita pręclarè absoluerunt, vt quintã calculorũ partẽ Aeschines nõ ferret. Aeschines ergo in exiliũ eiectus circa Rhodũ & Ioniãrhetoricam docuit. Nec multò pòst Harpalus Alexandrum ex 41
cõscientia rerũ malè administratarum, & ex ira regis quacontra amicos desæuire conspexerat, fugiens ex Asia Athenas peruenit. Qui cũ ad populũ se contulisset, & cũ nauib. & pecuniis eorũ arbitrio summitteret, alij oratores ad pecunias respicientes aduocati Harpalo erãt, suadebantq; populo, vt supplicẽ reciperet, tutareturq;. At Demosthenes primò repellendũ esse hominẽ, & cauendũ ne pereũ bellũ susciterẽt ex minimè iusta causa suadebat. Paucis verò pòst diebus cũ pecunię & vasa inspicerẽtur, videns eũ Harpalus opere barbari cuiusdã vasculi delectatũ, formámq; & artificiũ diligẽtissimè contemplantẽ, iussit vt vas appẽderetur. Admiran-
te verò Demosthene pondus auri, & quantùm traheret postulante, arridens Harpalus, Talẽta, inquit, viginti tibi trahet, atque ita noctu vas cum XX talentis Demosthenicl. 42
mittit. Erat Harpalus (vt videtur) callidus hominis auri cupidi per oculorum motum mentem dignoscere: non enim restitit Demosthenes, sed largitione percussus, quasi arcem prodens, Harpalo concesit. Itaque cùm postea de recipiendo Harpalo agitaretur, lana & vittis collum circunfarciens, in concionem processit: iussúsque dicere renuit, quasi Gulæ morbo loqui impediretur. At viri vrbani, qui aderant, rem intelligentes, ridebant, non gulæ morbo, sed auri per noctem constrictum vocem perdidisse Demosthenem clamitantes. Ob eam corruptelam paulò post apud populum patefactam, cùm nec excusationem Demosthenis susciperent, nec dicentem audire vellent, sed summa cum indignatione tumultuarentur, surgens quidam in illum cauillans, Quid, inquit, viri Athenienses, eum qui vasculum habet, non audietis? Statim igitur Harpalum 43
expulerunt. Veriti autem ne ratio pecuniarum aboratorib. acceptarũ à ciuitate reposceretur, inquisitionem habuerũt diligentem, perscrutati ędes cunctorum, preterquam vnius Callicles Arrhenidæ. Huius enim, quòd nuper vxorem du-

xerat,

xerat,non permiserunt Athenienses,vt Theopõpus scribit, domum in qua noua erat nupta perquiri. Sed Demosthenes obuiam incedẽs ad populũ tulit, vt consilium Areopagitarũ de ea re cognosceret:à quibus cùm ipse in primis condemnatus quinquaginta talentis,&in carcerem ductus esset,partim iudicij grauitate,partim imbecillitate corporis, cùm carcerẽ ferre nequiret,clàm aufugit, aliis quidem id ignorantibus,aliis autẽ latendi facultatẽ illi offerẽtibus. Et dicitur illa fuga cùm non longè ab vrbe esset, viderétq;aliquos aduersæ factionis homines post se currentes,occultare primò se voluisse:deinde vt illi benignè appellantes viaticũ offerebant, consolabantúrq; , ingemuit ille magis,& inquit: Quomodo fieri potest,vt nõ grauiter ferã hãc ciuitatem relinquere,in qua inimici tales sunt, quales in alia reperire amicos difficile est? Tulit autem exiliũ grauiter, in Aegina & Trœzene moram trahens.& ad Atticam cum lachrymis respiciens,vocésq; emittens ingenerosas. Ferunt etiã dum fugeret respexisse ad arcẽ,ac dixisse: O Pallas vrbiũ custos, cur tribus infestissimis bestiis delectaris,noctua, dracone, & populo? Adolescentes etiã se adeuntes monere solebat,ne ad remp.se cõferrẽt,affirmãs,si duæ essent viæ ab initio propositæ,vna quæ ad remp.altera quę ad interitum apertè ferret,essẽtq; manifesta illa,quę gerentes respub.subire oportet,formidines,inuidias,odia, calumnias,simultates,contentiones,certamina,illam potius electuros esse homines,quæ ad interitum ferret. Eo exulante obiit Alexãder,cuius cognita morte,rursus ciuitates Græciæ cõspirauerunt , Antipatro in Lamia vrbe à Leosthene fortiter obsesso. Pytheas igitur orator , & Callimedon ex Athenis profugi Antipatro adhæserũt,& cum amicis & legatis eius circumeuntes ciuitates id fide continere a nitebantur. Demosthenes verò legatos Athenienſium, qui cõtrà mittrebantur sequutus, eos iuuabat,suadens vbiq; insurgendũesse aduersus Macedones,eorúmq; dominatũ depellendum. Et in Arcadia quidem etiã iũrgium quoddã inter Pytheã & Demosthenẽ fuisse scribit Phalereus,illo pro Macedonibus,hoc pro Græcis in cõcione dicẽte. Quo in loco cùm Pytheas dixisset,vt domũ in quã venale lac importatur,malũ aliquod habere putamus:sic ciuitatẽ necesse est morbosam esse,in quã Athenien sium inerat legatio. Retorsit Demosthenes id exemplum, quod

Remp.non ad eundã adolescentibus Demosthenes suadebat.

quo & lac venale pro sanitate ægrotantium importaretur, & Athenienses pro salute ciuitatũ adessent. Quæ cùm Athenis renuntiata fuissent,adeò grata fuerunt, vt statim ipsum ab exilio reuocarent. Demon Pæanius Demosthenis nepos de eius reductione ad populum tulit, populúsque sciuit, missáque est nauis vna longa in Aeginam illum aduectura. Profecti obuiam magistratus, & sacerdotes cuncti ciues etiam alij lætè susceptũ gregatim exiuerunt. Qua die scribit Demetrius Magnesius Demosthenem sæpius tetendisse manus ad cælum, quòd præclarior,quàm Alcibiadi, sibi reditus in patriam fuerit persuasis ciuibus, non coactis. Multam verò aduersus eum inflictam(neque enim remittere illam licebat) in aram Iouis conuertendã statuerunt. Consueti siquidem in festo Iouis Seruatoris pecuniã pro ornanda ara conferre, ad hoc perficiendum quinquaginta talenta Demosthenis statuerunt, quę erat pœna damnationis suæ. Non tamen multum tempus patria fretus est, sed haud multò post reditum, rebus Græciæ confractis, Maio quidẽ mẽse pugnatum est apud Cranonem, Iunio autem præsidium acceperũt. Iulio deinde mortem obiit Demosthenes in hũc modum. Cùm nuntiatum esset Antipatrum , & Craterum Athenas aduẽtare, Demosthenes & qui cum illo sentiebãt, vrbe profugerunt : populus autem authore Demade , capitis eos condẽnauit. Quibus variè dispersis, missi ab Antipatro satellites eos persequuti sunt. Princeps satellitum erat Archias quidam Phygodotheras dictus:hunc verò Thuriũ nomine fuisse fama est, actorem tragœdiarum, cuius discipulus fuisse traditur Paulus ille Aegineta,qui cęteros omnes histriones superauit. Hermippus autẽ Lacriti rhetoris discipulum fuisse Archiam dicit: Demetrius verò Anaximenis familiarem fuisse tradit. Hic ergo Archias Hyperidem oratorem, & Aristonicum Marathonium & Himeræũ Demetrij Phalerei fratrem, qui in Aeginam ad Aeaci tẽplum confugerant, per vim detractos in Cleonas misit,ibique ab Antipatro necati sunt , Hyperidis insuper lingua euulsa. Inde cùm audisset Demosthenem in Calabriam ad templũ Neptuni confugisse , nauigans illuc cum satellitibus suis (Thraces hi erat) templum ingressus est , ac primò suadere Demosthenis cœpit,vt vnà secũ ad Antipatrũ pergeret, nihil molestũ ab illo perpessurus. Demosthenes ea nocte per quie

tem visus erat cum Archia tragœdiis in theatro certare, & cùm illum superasset tamẽ defectu apparatus ab illo vinci.

49 Itaq; Archiam tunc multa humaniter locutũ intuens, Nihil est Archia, inquit, quòd coneris: nec enim in scena mihi vnquam placuisti mimus, neque nunc persuadebis legatus. Cúmque Archias hæc audiens se per vim detracturum esse diceret, Tandem, inquit, Macedonica oracula aperuisti, nam prius quidẽ tanquam histrio simulabas. Verùm agè, parumper expecta dum pauca domesticis scribo. Hæc fatus in interiorem tẽpli partem concessit, captoque libro quasi scribere vellet, calamũ ori admouit, ac mordicus tenuit, vt in cogitando scribendóq; facere consueuerat: quod vbi per aliquod spatium fecisset, demum veste se tegẽs caput inclinauit. Satellites, qui pro foribus adstabant hæc intuẽtes, velut timidũ ac vecordem Demosthenẽ irridebant. Sed Archias ipsum adiens, vt assurgeret cohortabatur, repetens illa prius ab se dicta, fore scilicet, vt Antipatro humanissimè susciperetur. Iam Demosthenes senserat vim veneni vitalibus implicitam, itaque aperiens caput Archiámque prospiciens, Non præuertes me, inquit, Creontem illum agens, & hoc corpus insepultum abiicies. Ego autem Neptune, viuus adhuc ex tuo sacrario excitor, Antipater autem & Macedones ne templum quidem tuum inuiolatũ reliquerunt. Hæc fatus, vt se caperent iussit. Iam tremor ac vacillatio cõspicua erat, víxque dum ara detractus cecidit, suspiránsque emisit animã. Venenum ex calamo illo, quem mordicus tenuisse suprà diximus, sumpsisse Aristo tradit. Pappus verò quidam, cuius historia Hermippus repetit, inquit, cùm apud aram cecidisset Demosthenes, repertũ fuisse in libro, quem manibus tenuerat, principium epistolæ in hunc modum, Demosthenes Antipatro: nec quicquam amplius. De celeritate autem mortis narrasse satellites illos, qui pro foribus steterunt, venenum è panniculo quodam in manum acceptum ori admouisse, & bibisse, cùm hi aurum esse quod bibebat putarent. Ancilla verò quę sibi ministrabat, dixit longum tempus id venenũ Demosthenem secum habuisse, velut præseruantem medicinã, si quid accidisset. Eratosthenes in circulo quodã cõcauo quẽ circa brachium ferebat, venenũ seruasse dicit. Tradunt & alij aliter, quorum opiniones (multi enim sunt scriptores) nõ est necessarium

50 ἤδη τὸν ἀρχιῶδίαν ὑποκρινόμενον κρίνεται.

Fortiter obit.

rium referre, nisi quòd Demochares Demosthenis familiaris non putat veneno interisse, sed deorum beneuolentia ex Macedonum sæuitia ereptũ subito ac facili genere mortis. Obiit XV die mensis Iulij, quam omnium mœstissimam agentes diem inter sacra Cereris ieiunant mulieres. Huic paulò pòst honorem reddens Athenienſis populus, statuam, vtque maximus natu sui generis publicè stipendia haberet, decreuerunt. Adscriptũ est statuę epigrãma illud vulgatum: 52

Hic si quàm recta, tam forti mente fuisset,
Haud te Mars Macedo, Græcia capta ferat.

Nam qui hoc ab ipso Demosthene in Calabria scriptum volunt, tum cùm venenũ accepit, nugas agunt: paulò enim antequam Athenas venimus nos, accidisse huiusmodi quid dam fertur. Miles quidam in ius ab imperatore suo vocatus, aurum omne, quod habebat, in manus eius statuę occultauit (habet enim implicitis digitis complectentes sese manus.) Est autem iuxtà platanus parua, vnde cùm foliorum multùm, siue vento, siue forte fortuna defluxisset, iis aurum ille istic abditum contexit. Latuit autem haud diu: nam cùm quispiam istuc ascendens aurum inuenisset, & sparsa iam rei fama, homines industrij argumentum epigrammati lepidum nacti, in integritatem viri versibus decertarunt. Demadem haud sanè multum tempus gloria fretum, Demosthenis iudicium in Macedoniam traxit, quibus turpiter adulabatur ab eisdem iustè supplicio affectus. Inuentę sunt literę eius, in quibus Perdicam ad cappessendam Macedoniam seruandamque Græciam hortabatur, à putrido ac vetusto filo (hoc enim de Antipatro aiebat) pendentem. Ob quæ, Dinarcho Corinthio accusante, irritatus Cassander, in eius complexu filium trucidauit, deinde ipsum necari iussit, maximis calamitatibus expertum, proditores in vendẽda patria seipsos prius venundare, quod sæpe prædicenti Demosthenì credere noluerat. Demosthenis igitur vitam Sosi, habes ex iis quæ vel legimus, vel accepimus. 53

M. T. Cicero.

ACHILLE PHILEROTE BOCHIO BONONIEN. INTERP.

1  TCICERONIS matrē fuisse locupletem, & splendidam vitam egisse ferunt. De patre nihil certum proditū est. Sunt, qui dicant eum in taberna quadam fullonaria genitum, & ibidē ad virilem vsque ætatem educatum. Alij genus eius vsque ad Tullium Appium refe

Nomen. runt, clarum Volscorum regem. Qui primus gentis huius Cicero dictus est, & tanta laudum celebritate polluit, vt eius deinde posteros ab eo cognominari Ciceriones non puduerit, imò id cognomen auidè complexi sint, dignus memoratu fuisse videtur, licet hoc à nonullis ludibriū quoddā videretur. Est enim cicer, vnde id deductū est nomē, quædā leguminū species. Nā Cicero primus, à quo gētis huius origo funditur, hoc cognomē sumpsisse traditur, eò q; in postrema parte nasi eminēs quiddā obtusum in modū ciceris habuit. 2 Cæterū hic Cicero de quo nunc agitur, cū primas dignitates reipublicę cœpisset attingere, & à beneuolis suis crederetur id cognomen aut omnino euitaturus, aut in aliud transumpturus, iuuenili quadam audacia dixisse traditur, se certaturū splendidius Scauris atq; Catulis Ciceronis nomē efficere. Siciliæ quæstor cùm argentū quiddā diis obtulisset, post priora duo nomina Marcū atq; Tullium, quę iam insculpta erāt, pro tertio iocosè iussit opificem cicer incidere. Hæc de ipsius cognomine apud historicos tradūtur. In lucem editum eum memorant nullo puerperij dolore, nullisque vteri materni angustiis, tertio Cal. Ian. qua die nunc primores vrbis pro salute sui principis, hostiarum

Diuinū te stimoniū. litatione publica vota suscipiunt. Eius nutrici spectrū quoddam visum ferunt atq; locutum, eam vniuersæ reipub. ingens commodum alere. Quod cùm vanum quoddam somnium videretur, extemplo ille ad ætatem erudiendi prouectus, verum fuisse portentum ostendit. Nam ingenio cæteros præueniens pueros, incredibile nomen adeptus. Vnde non

nonnulli suorū sodaliū genitores ea permoti fama, scholas ac ludi præceptorem adibant, vt fas ipsis esset Ciceronem oculis intueri, fidemq; acutissimi eius ingenij atque disciplinæ captare. Alij rustici magis, indocti magis, iracūdè suos obiurgabant liberos, cùm honoris loco eos aspicerent per vrbis vicos Ciceronem medium intra se tenere. Natus ergo tali ingenio Cicero, quale fingit Plato artium liberaliū capacissimum, ad nullum literarum genus ineptus, ad poeticam fluxit promptior. Eius adhuc pueri, paruum licet, seruatur opus Pontius Glaucus, tetrametro versu conditum.

Admiratio pueri, etiānum, *Prōptitudo ingenij.* *Poeta.*

Procedente deinde ætate adeò ornatus se his curis inseruit, vt non solùm orator, sed Romanorum omnium poeta optimus iudicatus sit. Verùm rhetoricæ gloria ipsi nūc vsq; seruatur, cùm in dicendi præceptis & eloquentiæ copia eius instituto nō parum eluxerit. Poetica autem, quoniam supererant nonnulli clarissimi ingenij viri, qui excellētissimè in ea flouerunt, omnino obscura & ignobilis periit. Puerili cōsuetudine transacta Philonē, Academicū, quē Romani inter primos Clitomachi familiares ob ipsius eruditionē egregiam celebrarunt, & ob humanitatem iucundissimam eni xè coluerunt, conueniebat: tum pariter ordinis senatorij populares ac optimates eos viros, qui cōsuetudine Mutij frue bantur, à quibus institutis legibusque vrbis instructus est. Bello Marsico sub Sylla tempus quoddam stipēdia egit: sed mox animaduertens ciuium suorum seditiones, ex quibus rempub. in ingētem monarchiam ruiturā nouerat ad quie tum otium literarum sese cōtulit. His simul curis eruditos quosdam Græcos viros priuatim adhibuit, cum quibus vnà erat: nec prius hunc viuendi morem dimisit, quàm victor Sylla fuisset, & in statum quendam vrbs rediisse videretur. Sub hac tempestate, Chrysogonus libertus sub hasta Syllæ, bona cuiusdam, qui ex proscriptione cæsus videbatur, duobus millibus drachmarum emit: quod cùm Roscius filius & defuncti hæres grauiter ferret, & ducētorum & quinquaginta talentorum eadem esse probasset, redargutus Sylla, ægréq; commotus, subornato accusatore Chrysogono, parricidij Roscium postulauit. Aderat nemo qui defenderet Roscium, auertebantúrque omnes, quisque Syllæ odium timēs. Nudus ergo patrocinio Roscius ad Ciceronē confugit. Beneuoli tūc omnes ad suscipiēdam hanc causam

In philosophia præceptor quis. *A repub. quatenus & quādo abstinuit, & id tempus quomodo collocarit.*

hortabantur, velut aliàs nihil aptius nihilque commodius
6 ad primũ ſplendorem ſui nominis eſſet inuenturus. Suſce
Difficilem cauſam cũ laude ſuſti nuit. pto itaque Roſcij patrocinio, victoriam cum ſumma laude
nactus eſt. Verùm Syllam tantiſper extimeſcẽs in Græciam
proficiſcitur, vulgò ſimulãs, quòd ad rem curandã malæ va
letudinis, vrbem egredi compelleretur: & quippe ſtomachi
cruditate, viribus exiguis fuit, & macilentus parciſsimo ci
bo, eóque plerunque viſcoſo in horam etiã productioré v-
ſus eſt. Vox ipſius multa ac bona, ſed aſpera ac incompta,
cùm eius ſermo vehemẽtiam & affectum haberet: ea ad ſu-
periores expulſa tonos præbebat, vt præcordiis timeretur.
Athenas vt attigit, facilitate ſimul, & mira linguæ ſuauita
te Anthiochi Aſcalonitæ allectus, eius auditor fuit, licet ea
quæ ille circa præcepta nouiter agitabat haud probaret. Iã
enim nouã Academiã exierat Anthiochus, & Carneadis ſec-
tã reliquerat, permot⁹ ſiue actibus, ſiue ſenſibus, aut (vt qui
dã tradũt) ambitione vbi diſſentione quadã aduerſus Clito
machi atque Philonis ſectatores: mutatus enim Anthiochus
7 Stoicã rationẽ aſſerebat in plurimis. Sed & Ciceroni place
bãt illa, illíſque plurimùm hærebat, magis etiam medita-
tus, ſi omnino à publicis negotiis eiiceretur, huc ex vrbe ac
foro trãſlatus, in quieto philoſophiæ otio viuere. Poſt hæc
cùm exercitatus gymnaſijs, & iam ad valetudinem lætam
deueniſſet, vocémq; & auditui ſuauem, & ad habitũ corpo-
ris accõmodatam ſatis effeciſſet & firmam, mors Syllæ ſibi
nuntiata eſt. Igitur cùm adeſſent ab vrbe beneuolorum ſuo
Rurſum ad rẽpub. quo pacto redierit, rum literæ, quæ eum ad ineunda negotia reipub. excita-
bant, præterea cùm ipſum idẽ admoneret Anthiochus, ite-
rum velut organum quoddã oratorias artes, quibus potẽ-
tiam reip. agitaret, perpolire magnopere curauit. Tãtiſper
ergo nauigat, primúmque apud Aſiam clarorum oratorum
Xenoclis Adramyteni, Dionyſíq; Magneſij & Menippi Ca
rij conſuetudine vſus eſt. Deinde apud Rhodũ ad Apollo
8 nium Molonis clariſsimum oratorem, & Poſidionum illu-
ſtrem philoſophũ ſe contulit. Hîc traditur Apolloniũ, cùm
latinæ linguæ expers eſſet rogaſſe Ciceronem, vt græcè de-
clamaret: quod Cicero quaſi exiſtimaret hinc emendatior
fieri, libens cõplexus eſt. Cùm itaque declamauiſſet, cęteri
in ſtuporem adducti, de laudibus Ciceronis intra ſeſe cer-
tabant: ſed Apollonium ferunt iam primum ex admiratione

ne ingenti in tantã mentis cõfuſionem prolapſum, vt illum
orantem nec intelligere poſſet, & facto dicendi fine, ſecum
meditãtem diu tacitum ſediſſe. Inde verò prorumpente Ci
cerone ſilentium, dixiſſe memorant: Te nempe Cicero, &
laudo, & admiror: ſed Græcorum fortunæ me miſeret, cùm
videam eruditionem & eloquentiam, quæ ſola bonorũ no-
bis relicta erãt, per te Romã acceſsiſſe. Cicero igitur ſpei 9
plenus, ad curas reipub. pronus ferebatur, ni eius impetus
diuino quodam oraculo retardatus obtuſúsque eſſet. Nam
cùm Delphis rogaſſet Apollinem, quid acturus gloria ſplẽ
didiſsimus poſſet fieri, reſpõſum tulit, vt naturam ſuæ vitæ
ducem non multorum opinionem ageret. Quamobrem ho *Ad otiũ ſe cõtulit, vn de negligi cœptus.*
rum memor, primùm reditus ſui tempus cõſultò duxit, pi-
gréque publicis dignitatibus, velut eas quodammodo in
contemptum haberet, ingerebatur, Græcum & otioſum ſe
audiens appellari: quæ verba in ore rudium opificum de eo
er ebro faciléq; diuulgabãtur. Honorum tamẽ deſiderio eũ
naturâ flagraret, à genitore ſimul amicíſq; omnibus incita
tus forẽſibus cauſis ſeſe obtulit, in quibus nõ paulatim ad ſũ
ma peruenit, ſed extẽplo gloria clarus emicuit, nõ parum à
cæteris differens, qui tum in foro obuerſarentur. Fertur 10
& hunc primùm in pronuntiatione nõ minus, quàm Demo *Pronuntia-tio non ſa-tis apta.*
ſthenem laboraſſe: vnde omni cura & Roſcium comicũ &
Aeſopum tragœdum obſeruaſſe traditur. Hunc Aeſopũ me
morant, cùm in theatro aliquando repræſentaſſet Atreum
conſultantem de ſupplicio Thyeſtis, ex ingenti dolore mẽ
tis impotẽ, quendam ex miniſtris, quòd ipſe non obſeruato
tẽpore, celerius aduentaſſet, ſceptro percuſsiſſe, interfeciſ-
ſeque. Non parua deinde licentia perſuaſionis ex pronun-
tiatione Ciceroni fuit. Aduerſus oratores magno clamore
vti ſolitos, hoc ſchemate vſus eſt, quòd penuria virium in
clamores, veluti claudi ex debilitate membrorũ equis inſi-
liũt. Eius ingenij agilitas in eiſdẽ ſchematibus, iocíſq; pri *In iocando nimius. Quintil.*
mò facetũ dulcẽq; eũ præſtitit: inde nimis inſoléter hisvtẽs,
pleroſq; acriter offendit, & in opinionẽ aſtus ac verſutiæ ea 11
vrbanitas verſa eſt. Præfectus annonæ cùm eſſet, ſorti- *In magiſtratu.*
túsque Siciliam in miſsione frumẽti, quam apud vrbem a-
gere coactuſerat, pleriſq; Siculis moleſtus grauiſq; primùm
fuit: ſed mox eius cũ integritatẽ, beneuolẽtiã ac humanita
tẽ experti forẽt, eum, velut neminem ex aliis ducibus ſuis,

honore summo dignati sunt. Sub idem tempus nonnulli ex insigni Romanorum iuuentute claris parẽtibus nati, rei ad prætoré Siciliæ relegati sunt, quòd in militia molles, quòdque malè seruassent aciem: qui cùm vocarẽtur ad iudicium, patrocinij sui operam præbuit his Cicero, votóque potitus est. Igitur iis magis elatus Romam rediens, in rem quãdam ridiculam incidit. In Campania enim cùm viro cuidam, claro, quem sibi beneuolum putabat, obuiam fuisset, eũ rogitat, quæ ratio de rebus à se gestis Romæ haberetur, & quid ciues de se sentirent, veluti qui factorum suorum gloria to-
12 tam vrbem impleuisset. Sed ad hæc ille: Vbi, inquit, Cicero, tempus hoc egisti? Tunc verò perterrefactus Cicero est, quòd in vrbem, tanquam in vastum pelagus, sermo rerum à se gestarum ingressus nihil ad splendorem nominis sui attulisset. Vnde posthac eadem secum reputans, non parum ab honoris cupiditate repressus est, velut ad infinitum & inaccessibilem quendam terminum, pro gloria sibi certandum foret. Sed nihilominus laudum suarum lætitia, & vrgentissimus nominis illustrandi, in omne tempus perseuerauit, sæpiúsque in ea re ita immoderatus fuit, vt de recta sua ratione pleroſque terreret. Quamobrem enixius ad rempub. ver

Immensa laudis cupiditate dili gentius aã

sus est: in qua cura cũ turpe existimaret opifices, qui instrumenta ac vasa inanimata tractarẽt, vllius ciuis siue nomen,
13 siue villas, siue facultatẽ ignorat: eum verò, per quem ciuiles actiones agendæ essent, eorundem inscium esse ac negligentem. solertem operam his impendit: vnde non solùm appellationes ciuiũ sibi domesticas fecit, verùm loca vbi quisque ex notis ac familiaribus suis diuerteret, quos posſideret fundos, quorum amicitia frueretur, quósque vicinos haberet, optimè didicit. Quare facillimum ipsi fuit omnem Italiam peruaganti vicinorum suorum agros ac diuersoria dicere, monstraréque. Vim opum paruam licet, sed sumptibus suis cùm satis cõcinnam haberet, admirationi est habitus, quòd neque mercedes, neque nummorum quicquam in actionibus forensibus caperet, túmq; maximè cùm Siculorum causam egit in Verrem. Hunc Verrem, qui cùm Siciliæ prætor esset, plurima infanda per insulam omnẽ perpetrasset, non dicendo conuicit, nouum ipse cõmentus iudicij genus: ob gratiã enim Verris cùm iudices ambagibus suis diu dictionem causę protraxissent, quòd manifestum foret ad eam di-

rẽ publicã animum adiecit.

Facultates

cendam

cendam id non sufficere tempus, sic quoq; illum integrum abiturum: stans Cicero, Non orationibus, inquit, opus est: 14
sed productis in medium testibus probatísq;, iussit iudices sententiam ferre. Memorantur multa iocosa in hac causa obtigisse. Verrem Romani suem incastratum vocant. Liber tinus quidam Cæcilius nomine, qui cũ Iudæorũ cultu senti re ferebatur, quicquam Verrẽ criminari studẽs, per medios Siculos locum sibi quærebat ad iudices. Circa tribunal asta bant illi, suæ causæ soliciti. Quare cùm id perspiceret Cicero, versus, Quid Iudæo cõmune est, inquit, cum Verre? Erat Verri filius, qui notam tulerat formæ suæ minus liberaliter prostitutæ. Cùm itaque Cicero contumeliosè à Verre mollitiei argueretur, Cũ filiis domi intus, inquit, tractãda sunt. Orator Hortensius rectè defendere Verrem non ausus, quò tandem multæ interesset mercedis loco Sphinga tulit eburneam. Congruum ergo huic muneri à Cicerone scõma pertulit. Nam cùm ille fortè dixisset, se ad hæc ænigmata sol 15
uenda inexpertũ esse: Atqui mirum, cùm teneas domi Sphinga. Sic ergo damnatus Verres est Ciceronis iussu septingentis & quinquaginta millibus sestertiis. Ob quod Cicero nõ expers calumniæ fuit, quòd largitione corruptus eam mulctam tam parui æstimasset: nihil tamen minus gratias sibi egerũt Siculi, & ei ędili multa ex insula miserunt tulerũtq;, quorũ in rem suam nihil ipse cõuertit, sed tantùm eorum liberalitate abusus est, quãtùm faciliori sumptu apud forum res venalis exponeretur. Possedit Arpini villam, & quidem amœnam, agrúmq; iuxta Neapolim, itémq; fundũ in Pompeianis, nec hos longè amplos. Ex dotibus Terentiæ vxoris suæ centum & viginti sestertiis auctus est. Hæreditatem prę terea quandam denariorum nonaginta milliũ his accumulauit, quibus omnibus liberalem simul atque honestam vitam cum his Græcis ac ciuibus suis agebat, quos eadem stu- 16
diorum desideria sibi copulauerant. Aliquando, perrarò licet, ante occasum solis in cubiculum se recipere solitus est, non tam vacationis causa, quàm mala stomachi valetudine. Circa cęteras corporis curas solers ac morosior habitus est, vnde frication ibus & deambulatione numeratorum passuum vti solitus est. His rudimentis ipse sui corporis habi- *Corporis cultus.*
tum ita roborauit, vt ad multa magnáque certamina se validum reddidisset. Domum quam e patrocinio habuit, fra-

Nulli Romanorum principũ gratia inferior.

tri concesit. Ipse iuxta palatium habitauit, ne qui eum salutatum irent, longitudine viæ grauarentur. Quotquot enim diebus non pauciores limen eius adibant, quàm qui ex diuitiis Crassum salutabant, seu ex potẽtia militari Pompeium, qui duo tum omnium erant maximi, & in admiratione ciuium habebantur. Atqui & ipse Pompeius Ciceronem salutatum ibat. Nanq; ad ipsius potentiam atq; gloriam, publica Ciceronis administratio nõ parum auxilij tulit. Cùm præturæ multi ac maximæ dignitatis viri Ciceroni competitores essent, ipse longè omnibus prælatus prætor designatus est. Neq; in eo magistratu parum splendidũ atq; integrum nomẽ gessit: quippe Licinius Macer vir & potentia sua, & fauoribus Crassi potens, reus peculatus apud Ciceronem actus est. His ergo studiis magnitudinis suæ fisus, & simul iudicibus quos inter se dissentire cõpererat, domum se recepit, & confestim mentum abrasit, atq; velut superior in causa euasisset, nitida stola amictus redit in forum. Inter hoc ãpud prætoriũ occurrit ei Crassus, ac nuntiat, vt ille omnibus sententiis iudicum damnatus esset: quo accepto Licinius ingenti dolore oppressus, occubuit redieus, móxque ægra nece consumptus. Quamobrem per totam vrbẽ hic rumor delatus, diligentiam ac integritatẽ Ciceronis in iudiciis rectè seruandis passim effudit. In qua re, nec illud etiam frustra. Vatinius, qui guttur maculosum habebat, in patrociniis suis asperi quodammodo fuit ingenij, præterea etiam cõtemnere iudices solitus. Igitur cùm hic aliqua postulasset à Cicerone, nec illi Cicero concessisset, sed per moram illa secum volutaret, dixissẽtq; ille, Nequaquã ego de his ambigerem Cicero, si prętor essem: ad eum Cicero, Atqui Vatini respondit, tantũ guttur ego non habeo. Eodem in magistratu cùm Ciceroni bina aut amplius tertia dies superesset, quidam Manilium repetundarũ reum apud Ciceronẽ postulauit. Hic Manilius plebis animos sibi cõciliauerat, quòd ob Pompeium accusari creditus est: erat enim Põpeio amicitia iunctus. Cùm igitur Manilius ad dicẽdam causam legitimum dierum tempus exposceret, eam vnicam diem, quæ ad ministrationi suæ supererat, Cicero præstitit: quapropter cùm id grauissimum plebi esset (nam mos erat prætorum reis non pauciores decem diebus dare) tribuni apud sese ob noxium Ciceronem citant. Tum Cicero, vt se audirent de-

pro

precatus, Omnibus, inquit, reis quantùm mihi à legibus permissum est, semper humanus cleménsque fui, vnde turpe exi-
stimaram eadem quæ cæteris Manilio non præbuisse: cuius
diei potestatem prætor habui, eam rectè Manilio constitui.
Ad alium quippe prætorem causam reiicere, viri nõ est qui
studeat reo opitulari. His ergo dictis mirum in modum mutauit animos plebis. Tribuni plurimas gratias cũ egissent, eum rogant, patronus Manilij defensionem vt assumeret: quod Cicero nonnihil etiam ob absentem Pompeium gratè suscepit, ex quo patres missos agens, enixè plebem asseruit aduersus paucos eos ciues, apud quos rerum summa verebatur, qui inuidia Pompeij æstuabant. Ad consulatum tamen non minus ab his optimis, quàm ab omni plebe sublatus, ob discrimen ingens, quod hinc imminere reipub. compererant. Cùm enim res vrbis, quæ sub Sylla mutatę fuerãt, primò desperarentur vt perditæ, deinde partim consuetudine, partim lapsu temporis quandam formam status assumpsisse viderentur, fuere qui non publico commodo, sed priuatis affectibus ea subuertere molirentur. Pompeius tum apud Pontum & Armenios exercitum ductabat, vnde Romę ad tumultus sedandos copiæ ferme nullæ. Hi principem sui facinoris habebant virum audacia summa, magnis inhiantem, moribus varium, L. Catilinã, qui præter cætera nefanda scelera, quibus obuolutus erat, hactenus infamiam criménque tulerat, quòd filiæ virgini se commiscuisset, & cæde fratrem oppressisset: cuius rei iudicium timens, Syllæ suasit, vt eum velut adhuc viuentem proscriptorum numero adiiceret. Hunc igitur ducem cùm sceleste sibi comparassent, & aliis fidem inter sese firmant, & gustu carnium viri à se mactati. Ab eo pleraque vrbis iuuentus corrupta erat: cui que enim voluptates, potus, mulierum libidines, præterea ad omnem luxum aliunde sumptus suggerebat. Ad rebellionem Hetruria omnis, & pleraque pars Galliæ cisalpinæ inclinabatur. Erat & vrbs ob varias ac inæquales fortunas, rebus innouãdis lubrica. Nam hi clari dignitatibus ac pompa in theatris, in conuiuiis, in voluptatibus, ambitionibus, atq; in ædificiis ad inopiam redacti: alij cũ diuitiis florerẽt, ignobiles tũ atq; infirmi habebantur. Itaq; parũ aberat, quin si quis modò fiduciã tantã sumeret, rẽp. in sese ægrotã opprimeret. Sed nihilominus cupiẽs Catilina ad perficiẽda

cœpta

Historiam Catilinæ exponit, qua sapiẽtia & vir tus Cicero omnis

cœpta tutum quoddam propugnaculum prę occupare, consulatum petit, ipem cõcipiens, vt omnino cum C. Antonio consul designaretur: qui vir erat, vt in neutram bonorum siue malorum partem se ducẽ præbuisset, sed qui alterius potentiam esset sequuturus. Hęc igitur cùm bonorum pleriq; animis præuiderent, ad consulatum petendum Ciceronem erexere: qui cũ à plebe promptè susciperetur, Catilina à spe decidit, idémq; cum C. Antonio cõsul declaratur: quod non nullis admirationi fuit, cùm ex omnibus cõpetitoribus suis aliis, solus Cicero non senatorio, sed equestri ordine paterum genus duceret. 23 His actis Catilinæ cœpta paululùm repressa sunt, ac ciuium pleroſque latuere. Cæterùm contentiones non paruę in consulatu Ciceronis exarsere. Nam qui hactenus à Sylla dignitatibus publicis deiecti erãt, non imbecilles, non pauci, eas sibi reddi cupidi plebem enixisimè asserebant, multa inuehentes aduersus tyrannidem Syllæ. Quæ cùm vera forent, non tamen commodè sub ea tempestate moueri visa. Ob hanc igitur rem tribuni rogationem tulere, vt decemuiri summo cum imperio crearẽtur, quibus permissu populi fas esset bona totius Italiæ, totius Syriæ, ac omniũ quę nuper Pompeius Pop. Rom. cõparauerat, venundare, & in ærarium redigere: præterea damnare quos vellẽt, eiicere exules, mittere colonias, æs ex publico sumere, exercitum alere, & quotquot militum placitum esset delectum 24 habere. His inceptis nonnulli etiam clarorum virorum annuerunt, inter quos C. Antonius Ciceronis collega, quòd ex decemuiris designari non desperaret. Creditũ est, & hũc cõsilij Catilinæ haud fuisse ignarum, sed ob æs alienum eam rem nõ ingratè tulisse. Hoc bonis maximè terrori fuit. Sed extemplo purgauit id Cicero, cùm prouinciã Macedoniam illi decerni iussisset, & sibi Galliam, quã simulatione & Antonij gratia petitam confestim dimisit. Hoc ergo pacto collegam compulit, vt tanquam scenicus quidam mercede conductus, secum alteras pro repub. susciperet partes. Pacato itaque Antonio atq; morigero maiori spei Cicero deditus, aduersus innouandarum rerum authores animum erigit. Igitur frequente senatu rogationem legis dissuadens, adeò qui eam tulissent, exterruit, vt rari contra tunc dicere audererent. 25 Verùm cùm cœptis deinde suis vehementius incũberent, & ob id eos ad plebem acciri iussissent, nihil timẽs Cicero

Decemuirorum potestas.

cero senatũ sese sequi iussit: eóque profectus, non solùm luculentissimæ orationis suæ vi legem abrogauit, sed in cæteris permultis tribunos in pœnitentiam egit, & in sententiam suam traxit. Hic quippe vir maximè omnium vrbi ostẽdit, quantum voluptatis oratio ęquo bonóque adiiciat, & honestum omnino esse & inuiolabile, si moderato genere dicendi defendatur. Necesse enim qui seriò versatur in publicis, vt operę adulationi rectũ præponat, & oratione seueritatẽ secernat ab vtili. Eius eloquẽtiæ gratiã, & in eo quod ipsius consulatu obtigit, intellexisse fas est. Nam cùm hactenus in theatris equites commixti plebi spectarẽt ludos, primus M. Otho eos à plebe diſiunxit, eúmq; sessum illis in spectacula designauit, quem nũc vsq; præcipuũ retinent. Quam rem 26 cùm plebs ad ignominiam sibi existimaret, prodeũte in spectaculum Othone, contumeliosè aduersus illum sibila effertum equites contra læto plausu illum susceperе. Verum mox cùm iteratis altius sibilis, & iterũ à maiori plausu equitum in iurgia alter in alterum prodiret, omne id theatrum inhonesta specie completum est. Quare cùm ea nouisset Cicero, plebẽ in phano Bellonæ ad se vocatam adeò modestè increpuit, monuítque, vt cùm in spectaculũ rediissent, Othoni alacri plausu alluderent, & equitibus de gloria & laude viri cõcertarent. Cæterùm coniuratio Catilinæ, quæ metu pri- *Coniuratio Catilinæ.*
mùm conterrita fuerat, iterum in spem audaciámq; consurgit. Vnà igitur cõueniunt, aliíque alios hortantur audacius cœpta aggredi, antequam Põpeius, qui iam ferebatur cum copiis proficiſci, vrbem attingeret. Maximè autẽ veterani milites Syllæ Catilinam incitabãt, quorũ alij per totam Italiam fugitiui, pleriq; verò & hi bellicosissimi per Hetruscas vrbes sparsi oppidorum direptiones paratásque sibi rapinas somniabant. Manilium hi sibi ducẽ nacti, virum qui sub Sylla quondam strenuè militauerat ac splendidè, constituêre sese proximis comitiis Catilinæ Romæ affuturos. Nã iterum Catilina consulatũ petebat, animi certus in ipso comitiorũ strepitu Ciceronẽ confodere. Portẽdere fata immi 27
nens periculum videbantur motibus terræ, fulminibus cæli, diríſque monſtrorũ signis. Ipsa ciuiũ prouidentia, cũ latè malitiam morbi agnosceret, nõ tamẽ ad cõprimendum Catilinam, quòd vir esset nominis splẽdidi, & magna fultus potentia, audebat. Tandem comitiorũ die Cicero cõmotus, 28

Catili

Catilinam in senatum vocat, nuntiat, quid de coniuratio-
comperisset. Sed ille existimans plerosque esse insenatu, qui
innouandarum rerũ cupidi essent, simúlque vti suam audaciã
popularibus ostentaret, leniter Ciceroni respõdit: Quid
enim mali ago, si duorum corporum, quorum alterũ caput
habebat, sed ægrum atque pertenue, alterum sine capite, sed
validum atque præpotens, his me superimponam? Hęcenigmata cùm ille in frequentia senatus populíq; dixisset, magis expauit Cicero. Vnde boni omnes, & nonnulli è Roma
na iuuentute saluti ipsius intenti, ac lateri eius soliciti,
ipsum thorace indutũ ac agmine stipatum deinceps è domo
in campum educebant. Ipse commodùm humeris modicè
scissa veste, thoracem paululùm ostendebat, immĩnens sibi
29 periculum innuere volens. Quare indignatio ciuium in
Catilinam accensa, animos ad Ciceronẽ adiecit, demúmque
in ipsis comitiis iterum Catilina à consulatu repulsus est,
& Syllanus atq; Murena consules declarati sunt. Nõ parũ
deinde post tempus, cùm conscij Catilinæ in Hetruria conuenissent, & inuadendæ vrbis iam esset vicina dies, ferè nocte intempesta domum ciceronis adiere viri Romanorum
primi, atq; potẽtia freti, M. Crassus, M. Marcellus, & Scipio
Metellus. Hi mox pulsatis foribus ianitorẽ iubent dormien
tem cõsulẽ excitare, & eorũ aduentũ ipsi nuntiare. Eius rei
causam hanc perhibent. Crasso peracta cœna ianitor nõnul
las literas reddidit, quæ illi ab ignoto quodã viro traditę e-
rant. Harũ aliq; aliis erant inscriptæ, vnæ tantũ crasso, & hæ
30 sine inscriptione redditæ. Crassus ergo epistola sua lecta
cùm imminentẽ à catilina permagnam cędem agnouisset,
propterea quòd admoneretur ex vrbe discedere, cęteras epistolas, vti erant, obsignatas integrásque seruauit, & rei noui
tate perculsus ad Ciceronem perrexit, cupiens se omni suspicione purgare, quã aduersus sese ex cõsuetudine catilinæ
cicero quoq; concepisset. His expeditis multa secũ meditãs
cicero, cùm primùm dies illuxit, senatũ habuit, palàmque
eas omnes literas cui debebãtur, exhibuit, iussitq; eas in me
dium recitari. Omnes in vnã sententiã vertebãtur, insidiarũ
catilinæ nũtiæ. Post hæc Q. Arrius Romæ nuntiat aduersas
acies in Hetruria iungi, insidias palàm esse, Manilium ingẽ
ti manu iuxta quædã oppida cõsistere, cõtinuò expectãtem
31 atq; solicitũ, vt quicquã tumultus ab vrbe prodiret. His cognitis,

gnitis, senatus cõsulto summa rerũ cõsulibus datur, ne quid
detrimenti respublica capiat: quod nõ crebrius à senatu agi
solitũ, sed cũ vrgẽtissimus metus. & grauissimũ discrimen
imminere videretur. Ea ergo potestate fungẽs cicero, Q. Me
tello externa mãdat, ipse vrbis curas assumit, sui nõ incautus, sed tãta armatorũ copia paludatus, vt ab eius stipatoribus pleraq; pars fori occuparetur. Cęterũ catilina diuturnio
ris moræ impatiẽs, statuit ad Manliũ in castra cõtẽdere. Cu
pidus tamẽ ciceronẽ opprimere, C. Corneliũ, Marcúmq; Ce
thegũ iussit, vt simulantes ciceronẽ salutatũ adire, tẽpestiue
eius fores ingrederentur, deinde facta irruptione eũ gladiis
cæderent. Sed hoc Fuluia nobili genere mulier clàm noctu
profecta ciceroni dẽtexit, cúmque cõmonefecit, vt cethegũ
eiúsq; comites præcaueret. Igitur illucescẽte die hi cice- 32
ronis domũ accedũt: sed monitu Fuluiæ cũ ab ingressũ pro
hiberẽtur, & indignissimè id ferrẽt, in ipsis foribus adeò ac
clamauere, vt in apertã suspicionem palàm prodirẽt. Tanti
sper itaq; cicero in tẽplo Iouis Statoris, quod erectũ est iux
ta principiũ sacræ viæ, quæ palatiũ respicit, senatũ aduocat.
Hic & catilina frequẽs aderat, veluti se eo crimine nudare
cẽsuisset: sed adeò crenerat odiũ, vt id frustra tẽtaret, quippe
iuxta eũ senatorũ nullus sedere passus est, sed longè quisque
auertebatur. Orare etiã incipientẽ obstrepebant omnes. De
mũ stãs cicero, illi mãdat vt vrbẽ, senatũ, seque ipsum cõsulẽ præsentia sui liberet. Nã decet, inquit, vt inter orationes
nostras & gladios tuos murus vrbis medius sit. Quare extẽ
plo catilina cũ trecẽtorũ satellitũ comitatu vrbẽ egreditur,
sibíque consularis dignitatis insignia, fasces atque secures
præcedere statuens, infesto agmine in Hetruriam contẽdit
ad Manilium. In huius castra iam ferme viginti millia vi 33
rorum conuenerant, quibus confisus catilina ambire muni
cipia, & ad defectionẽ solicitare summo studio nititur. Romæ ergo cùm iam bellũ geri videretur, cum apparatis copiis Antonius ad debellandum hostem vrbe dimittitur. Cæterùm ex iis, qui à catilina imbuti Romæ supererant, corne
lius Lentulus Surra, vir claro genere ortus, sed qui luxui de-
ditus nuper ob mollitiem è senatu fuerat electus, cæteros
conuenire, audaciam spẽmq; cœptis prębere. Hic tũ erat
prętor, sed vt mos oppressorũ est, vt meliora exoprent, ad cæ
teras senatorias dignitates mentem adiecerat. Huic Surræ *Surra.*

cogno

cognomẽ natum ferunt,quòd dominatione Syllæ cùm quæ-
stor esset, multa rerum publicarum perditè administrauit,
34 consumpsítque. Quare cùm Sylla id indignè ferret,& ad
ministrationis rationem exposceret,ille rem flocci pendens
in senatum profectus ridiculè dixit:Rationem mihi redde-
re non est, sed præbere suram, vti solent pueri, qui in ludo
sphęræ peccauerint.Ob hoc deinceps Surræ inditum illi co
gnomen est.Hic etiam cum causæ cuiusdam reus ageretur,
& aliquos ex iudicibus largitione corrupisset, ex quo bina
superante sententia cùm victor euaderet,Frustra,inquit,im
pensum,quod alteri iudicum datum est: satis quippe erat, si
vnà tantùm sententia solutus abiissem. Hunc itaque huius-
modi ingenij virum licet à Catilina incitatum,inanì etiam
spe falsi magi & arioli eluserant,ficta quædam carmina è Si
byllinis libris canentes, quibus portẽdebatur fato tres Cor
nelios Romæ monarchas deberi:horum quippe duo vatici-
nia compleuerãt Cinna & Sylla: tertium verò ac reliquum
sese fore sperabat,qui rerũ esset potiturus. Quare necesse
45 existimabat cœptis incumbere,neq; sinere, veluti Catilina,
tarditate vel otio res perditum ire. Is dummodo vota perfi-
cerentur nihil pensi habere,nihil iniquum, nihil infandum
existimare, senatum omnem & quotquot ciuium facultas
obtulisset,cæde statuerat opprimere,prẽterea vrbẽ incende
re,nemini parcere,nisi Pompeij liberis, quos rapiendos du-
xerat,& seruãdos obsides ad Pompeium conciliandũ,quem
rumor erat,nec is anceps, iam cum magno exercitu aduen-
tare.Ad hæc patrãda noctẽ primam è Saturnalibus designa-
uerant:enses,stuppæ,sarmenta,& sulphur clàm in domo Ce
thegi abdita:centũ deinde viros struxerant, totidem vrbis
loca sortitos, vt statutam sibi quilibet partẽ vrbis incende-
ret,quò paucorũ officio vrbs vndiq; flãmis cõflagraret. Alij
aquarũ ductus obsessuri, eorũ iugulationi collocandi fue-
rant,qui extinguendis incendiis incubuissent. Dum hæc
36 aguntur,legati Allobrogũ Romam venerunt: horum gens
cùm rebus minus secundis vteretur, grauiter Romanorum
iugũ ferrevisa:vnde hoc confisi participescõiurationis lega
tis rem omnẽ aperiunt, existimãtes Allobroges pronos &
aptissimos fore ad concitandã vertẽdámq; Galliã.His lega-
tis ad cõciliabulũ quod illic erat,& pariter ad Catilinam li-
teræ datæ, quarum in primis libertas patrię illis promitte-
batur.

batur.In reliquis Catilinã exhortabãtur, vt seruitiis manu
missis quamprimum cum exercitu approperarent. Mittunt
præterea cũ huiusmodi legatis quendam Titũ Crotonien-
sem,qui literas Catilinæ redderet.Hæc illi. Sed quæ nego-
tia, quæ consilia hominũ sunt parum mentis habentium,
imò cum vino & mulierculis quæq; tractantiũ, labore,in-
dustria,sobrietate & prudẽtia quadam singulari eos prose-
quitur Cicero. Hic multos extra vrbẽ nactus explorato- 37
res,qui vestigia hominum perscrutarentur,multos habens
intra mœnia, qui cõscij cõiurationis erant,ab his data fide
publica res Allobrogũ cum cõiuratis didicit.Igitur his co-
gnitis insidias noctu collocari iussit,à quibus in ipso itine-
re Crotonienſis circunuentus cũ ipsis literis deprehẽditur,
ac in poreſtatẽ consulis actus. Harum rerũ Allobrogorum
legatos haud ignaros fuisse non anceps fama fuit,quinimò
clàm consensisse.Cùm primũ igitur illuxit dies, Cicero in
æde Concordiæ senatũ habet,req; patefacta cùm sententias
rogaret vicissimq; senatus inter sese multa dissereret, Iu-
nius Syllanus à nõnullis se audiuisse memorauit, Cethegũ
aliquando dixisse tres viros cõsulares,& quatuor prętorios
occidendos fore. Hæc & huiusmodi alia Piso vir cõsularis
asseruit. Post hæc C. Sulpitius prætor scrutari domũ Ce- 38
thegi iussus, perquã multa ibidẽ arma, tela missilia,enses,
gladiosq; recenti munitos acie cõperit. Publica tandẽ fide
data, Titus vti coniuratio omnis sese haberet, aperuit. *Coniuratio-nis Catilinæ detectio.*
Quare redargutus Lentulus, magistratu quo fungebatur
(erat enim prætor)se abdicare coactus est,moxq; purpureã
vestẽ,qua erat amictus,in senatu ponens, atrã fortunæ suæ
congruã induit: deinde is,& qui cũ eo deprehensi erant,in
liberã custodiã prætoribus traditi. Actis his cũ iam vesper
adesset, Cicero ad plebẽ,quæ multa cõuenerat, vt seriẽ ha-
rum rerũ edoceretur,egressus singula palàm fecit. Deinde
longo stipatus agmine, quandã vicini pariter & beneuoli
domũ ingreditur. Nam in ædibus suis,ei deæ, quã Bonam 39
nuncupat,muliebres cœtus arcana ducebãt sacra: quotan-
nis enim in domo cõsulis,siue per eius coniugẽ,siue matrẽ-
familiãs,cum virginibus Vestæ, eidẽ Bonæ deæ sacrificari
mos est. Eam ergo domum cùm intrasset Cicero,paruo ad-
modum comitatu præsente, secũ agitat quid de cõprehẽsis
ciuibus statuendũ esset.Suppliciũ quippe vltimũ, quod illi

dignissimè laturi erant, expauescebat, partim pro miti eius ingenio, partim ne videretur potētia efferri, & crudeliter in tatos censere viros, qui & genere pręcipui erāt, & in vrbe amicitia valida fruebantur. Contrà, si molliter in eos animaduerteret, horrebat discrimē ingens, quod hinc emanare posse videbatur. Si enim lenius morte multarētur, existimabat eos nō modò nō quieturos, sed in omnē audaciā in-
40 flammandos, veteriq; nequitiæ iracundiā addituros. Præterea ne idē ipse mollis aut iners censeretur, qui tamē à plerisq; audacissimus saluti publicę habebatur. Hæc cū secum versaret consul, inter domestica sacra hoc portentū ostenditur: ab ara quidē sacrorū, in qua iam pridem sopitus erat ignis, è cineribus ac fomentorū reliquiis, lōga & pura quædam flāma subitò emicuit. Tum cæteris perterrefactis, Vestales virgines mox iussere Terentiā virū conuenire, iubereq; vt pro patria nō dubitaret ea perficere, quę mēte voluisset, ceu præsens dea ingens lumē ad illius gloriā, salutēq; pollicerētur. His cōmota Terentia, quæ nō inertis ingenij, sed audax & ambitiosa erat, &, vt ipse inquit Cicero, curarū reipublicæ ab ipso magis participās, quā ipse ab ea domesticarū, singula viro dixit, eumq; in cōiuratos accēdit. Eadē & Q. frater admonuit: eadē & P. Nigidius, vir studiorum philosophiæ inter cæteros comes, cuius opera Cicero in
41 tumultis & arduis reipublicæ negotiis vsus est. Igitur die postera frequēte senatu, cùm de supplicio deprehensorū disseretur, primus Syllanus sententiā rogatus, vltimū inquit deprehensis supplicū dēberi. Idē & reliqui censent, donec ad C. Cæsarē, qui postea Dictator est vocatus, peruentū est. Hic cùm iunior iam futuræ suæ magnitudinis haberet semina, & spe simul & opera eā ingressus viā, quæ res Romanas in monarchiā egit, cæteros quippe latuit, sed Ciceroni suspitionis plurimæ fuit, non tamen vt in occasione deprehendendi venisset. Fuere qui dicerent, cùm iam iam ferme deprehensus huius criminis reus à consule esset, clàm subterfugisse. Alij Ciceronē, quæ de Cæsare nuntiarētur, spōtè omnisse, amicorum Cęsaris metu potentiaq; commotum. Quippe singulis constabat, eos potius caulam salutis Cæ-
42 sari fore, quàm Cæsarem illis pœnæ. Cùm ergo dicendi ordo Cæsarem posceret stans ille, nō occidendos captiuos censuit, sed pecunias eorum publicandas, ipsosq; per municipia

nicipia Italię, vti placitum esset Consuli, donec Catilinam expugnatum acciperent, in liberis custodiis tenendos. Hæc sententia cùm mitior videretur, & orator ad dicendū facundissimus foret, ipsi Ciceroni scrupulum non paruum iniecit. Vnde palàm in vtrāq; sententiam nixus est, & priorem Syllani & vltimam Cæsaris asserens. Verùm qui fruebantur Ciceronis beneuolentia, cogitantes sententiā Cæsaris magis in rem fore Consulis, quòd minus esset subiturus inuidiæ, posteriori sententiæ innitebantur. Quare Syllanus versus stans iterū pro rostris se inquit de nece comprehensorum haud censuisse, cùm viro senatorio vltimum supplicium carcerem existimaret. Huic sententię Catulus primùm contradixit, deinde Cato, qui vehementi oratione 43
prorumpens in suspicionē Cæsaris, omnē senatum iracundia simul & indignatione repleuit. Quamobrem necis supplicium in captiuos decretum est. Publicationi autē bonorum restitit Cæsar, rem indignam ratus, quòd repulsa miti atq; humaniori sententia, ei quæ vna indignissima foret, inniterentur. Sed vim cùm aduersarij adhiberent, Cæsar ad sese defendendum tribunos aduocat. At ij propterea nihilum moti sunt. Tum consul medium se ingerens, missa bonorum publicatione, in necem deprehensorum ciuium cum senatu diuertitur. Non enim eodem loco detinebantur, sed prætores alius alium captiuos habebat. Primùm è palatio Consul Lentulum sumit, eumque per viam sacram mediumque forum adducit. Optimates ad hæc vbi telis 44
muniti circa Consulem agi, plebs horrere atque præterire silentio, iuuentusq; maximè metu atq; stupore terreri, veluti illi solutis quibusdam rerum omniū summam ad ciues pauços acturi viderentur. Forum egressus Consul, cùm ad carcerem ventū esset, tradit lictori Lentulum, eumq; strangulari iussit: deinde Cethegum palsimq; cæteros coniurationis deprehensos. His perfectis rediens Consul, cùm in foro nonnullos ex coniuratis prospiceret, qui tantorum ignari conuenerant, noctē soliciti expectantes, spei pleni captiuos sese diripere liberareq; posse: ad eos versus voce sublimi, Vixerunt, inquit. Eo enim loquēdi ritu vtebantur qui malitiā infaustæ cædis vocabuli vitabant. Iam vesper aduenerat, cùm consul è foro domū repetit. Cęterùm dein- 45
ceps non solito silentio ciuiū agi, non eo comitantiū ordi-

ne,sed festiuo clamore ac omniũ plausu, qui obuiã fierent, liberator & conditor appellatus. Funalia præterea per vrbis vicos elucere,lampades, faces tedæq; in foribus figi: è speculis passim prodire mulieres in præconiũ spectaculũq; viri singulari quadam optimorũ pompa domum elatè repetentis. Horũ pleriq; qui maxima etiã bella confecerant, triumphis ornati,ac nõ parum maris terræq; potiti, apertè inuicem fassi sunt,populum multis tempestatis suæ imperatoribus ducibusque ex diuitiis, ex spoliis, ex potentia parta, finibusque propagatis obnoxium: at suæ libertatis suæq; salutis gratias soli Ciceroni deberi, qui ex tam ingenti periculo vrbem eripuisset.Nec enim imminẽtia scelera purgasse, nõ affecisse meritis suppliciis scelestos,adeò mirum videri: sed quòd hoc incendiũ omnium maximum cùm emersisset,hactenus minimo conatu, nulla seditione,
46 nullo tumultu extinxisset. Nam Catilina cæteriq́ue qui ad eum in castra confluxerant,simul vt accepere,quę in Lentulum Cethegumq́; & cæteros patrata essent, cœpere protinus labi,ac inita cum Antonio pugna funditus cum omnibus eorum copiis deleti sunt. Fuere qui hæc obtrectarent, asserentes Ciceronẽ ea perperam machinatum esse,ducem habentes Cæsarem mox præturam initurum,ac Metellum & Bestiã tribunos plebis designatos: quippe his diebus adhuc paucis Cicerone consulatum gerente, cùm magistratum inissent,Ciceronem orare pro concione rostris impeditis prohibuere, affirmantes se non aliter rostra dimissuros, quàm de abdicãdo magistratu relaturũ se ille polliceretur. Tum hoc solum simulans se facturum Cicero rostra conscendit,factoq; silentio nouum quoddam atque priuatum præbuit iusiurandum: patriam vtique se liberasse, ac imperij Romani salutẽ seruasse. In hæc iurauit propemo-
47 dum omnis plebs. Quare Cæsar & qui cũ eo in Ciceronem conspirauerat,magis cõmoti,alias illi turbas cõminantur, attuleruntq́; rogationẽ vt cum exercitu Pompeius vocaretur ad opprimendam potentiã Ciceronis. Sed nonnihil Ciceroni ac vniuersæ reipublicæ M. Cato conduxit, qui tribunatus viribus fultus, æqua licet potestatis licentia, ampliori tamẽ dignitate instituit:facile enim cuncta soluit, & Ciceronis consulatum adeò pro rostris extulit, vt Ciceronem honoribus omnium maximis dignatus sit, illum

Prætlarũ facinus ingens inuidia secuta.

Amplissima Ciceronis laus.

patrem

patrem patriæ appellans: quod cognomen primùm ex hac Catonis oratione Ciceroni inditũ,apud cæteros emanasse perhibetur. His itaq; huiusce modi rebus Cicero permagnam sibi vim cõparauit. Sed magnę inuidiæ patuit,nullo 48
quidem turpi aut indigno suo facto,sed quòd laudibus continuis sese efferens,gloriaq́; se semper exornans, molestus cæteris esset. Non enim frequentia vlla senatus populive, non iudicum,aut curia vlla conuenerat,in quibus non Catilinæ atque Lentuli rumor obstreperet. Libros præterea huiusce modi laudibus suis compleuit. Vnde ipsius orationem dulcissimã & omni refertam suauitate, graué ac molestam reddidit,veluti ex indigno quodã fato sibi cõtinuò id fastidium adesset. Tamen licet hac immoderata flagraret ambitione,aduersus neminẽ inuidia inuectus est. Laudum quippe liberalissimus fuit vel eorũ qui antea,vel sua tempestate floruissent,vt ex ipsius scriptis aduertere fas est. *De aliena laude præconia.*
Memorantur multa circa id ab ipso iucundè prolata. Aristotelem fluuium esse inquit auri profluentis. De dialogis 49
Platonis ait: Si Iupiter oratione vteretur, eum non aliter, quàm Platonis dialogis locuturũ. Theophrasti orationem singulares delicias vocabat. Orationũ Demosthenis interrogatus ecquæ optima sibi videretur: Longissima,inquit. Vnde qui Demosthenẽ dicendo effingere cupiunt,hãc Ciceronis vocẽ inuadunt, qua alicubi in eius epistolis ad domesticos quosdã suos est vsus,quibusdam orationũ suarum locis Demosthenem se excitasse. Verùm inter cæteras laudes, quibus plurimis in eum virũ vsus est, id maximum & omni admiratione dignum, quòd eas orationes in quibus summam diligentiã habuit, Philippicas in Antonium Demosthenis verbo nominauit. Omnium qui eius ætate aut eloquẽtia,aut doctrina pręstitissent, extitit nemo quẽ non vnicè diligeret, & aut scribendo, aut orando celebriorem redderet. Cratippo Peripatetico operã dedit, vt à Cæsare 50
iam rerũ potito Romanus ciuis adscriptus foret. Areopagitarũ senatui etiã persuasit, vt illũ Athenis degere decernerent,eosq́; impulit vt eũ orarent iuniorũ studiis immorari,veluti qui eam vrbẽ splendidè esset exornaturus. Eiusdem etiam epistolæ quædam ad Herodem sunt, itemq; ad filium aliæ, iubentes vt cum Cratippo philosophiæ operam daret.Gorgiam rhetorem filij cõsuetudine prohibuit,

quòd eum adolescentem ad voluptates & potus alliceret. hæc vna ex epistolis suis Græcis. Itemq; ad Byzantiũ Pelopem altera extat, quas iracundia quadam scripserat: in prima dignissimè Gorgiam increpans, quòd mollem ac lasciuam vitam ageret: in altera Pelopem improbat, quòd adeò deiectioris animi foret, vt honores quosdã à Byzãtiis oblatos decerni sibi neglexisset. Hæc liberaliter licet, & quadam vbertate linguæ, quandoq; tamen modestiam excessere. Numatium enim cùm è iudicio eum eripuisset, quòd ille victoria elatus Sabinum domesticum atq; familiarem suum reum ageret, tanta iracundia adorsus est, vt aduersus eum diceret, Tu ergo Numati, tua opera euasisti? an quòd ipse multas tenebras in curia circunfudi? M. Crassum pro rostris laudans cũ voto potitus esset, post dies paucissimos eundem acriter probro lacessiuit. Vnde cùm diceret Crassus, Non hoc in loco me nuper extuleras? Et certè, respõdit, declamandi gratia vili materia orationem exercens. Cùm aliquando diceret Crassus, neminẽ ex Crasis Romæ diutius annis sexaginta vixisse: mox in huius dicti pœnitentiam ductus cùm subderet, Quid ad hæc? tum Cicero, Tam blandè, inquit, morẽ concioni gessisti, quòd Romanos noras id libenter audituros. Cùm retulisset Crassus Stoicos sibi placere, quoniam bonũ virum diuitẽ esse ostenderent: Vide (inquit Cicero) ne illud magis, Omnia insapiente sita esse. Auaritiæ enim notabatur Crassus. Cùm alter filiorum Crasi qui cuidam nomine Digno persimilis erat, & ob id genitrici turpẽ iniecerat maculã, quòd Digno conciliata fuisset, apud senatũ probè & cum laude peroraſſet, interrogatus * Cicero quid de Digno censeret, Dignus quidem Crasi est. Profecturus in Syriam Crassus, Ciceronẽ optauit beneuolum sibi, quàm aduersarium magis relinquere: ergo mutuæ conciliationis gratia Ciceronẽ adorsus, apud ipsum velle cœnare se dixit: quo familiariusacto, post dies paucos cùm quidã è domesticis Ciceronis obuiã facti nuntiarent, Vatinium virum male Ciceroni conciliatum spopondisse se in eius amicitiam atque gratiam rediturum: Nunquid, respondit, & Vatinius apud nos cœnare vult? Aduersus itaq; Crassum talem se Cicero præbuit. Vatinũ verò quòd strumis tumidum guttur haberet, cùm quãdam oraret causam, oratorem appellauit inflatum. Hunc Vatinium cùm

51 Sales & ioci.

52

* τί φαίνεται αὐτῷ.

53

cùm Cicero accepisset vita functum, atque paulò pòst cùm manifestius nosset eum viuere, Malè, inquit, pereat, qui malè mẽtitus est. Decreuerat Cæsar vt militibus agri Campani diuiderentur, sed cùm in senatu pleriq; id ægrè ferrẽt, & L. Gellius vir iam senio cõfectus, hoc se viuẽte nõ perpessurum assereret: Expectemus, inquit Cicero, longam enim dilationẽ nõ patitur. Vir quidam Octauius Libya (vbi aurem perforare mos est) oriundus dicebatur: cùm ergo in quadam causa se non audire Ciceronem recitantem diceret, Atqui aurem, inquit, bene foratam habes. Dicente Metello Nepote Ciceronem patrocinio suo plures occidisse, quàm liberasse: Fateor, inquit, apud me plus esse fidei, quàm facundiæ. Adolescens quidam qui medicata placẽta patrem peremisse insimulabatur, temerè elatus, se Ciceronem probris impetiturum esse iactauit. Cicero, Hoc, inquit, malo, quàm placentis. Publius Sextius cùm Ciceronem cum patronis quibusdam aliis causæ cuidam adiunxisset, & perorare solus vellet, cognito quòd mox foret à iudicibus absoluendus, cùm iam sententia ferretur, ad eum versus Cicero, Fruere hodie, inquit, Sexti, tempore, nam die crastina priuatus futurus es. P. Cottam rudis ac tardi ingenij virum se iuridicum profitentem, Cicero aduocatione quadã apud iudices aduocarat in testem: sed cùm ille se nihil scire diceret, Fortè, inquit Cicero, de legibus interrogari te putas. Metello Nepote sæpenumero in quadam altercatione dicente, Quis est pater tibi? respondit Cicero, Responsionem hãc mater tua tibi grauiorem effecit. Ferebatur enim Metelli mater impudicè vixisse. Hic etiam Metellus tantæ leuitatis atque inconstantiæ fuit, vt tribunatus sui magistratum linquẽs ad Pompeium in Syriam nauigaret, móxque ab eodem inconsultior atque inconstantior rediret. Quare Philagrum præceptorem suum cùm sepeliuisset, & diligenter sepulchro marmoreo coruum iussisset incidi, Hoc rectius facis, inquit Cicero, nã hîc te volare magis, quàm dicere docuit. M. Appius cuiusdã defensionis suæ proœmio, memorabat clientẽ à se precibus summis suã diligentiam, facundiam, atque fidem petiisse. Tum Cicero: Nę tu igitur homo ferreus es, qui tam nihil amici postulatis respondes. Verum in maleuolos siue aduersarios his vti scommatis, oratoris est: at in alios ioci gratia eadẽ, vti se casus obtule-

54

55

56

Iocamarulētiores & reprehensi.

rat, effudisse, Ciceroni non paruam conflauit inuidiam. ac horum pauca perstringã. Marcum Aquilium binos habentem generos, ambósque exules, appellabat Adrastũ. Lucio Cotta viro vini auidissimo administrante censuram, ipse consulatum petens, cùm è labore sitiens circunstantibus vndique comitibus suis clàm biberet, Non iniuria timetis, inquit, ne censor mihi succenseat, quòd aquã bibo. Voconio tres secum filias inuenustissimas ducenti obuiam factus, Phœbo, inquit, hic inuito natos seminat. M. Gellius quem anceps erat rumor non ortum parẽtibus liberis, cùm magna ac sublimi voce quasdam literas in senatu recitasset, Ne miremini, inquit Cicero, nã & hic vnus est eorum qui proclamauerunt. Faustus Sylla Dictatoris Syllæ filius cùm paternas substantias dilapidasset, & grandi ære alieno opprimeretur, vitiũ proscripsit. Tum Cicero, Hanc, quàm paternam proscriptionem malim. Sic igitur plerisque oneri Cicero fuit, vt Clodius aduersus eum conspirarit. Eius

Clodianæ factionis origo.

factionis tale initiũ fuit. Erat Clodius vir claris parẽtibus natus, tum quia ætate iunior, & dignitate prestãs, & audacia. Is cũ amore Pompeiæ Cęsaris coniugis flagraret, clàm eius domum ingressus est, vestem ac habitum psaltriæ indutus. Muliebres enim cœtus tum in æde Cæsaris sacrum illud arcanum inaccessum omnino viris agebant: virilis itáque sexus aderat nullus. Spe autem latendi cœtũ adductus Clodius, ob adolescentiæ suæ formam genásque nondum

58 pubentes, turbæ immixtus ad Pompeiam ingreditur. Sed cùm noctis tenebræ, & ædis permagnæ aditus ignarum illum agerent ac inuium, errore domus palàm captum, quędam Aureliæ matris Cæsaris pedissequa illi obuiam facta nomen rogat: loqui coactus Clodius, sese Põpeiæ pedissequam inquit, & è cœtu Auram nomine quærere. Tum illa viri voce intellecta territa proclamat, sociásq; aduocat. Reseratis foribus adsunt illæ, & scrutantes singula, Clodium comprehenderũt in pedissequæ eius cella, cui occurrerat, fugã progressum. Hac re vulgata Cæsa: Pompeiam dimisit vxorẽ, vt Clodium accusaret. Erat Clodio Cicero amicitia iũctus: nã eius opera tam in cæteris, quàm ad prędium sui capitis in coniuratione Catilinæ impẽsissimè vsus fuerat. Sed cũ inniteretur Clodius apud iudices probare, sese die purgati sceleris in remotissimis ab vrbe locis diuersisse,

Cicero

Cicero aduersus ea testatus est, asserens eũ tũc se domi conuenisse, & quod certissimũ erat, seriò secũ colloquutũ. Creditũ est Ciceronem non tã ex re ipsa id testatũ, quàm quòd 59
Terentiæ cõiugi se purgatum voluisset. Ea enim æstuabat odio Clodij, ob eius sororem Clodiã, quæ aspirare ad nuptias Ciceronis videbatur, cõciliatione ac opera Tullij in primis familiaris ac domestici Ciceronis. Hic enim frequentiori cõsuetudine salutandi atque cõueniendi Clodiã (nõ enim habitabat procul) eius rei Terentiæ suspicionem iniecit. Quare Terentia cùm difficilis esset ingenij, & sui coniugis facilè princeps, virũ inflammauit, impulitq. vt in Clodiũ testaretur. Ad hoc nonnulli boni ac præcipui viri, periuria, largitiones, versutias, corruptiones pudicarũ in eundem testati sunt. Lucullus ancillas in mediũ duxit, quæ affirmarent Clodium cùm apud se domi habitarent, iunio- 60
ri sorori commiscuisse. Rumor præterea percrebuerat, eundem etiam se cõiunxisse reliquis binis sororibus suis, quarũ Martius rex Terentiã habebat vxorem, alterã Metellus Celer Quadrantiã cognomine, quòd quidã ex his qui eam amabãt pro argenteis in illius loculum æreos numos immisissent. Est enim nũmus ex ære minutissimus, quem quadrãtem vocãt. Hæc inter cęteras sororũ certior fama Clodiũ vrgebat. Dum ea gererentur, animi plebis nõnihil aduersus eos, qui in Clodium testati essent offendebãtur. Vnde perculsi metu iudices, se muniere præsidiis: eorúmque nonnulli cùm sententias ferrent, confusis characteribus literarũ tabellas protulere. Nõ tamen plures hæ fuerunt quæ Clodiũ liberarunt. Rumor fuit largitionẽ his intercessisse. Vnde Catulus obuiã iudicibus factus, Perquàm rectè, inquit, iudices, præsidium postulastis, timentes scilicet ne quis vobis argentum abriperet. Clodius etiam cùm Cice- 61
roni exprobraret quòd ipsius testimonium apud iudices nihil fidei habuisset, id responsum accepit. Mihi enim, inquit Cicero, quinque & viginti iudices fidem præbuere, tot enim sententiæ te damnarunt: tibi verò triginta non credidere: antè quippe liber ab his ipsis non euasisti, quàm pretium solueres. Atqui interrogatus Cæsar cur repudiasset vxorem, cùm adulterium non assereret: Nam decet, inquit, Cæsaris torum non tantùm crimine, sed & criminis suspicione carere. Absoluto itaque ab eo reatu Clodio

móxque designato tribuno plebis, animum aduersus Ciceronem iniicit, omnia simul mouens, omnésque ciues simul in illum incitans: quippe plebis animos, quòd obsequiosum illis magistratum suum præberet, in sententiam suam allexit. Præterea vtrique consulum non mediocres prouincias decreuerat, Pisoni Macedoniam, Gabinio Syriam, multósque qui priuati hactenus vixerant, ad publicos honores acciuit. 62 Circunseptus ipse validissimis seruorum & familiarium copiis incedebat: præter hæc triumuirorum, qui tum in vrbe plurimùm poterant, Crassus palàm Ciceroni aduersari, Pompeius vtrique blandiri, Cæsar expeditioni aduersus Gallos intendere. Trepidus ergo Cicero licet beneuolentiam Cæsaris desperaret, eúmque ob rem Catilinæ sibi existimaret infensum, tamen metu coactus ab ipso impetrat vti secum iret legatus in Galliam. Eo pacto intelligens Clodius Ciceronem suum subterfugere tribunatum, cum eodem beneuolentiam simulat, atque in Terentiam omnẽ huiusmodi dissidij causam iniicit: in illius memoriam incidens, non nisi piè ac clementer in eum loquebatur, veluti secum non odio, sed omni humanitate flagraret. Sic ergo ea dissimulatione metu Ciceronem 63 omnino liberat. Quare Cicero existimans se tribuno conciliatum, legationem Cæsari pactam abnegat, séque ad publica vertit. His igitur incensus Cæsar Clodium aduersus Ciceronem prouocat, Pompeiúmque ferè à Cicerone semouit. Præterea in Ciceronem testatus est, contra fas atque maiorũ leges Lentulum ac Cethegum cæterósque absque iudicio damnatos cæsos esse. Id enim crimẽ in Ciceronem delatum est. Quare actus in iudicium Cicero huius criminis reus, nec à mediocris potentiæ viris oppressus, vestem atram assumit, & profluente coma plebẽ orare, & supplex ambire cogitur. Tum per vrbis vicos vndiq; factus obuiã illi Clodius, viris comitatus in omnem audaciam atq; contumeliam pronis, vicem Ciceronis illudere, & turpiter gestum illius omnibus probris vrgere, interdum etiã lutum 64 lapidesq; iactantes supplicationibus illius obstrepere. Cũ Cicerone quamplurimi, omnis ferè multitudo equestris ordinis, vestes cõmutauit. Præterea viginti propemodũ millia iuuentutis Romanæ (non enim minor erat horum numerus, qui illi assistebant) promissis etiam comis passim per

Fortunæ inclinatio.

per vrbem preces effundere. Senatus erat frequẽs, vt decerneret populum vestem veluti ex publica mœstitia mutare: sed consules cùm diuersa sentirent, præterea Clodius cùm circa curiam armatus satellitibus omnia terrore repleret, è senatu prorupere nonnulli ordinis senatorij, qui laceris indumentis tumultus speciem dedere. Deniq; cùm neque misericordia, neq; pudor quicquam valuere, quin oporteret Ciceronem aut exulem fieri, aut ferro rem decerni, ad Pompeij auxilium itum est, qui consultò ab vrbe semotus iuxta Albanum agrũ sponte diuerterat. Ad eius opem im- 65
plorandã primò Piso ipsius gener profectus est, pòst ipse: sed cùm eum præsentiret adesse Pompeius, eius conspectũ minimè pertulit. Nam graui ipsius viri pudore opprimebatur, qui modò duas contentiones atq; certamina sui gratia subiisset, multáq; pro rep. iuxta sententiam administrasset. Cùm ergo esset Cæsaris gener, veteres gratias Ciceroni repetenti negauit, egressúsq; postico colloquiũ Ciceronis minimè pertulit. Quare proditus à Pompeio Cicero, nudus ac derelictus ad opem consulũ profugit. Gabinius animo indefessò & pertinaci ad ferenda singula Ciceronẽ impellere: cõtrà Piso illũ hortari vti desisteret à cœptis, vt furori tribuni cederet, vt temporum vicissitudines ferret, vt in tantis seditionibus, quæ ex ipsius capite vrbi emergere posse videbantur, iterũ patriæ salus fieret. His permotus 66
Cicero, necessarios suos quid salubrius acturus sit consulit. Lucullus eum manere veluti demũ victurũ censebat: alij ipsum abire, qp mox sedata rabie Clodij, populus eius desiderio esset flagraturus. Hæc eadem Cicero ipse approbans, Palladis signũ quod domi locatum non paruo tẽpore summum in modũ coluerat, in Capitolio obtulit, idq; subscripsit: Palladi Romæ custodi. Hoc peracto, extemplo comites ex beneuolis atque familiaribus suis nactus, circiter octem mediam vrbem egreditur. Deinde per Lucaniam iter agens, Siciliam attingere statuit. Interea exitus eus cùm *Exilium odio constat, & perfidia veterũ amicorum.*
Romæ patefieret, fugę criminatur, atq; damnatur à Clodio ac aqua & igni interdictus, néve intra quingenta miliaria Italiæ tecto susciperetur, edictum est. Verùm cæteri hoc post gratiam Ciceronis habentes, maximè ipsum venerari & longa profusi humanitate eum gratissimè prosequuti sunt. Sed apud Hipponem Lucaniæ ciuitatem, quam nunc 67

Vibonem

Vibonem vocant, Vibius vir Siculus, qui in plurimis Ciceronis beneuolentia fretus esset, & in eiusdem etiam consulatu ad ædilitatem euectus, hospitio eum repulit, seq; illico eum delaturum in crimen asseruit. C. item Virginius prætor hactenus Ciceronis opera non mediocriter vsus, iussit eum omnino ab insula prohiberi. Quamobrem affectus his Cicero, properè Brundusiũ petit. Inde Dyrrhachium vento secundo nauigans, mutato in ipso itinere cęlo regressus fertur, moxque die proxima soluta iterum puppi votopotitus est. Traditur cũ Dyrrhachii litus attingeret, exonerata puppi terræ motum hiatúmque pelagis extitisse, ex quibus ariolis intellectum est, exilium non diuturnum ipsi fore: mutationem nanque fortunæ eius his signis portendi con-
68 stare sibi asserebant. Verùm licet à plerisque beneuolentię
Exilius vt tulerit. gratia salutaretur, licétque Gręcorum vrbes certatim honore summo ipsum dignarentur, subtristis tamen & mœstus vitã agebat. & veluti qui insano quodã amore torqueretur, persæpe ad Italiã oculos flectẽs, ita tenuis, ita sua dignitate iectus videbatur, vt existimaret nemo virum in primis eruditum, ac tot in studiis literarum obuersatũ eum extitisse: tametsi sæpe philosophos orabat, ne se rhetorem, sed philosophum appellarent. Aiebat enim philosophiam ob seipsam, sed oratoris facultatem non nisi quantùm forensibus negotiis necessarium fuisset, se complexum. Arduũ quippe & ingenti gloria dignum animorũ affectus secludere, multarúmque rerum passiones euellere, cùm in negotiis ciuilibus multa cõsuetudo, ac familiaritas multa fuerit: nisi adeò quis consultò vixerit, vt in his quæ gerenda sunt, ita omnino extrà feratur, vt negotiorum, non affectuum particeps
69 sit. Cæterùm Clodius iecto Cicerone, incendio tradit eius villas, incendio dat eius domum, ibique Libertatis templũ erigit. Reliquas verò bonorum suorum substantias hastę sub iicit, quæ licet per integros dies assidua voce præconis pronuntiarentur. tamen nemo inuentus est, qui rei cuiusquam foret emptor. Hac igitur indulgentia elatus Clodius, primatibus vrbis terrori factus, vallatúsque à plurimis è plebe viris in omne facinus atque probrum erumpere paratissimis, animum in Pompeium vertit, quædam illius acta, quæ in exercitu nuper ediderat, scindens. Quare Põpeius agrè id ferens, se torquere quòd Ciceronem exulem fieri passus

passus esset, mentéque mutata de illius reditu cum necessariis suis agitat. Sed obsistente his Clodio, placuit Senatui nihil sancire, nihílve publicum agere, donec Ciceronis reditus statuatur. Igitur cùm consules qui Lentuli & Cethegi 70
ac sociorũ asserebãt causam, diuersa molirẽtur, orta seditio adeò inualuit, vt tribuni de foro saucij abirent, & Quintus Ciceronis frater extrema passus, inter cadauera fusus latuisset. Hinc animi plebis cœpere flecti, primùsq; Annius Milo tribunus ausus est Clodium vi ad iudicium trahere. Ad Põpeiũ plebei permulti, prętereà è municipiis nõ pauci confluxere quib⁹ circũseptus ipse sublato è foro Clodio, ad ferẽdam sentẽtiam de reditu Ciceronis ciues conuocat. *Incredibili cũ gloria ab exilio reuocatur.*
Fertur populum nihil vnquam tanto omnium cõsensu statuisse. Decreuit prætereà senatus, certans non inferior esse illi beneficio, omnes ciuitates, quæ Ciceronem in exilio fouissent, ornare laudibus, domúmq; ac villas quas Clodius combusserat, ære publico reparari. Itaq; decimo exilij sui 71
mense redit Cicero, cui singulorum tanta lætitia, tanto ciuium studio obuiã itum est, vt quod ab ipso memoratur, se Romam Italiæ humeris reportatum, res ipsa superauerit. Crassus etiam, qui antequam Cicero exul fieret, infensus illi fuerat, lætis animis ipsi occurrens, in amicitiam redintegratus est: licet hoc gratificaretur filio Publio, qui Ciceronis amore ęstuabat. Paruum deinde post tempus cùm obseruasset Cicero Clodiũ abesse Roma, plurimis comitatus viris in Capitolium profectus, tabulas tribunitias, in quibus ea quæ Clodius magistratu suo administrarat seruabantur eiecit. Quod cùm Clodius quereretur, instabat Cicero, illũ asserens contra leges ex ordine patritio tribunatum adiisse, ob idq; nihil administrationis illius esse validum. Sed per
motus iis Cato Ciceroni instat, non gratia (vti ferunt) Clodij, sed rem indignam grauémque atque violentam reip. ratus, tot decreta, cunctásque administrationes publicas senatum incassùm reducere, in quibus erant acta, quæ idẽ ipse quæstor Cypri atque Byzantij egerat. Ab ea igitur spe de- 72
iectus Cicero, paululùm aduersus Catonem sensit, non vt in apertum odium itum sit, sed vti mutua beneuolentia ob securius vsi forent. Post hæc Milo Clodium confodit, reúsq; parricidij actus, patronum sibi Ciceronem constituit. Verùm timens senatus ne ex periculo Milonis clari in primis,

&

& tunc iracundi ciuis, quicquam tumultus vrbi excitaretur Pompeio mandat sibi curæ esse hanc causam, curarétq; vt impunè iudicibus libera potestas iudicandi sit. Noctu ergo
73 Pompeius cùm forũ armatis militibus cinxisset, pertimuit Milo ne Cicero tantorum conspectu subita nouitate percul sus, pro se minus iucunda oratione certaret, illi persuasit vt in lectica delatus in forum, in ipsa cubans quiesceret, donec conuenissent iudices, & curia frequens esset. Cicero nanq; non in armis tantùm fuisse trepidus fertur, sed ex tantae exercitatione non adeò compositus, quin ad orandum ita timés pergeret, vt vix à motu corporis tremitúq; desisteret. Oraturus pro Lucio Murena, qui sub Catone reus agebatur, cũ intellexisset Hortensium ex oratione sua in eadem causa splendidè recitata, elatum gloria, nullam partem nocti quieti indulsit, vigilijs & meditationibus anxius, ne in dicendo inferior censeretur. Cetertim ad agendam causam Milonis Cicero lætitia aggressus viso Pompeio, qui curiæ veluti in exercitu sublimis possidebat: visis autem armis, quę vndiq; fulgebant, stupore confusus est, tandemque tremens, ac voce vix faucibus euulsa, trepidè sermonem incepit, reo ipso Milone summa audacia assistente certamini, nec dignato mutare comã, nec mutare vestem, quod damnationi suæ nõ paruam præbuisse materiam traditur. In eo tamen stupore Cicero magis ob salutem Milonis periclitantis affectus, quàm timidus iudicatus est. His actis pro Crasso iuniore
74 qui apud Parthos obierat, augur designatur. Deinde procõ
Res bello a fla, & imperator qualis Cicero. sul prouinciam sortitus Ciliciam, exercitum duodecim mil lium peditum, duorúmque millium sexcentorum equitum traiicit, iustus Cappadociam Ariobarzani regi reconciliare, eiusque voluntati reducere. Hæc ipse placidè, & absque congressu pugnæ composuit, ac Cilices, qui ob cladem Romanorum à Parthis illatam, Syriæque tumultus efferebantur, administrationis suæ mansuetudine placat. Munera ibidem à regibus sibi oblata renuit. Præterea prouinciæ populos ab epularum stipendiis soluit. Idem diebus singulis iucundiores è prouincia viros nullo apparatu, sed liberaliter conuiuio adhibuit. Eius domus ianitore omnino libera: ipse cubãs à nemine visus est, sed matutina luce aut stans aut circumãbulãs iuxta cubilis sui locũ, dexterã his dabat
75 qui ad se salutatum ingrederentur, Iracundè nullius iurgio lacessi

lacessitus, aut damnatus improbè fertur. Multa publicorum, quæ furtiuè subrepta fuerãt, ciuitatibus reddidit, ac obnoxios nihil vltra perpessos in sua dignitate seruauit. Pugnæ non expers, latrocinia quæ circa montem Amanum infidebant, in fugam egit: qua victoria imperator à militibus salutatus est. In qua re ne id frustra retulerim, Cælius orator cùm rogasset, vt ad quoddam spectaculum pantheras sibi Romam è Cilicia mitteret: Cicero venustè permotus rebus à se gestis, in Cilicia non esse pantheras respondit, sed in Cariam effugisse, dedignatas quòd cęteris pacem agentibus, illæ solùm bella perferrẽt. Cæterùm prouincia decedens Cicero Rhodum nauigat. Inde veterum consuetudinũ desiderio captus, Athenis piusculam moram egit. Vbi viris eruditione præcipuis in colloquium adhibitis, beneuolisq; grate persalutatis, laudibus Græciæ commodè exornatus Romam redijt, iam iam veluti quodam incendio bello ciuili ęstuante. Verùm senatus cùm sibi triumphum decerneret, 76
gratius sibi inquit fore composita intestina seditione, se triumphum Cæsaris sequi. Interea priuatim consiliis diligentè operam præbuit, partim Cæsari scribens, partim Põpeium orans, vtvtrunq; pacaret. Sed insanabile vulnus mox patuit. Cæsar enim vrbem inuadit, Pompeius pleriſque clarorum & optimorũ ciuium comitatus, hanc deserit. Exquo Cicero fugã illorum linquens, addi partibus Cæsaris visus est. Anceps tamen ac vtrinque discussus quædam signa suæ mentis aperuit. Scribit enim in epistolis, quò se vertat ambigere: honestam & pulchram belli materiam apud Pompeiũ esse, Cæsarem meliori re vti, seq; salubrius necessariis præseruare. Habeo igitur quẽ fugia quẽ sequar nõ habeo. Inter 77
hęc Trebatius vir Cęsari familiaris, per epistolas Ciceronẽ hortatur ad Cæsaris beneuolentiam, eúmque ad spem successũ communicandam inuitat. Quod si ob eius senectutem abnueret, admonet vt ambobus longè semotus in Gręciam pergat, ac ibi quietem agat. Tum admiratus Cicero quòd Cæsar ipse non scripserit, iracundè respondit se nihil republica indignum acturum. Hæc in epistolis eius inuenire fas est. Cæterùm Cæsare Hispaniam petente, Cicero ad Pompeiũ nauigat: hunc cæteri gratè suscipiunt, at Catoamotis procul arbitris, multa cũ illo questus est, quòd adhæ

Ciuilẽ bello neutræ partẽ probauit.

Amor patriæ & integritas viri.

adhęreret Pompeio asserens sese non commodè quam par
tem primùm elegisset posse relinquere: Ciceronem, si Ro
mæ mansisset rerum euentui se componens, patriæ saluber
rimum, & amicis vtilissimum se futurum: causa nulla in-
quiens illum Cæsaris hostem factum, & periculi tanti par-
78 ticipem. Hi sermones maximè Ciceronis flexere animos:
vnde operam dedit, vt Pompeius ad magnificum nihil eo
vsus sit materia ipse perhibens, nec animi mutationem lõ
gè dissimulans. Apparatum nanque Pompeij floeci pende
re, eius crebras conciones clàm molestè habere, socios nul-
la causa plerunque lœdoriis carpere, siue per iocum elude
re: idem castra perambulans fronte mœstitiam simulare,
nemini ridendus, cæteris inopinatò risum ludumque sug-
gerere. Ex his quædam retulisse indignum non arbitror.
Cùm Domitius virum quidam aciei prępecisset, & eum lau
dibus prosequeretur, quòd moribus esset pius ac integer:
Quid ergo, inquit Cicero, ipsum tuis tutorem liberis non
præseruas? Quidam Theophanam Lesbium, dum in castris
erat præfectus fabrorum, laudibus efferebant, quoniã Rho
dios in amissione classis optimè solatus oratione suauissi-
79 ma foret. Ad quod Cicero, Quamoptimum, inquit, est Græ
cum hunc in castris magistratum habere. Cęsar rebus secun
dis vsus cùm partes aduersas obsidione premeret, memorã-
te Lentulo audiuisse se Cæsaris beneuolos mœstos ac furen
tes esse, Eos, inquit Cicero, dissentire Cęsari dicis. Cùm Ma
ricus, qui ex Italia nuper accesserat, referret Romæ famam
inualescere, Pompeium obsidione vrgeri: Ob id naugasti,
inquit, vt id aspiciens crederes? Referente Nonnio post cõ
flictum optimam spem haberi licere, quòd septem aquilæ
in castris Pompeij captæ essent: Rectè, inquit, moneres, si
nobis aduersus picas pugnandum foret. Labienus quibus-
dam diuinationibus nixus, cùm assereret Pompeium supe-
raturũ: Hac ergo spe ducti, inquit, castra nuper amisimus.
Expeditã Pharsalica pugna, vbi ob malam valetudinem Ci
80 cero non affuit, cùm fugisset Põpeius, Cato frequentes co-
pias classémq; permagna Dyrrachij tenens, Ciceronẽ iux-
ta morẽ & dignitatẽ consularẽ, exercitui præsse rogauit.
Sed cũ non tantũ id negauisset Cicero, verùm omnino mi-
litiam fugeret, proditor à iuniori Põpeio ac plerisq; appel-
latus est, strictisq; in se gladiis circũuentus trucidatus obis-

Proditor ciuit bello falso appellatur.

set, ni Cato instans eũ in exercitu ereptũ transtulisset. Hinc
igitur Brundusiũ profectus, aduentũ Cæsaris ob res Asiæ ac
Aegypti tardantẽ, eum ibi moratur, donec nuntiatũ est Cę-
sarẽ Tarentũ attigisse, ac terrestri gressu Brundusiũ pergit.
Timens autẽ virũ victorẽ & infensum in multorũ conspe-
ctibus experiri, tamẽ præter dignitatẽ nec loqui, nec quic-
quã agere impulsus est. Nam Cæsar vt eũ conspexit multò
ante cæteros occurrentẽ, descendit, eumq; gratè pręsalutа-
uit. Deinde plurima solus cũ illo colloquens, quorundam 81
stadiorum continuum iter egit. Ex hoc tẽpore Cæsar tam
firma tamq; grata beneuolentia aduersus eum vsus est, vt
cùm ille librũ de laudibus Catonis edidisset, contrà referi-
bens Cæsar in opere Ciceronis eloquentiã ac vitæ integri-
tatem celebrans, eum Pericli similẽ dixit, & ab eo Thera-
menis vim expressam esse monstrauit. Ciceronis igitur li-
ber Cato, Cæsaris verò Anticato inscriptus est. Fertur etiam
in causa Q. Ligarij, qui & ipse vnus ex aduersariis Cæsarit
habebatur, patrono Cicerone, Cæsarem ad beneuolos suos
versum dixisse: Vir ille diu malus nosterque hostis proba-
tus, sed quid interim nos impedit Ciceronẽ audire? At cùm
orare Cicero cœpisset, tãta orationis varietate, tanta gratia
admirabilis fuit, vt Cæsar in colores plurimos vultũ verte-
rit, manifestumq; foret omnes animi sui mutationes mirè
potuisse cognosci. Pharsalicam tandem pugnã cùm orator 82
attingeret, ille velut amens corpore exiluit. Libellum præ-
terea quendam è manibus abiecisse traditur. Quare Cæsar
orationis vi coactus, reum crimine liberat. Cæterùm ex
hoc tempore Cicero rempublicam in monarchiã mutatam
aspiciens, publica misit, ac operam iunioribus præbuit, qui
philosophiæ adorti studium forent. Ex horum etiam fer-
me consuetudine (quoniam ij nobilissimo genere ortum
ducebant, & clari in primis erant) iterum in republica plu-
rimùm potuit. Verùm interea eius erat studium philoso-
phiæ dialogos condere, siue transferre: præterea singula
dialecticorum & physicorũ vocabula in latinũ eloquium.
Hic enim primus (vt aiunt) assensum, retentionẽ sententię,
comprehensionem, præterea insecabile, vacuum, aliaque
plurima huiusmodi vocabula hactenus Latinis insueta,
nota & appellanda dedit. Poetica interdum ex ingenij fa 83
cilitate ioci gratia vsus est, qua aliquando cùm caluisset,

A republ. discessit libertate extincta.

per noctem quingẽta carmina narratur edidisse. Eius verò temporis partẽ maximam agens apud Tusculanũ agrum, quidam ex suis familiaribus scripsit, se ducere vitã Laertis, seu iocatus in hoc, ceu solitus est in cęteris: seu quòd rerum ciuilium desiderio motus, præsentibus affligeretur. Perrarò interea vrbem accessit, idque tantũ vt Cęsarẽ salutaret. Frequẽti verò in cõcione primus adesse, ac dicendo nouum quicquam continuò ad Cæsaris gloriã adoriri: quemadmodum illud, cùm deiectæ & fractæ Pompeij imagines iussu Cęsaris in pristinã dignitatem essent restituꝫ, inquit,
84 Pompeij statuas figẽs Cæsar, suas firmat. Meditatus (vt fertur) patriç historiã stylo cõplecti, vbi multas Grẽcorũ tum fabulas, tum orationes immiscere decreuerat, eã inuitè dimisit, publicis ac domesticis curis affectus, quarũ nõnullas & ipse sponte subiit. Primùm enim Terentiam repudiauit vxorem, quòd adeò negligens fuisset eius, vt cùm in expeditionẽ proficisceretur, inops necessarij cõmeatus abierit. Præterea cùm in Italiam inde rediisset, ea non nisi molesta & turbulenta potitus est. Brundusij etiam cùm ipse longam ageret moram, illa nec eò profecta est, & illuc pergentem Tulliolã tenuiori viatico impensaq; dimisit. Domum ad hæc omniũ vacuam ac deserram, ærcq; alieno onustam fecit. Hæ repudij causæ feruntur potiores: quas cùm negaret Terentia, ipse longa oratione probauit. Hoc acto paucos inde post dies virginem duxit vxorẽ, captus (velut aiebat Terẽtia) illius forma: sed vt Tiro libertus refert, vt æris alieni soluendi potestas esset. Nam ea puella prædiues erat, & eius substantias sub tutoris fide seruabat, cũ interim
85 ob multa millia quę debebat, adesse beneuoli, instare, solicitare, vt eam licet nondũ viro maturã desponsaret, seq; illius dotibus pergrandi ære liberaret. Antonius verò in his quæ aduersus Philippicas scripsit has memorans nuptias, illum vxorem apud quã senuerat indignè expulisse tradit, simulq; in eũ iocatus est, tanquã inertis & mollis viri rem ipsius domesticam mordens. Post hæc paucis ferme diebus eius filia, quæ post excessum Pisonis prioris viri Lentulo nupserat, ex partus angustia moritur. Adsunt igitur beneuoli, adsunt familiares, vndiq; conueniunt philosophi, Ciceronem exhortaturi vt æquo animo filiæ mortem ferat.
86 Nam huius doloris habitus impatiens est. Vnde quòd noua vxor

Senex iuuenculam ducit coniugẽ, eandem mox repudiat.

vxor lætari obitu Tulliæ visa est, illi repudium dedit. Sed apud domestica Cicero laborauit. Cæterùm coniurationis in Cæsarem expers fuit, quanquam inter beneuolos Bruti haberetur, & presentia ægreferret, ac plerisq; non inferior rempub. pristinã cuperet. Pertimuere autẽ viri illius naturam ceu audaciæ inopẽ, ac eius ætatẽ, in qua robustissimis etiã viris solent animi maximè deesse. Verùm vt Bruti atq; Cassij patrata res esset, & beneuoli Cæsaris conuenissent, iterum intestini tumultus est orta seditio. Quare Antonius qui consulatũ agebat, conuocato senatu cũ ad concordiam breuiter quædam concionatus esset, Cicero pro tempore multa disseruit, senatui suadens vt Athenienſium exemplo abolitionẽ rerum Cęsaris ageret, præterea Bruto & Cassio prouincias decerneret. Sed horũ nihil adimpletũ. Nam ple- 87
bis animi cæde Cæsaris exasperati, vt cadauer ipsum per medium forum elatũ aspexere, ad hæc cùm extulisset Antonius Cæsaris vestẽ sanguine sparsam, ac vndiq; perforatam gladiis, furore cõmoti, percussores Cæsaris quęritant, inde ardentibus facibus eorum domos incendiis poscunt. Sed illi imminens periculum prouidentes, effugiunt, comitesq; nonnullos authoritate primos clàm immorati vrbem relinquunt. His extẽplo Antonius elatus est, ac veluti dominatutus vrbi, omnibus timori esse cœpit, Ciceroniq́ue maximè. Nam potentiã suam in vrbe iterum firmam aspiciens, & aduersus authores cædis tẽpus offerri, cœpit molestè angi præsentibus, præbuitq; suspicionẽ dissimilitudinis vitæ animiq; sui immutati. Quamobrem id animaduertens Cicero, enixè instat vti cum Dolabella legatus in
88 Syriam nauiget. Sed Hircius & Pansa viri clari & optimi, Ciceronis studio incẽsi, inituri consulatũ post Antonium, ne se deserat orare, qui Antonium opprimere præsente eo suscepissent. Quare Cicero nõ omnino diffidens, quanquam id etiam parum crederet, Dolabellam missum fecit. Inde data fide Hircio, se Romæ affuturũ cùm consulatũ iniret, Athenis æstiua ducturus solus nauigat. Sed in itinere ipso cùm morã tereret, & noui sermones (vt assolet) ab vrbe ferrentur, pœnituisse Antoniũ, eũq; mirè mutatũ, ac omnia senatusconsulto agere tractareq́ue: præterea vt rectè singula componerẽtur, vrbem eius indigere præsentia, secum questus quòd nimiùm sui cautus esset, Romã repetit. Nec

primùm spe sua deceptus est: tanta enim ciuium copia sibi obuiam itum est, vt in eius ingressu circa fores, circa dexteras dandas, circa salutationes, integra ferme dies cõsumpta
89 sit. Postea verò cùm Antonius senatum cogeret, aduocatus Cicero non paruit, sed cubans simulauit se ex pelagi laboribus & valetudine impediri. Nam suspicio insidiarum in ipsa via nuntio quodam accepta, eum in senatũ ire vetuit. Hoc Antonius non leuiter tulit, sed eum probris lacessens milites extemplo misit, qui aut illum adducerent, aut domum incenderent. Sed his cùm obstarent nonnulli, precibusq; inniterentur, Antonius vadimoniis cõtentus quieuit. Deinceps primores vrbis placidè reliquũ tempus duxere palàm, illi verò aduersantes, nec omnino sibi non cauti, donec iunior Cæsar ex Apollonia in patriam rediit, & hæreditate Cæsaris adita, cum Antonio in non paruas contentiones erupit, cũ Antonius ex bonis Cæsaris quinquaginta
90 & ducenta millia æris sibi diriperet. Ex his Philippus iunioris Cæsaris vitricus, & Marcellus, qui sororem eiusdem duxerat, cũ adolescente Cæsare ad Ciceronẽ profecti conueniunt, vt apud senatũ & apud plebẽ Cicero verbo factoq; causam adolescentis assereret, cõtraq; adolescens pecunia & militibus defensionem sibi Ciceronis assumat. Iam iam adolescens plerosq; militũ Cæsaris circa se habere, & Cæsaris partes omni studio ad sese recipere. Ferunt Ciceronem non ingratè beneuolentiam Cæsaris iniuisse, quòd eum antea diuino quodam somnio illexisset. Nam Cæsare adhuc Pompeio nondum vita functis, Cicero per quietẽ vidit sese monitum in Capitolio vocare ordinis senatorij liberos, ceu Iuppiter ostẽsurus quis vnus ex illis foret, qui rerum esset potiturus: quocirca ciues soliciti currere, & iuxta templum assistere, pueri verò omnes circunsedere, silentiumq; agere. Patefactis interea foribus templi, quisque
91 puerorum vicissim surgere visus, ac Iouem adire. Tum Iupiter quẽcunq; animaduertisse, mœstũq; repulisse, in vnico solùm fixus dexterã protẽdens, O Romani inquit, hic princeps factus finẽ bellorum ciuiliũ vobis imponet. Hoc somnio stupefactus Cicero imaginẽ pueri requirẽs, cùm ipsum nihil omnino nosceret, animo eam impressit. Cumque per diem descendisset in campum Martium, visis pueris, qui peractis ludis iam abibant, puerum quem in somnis vide-

Causam Octauij Cicero suscipit somnio monitus.

rat

rat aspicit. Quare animo perculsus puerũ conuenit, eumq; rogat quibus parentibus natus sit. Erat ille Octauio patre, qui vir non valde clarus fuerat, ex Accia sorore Cęsaris ortus: ex quo Cęsar liberis carens, facultates suas, domum, familiæq; nomẽ testamẽto illi reliquit. Ex eo igitur somnij tempore ferunt Ciceronẽ, cùm Cæsar obuiam sibi fieret, accuratè eum conuenisse, contraq; illum Ciceronis beneuolentiam gratè fouisse. Fortuna præterea quadam Cæsarem ortum memorant, Cicerone consulatũ administrante, quæ omnino primas fuisse causas ad mutuã beneuolẽtiam tradunt. Quare & odio Antonij, & ob suã naturã gloriæ desiderio flagrantem, quòd existimaret ex potentia Cæsaris sese vrbi præesse, Cicero ita se adolescenti subiecit, vt eum quandoq; patrẽ appellauerit. Ex quo stomachans Brutus, in epistolis ad Atticum Ciceronẽ increpat, quòd Antonij metu Cæsari blandiens, non libertati studere, sed domestico imperio seruire videretur. Sed nihilominus Brutus Ciceronis filium, qui Athenis philosophiæ operam dabat, ad se recipiens, eum in primis dignitatibus habuit, eoq; in plurimis vsus, ipsum strenuũ reddidit. Ciceronis verò potentia tunc in vrbe maximè claruit. Nam iuxta
93 mentem suam seditionis authorẽ eiecit Antoniũ, & ambos consules Hircium atq; Pansam in illũ ab vrbe cũ exercitu misit, Suasit præterea senatui, lictores cæteraq; imperij ornamenta Cæsari dari, veluti qui pro patria esset certaturus. Verùm deuicto Antonio, & vtrisq; consulibus Thessalica clade cæsis, omnes militũ copiæ ad Cæsarem conueniunt. Quare metuens senatus virum iuniorẽ, fortunamque, qua splendidè vsus fuerat, largitione tentauit eius exercitum reuocare, illiusq; potentia scindere, veluti reip. tot copiis nequicquã opus esset cùm fugisset Antonius. Quãobrem territus Cæsar ad Ciceronẽ mittit, qui eum orarent, sibiq; suaderent, vt operam impenderet ad consulatũ ambobus committendum: quo si potiretur, affirmarent Ciceronẽ vt placitum ei esset rebus vsurum, seque adolescentem ipsius curæ se daturum, nominis gloria illectum contentumque. *Hac simulatione primatum Ciceronis fore passus est: res ipsa tamen eò tendebat, vt Ciceronem ad petendum consulatum impelleret, comitia vtrisque conciliaturum. Elatus ergo his nuntiis Cicero, vir senex à iuniore deceptus, sena-

Causis nõ satis grauibus, Octauio sese tũ contra dignitatẽ & statẽ suã, tũ magno reip. malo subiecit.

χρῆσαντο τῇ κινήσει τοῦ ἐνδόξου φιλαρχίᾳ.

94 *Ambitio.*

Imprudẽtia.

tum atq; centurias illi præbuit, extẽplo à beneuolis lacessitus, ac non multò pòst intelligens se populi libertatem ac sese perdidisse. Nam inito consulatu potentior factus adolescens, Ciceronem missum fecit, ac Antonio Lepidoq; cõciliatus, copias in vnum coegit, & veluti censum quendam triumuiri imperium orbis sibi partiti sunt. Proscriptionis præterea tabulas vltra ducentorum ciuiũ edidere, in quib⁹ Cicero causa plurimæ litis fuit. Nam Antonius nihil conuentionis omnino ratum habere, ni primus ille proscriberetur. Lepidus Antonio sese iungere, solus Cæsar ambobus summa vi obniti. Triduo itaq; circa ciuitatẽ Bononiã horum scelerata colloquia habita sunt, quo loco apud interlabentẽ fluuiũ singuli castra locarant. Ferunt diebus primis Cæsarẽ pro Cicerone certasse enixius, victũ tandẽ die tertia virũ prodidisse. Omniũ cõpensatio sic demũ habita est, Cæsar Ciceronẽ, Lepidus Paulum fratrẽ, Antonius L. Cæsarẽ auunculũ suum, alios aliis concessere. Sic ergo eorum furor & indomita rabies omni ingenio humanitatis exciderunt, ostenderuntq; magis nullam esse feram vastiorẽ homine, cùm licentiã affectuũ nactus sit. His perfectis, Cicero qui cum Q. fratre apud agrum suum Tusculanum diuertebat, audita proscriptione statuit Asturam ad maritimum quendã ipsius locũ pergere, vt inde ingressi pelagus in Macedoniã Brutũ cõueniat, quoniã iam rumor erat victorem esse. Ex ingẽti ergo mœstitia defecti viribus se deferendos lecticis tradũt, ac per ipsum iter nec subsistebãt, nec mutuò propinquabant, simul lugentes ac vlulantes.

Cicero vix tandẽ proscribitur.

Fugitat.

Quintus præcipuè animo magis vexari: cui cùm subiisset in mentem se cõmeatũ nullũ habere, qui etiam Ciceroni tenuissimus erat, tutius visum est vt Cicero fugã prẽriperet, Quintus domũ ea gratia præcurreret, vnde apparatior extẽplo rediret. Hæc cùm inter se firmassent, alter alterum complexi, cũ summo luctu disiuncti sunt. Inde diebus paucis Quintus ipse à familiaribus suis proditus, cũ filio à persequutoribus cæsus est. Asturã delatus Cicero, quæsita puppe pelagus petit, ac ventos secundos iuxta Circæũ potitur. Hìc cùm optarent nautæ iter inceptũ prosequi, Cicero seu metu maris, seu quòd nondum omnino Cæsari diffideret, è puppe descendit, Romamq; poscens centũ ferme stadia pedestri itinere transegit. Inde animi fessus ac mutatus, mare atq;

atq; Asturam repetit. Hìc tum graui atq; anxio cogitatu pernoctans, in mentem duxit clàm Cęsaris domũ poscere, ac in ea interius sese iugulans, vltrices diras in eũ cõcitare. Verùm perscrutantiũ grassatorũ timor eum ab hac professione repulit: præterea monstra quædã, quæ præsaga mẽte notabat: ex quibus familiaribus sese permisit Capuam pupi perducendum. Diuersoria enim illic habuit, in quibus ardores solis flaribus æstiuis gratissimè flantibus euitare consueuerat. Hìc Apollinis erat sacellum mari imminens, ex quo cùm Cicero adremigaret littori, corui elati pennis magno clangore nauiculã impetunt, deinde supervtrisq; cornibus antennarum insidentes, partim clamore strepere, partim capita funium exagitare. Tum omnibus id infaustum ostentum visum est: verùm descendit è puppi Cicero, & in diuersorio veluti quietẽ captaturus accubuit. Hinc corui super poste sedentes magis ac magis tumultuoso clangore perstrepunt. Horum vnus descendens in cubiculum Ciceronis, pallium quo cubans erat opertus, rostro ab eius fronte deduxit: quod domestici cùm vidissent, malorum præsagi sese excrueiare, si oculos suos cæde sui domini maculare sustineant: nefandumq; ipsis videri, si alitibus viro immeritò infelici opitulari conantibus, ope nulla ipsi permoueantur. Præcipites itaq; mutuis viribus ac inter se precibus illũ lectica ad mare diripiunt. Inter hæc cũ lictorũ copia superuenerunt iugulatores, Herennius centurio, & Popilius tribunus militũ. Is Popilius iam dudũ paricidij reus, opera Ciceronis, qui causam susceperat, defensus iudicium euasit. Cùm ergo fores quæ obseratæ fuerant fregissent, & necubi Cicero inueniretur, & qui aderant se illum scire negarent, tradunt adolescentem quendam Q. fratris libertum nomine Philologũ, quem Cicero studiis liberalibus erudierat, tribuno dixisse, ipsum per vmbrosos consitosq; calles ad pelagus lectica delatum. Tribunus igitur paucis comitibus secũ assumptis, ad exitũ viæ præcurrit: Herennius per demonstratã semitam accelerans illum consequitur. Verùm Cicero vt percusores imminere cognouit, suis vti lecticam sisterent imperauit: indeceu persæpe consueuerat, cùm genã siniſtræ imposuisset, immotis oculis percussores prospiciens, iugulum apparat. Miserum id quippe spectaculum: squalidus enim vultu, comaq; spar

Prodigia mortẽ præcedentia.

Comprehẽditur.

Cædes miserabilis.

sparsus,& adeò sub curis extenuatus, vt ipsorum percussorum pleriq; miserè affecti oculos suos texerint, cùm iugulum poscceret Herennius,crine nudum,& extra lecticã vulneribus prolatum, quia tum sexagesimum quartũ agebat
100 ætatis annũ.Caput ac manus,cum quibus Philippicas scripserat,Antonij iussu truncauit Herennius,Romamq; attulit.Quæ membra cùm Antonius,qui tum fortè comitia habuerat,mutilata prospexit, ingenti voce proclamans, Sic habeant,inquit.finem proscriptiones. Deinde ea poni pro rostris imperat,spectaculum Romanis horrendum,qui nõ membra Ciceronis sese spectare, sed imaginem animi crudelis Antonij videbantur.Verùm tanto in scelere, id tantùm ritè perfectum est,quòd Antonius vxori Quinti Philologum tradidit.Hæc potestatem illius nacta, præter cæteros cruciatus,quibus eum affecit.eiusdem carnes ipsum sibi amputare membratim,igni adurere,mandereq; coegit,
101 sicuti historici quidam aiunt. Tiro Ciceronis libertus proditionis Philologi nihil omnino meminit. Cæterùm ipse percepi.cùm Cæsar post plurimùm tẽporis ad quendam è nepotibus ingressus esset, quòd tum fortè Ciceronis opusculum tenebat in manibus,subito aduentu Cæsaris territus,libellũ in sinu tentauit occulere:sed id frustra,cùm præ uenisset Cæsar.Capto igitur opusculo eo Cæsar cùm ſtãdo plurimam eius partem euoluisset,id reddidisse adolescenti cum his verbis perhibetur:Eloquens hic vir,eloquens fuit, ô fili,& amator patriæ. Inde parum pòst cùm idem debellasset Antonium, consul factus sibi Ciceronis filium collegã delegit,atq; sortitus est. Cuius magistratu senatus statuas Antonij deiecit.ac nonnulla ipsius ornamenta aboleuit.

Grata mortuo patria.

Præterea publico edidit edicto,ex Antoniorum gente neminem Marcum appellari.Sic ergo diuino quodã fato vltima vltio ad Ciceronis domum redacta est.

Demosthenis

DEMOSTHENIS ET CICERONIS COMPARATIO.

Væcunq; igitur de Demosthene, Cicero 102
neq; in notitiam nostrã digna memoratu peruenere,hæc sunt.Ac eloquẽtiæ quidem comparatione missa, hoc præterire silẽtio nõ possum,quòd Demostenes quidẽ,quantamcunq; vel natura, vel exercitatione cõsequutus vim esset,omnem in ista dicendi facultate consumens, grauitate orationis oẽs quibus cũ iudicialibus in causis collatus est, facilè superauit,amplitudine & magnificentia ipsos declamatores,arte & diligentia sophistas longè post se relinquẽs. Cicero verò cùm disciplinas atq; eas quidẽ multifarias eloquentiæ studiis coniunxisset,philosophica monumẽta non pauca,Academicorũ more conscripsit.Tametsi forenses etiam orationes satis declarẽt, cognitionẽ illũ literarũ amplioré quãdã ostẽtare voluisse. Iã etiã mores alios illorũ oratio prẽfert. Demosthenica siquidẽ citra fucũ,citra lusum,ad grauitatẽ 103
studio vergens,non lucernã, quẽadmodũ Pytheas ille calũniabatur,sed aquæ potũ,curãq; & eã morũ acerbitatẽ quã vocant,tristitiamq; refert. Cicero verò ad scurrilitatẽ vsq; scommate sæpenumero euectus,dignas studio res risu tractans,dum causæ seruit,sæpe deserit officium, vt in Cælij causa,nihil absurdum facere se, qui in tanta magnificentia & deliciis, concedat voluptati: insanum esse, vti nolle quo possis,cùm clarissimis philosophis felicitas in voluptate statuatur.Causam Murenæ,quam oppugnabat Cato consul defendens, cùm multa insolentia in Stoicorũ placita lusisset,risu oborto & ad iudices permeante,subridens Cato,Quàm ridiculum,inquit,consulem habemus. Vide- 104
tur familiaris Ciceroni risus & insita dicacitas fuisse,nam facies ipsa ludens quiddam & serenum præ se ferebat,cùm Demosthenis seria semper esset, & solicitudinem temerè haud vnquam remitteret:vnde difficilẽ aduersarij, & moribus horridum vocabant.Idem in ipsorum monumentis discrimen videre licet. Hic leuiter & citra molestiam laudes suas,sicubi ad rem aliã maioré spectant,attingit,per cætera verecundus moderatusq;. Ciceronis redundatia & ite-

ratio,morbum arguit,æstumq; gloriæ:vnde vox ista, Cedant arma togæ,concedat laurea linguæ.Deniq; nõ solùm facta sua laudare, sed dictas scriptásve ab se orationes demirari cõsueuit,quasi cum Isocrate aut Anaximene sophista quopiam iuueniliter contendat, non Ro.populũ, horrendum,armisonum,metuendumq; hostibus,regere conetur. Vt enim potentem esse ciuilis viri orationem decet, 105
ita plausum captare & gloriam nimis auidè glutire, ingenerosi hominis est. Vnde non paulò terribilior Demosthenes est,vim illam suam, tantùm vsum quendam esse iudicans,magno auditorum assensu nixum:rudes verò & illiberales(vt sunt)quicunq; ob eam facultatem inflẽtur. Authoritas in rep.par fuit.Præsidio vterq; militariũ hominũ egebat:Demosthenes Charetis, Diopethis, Leosthenis: Cicero Põpeij Augusti,id quod Augustus ipse ad Agrippã & Mecœnatem scribit.Magistratũ verò,qui mores cuiusq; declarare,& animi morbum patefacere creditur, Demosthenes insignem nullum gessit,vnde nullum inde experimentum sui dedit:nam copiis quas contra Philippum excitauit,ipse non præfuit.Cicero verò quæstor in Sicilia, proconsul in 106
Cilicia & Cappadocia,quo tempore,auaritia vigente,ducibus legatisq; vulgò furari sordidum, rapere non illicitũ videbatur:accipere verò prorsus reprehensione carebat, & qui id faceret amabatur,satis tum animum opibus superiorem declarauit,specimenq; bonitatis ingens dedit. Romæ verò verbo quidem consul, potestate monarcha & Dictator,verum esse in Catilina declarauit, quod Plato cecinerat,Tutas malis vrbes futuras,si in vnum potestas ingens, prudentiaq; & iustitia coiuissent. Sed quæstum Demosthenes turpiter feciisse fertur, Phormioni & Apollodoro aduersariis actiones,elàm sumpta pecunia, scribens: ad hæc propter regum largitiones malè audiuit:tum est corruptelæ Harpalicæ conuictus. Primùm,quid si falsò ab obtrectatoribus,qui non pauci sunt,hęc impacta dicamus? Certè ad regũ munera vltro & cum gratia data, Demosthenes respicere non fuerit ausus, nec erat hoc hominis nautica re 107
quæstũ exercenris,nemo arbitror negabit. De Cicerone verò,quòd ædilis Siculorum,proconsul verò regis Cappadocum, vrbe verò cùm eiiceretur,amicorũ etia rogantũ munera reiecit,diximus iam dudum. Exilium illi quidẽ turpe furto

furto deprehenso,huic pręclarum opus patriã à latronibus vindicanti incidit: vnde cùm nihil ille quod exilio prætexeret haberet, propter hunc senatus & vestem mutauit, & lugere instituit, & decernere nulla de re voluit, priusquam reditus decretus ei publicè foret. Exiliũ Cicero ignauiter tulit in Macedonia desidẽdo:Demostheni verò gestorum præcipua pars exilium fuit.Nam dum operam Græcorum legatis dedit,consutatis Macedonũ,vrbes concilians, longè præstantiorẽ Alcibiade Themistocleq; ciuem, in eadem cum illis sorte cõstitutus,sese declarauit. Iam eandem 108
denuo reip.causam susceptt,& enixè Macedonẽ Antipatrũ oppugnauit.Ciceronẽ verò Lęlius,cùm Cæsar consulatum imberbis contra leges petiuisset,cõniuentem conuitiis incessit:& Brutus scribens grauiter arguit,quòd reip.tyrannidem molestiorẽ aluisset,quàm pepulerat. Ante oïa verò ab obitu deplorandũ hunc putem, quando homo senex & nobilitate clarus,à seruis sursum deorsum circũlatus,mortem fugitando,cæsores suos fallere cuperet,qui in eo tollẽdo,vix momento naturã anteuertebant,à quibus mox trucidabatur.In illo quanquam ad preces paulisper sese demisit,admirandũ est quòd venenum seruauit,tũ quòd est vsus, quasi cùm deus immunitatem negasset,ad aram sacratiorẽ confugiens,& ex mediis armis hostibusq; corripiens sese, crudelitatem Antipatri videret.

Demetrius.

DONATO ACCIAIOLO INTERPRETE.



RAECLARAM meo iudicio prisci sapientes sententiam habuere, qui cùm rerum naturam ingenti studio diligentiaq; perquirerent, artes similes sensibus esse dixerunt: hac præcipuè, vt mihi videtur,ratione compulsi, quòd eam diiudicandi vim discernendiq́ue potentiam æquè sensibus atq; artibus animaduerterũt inesse, quam ad percipienda contraria à primis incunabulis cunctis hominibus 1
natura

natura inſeruit. At nos quanquã experientia ipſa, & horum philoſophorum grauiſsimo iudicio confirmati in hanc ſententiam adducimur, vt exiſtimemus artes atque ſenſus in eo non mediocriter conuenire, quòd pariter diſcernere contraria poſſint, tamen alia ratione non parum differre arbitramur, quòd eorum iudicia non iiſdem finibus terminantur, cùm artes præter cognitionem contrariorum, electionis quoque iudicium habeant. Nam ſenſus etſi album pariter atque nigrum, amarum dulcéque percipiunt, non tamen ſic ea diiudicant, vt alterum expetendum, alterum fugiendum eſſe diſcernant. Mouentur enim ſuapte natura à ſingulis contrariis quæ ſibi obiiciuntur, omniáque deinde eodem pacto quo ipſi antea perpeſsi fuere, ad rationis iudicium deferunt. Artes verò cùm ſemper ſint rationi coniunctę, vt vtilia eligant, fugiantque aduerſa primùm ea accuratè penſant quę ſibi congrua ſunt, deinde & quaſi longiore interuallo ea proſpiciunt, à quibus putant caueri oportere. Medicina enim ægritudinem, Muſica diſſonas voces ea tantùm ratione conſiderare videtur, vt melius efficere contrarium poſsit. Temperantia quoque, tum iuſtitia, ac prudentia, omnium artium perfectiſsimæ, cognitionem non modò vtilium ac honeſtarum rerum, ſed earum etiam quæ turpes & inutiles & iniuſtę ſunt, ad ſe pertinere procul dubio putant, atque eos qui vitiorum naturam ſe ignorare gloriantur, vehementer accuſant, quaſi rudes earum rerum quas maximè decet viros ſtudioſos cognoſcere. Quare anti qui Spartiatæ cùm ſua feſta celebrarent, conſueuerunt agreſtes homines qui appellabantur Helotę, quantùm maximè poterant ad potum crapulámque compellere, eósque deinde mero ingurgitatos in conuiuia iuuenum adduci iubebant, vt illi cernentes ebriorum turpitudinem, ebrietatem veluti rem deformem perhorreſcerent. Nos verò neminem corrumpendum eſſe putamus vt alij corrigantur, neque hanc emendationem ciuilem, neque humanam, neque libero dignam eſſe arbitramur. Sed non erit fortaſſe inutile ad exemplum rectámque viuendi rationẽ, duos aut plures homines in medium afferre, qui cùm in gubernatione maximarum rerum verſarentur, ſumma licentia ac intemperantia vſi, famam ſuæ turpitudinis apud poſteros requere. Neque profectò hoc agere intẽdimus, vt huiuſmodi varie

Spartiatarũ antiquorum mos.

varietate ornando hiſtoriã noſtram, afferamus legentibus voluptatem: ſed quemadmodum Iſmenias ille Thebanus diſcipulis ſuis tam eos qui malè, quàm eos qui bene modulabantur oſtendens dicere ſolebat. Hoc pacto non autem illo modulari oportet. Atque vt Antigenidas ille bonos modulatores iuuenibus arbitrabatur iucundiores eſſe futuros, ſi malos fuiſſent aliquando experti: eodem pacto nos alacriores fore exiſtimo ad perſequendũ meliorem viuendi modũ, ſi flagitioſorũ hominũ mores hiſtoria cognouerimus. Demetrij igitur, qui vrbium expugnator eſt dictus, ac M. Antonij imperatoris vitã hoc libello cõplectimur. qui viri ſententiã illam Platonis maximè ſuis moribus cõprobaſſe videntur: Præclara, inquit, ingenia quemadmodum virtutes maximas, eodem pacto vitia quoq; maxima producere ſolent. Fuerunt enim ambo cùm ſummis flagitiis, frequẽti potui, ac leuiſsimis amoribus dediti: tum è cõtrario liberales, benefici, ac in re militari peritiſsimi duces. Præterea eãdem propè habuerunt fortunam, cùm non ſolùm in totius vitæ curſu, nunc principatus & regna ſint maxima conſequuti, nunc vice verſa eadem amiſerint, nunc ex felici rerũ ſucceſſu in extremas calamitates ceciderint, paulóque deinceps præter ſpem in priſtinam felicitatem redierint: ſed etiam extremæ vitæ actu ſimilem penè finem ſortiti eſſe videantur: cùm hic quidem in manus hoſtium venerit, M. verò Antonius idem ſit propè perpeſſus. Antigono igitur duo ex Stratonice Corrhæi filia fuerunt filij, quorum alterum fratris nomine Demetrium, alterum patris Philippum vocauit. Talis enim frequens eſt fama: quanquam nonnulli Demetrium nõ Antigoni filium, ſed nepotem ex fratre fuiſſe tradunt. Mortuo nanq; patre ac matre, deinde Antigono, nupta, Demetriũ aũt adhuc infantẽ relictũ, creditũ eſſe Antigoni filiũ. Philippus cũ eſſet paucis annis minor natu, quã ipſe Demetrius, vita exceſſit: Demetrius itaq; etſi non æqua patri, procera tamẽ fuit ſtatura: forma verò & pulchritudine oris adeo egregia, adeóque præſtanti, vt pictorũ aut ſculptorũ nemo ſimilẽ vnquã potuiſſet effingere. Nã & gratiã ſimul & terrorem, tum grauitatem & manſuetudinem quẽdam præ ſe ferre videbatur: concurrebãtq; cum iuuenili ac elato vultus aſpectu admirabilis ſplendor regia quadam dignitate coniunctus: ita que natus eſſe videbatur ad ſtuporẽ ſimul

Platonis ſẽtentia.

Demetrius forma inſignis.

simul & gratiam hominum concitandam. Erat autem cùm per otiũ potus & cõuiuia celebrabãtur, & delicatissimus & iucũdissimus omniũ regum: cũ verò res gerẽdę erant, studio acdiligentia, tũ ingenij magnitudine cunctos alios superabat. Quare liberum patrẽ imitari maximè videbatur, quem ex eo vehementer extollunt, quòd probè sciret & bello vti & pacem rursus ex bello conficere, tum iucunditate suauitatéq; ingenij sibi mentes hominum conciliare. Fuit præterea Demetrius amatissimus Antigoni patris sui: studio quoque marris & patrem obseruare videbatur, eúmque magis ob veram syncerámque beneuolentiam, quàm ob potentię magnitudinem vereri. Cùm aliquando legati quidem ab Antigono audirentur, reuersus à venatione Demetrius confestim ad patrem accessit succinctus telis, eúmque osculatus prope virum cõsedit: paulóque deinceps cùm legati habitis responsis discederent, alta voce ad eos conuersus Antigonus. O viri, inquit, nuntiate talem amicitiam animiq; pietatem, qualem videre potuistis inter Demetrium Antigonúmque seruari: quasi ostenderet, cõcordiam patris cum filio, status ac regum potentiæ maximum esse indicium.

2 Adeè enim regnum à communi sanctaque societate alienum esse consueuit, adeóque maleuolentiæ & perfidię plenum, vt maximo atque antiquissimo Alexandri successori lætandum iure fuisse videatur, si corpus suum inerme armatis filij manibus tutò cõmiserit. Verùm enimuerò huius fatis filij manibus tutò cõmiserit. Verùm enimuerò huius fatis filij manibus tutò cõmiserit. Verùm enimuerò huius f

ac multis magnisque prœliis sub illo versato, prope Gazam
vrbem pugna cõmissa superatur. Octo millia hominũ eo
sunt prœlio capta, quinque millia cæsa, tentorium prœterea
& omne ornamentũ corporis regij Demetrio ereptum. Sed
hæc quidẽ Ptolemæus vna cùm amicis quos prœlio ceperat
ad eum remisit, verba addens humanitate referta, non de
omnibus simul, sed de regno & gloria à magnis viris esse
certandũ. Demetrius his benignè receptis precatus est deos,
ne diutius Ptolomæi debitorem se esse permitterent, sed fa
cultatem quandoq; darent, vt similẽ ei posset liberalitatẽ re
13 ferre. Atq; ob hanc cladem non ita animo affectus videtur,
vt iuuenes solent principio malè succedentibus rebus, sed
vt grauis dux, qui multas sit fortunę permutationes exper-
tus. Itaque summo studio properabat vires reficere, vrbes
gubernare, arma ac milites congregare, congregatos exer-
cere, neq; quicquã omittere, quod ad reparandũ dissipatum
recenti clade exercitũ pertineret. Interea cùm hæc pugna
infeliciter gesta nuntiata Antigono esset, dixisse eum fe-
runt Ptolemæũ primo prœlio imberbes superasse, deinceps
aduersus viros sibi pugnandũ fore. Petenti post hæc filio, vt
his viribus quas habebat, sibi liceret rursus cũ hoste manũ
conserere, assensit pater, ne animũ spe consequendæ victo-
14 riæ erectũ, audaciámque iuuenis retardaret. Iámq; ei non
multò postea congrediendi facultate oblata, ita est illa im-
pigrè vsus, vt neq; sibi occasio, neq; ipse occasioni defuisse
videretur. Nam cùm Ptolemæus secũdis rebus elatus sibi
persuasisset Demetrium ob recentẽ calamitatẽ susceptam
facilè ex tota Syria posse depelli, aduersus eum Cillẽ ducẽ
cum magnis copiis misit, quem imparatũ, hostiúmque ad-
uentũ minimè expectantẽ subitò adortus cũ omni exercitu
cepit Demetrius. Septẽ hominũ millia eo prœlio capta in ma
nus Demetrij viua venerũt, Magna prœterea rerũ pecunia-
rũmq; copia inuenta. Quibus omnib. vehementer lætatum
Demetriũ aiunt, non tã ob gloriam & spolia adepta, quàm
quia sibi facultatem oblatam cernebat, qua Ptolemæo be-
ne ac prœclarè de se merito parem posset liberalitatem re-
15 ferre. Itaq; cũ pater suis literis exhortatus cõcessisset, vt his
omnibus suo arbitratu vteretur, Cillẽ vnà cũ amicis liben
ti animo ad hostem remisit. Hæc clades Ptolemęũ paulo an
tè victorẽ è Syria pepulit, Antigonũ verò, quẽ fortè hostes
velu

veluti hominem victum contempserant, in eiusdem posse-
sione firmauit. Atq; incredibile dictu est, quanta sit senex
lætitia elatus ob hanc victoriam manibus filij partam. Post
hæc Demetrius cùm in spem venisset eos Arabum populos,
qui Nabatæi vocãtur, sibi subigendi, profectus cum exerci
tu fortè euenit, vt in loca incideret aquarũ expertia, parũq;
abfuit, quin ipse totúsque exercitus siti deperiret. Quo ta-
men periculo cùm neque perturbatus esset, neque exterri-
tus, non mediocrem admirationẽ barbaris præbuit stupen
tibus viri audaciam, animúmque constantẽ in talibus tãmq;
inusitatis casibus tolerandis. Is autẽ non amplius moran- 16
dũ ratus, populata regione, septingentis camelis, omnisq;
generis præda abducta, sese suúmq; exercitum in loca tuta
recepit. Cùm verò Seleucus primùm Antigoni opera in Ba
bylonię regnum perductus, deinde suo studio viribus au-
ctis eò potentiæ ascendisset, vt iã minaretur locis Indiæ pro
pinquis, & ad ea regna quæ circa Caucasum sunt, animũ cõ
uertisset, sperãs Demetrius per eius discessum desertam Me
sopotamiam reperire, traiecto repentè Euphrate, subitò ad *Demetrius*
uentu Babyloniã occupat, & ex altera arce (erat enim duę) *Babyloniã*
expulso Seleuci præsidio, suóque introducto, septem dele- *occupat.*
ctorum hominum millia in vrbe cõstituit. Iubẽs deinde mi
lites, vt ex eadem regione, in qua nõ putabat vlterius tẽpus
esse terendũ, quæcunque possent, secũ abducerẽt, castra mo 17
uit, itérq; ad mare conuertit, Seleuco statum discessu suo fir
miorẽ relinquẽs: fugere enim visus est, regionẽ malè mul-
tans, tanquam ad se deinceps non pertinentẽ. Statimq;
sibi nuntio allato, Hallicarnassum à Ptolemæo vehementi
obsidione teneri, rem in extremo periculo esse raptim ob-
sessis subsidium ferẽs, ex illius manibus vrbẽ eripuit. Cùm
verò prosperè succedentibus rebus, Antigonus & Deme-
trius magna iam animis agitãtes, nihil tam arduũ esse arbi
trarentur, quod nõ se assequi posse confiderent, ad liberan- *Ad liberã*
dã Græciã, quæ Cassandri & Ptolemæi seruiebat imperio, *dam Græ-*
incredibili quada cupiditate mentẽ conuertunt. Hoc qui- *ciam profi*
dẽ nulli reges, neque iustius, neq; gloriosius gesserant bel- *iscitur.*
lum. Quare pecunias quascunq; possunt ex barbarorum re
gionibus cõgregant, classem instrui iubent, omnia deniq;
parant, quæ pertinere videbantur ad exequendam hanc ex-
peditionem pro Græcorum libertate susceptã. Verùm con

filio inter se habito, vnde tãti belli gerẽdi initium sumen-
18 dũ foret, cùm censuissent operæpretiũ esse, vt ad liberandas
Athenas omnibus aliis posthabitis primũ accederetur, atq;
ex eo quidã amicorũ suaderet Antigono, vt si eam occupet
vrbem, validis præsidiis firmet, ac perinde vt totius Græciæ
fundamentum custodiat: dixisse Antigonum tradunt, be-
neuolentiam sibi semper visum optimum regni fundamen
tum, verissimúmq; præsidium esse. Athenas, nũc, quasi spe
culũ totius orbis, paulò dein ceps in oculis omnium gẽtium
suæ gloriæ clarissimũ fore insigne. Demetrius igitur talẽtis
quinq; millibus nauibus quinquaginta supra C C collectis
non amplius cunctandũ ratus, cùm versus Athenas classem
19 direxisset (hanc enim vrbem tenebat pro Cassandro Deme-
trius Phalereus, arcémq; Munychiam firmis præsidijs mu-
nierat) cursum suum tum prudentia, tum fortuna iuuante,
quinto Calend. Aprilis ante Piræum nemine sentiente ap-
paruit. Athenienses primo hostium aduentu decepti, ad hãc
classem susciendam sese parabant, existimantes esse Pto-
lemæi naues. Paulò verò postea, vt perceperunt hostes adesse,
repentino terrore, quasi amẽtes facti, statim ad arma cõ
clamant: auxilium ferebant duces, omnia (vt par erat) pa-
uoris ac tumultus erãt plena. Demetrius per tenebras occu
patis faucibus portus, cùm intus esset ingressus, iam coram
omnibus apparens, ex naui per caduceatorem silẽtium ab
Athenien sibus petiit. Quo quidẽ facto appropinquans illis,
ac benigne alloquens, inquit se à patre Antigono missum,
vt bona cum fortuna Atheniẽses liberos faceret, præsidia ho
20 stium expelleret, legibus deniq; illis ac moribus patriis re-
stitutis, sæuo tyrannorum imperio vrbẽ liberaret. Quibus
verbis multi fuerũt, qui proiectis armis Demetrium roga-
rent vt ẽ classe descẽderet, benefactorẽ ac liberatorem pa-
triæ magnis clamoribus vocitantes. Phalereus, omnésque
ij, qui circa illum erant, etsi nihil horũ quæ pollicitus erat
Demetrius, firmũ stabiléq; arbitrarentur futurũ, tamẽ pro
pter tã repentinã mutationẽ, spe retinẽdæ vrbis abiecta, ce
dere victori necessariũ esse putabãt. Itaq; legatos ad eũ mit
tunt, qui à Demetrio benignè susceptí, remissíq; simul cum
Aristodemo Milesio, vno ex intimis paternísq; amicis, ad
Phalereũ reuertuntur, quem quidem ciues magis, quàm ho
stes formidantem, petentémque sibi tutò per Demetriũ li-
ceret

ceret Thebas cum suis familiaribus proficisci, non modò
non neglexit Demetrius, sed gloriam & virtutem viri in ho
nore habẽs, diligenter curauit, vt Thebas incolumis perue
niret. His gestis, perentibus Athenien sibus, vt vrbem intra-
ret, non prius se ciuitatem Athenarum visurum respondit, 21
quàm omni præsidio hostium expulso, liberam penitus fe-
cerit. Relictis igitur, qui Munychiam armis machinisque
& omni tormentorũ genere oppugnarent, ipse interim ad
liberandas Megaras, quę etiam Cassandri præsidio teneban
tur, cum omni exercitu proficiscitur: Sed cùm audisset Cra
tesipolim mulierem pulchritudine famosam degentem Pa
tris, quæ olim Alexandro Polyperchonti dedita fuerat, suũ
congressum vehementer appetere, relicto exercitu circa
Megaras, ad eam profectus cum paucis expeditis & manu
promptis iisque iterum à se remotis, seorsum tẽtorium po-
suit, vt celaret mulierem ad se venientem. Hoc cùm nonnul 22
li hostium resciuissent, magnã occasionem capiendi Deme
trium nacti, ad eum aggrediendum proficiscuntur: iámque
tabernaculum prope peruenerant, cùm is repẽtino tumul-
tu perculsus, sumpta raptim chlamyde fugam arripuit, pa-
rúmque abfuit, quin ob intemperantiã suam turpiter cape-
retur. Hostes verò tentorio eius cũ omni supellectile potiti
abierũt. Post hæc occupatis Megaris cùm in vrbe direptio-
nes frequẽtes agerent milites, Athenien sibus benignè pro
Megarensibus supplicantibus, eorũ precibus cessit Deme-
trius, præsidiisq; deductis liberã ciuitatem reliquit. Dum *Stilbon philosophus.*
hæc Demetrius ageret, Stilbonis philosophi sibi in mentẽ
venit, de quo magna apud Megarenses erat opinio, quòd in
quiete & tranquillitate quadam suum viuendi modũ consti
tuisse dicebatur. Hunc igitur ad se vocatum rogauit Deme 23
trius, an aliquid suarũ rerum sibi quisquã miles eripuisset:
ad hoc, nemo, inquit Stilbõ: neminẽ enim vidi scientiã aufe
rentẽ. Rursus in discessu suo seruis omniũ ciuiũ arreptis, cũ
benignè ad eũ cõuersus dixisset. Liberã vestrã ô Stilbon, ci
uitatẽ Relinquo: Rectè, inquit ille, nullũ enim seruũ in vr-
be relinquis. Deinde ad aggredienda Munychiã, quæ assi-
duè fuerat post discessum suũ obsidionem perpessa, cum o-
mni classe rediens, primo aduentu eam expugnauit, atque
hostium præsidio expulsa, suóque introducto, arcem euer-
tit. Post hæc Demetrius Athenien sibus assiduè eũ vocãtibi

cùm id tempus opportunum esse arbitraretur, vrbem est ingressus, cõfestímque populo in concionem vocato, gratissimis verbis patrias leges pristinámq; libertatẽ restituit: addidítq; præterea, se omni studio curaturũ, vt Athenas medimnum frumenti centũ quinquaginta millia, & materiæ copia tanta, quanta ad centum fabricandas triremes sufficere posset, ab Antigono patre mittantur. Athenienses igitur rempub. post decimum & quintum annum, quibus sub alieno imperio manserant, beneficio Demetrij liberatã accipiunt. Nam à pugnà Lamiacensium, & eo prælio quod apud Cranonem cõmissum est, vsq; ad illum diẽ quo Demetrius vrbem intrauit, nomine paucorũ status, re autem vera tyrannicus fuerat dominatus, propter immoderatam Phalerei potentiã. His rebus gestis, famáq; Demetrij vbique diffusa, cùm magnus clarúsque apud omnes gẽtes haberetur, statim immodici honores, & ante illud tempus inauditi, quos populus Athenienſis ei decreuit, hominem (vt plerũq; fit) corrupere, in solentẽ molestúmque omnibus reddidere.

Athenæ tyrannide liberatæ à Demetrio.

24

25 Primò enim tulerunt decretum, vt Demetrius & Antigonus omnium reges appellarentur, cùm hi antea hoc nomen abominarentur, quod ab his tantùm, qui Philippo & Alexandro successerant, vsurpari solitum erat, aliis verò nequaquam erat commune. Hos præterea deos seruatores, & præsulem Athenienſem, qui certo quodam nomine appellari consueuerat, sacerdotem seruatorum vocari iusserunt, atq; eum singulis annis confirmantes, nomen illius in omnibus suis decretis & scriptionibus præponebant. In eo autem loco vbi primùm è curru descendit Demetrius, sacrificiis peractis arã locarunt, quam Demetrij *desultoris aram appellari voluerũt. Decreuerũt præterea, vt Antigonus & Demetrius in peplo vnà cum Ioue & Pallade intexerentur: vt duę insuper tribus, quarum alteram Demetriadem, alteram Antigoniadem vocitarunt, suis veteribus adderentur: atq; eorum senatui, qui numero quingentorum hominũ continebatur, centum accederent homines, vnaquaq; tribu quinquaginta secum trahente. Non prætereundum videtur illud admirabile genus honoris, quod acutissimè à Stratocle inuẽtum aiunt, qui huius & aliorum omnium, quibus blandiri posse arbitrabatur, diligentissimus fuit inuestigator. Tulit enim decretum, vt legati quos Athenienses ad Antigonum

Honores Demetrio & Antigono decreti.

*ναυαλίαν.

26

num & Demetrium mitterent, sacri vocarentur, sicut illi qui cum patriis sacris Olympum & Pythiam mitti consueuerant totius Grẽciæ celebritate. Sunt autem & alia multa à Stratocle per audaciam & impudentiã perpetrata, illísq; similia, quibus Cleonem illum antiquum vti solitum tradunt, cùm populo Athenienſi suis impudentissimis adulationibus blandiretur. Habuit enim Stratocles Philacium amicam quæ semel cùm ei capita quædam in foro empta in conuiuium attulisset, comiter ad illam conuersus Stratocles, Ea, inquit, emisti, ô Philacium, quibus nos reipub. gubernatores ludere consueuimus. Quodam quoq; tempore cùm Athenienses pugna nauali essent circa Amorgum superati, præueniẽs eos Stratocles qui huius calamitatis nuntium afferebant, summa celeritate vrbem ingressus, per Ceramicum coronatus transiuit, faustũ afferẽs victoriæ nuntiũ: quo quidem extemplo epulum per vnã quanq; tribum constitutũ est, & sacrificia publicè supplicationésq; decretæ. Paulò verò deinceps cùm venissent hi, qui ferebãt nuntium susceptæ clamitatis, atque vniuersus populus vno consensu aduersus Stratoclẽ vehementius exarsisset, ille tamen hunc furorẽ audacter impudẽtérque sustinẽs, Quid, inquit, viri Athenienses, vobis molestè intuli, si duos dies summa estis mea causa in voluptate versati? Talis igitur erat Stratoclis audacia. Sed fuit profectò iuxta Aristophanis poetæ sententiam, igne calidior venter. Quidam enim alter longè impudentior, quàm Stratocles, tulit decretum, vt quoties Demetrius Athenas veniret, susciperetur in Cereris & Bacchi hospitio, vtque illi, qui in Demetrio honorãdo alios superasset, tantùm ex publico ærario daretur argenti, quantum sufficere posset ad collocandum in tẽplo aliquod suæ liberalitatis, insigne. Insuper vt mensis Ianuarius, vtq; primus ac nouissimus dies mẽsis, tum denique vt Bacchi conuiuia ex Demetrij nomine vocarentur. Verùm extemplo post hæc hi casus sequuti sunt, quibus obstupuerunt omnes, cùm non fortè, sed diuino quodã numine euenisse viderentur. Peplũ enim in quo Demetrius & Antigonus simul erãt contexti, cùm per Ceramicũ mitteretur, ingẽti superueniente procella, mediũ scissum ferũt: & circa aras illorũ magnã aconiti copiã ortã, cùm rarò in ea regione nasceretur: & eo die quo festa Bachi celebrabãtur, omnẽ pompã dissi-

27

28

29

patam pessundatámque fuisse. Insuper ob magnã glaciem vehemẽtémque pruinam, non modò ficus & vites à frigore esse combustas, sed maximam quoque segetum partẽ corruptã. Quare Philippides cùm inimicus esset Stratoclis, hęc aduersus illum in comœdia protulit:

Per quem combussit pruina vites,
Per quem scissum in medio peplum est,
Honores diuinos mortalibus tribuentem,
Hæc populum corrumpunt, non comœdia.

Fuit autẽ Philippides sũma cũ Lysimacho familiaritate
30 cõiunctus, multáq; per eũ populus Athenienſis beneficia susscepit à rege. Cõpellebatur enim rex ad hũc hominẽ diligẽdũ ob suos integros mores, vitæq; probitatẽ, in eoq; præcipuè virum admirabatur, quòd cùm secũ versaretur frequenter, ab omni tamen astutia & adulatione, quibus regiæ domus abũdare solẽt, quasi à pernitiosa peste abhorreret: itaq; animũ suum induxerat, vt quãdocunq; sibi ad bellum résq; gerendas proficiscẽti occurrebat Philippides, hoc pro bono omine haberetur, quasi aliquid faustum felixque portẽderet. Verũ aliquándo rogatũ à Lysimacho nũ aliquid suarũ rerũ expeteret, respõdisse aiũt: Solũ ô rex, ne arcanorũ tuorum quicquã mihi credas. Hos igitur quorũ alter in cœna, alter in concione assiduè versabatur, ob naturæ vitæq; dissi
31 militudinẽ nõ immeritò opponẽdos putauimus. Illud verò genus honoris, cuius inuentorem aiunt fuisse Dromocli dem, adeò consuetudinem morémque hominum excesit, vt mõstrum quoddam videatur. Decretum enim tulit Dromoclides, debere Sphettiam tribum de locãdis scutis apud Delphos, Demetrium quasi oraculum quoddã consulere, vt hac sua scriptione publicis suffragiis approbata intelligi licet: Visum fuisse populo Athenienſi, quòd bene ac feliciter eueniret, vt eligatur ex Athenienſibus vnus, qui accedens ad Demetrium seruatorẽ, posteaquam sacrificia peregerit, eum roget atq; consulat, quonam modo piè atque optimè summaq; claritate dedicatio sacra in Delphis agẽda videatur. Hæ igitur tot tantęque adulationes, quibus Athenienſes sæpe erga Demetrium sunt vsi, languentem viri animũ miniméq; blanditiis repugnantem facilè corruperunt.
32 Sed hac tẽpestate ipse Athenis degens vxorem duxit Eurydicen, mulierem Athenienſem, ex claro Militiadis genere, ortam

ortam, quæ olim nupta Opheltæ Cyrenarum principi, post obitum viri Athenas redierat. Hæ nuptiæ Athenienſibus vehementer gratæ iucũdęq; fuere, quòd existimabãt summũ honorẽ Athenarũ vrbi tributũ esse à rege, maximúmq; beneuolẽtiæ signũ ostẽsum, quoniã sibi placuisset eã præcipuè ciuitatẽ eligere, in qua regiũ coniugiũ celebraret. Erat autẽ Demetrius magnopere deditus nuptiis, adeóq; his delectari videbatur, vt multis semper vxoribus vteretur, quarũ maximè in honore habuit Philã, tũ ob Antipatrũ illius patrẽ, tum quia per eã, supra omnes Alexãdri successores, gratiam beneuolentiámque sibi apud Macedonas comparauit. 33
Ad hanc ducendam iam satis ætate prouectam, renuentem Demetriũ cùm esset iunior, compulit suis adhortationibus pater, illud Euripidis in mediũ ferens, Vbi est lucrum, vxorem vel nolens ducito: cùm similiter cadente voce, Vxorite subiicito, diceret. Talis igitur erat erga Philam, aliásq; vxores Demetrij amor. Verũ in summa rerũ licentia cõstitutus, eũ vno eodémq; tẽpore & scorta & vxores permultas haberet, adeò se voluptatibus deliciísque permiserat, vt iã esset communi sententia diuulgatum, omnium regũ inconstantissimũ esse Demetriũ. Dũ hæc Athenis geruntur, nuntiatum interea Demetrio ab Antigono est, Ptolemęum regem magna comparata classe Cyprum nauigare, bellũ ingens, terra marísque parare, omnia posthabenda esse, vt tãti conatus hostiũ reprimantur. Quibus perceptis Deme- 34
trius etsi ex medio victoriarum cursu se ad nouam expeditionem vocari cernebat, tamen magnitudine rei compulsus necessariò paruit consilio patris, non sine dolore gloriosum relinquens bellum paulò antè tam libenti animo pro Græcorum libertate susceptum. Itaque Athenis decedens, ante omnia Cleonidem Ptolemæi ducem Corinthum ac Sicyonem obsidentem pecunia tentauit, vt liberas illas ciuitates dimitteret. Quo quidem renuente, nõ amplius cunctandum ratus, cùm versus Cyprum classem direxisset, fortè Menelaũ offendit Ptolemæi fratrem, quẽ prælio aggressus statim fudit, fugauitq;. Verùm paulò pòst cũ Ptolemæus magno cũ exercitu terra maríq; parato obuiam ei venisset, primo congressu minę superbę atque insolentes altercationes vtrinque sunt factæ, Ptolemæo quidem iubentem Demetrium antea recedere Græciámque repetere,

35 quàm ſuam extremam calamitatem conſpiceret: Demetrio verò aſſerente, ſe non prius Ptolemæum è manibus dimiſſurum, quàm ex Sicyone Corinthóq; præſidiis deductis, liberas eas ciuitates reliquerit. Hoc bellũ tot tantíſq; conatibus vtrinq; ſuſceptum, non ſolùm his regibus, qui iam in aciem propè deſcenderant, ſed reliquis quoq; principibus ingentem iniecerat curam, expectationémque anxiam fecerat ob incertum exitum rerum, dubiúmque belli euentum. Cernebant enim non de Syria aut Cypro, ſed quiſnam maximus omniũ regum eſſet futurus, in ea ſolùm victoria agi. Ptolemæus igitur centum & quinquaginta nauibus collectis, inſtructíſque in aciem, confeſtim ad Menelaum fratrem nuntium mittit, vt cùm videat certamen vehementer inſtare, in medio ardore pugnæ è Salamina ſexaginta progrediens nauibus, hoſtes à tergo adoriatur, ordinémque perturbet.

36 Demetrius è contrario non ignarus eorum quæ parabantur ab hoſte, decẽ tantùm aduerſus illas ſexaginta oppoſuit naues, eáſque anguſtum aditum portus, per quẽ tranſire Menelaum oportebat, occupare celeriter iuſsit, ibíque conſiſtere, vt ſi fortè egredi Menelaus tẽtaret, etſi numero impares, loci tamen opportunitate adiutæ exitum hoſtium prohiberent. In promõtoriis deinde finitimis atque vndique proſpectantibus mare, pedeſtres collocauit, quas & ordinem ſeruare iuſsit, & longè latéque extendi, vt maioris multitudinis ſpeciem præ ſe ferrent. Atque hoc pacto omnibus terra marique inſtructis, cum reliquis copiis nauibus centum octoginta Ptolemæum inuadit. Primo congreſſu turbauit, deinde diſsipauit hoſtium claſſem, demum vehementiori impe-

37 tu facto, fudit fugauítq;. Ptolemæus vt vidit ſuos paſsim terga dare, ſeque eſſe omnino ab hoſtibus ſuperatum, quanta maximè celeritate potuit, fugam arripuit, octo nauibus tantum ſecutis viri veſtigia, quæ ſolæ ex tanta copia vix euadere potuerunt: reliquæ verò omnes in eo certamine periere, præter ſeptuaginta, quæ ſunt vnà cum milite ac remige à Demetrio captæ. Deinde cùm ventum eſſet ad portum, vbi ingens erat pecuniarum machinarúmque copia, quæ in nauibus onerariis ſeruabantur, tum magna quoque ſodalium mulierúmque turba expectantium fortaſſe victoris arbitrium, extẽplo nemine aduerſante, in Demetrij poteſtatem cuncta venerunt. Inter hæc Lamiam mulierem ſua tempeſtate

Lamia tibicina.

ſtate famoſam fuiſſe tradũt, quæ præclarè tibiis cecinisse dicitur. Hæc primò canendi modulandiq; ſuauitate gratiam 38
ſibi apud homines comparauit: deinde cùm ſe ad amores amatorios contuliſſet, celebre eſt nomen & famam pulchritudinis apud omnes gentes adepta. Eo verò tempore etſi priſtinæ dignitatis florem, quia iam annis grauis erat, abieciſſe videretur, tamen venuſtate & mãſuetudine quadam adeò ſibi homines conciliabat, vt ſupra omnes alias mulieres chara eſſet Demetrio, & ab illis etiam mulieribus, quas gratia anteibat, non mediocriter amaretur. Poſt hanc naualem pugnam Menelaus iam viribus ſuis diffidens, cùm cedere victori neceſſarium eſſe putaret, Salaminam primò, naues deinde copiáſque terreſtres quaſcunq; habebat, Demetrio dedit. Fuerunt autem hæ, mille & C C equites, peditum XII millia. Hanc victoriam per ſeipſam claram atque illuſtrem, clariorem illuſtriorémq; fecit ſua pietate & liberalitate Demetrius: corpora enim hoſtium defunctorum magnificè ſe *Demetrij*
peliri iuſsit, & captiuos ſine pretio vllo dimitti. Armaturas 39
inſuper integras totùmque corpus tegentes, ducentas ſupra *mira liberalitas.*
mille dono Athenienſibus miſit. Poſt hæc Ariſtodemũ Mileſium ad ſe vocatũ, quanta maxima celeritate poſsit ad Antigonum patrem accedere iuſsit, eíq; referre hanc ampliſsimam victoriam partam, & ſpolia adepta, ac omnia demum, quæ fuerunt poſt fugam hoſtium proſperè felicitérq; ſequuta. Is cùm adulationum, quibus regiæ domus abũdare ſolẽt, optimus eſſet fabricator atq; magiſter, nũc ex his rebus blãdiendi occaſionem nactus, rem inuenit, qua in Antigonum vteretur maxima adulatione refertam. Nam cùm è Cypro decedẽs, prope eum locum veniſſet, vbi verſabatur Antigonus, iactis anchoris procul à littore nauim conſiſtere, & nautas omnes quietem ac ſilentium agere iuſsit: ipſe deinde ſcapham conſcendens, cunctis aliis qui ſecum venerant in nauí relictis, ſolus cõtinenti applicuit. Erat eo tempore An- 40
tigonus in magna ſolicitudine cõſtitutus, quòd expectabat (vt par erat) incredibili cura eius pugnæ euentum, quæ iam fuerat apud Salaminam cõmiſſa, cupiebátque vehementer audire quam fortunam Demetrius filius habuiſſet, cùm ſibi allatum eſt veniſſe tunc, iámq; propè adeſſe Ariſtodemum Mileſium, nũtium à Demetrio miſſum. Subita re perculſus Antigonus, cũ vix ſeipſum domi continuiſſet, extẽplo alios

atque alios obuiam Aristodemo mittit, qui cognitis omnibus quæ ille afferebat, summa cum celeritate ad se reuertantur. Is autem cùm nil percontantibus responderet, tum lento gradu tacitúsque veniret, magis, quàm vnquam antea, perturbauit Antigonum, atque incredibili vrgẽte animum cura, cùm se amplius continere non posset, vsque ad fores ci
41 tato gradu obuiam Milesio accessit. Ille verò stipatus frequenti hominum turba, quæ vndiq; rei nouitate commota ad regiam cõfluxerat, vt prope Antigonũ venit, porrigens dexteram alta voce exclamauit, Salue rex Antigone, pugna nauali regem vicimus Ptolemæum, & Cyprum tenemus, & militum captiuorum sex supra decem millia & octingentos in manibus nostris habemus. Exhilaratus Antigonus, Et tu per Iouem, inquit, salue: sic autem nos torquere voluisti Milesie? par profectò referam pari, serò enim præmium reportabis. Multitudo præterea, quæ ingens ibi conuenerat, hoc nuntio percepto, tum primùm Antigonum & Demetrium reges magnis clamoribus vocitauit, & Antigonum familia res sui insignibus regiis extemplo ornarunt, & Demetrium
42 pater diademate misso regẽ per epistolam appellauit. Hęc cùm essent frequenti fama in Aegyptum perlata, hi qui circa Ptolemæum erant, ne crederetur ob recentem cladem susceptam esse vehemẽter debilem, magnúmque factũ Ptolemæi statum, horũ vestigia sequuti Ptolemæum quoque regem salutarũt, vocitarúntque. Hoc igitur pacto Alexandri successores hinc inde distrahebãtur, alter alteriustitulorum æmulatione cõmotus. Nam & Lysimachus tum primũ diadema ferre incepit: & Seleucus in conspectu quoque Græcorum, si quãdo eorum audiebat legatos, iis regiis insignibus vtebatur, cùm antea coram barbaris tantùm gestare solitus esset. Verùm Cassander cùm alij aut literis, aut voce eum appellarent regem, solus penè fuisse apparet, qui hac inani ap-
43 pellatione neglecta, pristinum morẽ seruauerit. Hæc igitur non modò nomina, & habitum horum principum permutarunt, sed eos quoque in tantam elationem ac insolentiam extulerunt, vt quemadmodum tragici histriones vocem & incessum simul cum veste, sic illi vitam & mores vnà cum habitu mutasse viderentur. Nam & in regendis populis grauiores superioresq; facti, nõ modò violẽtia pro iustitia vtebantur, verũ etiam fastũ quendã præ se ferebant, pristinæ

stinę humanitatis obliti, qua antea fiebat, vt populi quietiori animo seruitutẽ perferrent. Tantũ igitur valuit vna adulatoris vox, vt hunc tam grauem morbum támq; perniciosam pestẽ, qua hi reges laborabãt, per vniuersum propè spargerit orbẽ. Hæc cùm ita essent, Antigonus elatus ob res circa Cyprum feliciter gestas, rursus tot copias terra marique aduersus Ptolemæũ parabat, vt appareret eum maius, quàm vnquam antea agitare in animo bellum. Itaq; extẽplo o- 44
mnibus cõparatis, nõ vltra differre profectionẽ constituẽs, terrestres copias sibi assumit, maritimas Demetrio cõcedit, cúmq; iubet prope eam terram per quã ipse ductabat exercitum, nauigare. Verùm hæ res tantò studio diligentiáque parate, qualẽ exitum habituræ essent, Mediũ quendam Antigoni familiarem vidisse per somniũ tradunt. Visum enim sibi aiũt Demetriũ in curriculo cũ omni exercitu decertantẽ, primùm magna celeritate & vehemẽti cõtentione certamen inire, paulò verò postea sensim pedetentímq; desicere, demum in ipsius cursus flexu adeò debilẽ infirmúmque factũ, vt spiritum recreare vix posse videretur. Sequutũ est igitur postea, vt Antigonus terrestres copias ducẽs multa pericula incõmodáque subiret, & Demetrius magna tẽpestate iactatus, multis amissis nauibus in loca importuosa cõpelleretur, atq; ambo post multas calamitates susceptas, vix dis-
sipatum terra marique exercitum domũ reducerẽt. Erat 45
ea tẽpestate Antigonus annos paulò minus, quàm octoginta natus, qui cùm ad militiam gerẽdam magnitudine & mole corporis magis, quàm senectute esset iam grauis & inutilis factus, in maximis rebus gerendis filio Demetrio vtebatur, excellenti ingenio viro, ducéq; iam fua felicitate & prudẽtia claro. Eius intẽperantiam, quam accusabãt omnes, æquiori animo fortasse, quã decuit, tolerabat. Ille verò vigente pace nunc circa potus atq; conuiuia, nũc circa amores & omnis generis voluptates, magna cum impudẽtia versabatur. At cùm bella gerenda erant, omnibus deliciis voluptatibúsq; posthabitis, sic moderabatur ingeniũ suũ, vt mores simul cũ fortuna rerũ mutasse videretur. Cũ aliquãdo Demetrius ex quadã expeditione domũ reuersus, subitò ad patrẽ accurrens, eum hilari vultu oscularetur, dixisse Antigonum aiunt, Lamiã ô fili, oscularis: eo enim tẽpore iã diuul- 46
gatum erat, Demetrium Lamiæ amore vehementer ardere.

Demetrij varium ingenium.

Rursus

Rursus Demetrius cùm multos diesdediſſet operã potui, ac deinde præſente Antigono quereretur ſe moleſto rheumate eſſe correptum, Audiuimus, inquit Antigonus: ſed illud quæſo, Thaſiúmne an Chiũ rheuma fuit? Quodam inſuper die cùm ægrotante Demetrio ad eum viſendum acceſſiſſet Antigonus, formoſum puerum prope oſtium eius offendit: ingreſſus deinde thalamum, manúq; illius apprehenſa, cùm venam tetigiſſet, Febris, inquit Demetrius, vt mihi videtur, paulò antè diſceſsit. Certè, inquit Antigonus, puerum enim nuper abeuntem prope oſtium tuum offendi. Hęc igitur vitia in otioſo Demetrio, cùm ingentes virtutes in rebus gerendis æquarent, moleſto animo toleraſſe Antigonum credunt. 47 Sed quemadmodum Scythæ cùm magnopere ſe in dulciſſe potui cernũt, arcuum chordas pulſare conſueuerũt, vt diſſolutum voluptatibus animum ad priſtinam cõtinentiam reuocent: ſic Demetrius cùm nunc in otio voluptatum arbitrio ſe totum permitteret, nũc in apparatu belli omniũ delictarum oblitus ſtrenuam operam nauaret, adeò varietati rerum accõmodabat ingenium ſuum, vt laborẽ atq; mollitiem, duo contraria maximè inter ſe pugnantia, ſupra naturæ modum iunxiſſe videretur. Verùm etſi in gerendo bello dux egregius eſſet atque præclarus, tamẽ in claſsibus, machinis, copiiſq; parandis longè præſtantior habebatur. Itaq; cùm expeditionem aliquam ſibi parãdam eſſe cernebat, data opera, vt ingẽs materiæ copia ſibi adeſſet, circa naues machináſq; fabricandas incredibili arte atque ſtudio verſabatur. 48 Magni igitur animi vir, nõ ad inanes puerileſq; exercitationes ingenium ſuũ conuerterat, ſicuti plerique reges, quorum alij tibiis, alij picturæ, nonnulli torno dediti, in ſeruilibus officiis ætatẽ agunt. Etenim Aeropum Macedonem lucernas abacóſque perparuos, cùm in otio verſabatur, fabricare ſolitum tradunt: & Attalum illum qui eſt Philomater dictus, non modò hyoſcyamum & elleborum, ſed etiam cicutam & aconitum, aliáſque permultas venenoſarum herbarum ſpecies ſæpius plantaſſe aiunt, & ſummum ſtudium curámque poſuiſſe, vt earum fructus in tempore legerẽtur. Parthorum quoque reges in telorum cuſpidibus acuendis non delectari ſolùm, ſed gloriari etiam ſolent. Demetrius verò cùm machinis inſtrumentiſque bellicis delectaretur vehementer, adeò in his conficiendis ingenio & arte valebat

Scytharũ mos.

Exercitia regũ quorundam illiberalia.

bat, adeóque illius opera tam parua, quàm magna in ſuo genere præclara atque magnifica erat, vt non modò ſumptu, ſed etiam manu regia digna viderẽtur. Vnde illud eſt nõ minusverè, quàm eleganter dictum, Demetrij opera magnitudine ſua, etiam amicis ſtuporẽ, pulchritudine verò etiam hoſtibus delectationem ſolita eſſe afferre. Atque inter alia memoratu digna, & naues duas, quarum altera ſexdecim remis, altera quindecim remis erat, ab eo confectas aiunt, & machinas nonnullas miro ingenio pro expugnandis vrbibus fabricatas: quę quidem ſpectantibus hoſtibus, incredibilem admirationem præbebant. Veluti Lyſimacho euenisſe tradunt, qui etſi ſupra omnes alios reges inimicus eſſet Demetrio, tamen cùm ab illo Solos Cilicióſque obſidente petiiſſet, vt ſibi liceret ſuas machinas nauéſque cõſpicere, atq; deinde benignè cõcedente Demetrio, omnia opera conſpexiſſet, adeò ſtupefactum admiratúmque aiunt, & magnitudinem & pulchritudinem machinarum, vt ſibi viſæ ſint non humano, ſed diuino quodam ingenio fabricatæ. 50 Rhodij quoque cùm à Demetrio eſſent multo tẽpore obſidionem perpeſsi, ſoluto deinde bello eum rogarunt, vt aliquas machinas ſibi relinqueret, quaſi quoddam ſuę virtutis ſuíque ingenij teſtimonium. Eodem etiam bello in quo Rhodij ſimul erant cum Ptolemæo ſocietate coniuncti, machinam quandam quam * vrbium expugnatorem appellant, eorum mœnibus admouiſſe Demetrium aiunt, tali quidem figura atque ſpecie fabricatam. Habebat in primis quadratam ſedẽ, cuius vnũquodque latus inter ſe æquale, in latitudinem octo & quadraginta, in altitudinem ſex & ſexaginta cubitorum extendebatur, atque à poſtrema baſi vſque ad verticem adeò gradatim extenuari videbatur, vt cùm infima ſedes lõgè latior ſupremo culmine eſſet, egregia quædam figura ex omni proportione ſeruata reſultare videretur. Intus prętereà erant latebræ cauernǽque complures ad ſuſcipiendos milites accommodatæ. Quà verò hoſtes ſpectabat, frontem patefactam habebat, atque vndique feneſtellas tectas, quibus varia tela poterant aduerſus hoſtes ſine vllo periculo iaci. Erat prætereà ſecundum vnam quanque ſpeciem pugnæ bellaciſsimis viris referta: & quod ſupra omnia ſpectatibus admirationem præbebat, tanta facilitate agebatur, vt cùm ſtrepitum maximum ederet, in vtram partem inclinaretur,

*ἑλέπολις *Machina bellica miro artificio à Demetrio fabricata.*

retur, conſpici minimè poſſet, ſed æquali vtrinq; pondere in cõcuſſa rectáq; moueretur. Ad hoc præterea bellũ duo ſunt ei ex Cypro thoraces allati ferrei, quorum vterque quadraginta minarum erat. Eorum robur cùm vellet Zoilus fabricator oſtendere, iuſsit aduerſus illos trigiata paſſuum inter uallo ex catapulta telum admitti: quo quidem facto, adeò firmiter vim teli ſuſtinuerunt, vt nihil ibi relictum ſit præter lineam quandam, quæ non teli cuſpide, ſed penicillo potius confecta videbatur. 52 Horum altero virum audaciſsimum ac robuſtiſsimum omnium, qui cum Demetrio erant Alcimenũ Epirotam eo bello vſum fuiſſe tradunt, ſolúmq; arma duorum talentorum geſsiſſe, cùm alij vnius duntaxat talenti armis vterentur, eúmque deinde Rhodi prope theatrum vrbis fortiter dimicãtem in medio ardore pugnæ cecidiſſe. In eodem inſuper bello conſtanter obſidionem tolerantibus Rhodiis, Demetrius fruſtra terendo tempus nulla re memorabili geſta, cùm honeſtam abeũdi occaſionẽ quæreret, noua eſt iniuria lacesſitus, qua aduerſus Rhodios magis quàm vnquam antea ira exarſit. Literas enim regiámq; ſuppellectilem à coniuge Phila miſſam cùm cepiſſent Rhodij, extemplo nulla ſuæ dignitatis ratione habita, ad regem 53 Ptolemæũ cuncta miſerunt: minimè in hoc Athenienſium humanitatem ſequuti, qui Philippo Macedoniæ rege graue aduerſus eos gerente bellũ, cùm tabellarios, qui ad eum mittebantur literáſque cepiſſent, cunctis aliis epiſtolis lectis, ſolùm Olympiadis cõiugis literas integras atque intactas reliquerunt, eáſq; obſignatas eodẽ pacto quo erant, ad Philippum remiſerunt. Verùm paulò poſtea Demetrius ſumma ſibi vlciſcendi facultate oblata, parum memor cõtumelię nuper acceptæ, vt generoſum virum decebat, magna liberalitate eſt in Rhodios vſus. Nam cũ egregiam Ialyſi figuram non omnino integram, mira tamen arte à Protogene Caunio depictam, & in quibuſdam ædibus publicis extra mœnia vrbis locatam cepiſſet Demetrius, extẽplo Rhodij præconem ad eum miſerunt, multis precibus ſupplicantes, vt huic præclaro operi pro ſua ingenij clementia parceret.

Ialyſi pictura nimiæ pulchritudinis.

54 Quibus reſpõdiſſe Demetriũ tradunt, ſe antea permiſſurum parentis ſtatuã deſtrui, quàm talẽ támque egregium artis laborẽ iniuria vlla extingui. Etenim ſeptẽ annos in hac figura pingenda conſumpſiſſe Protogenẽ aiunt. Addũt prętereà Apellem

Apellem cùm ad eam viſendam acceſsiſſet, adeò admiratum excellentiam operis, vt deficiente voce tacitus aliquandiu perſtiterit: tandẽ dixiſſe, magnum laborẽ & admirabile opus gratias non habere, quæ hoc atque alia quæ pinguntur ab illo vſque ad aſtra ferant, in cælóque reponant. Hanc poſtea imaginem Romam delatam vnà cum aliis ignis abſumpſit. Sed Rhodiis fortiter ſuſtinentibus bellum, cùm Demetrius abeundi occaſionem quæreret, forte Athenienſium legati ad eum venerunt rogatum, vt diuturna obſidione Rhodios liberaret. Quibus auditis, ſoluta ſtatim obſidio 55 eſt, ac Rhodij præter quàm aduerſus Ptolemæum, ab Antigono & Demetrio in ſocietatem recepti. Inter hæc Caſſander per diſceſſum Demetrij occaſionem nactus, cùm ad obſidendas Athenas magnis copiis acceſsiſſet, Athenienſes ingenti celeritate certiorem Demetrium reddunt, quanto in periculo res eorum ſint, eúmque rogãt, vt quamprimùm opem & auxilium obſeſſæ afferat vrbi. Quibus perceptis, Demetrius extemplo omnibus rebus poſtpoſitis, magno cum exercitu, & tercentum triginta nauium claſſe aduerſus Caſſandrum profectus, die noctúque nõ intermiſſo curſu cùm in Atticam peruenisſet, non modò ex omni regione Caſſandrũ expulit, ſed etiam fuſum fugatúmq; vſq; Thermopylas eſt perſequutus: Heracleámque deinde ſponte deditione facta in poteſtatem recepit. Fuerũt etiam ſex Macedonum 56 millia, qui hac victoria moti, ad Demetrium perfugerunt. Repetens deinde Athenas Demetrius, omnibus Græcis, qui intra Pylas verſabantur liberatis, atque iis, qui auxilium tulerant in ſocietatem receptis, Phylim & Panactum, quæ quaſi duo propugnacula Atticæ imminebant, validiſque fuerãt à Caſſandro munita præſidiis, celeriter oppreſsit, populóque Athenienſi reſtituit. His geſtis Athenienſes, etſi antea ſuprà 57 mores, ſupráque conſuetudinem omnia tribuiſſent Demetrio, tamẽ nullum conſtituentes adulationi modum, ædem poſt Palladis tẽplum ei in hoſpitium cõceſſerunt, in qua vnà cũ virgine pura hoſpes verſabatur impurus, patris veſtigia nequaquam ſequutus, qui aliquando cũ audiſſet Philippum filium in quadam domo, vbi tres *virgines morabantur, hoſpitio eſſe ſuſceptum, non obiurgato filio, ſed eo qui diſtribuendis hoſpitiis domibúſque præerat ad ſe vocato, præſente Philippo ſic inquit: Nónne ex tam parua támque angu

*παρθένοις mss.

57 anguſta domo filium meum deducis? Atque hoc pacto filio permutato, omnem occaſionem inferendę iniuriæ ſuſtulit. Demetrius verò nulla deæ Palladis, quam etiam ſororem maiorem natu ſibi aſciuerat, ratione habita, tãta eſt turpitudine dum in ea arce degebat, in mulieres vrbanas, & adoleſcentes liberos vſus, vt tum maximè locus ille purus videretur, cùm is ſolùm cum ſcortis illis, Chryſide, & Lamia, & Deme, & Anticyra verſabatur. Sed multa alia ſunt, quæ cùm ſine ignominia ac dedecore clariſsimæ vrbis narrari non poſsint, ſponte à nobis in præſentia omittũtur. Democlis tantùm temperantiam eximiam, incredibilémque virtutem, quia digna memoratu fuit, non viſum eſt ſilẽtio prę terire. Is erat puer adhuc imberbis adeò egregia, atque præſtanti formâ, vt ex pulchritudine ſua nomen adeptus, Pulcher Democles ab omnibus vocaretur. Hunc Demetrius

Democlis pueri pulchritudo & caſtitas miranda.

58 cùm neq; precibus, neque minis potuiſſet vnquam in deſiderium ſuum perducere, ſemel occaſionem temporis nactus, quo puer publicam palæſtram ac gymnaſium fugiẽs, priuatum quoddam balneum intrauerat, eò confeſtim accedit, ſolúsque ingreſſus puerum inopinãtem aggreditur. Ille verò, vt vidit ſibi ſoli & puero talem vim iniuriámque afferri, nullum aliud refugium habens, repentè ſublato lebetis tegmine, in feruentem balnei aquam ſeſe proiecit, atq; eo pacto morte voluntaria ſe à violentia, & ſcelere, Demetrij vindicauit, ſua innocentia profectò indigna, patria verò & pulchritudine ſua digna perpeſſus. Sed illud Celeneti neutiquã huic ſimile fuit, qui cùm pater Cleomedon ob illatam ſibi multam quinquaginta talenta reipub. deberet, literis à Demetrio acceptis, quibus à populo Athenienſi petebat, vt hanc multam Cleomedonti remitteret, nõ modò ſuã turpitudinẽ diuulgauit, ſed maximam etiam in ciuitatem

59 perturbationem induxit. Nã cùm Athenienſes his receptis, Cleomedontéque omni pœna liberato, decretum tuliſſent, nemini ciuiũ licere epiſtolam à Demetrio poſthac populo Athenienſi afferre, percepiſsẽntq; deinde grauiter ex hoc offenſum eſſe Demetrium, extemplo pœnitentia ducti non modò decretum illud derogarunt, verumetiam eorum, qui illius rei inuentores fuerãt, aliis necatis, aliis in exiliũ pulſis, nouum tulerunt, quod fuit hoc pacto frequenti populo approbatum. Viſum eſſe populo Athenienſi, vt quodcunq; rex

rex Demetrius iuberet, hoc & apud deos ſanctũ. & apud homines iuſtũ haberetur. Cùm verò quidam vir bonus deliraret Stratoclẽ dixiſſet talia ferentẽ decreta, ad hoc Demochares Spartiata, Deliraret, inquit, Stratocles, niſi hoc pacto deliraret: multis enim ſuis ille adulationibus profuit. Atque ſtatim de his accuſatus Demochares, ſine vlla mora 60
eſt in exiliũ pulſus. Talis igitur erat Athenienſiũ viuendi modus, eo tẽpore ſanè, quo illi & tyranni præſidia ex vrbe deducta, & libertatẽ ſibi reſtitutã putabant. Inter hæc Demetrio in Peloponneſum profecto, cùm eius aduentũ non expectarent hoſtes, ſed eo appropinquãte fugã arriperent, vrbes ſine vllo certamine tradebantur. Itaq; & littus quod Acteũ vocant, & Argos, Sicyonẽq;, tum Corinthũ, atq; Arcadiam totã, præterquã Mantineã, ingenti celeritate occupauit, ac iis qui præſidio erant traditis centum duntaxat talentis, ſine vlla mora in libertatẽ reſtituit. Celebrantibus deinde feſta Bacchi Argiuis, non modò intereſſe, ſed etiam præeſſe Demetrius voluit. Itaq; princeps certaminis factus 61
vnà cũ aliis Græcis lætitiã agens, Deidamiã Pyrrhi ſororem, ac Aeaci regis Moloſſorũ filiã coniugẽ duxit. Sicyonem inde profectus, cùm perſuaſiſſet populo, vt ea vrbe relicta commodiorẽ propè eandẽ vrbem habitarent locum, extẽplo nomine permutato, eũ pro Sicyone appellari Demetriadem iuſsit. Poſt hæc in Iſthmo cõmuni concilio celebrato, populi qui ibi frequentes cõuenerant, ducẽ Græcię vno cõſenſu Demetrium appellarunt, veluti Alexandrum atque Philippum antea vocitauerant, quibus ille ſe haud paulò meliorem exiſtimauit regem, præſenti felicitate, rerumque potentia elatus. Nam cùm ab Alexandro nemini vnquam ſit regium nomen ereptum, neq; ſibiipſi tantùm aſſumptum, vt ſe regem appellauerit regum, ſed multis ſint ab eo regna, nonnullis regiæ dignitates cõceſſæ, Demetrij *Demetrij inſolentia.*
inſolentiam quis non iure miretur, qui cunctis aliis neglectis, neminem præter ſe & Antigonum patrem, appellabat regem? Quinetiam eo cœtu vbi frequentes compotatores 62
conuenerant, cùm hi ſupra quos ioci cauſa effundebatur merum, alij Demetrium regem, alij Seleucum elephantorum principem dicerent, alij Ptolemæum præfectum claſſis, alij Lyſimachum cuſtodem gazæ, alij Agathoclem inſularum dominum eſſe aſſererent, gaudebat vehementer

Demetrius, cùm alij aliis nominibus vocarentur, se solum esse, quē appellārent regem. Sed hæc cùm ad corum aures peruenissent, cunctis aliis hanc scurrilitatē veluti rem inanem deridentibus, solus Lysimachus erat, qui (cùm eunuchi apud illos regię supellectilis curam habere soleant) graviter ferre videbatur, se gazæ custodem, veluti eunuchum quendam vocitari. Augebat præterea hanc indignationem suā perpetua quædam inimicitia, qua semper Demetrio supra omnes alios fuit infestus. Quare in cōtumeliam
63 ei obiiciens amorem Lamię, nunc primùm à se visam dixit meretricem de scena tragica exeūtem. Ad hoc Demetrius: Meretricem inquit Lamiam magis esse modestam, quàm coniugem eius Penelopen. Post hæc Demetrius cùm reuerteretur Athenas, paulò antè epistolam Athenienſibus scripsit, qua ostendebat sibi esse in animo cùm illuc peruenisset, omnia eorū mysteria sine mora vlla percipere, atque etiam ea, quæ suprema apud illos habentur, intueri. Hoc autem ea tempestate nefas ac scelestum erat, & ante illud tempus inauditum. Nam parua quidem mysteria mense Nouembri, magna verò mēse Iunio celebrari solita erant: atque inter hæc & illa, quæ habentur suprema, quia magna cum reuerentia ea homines intuentur, saltem vnius anni spatium intererat, neq; ea adiri ante illud tempus licebat.

Mos Athenienſium circa mysteria.

64 At verò lectis Demetrij literis, cùm res in consultationem venisset, vnus tātùm Pythodorus, qui sacras tenebat tedas, ausus contrariam voluntati Demetrij sententiā dicere. Sed in tanta formidine vrbis parum valuit optimi atq; sanctissimi viri consilium: nam Stratocles confestim tulit decretum, vt mensis Ianuarius, qui tunc præsens erat, Nouember vocaretur: atq; eo pacto quasi legitimo tempore, parua primùm mysteria ostenderunt Demetrio: post hæc rursus Ianuarium, qui erat factus Nouember, Iunium vocitarunt, statimq; eidem magna mysteria, tum etiam ea quæ habentur suprema, vt percipere atque intueri suo arbitrio posset, permiserunt. Quare Philippides Stratoclē accusans, Hic, inquit, integrum annum in vnius mensis tempus coegit. Et de hospitio Palladis à Demetrio polluto, Nemo, inquit, impurus in vrbis arcem susceptus, sacrum virginis domi-
65 cilium scortis compotatoribusq; referſit. Verūm cū multa nefanda scelera essent in ea vrbe à Demetrio perpetrata, quæ

quæ omnem ciuitatem dolore mœstitiaq; repleuerāt, illud præcipuè grauiter Athenienses offendit, quòd cum illi ducenta quinquaginta talenta magna celeritate iussu Demetrij congregata ad eum detulissent, confestim omne illud argentum Lamiæ, ac cæteris scortis ad fucum mundumq; muliebrem dari Demetrius iusit. Nec tam detrimentum atque incommodum, quàm rei turpitudo, qua rex dignitatem vrbis aspernari videbatur, molestum Athenienſibus fuit: quanquam nonnulli sunt, qui hoc in Thessalos, non in Athenienses factum fuisse dicant. Lamia quoque non contenta Demetrij turpitudine, præter nefanda illius facinora, & ipsa eò impudentiæ venerat, vt à multis pro instruendo cōuiuio regi, pecuniā extorserit, conuiuiumq; deinde & magnificentiā apparatus, & epularum varietate adeò splendidum celebrauerit, vt à Glyceo Samio mandatum sit memoriæ literarum. Quare Comicorū quidam 66
perniciem ciuitatis Lamiam, Democharen autem Sobius Demetrium, quia sibi adesset Lamia, fabulam vocitabat. Hanc iam omnes non modò coniuges, sed etiam pellices, cùm viderent Demetrium eius amore præcipuè deperire, pluraq; illius quàm omnium aliarum gratia agere, communi quadam sententia oderant. Cum verò aliquando legatis ad Lysimachum missis ille otiū agens pugnam enarraret, quam olim ab Alexandro rege coactus cum ferocissimo leone commiserat, atq; cicatrices ostenderet ex vnguibus illius feræ in brachiis cruribusque relictas, ridentes legati, & suum quoq; regem dixerunt graues feræ Lamiæ morsus in collo gestare. Sed mirandum videtur, Demetrium primò aspernatum coniugium Philæ ob ætatem illius ad senectutem vergentem, vixq; à patre compulsum vt eam coniugem duceret, deinde amore iam senescentis Lamiæ superatum, tandiu tamq; effrænata mēte mulierem arsisse. At sanè in conuiuio quodam canēte tibiis Lamia, 67
Demo quæ vocabatur Magnia, interrogata à Demetrio, quid sibi Lamia videretur: Anus, inquit, ô rex, Rursus cū secundæ afferebātur mensę, ad eā conuersus, Viden' ait, quāta mihi Lamia mittat? Ad quę Demo: Plura tibi à matre mea mittentur ô rex, si cubare cū illa volueris. Memoriæ quoq; traditū est, quandam sententiam, quā Bocchoris iudicium vocant, hoc pacto redargutam fuisse à Lamia. Adolescenti

Bocchoris iudicium.

*Ouidius. cuidam in Aegypto * Theognidem amicam ardenti, cùm illa ab homine, quẽ sui amore irretitum videbat, multum auri quotidie peteret, fortè euenit, vt cùm adolescenti visum in somnio esset cum ea muliere versari, omnis illa cu-
68 piditas, qua antea vexabatur extincta penitus fuerit. Quod quidem vbi animaduertit Theognides, ob libidinem eius expletam, mercedẽ petens ab illo, cùm sibi negaretur, adolescentem in iudiciũ traxit. Audita hac controuersia, Bocchores subitò hominẽ iussit tantùm numerati auri, quantùm illa petebat, in vase quodam afferre, atque deinde suis manibus, spectante muliere, aurũ hinc inde versare. Debere enim censuit, quemadmodũ adolescens concupitæ rei opinionem habuerat, sic mulierẽ exoptati auri vmbrã imaginemq; referre. Hoc iudiciũ Bocchoris, vt iniquũ atq; iniustum ea ratione damnasse Lamiam tradunt, quia cùm illud somnium adolescentis desideriũ sustulisset, nõ tamen auri vmbra Theognidis cupiditatem restinxerat. Hæc igitur de Lamia. Verùm fortunæ ac res gestæ huius quem describimus viri, infeliciter post hanc prosperitatem sequutæ, nostrã hanc historiã quasi de comica scena in tragicã per-
69 mutarunt. Coniurantibus enim aduersus Antigonũ reliquis regibus, ac in vnũ omnes suas redigentibus vires, magnitudine rei motus Demetrius, è Græcia discedens ad patrem Antigonũ venit, vt cõmuni consilio de ratione imminentis belli agitaret: quẽ cùm cõperisset supra ætatẽ suam iam confectam canitie exercitũ parare, totumque animo & mente ad bellum esse conuersum, vehementius quàm antea stimulo patris adiuncto, belli gerendi cupiditate exarsit. Verùm Antigonum omnium regum eo tempore maximum facilè potuisse credunt, & sibi & Demetrio filio primum locũ, primamq; dignitatẽ seruare, si insolentiam suam moderari, superbiam vincere, & leniori vti voluisset imperio. Sed vir natura asper, & secundis rebus elatus, cùm non minus verbis, quàm re cunctis hominibus esset mole-
70 stus, incredibile omnium gentiũ erga se odium concitauerat, & in præsenti bello omnes reges ad machinandam sibi quacunq; ratione perniciem intentos vehemẽtius exacuerat, cùm hac conspiratione percepta, se eos veluti aues, quę legere semina solent, vno lapide atq; vno clamore perturbaturum dixisset. Congregauerat iam Antigonus supra septua-

septuaginta peditum, decem equitũ millia, elephantos septuaginta quinq; : cùm ex altera parte hostes quatuor & sexaginta millia peditũ, equites quingentos supra decẽ millia, elephantos quadringentos, currus centũ viginti habebant. Hoc pacto copiis vtrinq; omni studio cõparatis, Antigonus cùm prope hostiũ exercitũ posuisset castra, cœpit variis curis ac perturbationibus angi: voluebat enim animo magnitudinem rei, & propè instantis prælij euentum, nec satis sciebat timendúmne sibi magis, an sperandum foret, cùm vincendi consuetudo, & opinio ex recenti prosperitate innata, spem sibi ac fiduciã consequendę victoriæ 71
facerent: & ex altera parte ingeniũ viri multarũ rerum experientia callens, ac probè sciens conditionẽ fortunæ, quæ crebris mutationibus gaudet, metũ sibi solicitudinemque afferret. Itaq; cũ in aliis certaminibus solitus esset alta voce & superbis sermonibus vti, nunc mordẽdo aut aspernando hostem, nunc audaciam suã iactando, tunc quidem magna, vt apparebat, vrgente animũ cura, quasi futuram calamitatem prospiceret, præter consuetudinem in assidua cogitatione ac silentio persistebat. Multa insuper alia ea tẽpestate facta ab Antigono tradunt, quæ antea fieri minimè consueuerant. Nam & filium Demetriũ, quasi iam de alia vita cogitaret vniuerso spectante exercitu successorẽ constituisse aiũt, eumq; deinde in tentoriũ adduxisse, arbitrisq; remotis multa secũ esse locutum. Quod profectò non me- 72
diocrem admirationẽ cunctis militibus præbuit, cùm rarò antea aut nunquam penè cum illo sermones conferre, aut communicare arcana solitus esset, sed contentus iudicio suo, quæ sibi videbantur gereret, & quibus vellet vteretur, & consilia agendarum rerũ spretis aliorum sententiis secum ipse solus agitaret. Vnde memoriæ proditũ est, Antigonum aliquando à Demetrio adolescente rogatũ, quando reuersurus cũ exercitu foret, turbato vultu filio respõdisse, An times solus ne tubarum sonitum audire non possis? Sed ad hanc Antigoni curam nonnulla præterea eo tẽpore accesserant, quæ malam aduersamq; fortunã portendere videbantur. Nam Demetrio visum in somnio est, se ab Alexandro splendidis armis instructo interrogari, quoduam signum ad futuram pugnam suis tesseramque præberent: seque Iouem respondisse atq; victoriam: tum Alexandrum

73 dixisse, Ad hostes igitur vestros discedam. Antigonũ quoq; aiunt cùm instructa phalange tentorio esset egressus, offenso pede in os toto cũ corpore corruisse, subleuatũq; deinde supplicibus manibus ad cælum extensis deos precatũ esse, vt victoriã sibi vel mortẽ potius, quàm turpem fugam præberent. Atq; statim post hæc in aciẽ descendunt, signoque vtrinq; dato prælium ab omni parte conserebatur: atque omnium oculos animosq; occupabat certamen, cùm Demetrius cum robustissimo agmine delectorum equitum, quos ipse ductabat, in Antiochum Seleuci filium impetum fecit, quem fusum fugatumq; certãdi ardore, & cupiditate vincendi vsqueadeò est persequutus, vt cùm victoriam immoderatè cõsequi vellet, eã omnino amiserit. Nam postea à persequendo hoste reuersus, peditũ agmen quod ipse suis equitibus tutabatur, ab hostibus circũuentum inuenit, nec iuuare illos potuit, nec in tempore subsidiũ ferre. Etenim
74 dum ipse persequebatur Antiochum, interea qui prope Seleucum erant, cernentes phalangẽ nudatam præsidio equitum, antequam eam aggrederentur, circunducere agmen cœperunt, & quasi inuadendi specie perterrere. Quo quidem facto, magna pars cùm se ab hostibus circunuentam, & discessu Demetrij omni præsidio spoliatã videret, sponte sua ad hostem migrauit, reliqua verò cùm impetum sustinere non posset, in fugam versa. Atque extemplo post hæc ingens hostium turba veluti procella quædam in Antigonum ferebatur, multiq; eũ solum petebant. Cùm quidam ad eum conuersus, virum rogauit, vt salutem adipisceretur fuga: Isti enim, inquit, te petunt, consulas quæso saluti tuę ó rex: Quid, inquit Antigonus, isti de me cogitant? Veniet
75 Demetrius & mihi auxilium feret. Sed in tanta celeritate frustra implorantem subsidium filij, cùm vndique circunspiceret, Demetrium vocans, superueniẽtes interim hostes senem aggrediuntur, ac sæpius repetitũ confossumq; telis interimunt, cunctis amicis capessentibus fugam, præter Thoracem Larisæum, qui solus prope mortui corpus permansit. Hoc igitur pacto finita pugna, reges qui simul conspirauerant, amplissimam victoriam cõsequuti, omne regnum Antigoni atque Demetrij, quasi vastum scindentes corpus, inter se partiuntur. Demetrius verò quinque peditum & quatuor equitũ millibus quanta maximè celeritate

Antigonus interficitur.

potuit

potuit fuga accepta, cùm Ephesum peruenisset, suspicio fuit ne vir ob recentẽ cladẽ susceptã pecunia indigens, celeberrimũ illud tẽplum inuaderet ac diriperet. At verò ipse 76
etiam veritus ne tam scelestum facinus se inuito sui milites perpetrarent, confestim ex ea vrbe migrare constituit. Itaque idoneam nactus tempestatẽ, milites equitesq; naues conscendere iubet, cursumq; suum versus Græciã dirigit, eo animo vt ante omnia proficiscatur Athenas, quam quidem vrbem suis calamitatibus vnicum putabat esse refugium. Etenim ibi naues atq; pecunias vxoremq; Deidamiam reliquerat, sibiq; persuaserat in quacunque fortuna sua, etiam si cætera deessent, nunquã Athenienses fidẽ suis rebus defuturam. Sed hac inani spe Græciam repetenti, cũ prope Cycladas peruenisset, Athenienses legati obuiam ei fiunt, mandata ferentes longè ab sua opinione aliena: populum enim Athenienses (quoniã statuisset nullum in ciuitate suscipiendum regem) hortari Demetrium aiunt, vt ab vrbe Athenarum abstinere velit: Deidamiam verò se tali cũ 77
honore ad eum remittere, qualem Athenienses dare, & vxorem regis Demetrij congruum esset accipere. His expositis mandatis, repentè tanta ira indignatioq; regem inuasit vt penè de suo statu mentem dimouerit. Nam etsi regno, patre, exercitúq; amisso, ex florentissimo statu vno prælio esset in extremam penè calamitatem deiectus, tamen secũ reputans fortunæ vim, Martémq; communem, alia quidẽ aduersa tolerare constanti animo videbatur: at verò hæc inopinata deceptio, qua se præter spem ab Atheniensibus, & spretũ & derisum esse putabat, incredibile dictu est, quãto dolore animum viri mœstitiáque repleuerit. Quapropter meo iudicio non parum hi principes regésque fallũtur, qui excellentiã honorum à populis sibi tributam, maximum beneuolentiæ testimonium, firmúmque sui status præsidium putant. Nam etsi sponte sua & beneuolentia quadam 78
ad decorandos principes moueri populi videantur, ducuntur tamen plerunque metu, cùm tam ij qui oderunt, quàm ij qui amant, prosequi honoribus principes soleant. Prudentes igitur viri, & optimi rerumpublicarum gubernatores, non tam laborant vt statuas, vel decreta, vel honores diuinos à populis consequantur, quàm vt merita sua, & res eorum gestæ quammaximè dignæ honoribus

sint. Demetrius verò magna (vt sibi videbatur) ab Athenien-
sibus accepta iniuria, cùm non sibi vlciscendi facultates
adessent, expectans commodiora tempora cœpit de popu-
lo Athenienſi modestè loqui, nec vllum alienati animi in-
diciũ præ se ferre. Sed petens ab illis, vt naues quæ reli-
quæ in Piræo erant, è quarũ numero vna tredecim remis conti-
nebatur, sibi redderentur, concedentibus Athenienſibus,
hanc accepit classem, & quanta maxima celeritate potuit
79 in Isthmum traiecit. Quò quidẽ vbi peruentũ est, cõperit
res suas quotidie in deteriorẽ locum adduci, cùm eius prę-
sidia vndiq; pellerentur, & oppida sine vllo certamine ad ho
stes desicerent. Quare noua voluens animo, cùm Pyrrhum
in Græcia reliquisset, ipse cũ omni classe in Cherronesum
profectus, Lysimachi regnũ inuadit: nec multùm temporis
elapsum est, cùm augendo quotidie suas vires, exercitũ nõ
contemnendum parauerat. Neq; hoc reliquis regibus erat
molestum, quia Lysimachum ob maximam elationem ni
miamq; potentiam communi quadam concordia oderãt.
Verùm paulò pòst meliori Demetrio aspirante fortuna, ac
cidit vt Seleucus cùm cerneret Lysimachũ duas Ptolemæi
filias, aliam sibi, aliam pro Agathocle filio in matrimoniũ
habuisse, optimum & ipse ratus quantis maximis posset
principum affinitatibus regnum successoresq; suos muni
80 re, Stratonicem Demetrij filiam coniugem petiit. Hanc in
opinatam prosperitatem, & præter spem oblatã sibi non
aspernatus Demetrius, cõfestim assumpta puella cũ omni-
bus nauibus in Syriam properauit. Sed in ipso cursu tangẽ
te oram Ciliciæ classe, & prope continentem nauigãte De-
metrio, cùm milites in terram expositi frequentes excur-
siones peragerent. Pliſtarchus Cassandri frater, qui à regi-
bus post pugnam cum Antigono factam hanc prouinciam
acceperat, grauiter ferens regionem suã populatione incen
dioq; vastari, extemplo ad Seleucum proficiscitur, vt de il-
latis iniuriis queratur, & eum incuset quòd ab aliis regib.
& communi gerendi belli societate animũ suum seiũgat.
Quod vbi cognouit Demetrius, maiorem per discessum
suũ occasionem nactus, ad Cyndos militibus in terram ex-
positis, regionem eius inuadit, atq; populato vndiq; agro,
talentis mille & ducentis acceptis, cũ ingenti prẽda ad clas
81 sem reuertitur. Cursum deinde suũ quoad fieri potest ac-

celerat,

celerat, iamq; vnà cum coniuge Phila prope Orossum ve-
nerat, cùm Seleucum regem offendit, atq; primùm omni
suspicione doloq; remoto, incundissimum congressum in
ter se habuerunt. Seleuco antea comiter in tentorio Deme
trium, Demetrio verò deinde in naui, quæ tredecim remis
erat, benignè recipiente Seleucũ. Habiti sunt præterea in-
ter eos frequentes familiaresq; sermones, nec arma, aut cu-
stodiæ, aut vlla suspicionis indicia vsquam conspecta, sed
incredibili iucunditate eousq; cõsumptus est dies, quousq;
Seleucus à Demetrio digressus, Stratonice sibi assumpta, cũ
omni pompa se ad Antiochum contulit. Demetrius autem
Ciliciã petens, nulla interposita mora coniugem Philam
ad Cassandrũ fratrem celeriter misit, vt Pliſtarchi querelas
de illatis sibi iniuriis accusationemq; purgaret. Inter hęc 82
Deidamia ex Græcia ad Demetrium veniens, paucos dies
cum illo versata, ex quadam ægritudine vita decessit: post
cuius interitum Demetrius nouas nuptias quærens, per
Seleucum cũ Ptolemæo affinitate contracta, filiam illius
Ptolemæi dem cepit vxorem. Atq; hęc Seleuci opera plena
humanitatis & officij fuit, illa verò inhumana atque recẽti
affinitate indigna. Petens enim Demetrius vt accepta pecu
nia Cilĩciam sibi restituat, non modò hoc, sed ne illud qui
dem impetrare potuit, vt saltem Tyrum atque Sidonẽ Se-
leucus sibi concederet. In quo sanè inhumanũ atque agre-
stem habitum Seleucum aiunt, accusatumq; vehementer, *Seleuci in-*
quòd cùm omnia à mari Indico vsque ad Syrię littora suo *humani-*
imperio esset complexus, nunc adeò inops animi fuerit, vt *tas.*
pluris duas vrbes, quàm præstantissimi viri & clarissimi re
gis affinitatem fecerit, socerumq; ingenti fortuna exagita
tum non modò non iuuerit, sed negando sibi angustum ho
spitium, ex finibus suis penè expulerit. Hæc est illa inopia 83
animi, quæ sententiam Platonis verissimam reddit. Ei, in-
quit, qui velit esse diues, non cumulandam pecuniam, sed
minuendam cupiditatem censeo. Quare nunquam is liber
ab inopia erit, qui nullum constituens cupiditati modũ, cõ
tinuo diuitiarum exagitetur ardore. Hac spe prẽter opinio
nem destitutus Demetrius, non tamen animum suum abie
cit: sed vt magni spiritus vir, & fortunæ perturbationibus
assuetus, Si millies, inquit, prælio superatus sim, nunquam
committam, vt pro vili mercede generum Seleucum

diligam. Cæterùm extemplo post hæc literis amicorũ accitus, qui eum certiorem reddebãt, Lacharẽ in magna Athenienſium ſeditione factum eſſe tyrannum, eumq; hortabãtur ne tantam occaſionẽ recuperandi Athenas prætermitteret, confeſtim cum omni claſſe in Græciam properauit.

84 Sed cùm prope Atticam peruenisſet, fœdam tempeſtatem perpeſſus, multis hominibus nauibuſq; amiſsis, ſeſe in loca tuta recepit, atque ab incepto quod aduerſus Athenienſes propoſuerat animo, ita eo tempore deſtitit, vt illud nõ deſerere, ſed in commodiorem opportunitatem differre videretur. Itaque data opera, vt ſui repararent claſſem, ipſe interim in Peloponneſum profectus, vrbem Meſſenã obſidione aggreditur: vbi cùm quadam die fortiter ſub mœnibus dimicaret, telũ ex catapulta ab oppidanis dimiſſum ſic aduerſum illius os maxillamq; perculſit, vt parum abfuerit quin vltmam ſuæ vitæ perniciem eo die inuenerit. Verùm pòst paulò in priſtinam valetudinem reſtitutus, poſteaquã nonnullas vrbes ſponte deficientes in deditionem recepit, rurſus Atticam repetens, cõfeſtim Eleuſina Rhamnuſioq; deuicto, omnem regionem populari, prædam abducere,

85 vndique infeſtare vrbẽ ſuos milites iubet. Cùm igitur multis modis Demetrius vno atque eodem tempore ciuitatem vrgeret, nouũ quoque incõmodũ ad ea omnia, quæ inferebant hoſtes. Athenienſibus ex inſperato acceſsit, quod non mediocriter mentes eorum animóſque turbauit. Etenim nauis quædã onuſta frumento, quæ fortè per eos dies Athenas ducebatur, capta à Demetrio eſt, & gubernator laqueo ſuſpenſus. Hoc vt renuntiatum Athenis eſt, tanta repentè deſperatio, & omnium rerum penuria vrbem inuaſit, vt obſeſsi drachmis quadraginta ſalis medimnũ, CCC frumenti modium emerent. Itaque iam rebus ſuis diffidentes ad deditionẽ inclinari videbantur. cùm frequentes nuntij ad eos veniunt, referentes centum quinquaginta naues, quæ à Ptolemæo rege aduerſus Demetriũ mittebantur, prope Aegi-

86 nam eſſe conſpectas. Hoc rurſus ad ſpem ſeruandæ vrbis Athenienſes erexit. Verùm Demetrius non multò poſtea ingenti celeritate tum ex Cypro, tum ex Peloponneſo nauibus acciſis, cùm iam CCC nauium claſſem cõparaſſet, extemplo Ptolemæi duces eius congreſſum non expectandum rati abierunt, & Lachares tyrannus relicta vrbe fugã arri

arripuit. Deſperatis igitur oĩbus rebus, Athenienſes etſi ei, qui de componenda cũ Demetrio pace mentionẽ feciſſet, pœnam capitis recenti conſtituiſſent decreto, tamen extrema omniũ rerum vrgente penuria, cùm ad petendam veniã & accipiendas quaſcunque cõditiones pacis neceſſariò cogerentur, patefacta propinquiori porta, legatos ad Demetrium mittunt, qui dicerent, ſe ſuaque omnia in fidẽ ac poteſtatem eius permittere, rogare atq; obſecrare, vt ſuæ clementiæ magis quàm iniuriarum memor eſſe velit. Hæc 87
agebant Athenienſes nõ tam quia aliquid boni pacatiq; ab homine ſibi vehementer irato conſequi poſſe confiderent, quàm quia fœdã obſidionem vlterius tolerare nõ poſſent, & ſatius eſſe ducebant victoris arbitriũ experiri, quàm ingenti inopia ciuitatẽ ſuccumbere. Ferunt enim eo tempore tanta fame ciuitatẽ oppreſſam, vt de mure qui mortuus ex tecto cecidit, quidã pater cũ filio decertauerit: & philoſophus Epicurus fabis æqua portione diſtributis familiam ſuam nutriuerit. In hoc ſtatu cùm res Athenienſium eſſent Demetrius vrbem ingreſſus, populum omnem in theatrũ vocauit, & tentorio pulpitóque haſtatis militibus vndique ſepto, cùm è ſuperiori loco, veluti tragici ſolent, in ſuggeſtum deſcẽdiſſet, ingens repentè pauor multitudinẽ cepit: deinde audito initio orationis ſuæ, in quo præter expectationẽ magnitudini vocis, & aſperitati verborum pepercit populus Athenienſis antea metu attonitus, extẽplo omnẽ ſuſpicionẽ formidinemq; depoſuit. Leuiter enim ille 88
primùm & amicè accuſata pertinacia eorum, reliquam de- *Demetrij dona in Athenienſes.*
inde orationem perblãdam ac benignam habuit. Demum poſt hæc, vt aliqua reconciliati animi indicia præ ſe ferret, decem millia medimnum frumenti dono Athenienſibus dedit, & magiſtratus qui eis gratiſsimi erant, in priſtinam libertatem conſuetudinemq; reſtituit. Acclamante verò vndique populo, & certatim omni multitudine applaudẽte Demetrio, cùm oratores qui eloquentia dicendiq; ratione vehementer pollebant, ampliſsimis laudibus, Demetrij virtutẽ extollerẽt, Dromoclides orator ne in rege honorando aliis videretur inferior, decretũ tulit, vt populus Athenienſis Munychiã atq; Piræum regi Demetrio redderet, liberéq; permitteret, vt his ſuo arbitratu vteretur. Decernentibus hæc Athenienſibus, interim Demetrius præ- 89

terita

terita defectione cõmotus, validis præsidiis Musæum firmat, ne si rursus illi reiicere iugum tentarent nullo fræno coerciti, moram sibi impedimentúmque aliis rebus afferrent. Recuperatis igitur hoc pacto Athenis præsidióq; firmatis, Demetrius non ad quietem animum vertit, sed bella semper ex bellis serẽs, aduersus Lacedæmonios ducto exercitu, cùm prope Mantineam venisset, Archidamum regem offendit obuiã venientem ad arcendum cum suis copiis hostem, quem subito prælio adortus in fugam vertit, ac nulla interposita mora, agrum Laconicum infestis signis ingressus, eousq; processit vt prope Spartam posuerit castra. Paulóq; deinceps rursus cum hostibus conserta manu iterum victor, quingentis captis, ducentis cæsis, parũ abfuit, quin
90 vrbem caperet munitissimam, & ante illud tempus inexpugnabilem habitã. Sed nemo meo iudicio regum fuisse apparet, quem fortuna pace belloque maioribus vnquam permutationibus, quàm regem Demetriũ agitauerit: etenim sæpe hominem magnis exercitibus, multis victoriis, amplissimo regno ornatum in supremam prosperitatem euexit, sæpe versis in contrarium rebus, victum fugatumq; ex ingẽti prosperitate in extremas penè calamitates deiecit. Vnde in illa ingenti permutatione rerum erga fortunam conuersum illud Aeschyli protulisse aiunt: Tu me extulisti, tu me iterum fortuna deponis. Ea verò tempestate prosperè sibi in Peloponneso succedentibus rebus, ex altera parte nuntiatũ est vrbes quas tenebat in Asia à Lysimacho oppugnatas sese tutari non posse, & Cyprum nisi confestim subueniat, in Ptolemæi potestatem venturam, & matrem filiósq;
91 Salamine inclusos vehementi obsidione teneri. Sed veluti mulier illa apud Archilochum, in altera quidẽ manu aquã ferebat cum dolio, in altera verò ignem: sic fortuna cùm grauissimis casibus nuper allatis à Lacedæmone Demetriũ remouisset, rursus eum in spem nouarum ac magnarum rerum ex huiusmodi causa erexit. Defuncto Cassandro, Philippus maior natu ex filiis suis in regno succedens, non multo tempore postea & ipse quoque vita decessit: post cuius interitum, duobus aliis fratribus qui superstites erant inter se dissidẽtibus, ùm alter qui appellabatur Antipater, Thessalonica matre necata, Alexandrum fratrem vt regno expelleret, hostili animo persequeretur. ipse é contrario ad se tutandum opibus alienis accitis, Pyrrhum quidem ex Epiro, Demetriũ ex Peloponeso vocauit. Sed Demetrius aliis negotiis remorantibus, superueniens Pyrrhus cùm aduersus 92
Antipatrum auxiliũ Alexandro tulisset, pro mercede opis allatæ magna Macedoniæ parte sibi assumpta, tantùm suo regno adiecit, vt iam Alexãdro, cui auxiliũ tulerat, non mediocri formidini esset: & ex altera parte magno cũ exercitu veniẽte Demetrio, anteà cùm res exigebãt literis illius acito, duplicatus est adolescentis metus ob authoritatem nominisq; viri, quẽ cùm ob gloriam rerum gestarum in admiratione gentium esse sciret, in regnũ suum venire periculo sum esse ducebat. Obuiam igitur ei profectus, vbi ad illum iuxta Dium venit, comiter ac benigne virũ suscipiens, am- Διὸν πόλις
pliss imis verbis ei gratias egit, quod omnibus aliis post po- Εὐβοίας.
sitis rebus, ad tutandũ suum regnum cum ingenti exercitu Stephanus
accessisset. Adiecit postea, res suas stabilitatem iam habere, atque Strabo lib. 10.
ac omni impedimento remoto, ita tranquillas ac pacatas
esse, vt non sit necesse vlterius progredi: omnia virtuti suæ 93
ita accepta referre, ac si in tempore subsidia adfuissent, & sua opera omnes discordiæ essent sublatæ. Sed statim post hæc nõnulla sequuta sunt, quibus occasio data est vt graues suspiciones vtrinque orirẽtur. Demetriũ enim ab adolescẽte ad conuiuium inuitatũ monuit quidam, vt ab insidiisque ad eũ interimendũ paratę erant, caueret. Quibus cognitis, Demetrius ne vllũ perturbationis animi, aut suspicionis indiciũ præ se ferret, non fugiendum conuiuiũ adolescentis putauit, sed in ipsa profectione cũ lento accederet gradu, capta opportunitate duces exercitus monuit, vt omnes copias in armis haberent, & custodes corporis sui, qui longè plures quàm Alexandri milites erant, iussit vt regiã secum ingrederẽtur, propéq; consisterent, donec è conuiuio assurgeret. Hoc cùm Alexadri satellites perspexissent, quia numero & viribus impares erant, non sunt ausi Demetriũ aggredi. At 94
verò Demetrius aliquam abeundi occasionem quærens, simulata mala corporis valetudine, ab Alexãdro digreditur, & postero die, nuntio nouarum rerum quæ magni põderis erant, se vocari asserens, necessariũ sibi esse ostendit quamprimùm exercitũ inde abducere, Peloponesúmq; repetere: Alexandrũ rogare, vt suæ necessitati ignoscat, operã suam polliceri, hortaríq; vt ea, quando sibi expediret, sine vlla ex

ceptio

ceptione vteretur. Adolescens qui Demetrij aduentum antea formidauerat,& nunc quoq; præsentiam illius suspectã habebat,cùm cerneret eum sua sponte exfinibus suis abire, incredibilem animo lætitiam cepit,atq; cum eo pro maiori amoris indicio vsque Thessaliam est profectus. Postea verò quàm Larissam venerũt, rursus alter alterius pernicié 95 quęrens mutuò sibi dolos insidiásque parabant. Alexander liberè ad Demetriũ accedendo,per hunc maximè modum sperabat eum allicere, vt & ipse quoque ad se omni suspicione omissa,sine custodibus armisq; veniret:quæ quidem opinio prorsus adolescentem fefellit. Etenim ad cœnam inuitatus,cùm eadem liberalitate qua consueuerat accessisset,non potuit Demetrij manus effugere.Nam feruente cõuiuio cùm surrexisset Demetrius,perterrefactus adolescẽs, simul & ipse assurgens,regis vestigia persequebatur.Vbi ad ostium ventum est, annuit militibus suis Demetrius,qui eo in loco constituti erant,præcepitque vt sequentem vestigia sua confestim necarent. Extemplo Alexander multis vulneribus confossus est, aliique nonnulli qui ei opem ferebãt interfecti:quorum vnũ dum necaretur dixisse aiunt,Vna nos 96 die prœuenit Demetrius. Trepidatũ ea nocte,vt par erat vehementer à Macedonibus est: sequenti etiã die illi, etsi nihil hostile in se verti,vt suspicabantur,perspicerent,tamen cernentes potentiã viri ad cuius nutum post Alexãdri mortem omnia redacta videbantur, neque suis rebus satis fidebant,neque arbitrio regis antequam eius mentem atq; animum percepissent,se credere permitteréq; audebant. Quibus cognitis, Demetrius misit qui confestim eos hortarentur,vt omni suspicione deposita,causam earum rerum quæ gestę erant,audire à Demetrio vellent. Recreati his verbis Macedones,extemplo omni metu(vt plerunque fit)in benè uolentiam verso,Demetrium adiuerunt,nec longam illius orationem expectandam rati,eum sine vlla mora cùm salu 97 tassent regem,in Macedoniam perduxerunt. Nec dici potest hæc permutatio rerum quàm grata cunctis Macedonibus fuerit. Nã ea quæ olim Cassander in Alexandrũ de functum contra omnia iura diuina humanáq; peregerat,& nefandum Antipatri scelus,quod nuper ille in Thessalonicam matrem patrauerat, tanto odio habebantur, vt noui regis apud omnes populos incredibile desiderium parerent. Hęc igitur

igitur omnia cùm Demetrium gratũ atque acceptum cunctis Macedonibus redderent,tum etiam coniunx Phila,& ex ea filius adolescens iam patri in regnum successurus,qui antiqui Antipatri optimi atque sanctissimi viri memoriam renouabat, Macedonas compellere videbantur, vt Demetrium quasi hęreditarium ac legitimũ existimarent regem. Dum hęc in Macedonia geruntur,interim ex Salamina nuntiatum Demetrio est,matrem ac filios qui obsidione tenebantur,& liberatos à Ptolemæo fuisse, & amplissimis donis muneribusque ornatos. Præterea eodem tempore cre- 98
bri rumores ex Asia afferuntur, qui nuntiabant Stratonicẽ Demetrij filiã soluto Seleuci matrimonio, Antiocho filio Denuò nuptam,ac reginam ab iis qui superiora loca Asiæ incolunt,appellatam. Huius autem noui coniugij hinc orta causa est. Cùm in regno patris Seleuci assiduè adolescẽs versaretur Antiochus, fortè Stratonices nouercæ iam vnũ habentis ex Seleuco filium, venustate ac pulchritudine captus,puellam cœpit vehementer ardere, & crescente in dies amore,eousque processit, vt die noctuq; ingenti perturbatione angeretur. Erat autem durior ex eo adolescẽtis cõditio,quòd intus alebat ægritudinem suam,nec cuiquam cõmunicare audebat,rubore quodam & reuerentia patris Seleuci detentus. In hoc igitur statu constitutus adolescens, 99 *Antiochus Seleuci filius nouerca amore captus,inedia sibi mortem parabat.*
cùm se omnino ab hac cupiditate superatum esse perspiceret,nec vllum remedium huic malo reperire posse confideret,magis necessarium,vt sibi visum est,quàm salutare consilium cepit. Simulans enim se corporis morbo vehemẽter vrgeri,operam dedit vt abstinentia sibi sensim pedetentim que sibi vitam eriperet, & morte voluntaria se ab ingenti ægritudine,quę animum eius exederat,vindicaret. At verò Erasistratus solus inter plerosque medicos, quos Seleucus magnis propositis præmiis ad curandum filium vndique conuocauerat,percipere potuit hanc,animi ardentis amorem,non malè affecti corporis ægritudinem esse. Sed ignarus cuius amore adolescentis animus præcipuè deperiret, ad hoc inueniendum in eo maximum studium operámque constituit, vultum & eas partes quæ mutari facilè solent, obseruaret Antiochi, cùm adolescentes puellæque formosæ eum visitatum venirent. Multis igitur ad eum, 100 vt par erat, quotidie venientibus, nullum cernebatur

Erasistratus medicus.

mut

mutationis indicium: accedente verò Stratonice (frequenter enim ad eum visendum vnà cum Seleuco veniebat) tanta repentè perturbatio Antiochum occupabat, vt defectũ vocis, ruborem vultus, subintuitum oculorum, sudores acutos, motum incredibilem venæ, cunctáque alia quæ à Sappho de amatoribus referuntur, intueri in adolescente liceret. Statimque post hęc deficiente pedetentim sensu, ingens pallor toto corpore diffundebatur. Hæc obseruãs Erasistratus manifestè deprehendit nullius amore, nisi Stratonices captum esse Antiochum. Itaque primò Seleucum metuens, magis suivt æquũ erat, quàm adolescentis periculi memor, hanc rem perpetuò tacere decreuerat: deinde secum reputans quàm ingenti amore Seleucus filium complecteretur
101 Antiochum, quanto nunc dolore die noctéque pro eius salute angeretur, depositò non iniuria metu, virum adire constituit, eumque arguta calliditate in adolescentis desiderium trahere. Vbi igitur ad illũ venit, Aegritudinis, inquit, ô rex, quæ filium tuum ad mortem perducit, cùm causam ingenti cura diligentiaque perquirerem, tandem non valetudinem malam, aut vllum corporis morbum, vt à plerisq; falsò creditum est, sed incredibile amoris incendium causam esse inueni. Neque me profectò mea opinio fallit. Sed satius fortalle erat, minusque molestum, vel eius causam non esse repertam, vel tibi patri non manifestatam fuisse, cùm nullum possit huic malo remedium reperiri. Stupefactus Seleucus, Cur amice, inquit, si huius ægritudinis amor causa est, languenti filio opitulari non possimus? ingenium nobis an facultates desunt? quænam quæso tanta cupiditas, aut qualis amor adolescentem corripuit, qui omnis deliberãdi nobis
102 rationes excludat? At verò Erasistratus post multos sermones vtrinque habitos tandem precibus Seleuci fatigatus, Scias, inquit, ô rex meam coniugem esse quam adolescens Antiochus ardet. Tum Seleucus multis cum lachrymis Erasistratum complexus obsecrare cœpit, vt per fidem, per amicitiam suam adolescentis saluti iam ad voluntarium interitum properantis, succurrere velit. Hunc sibi esse filiũ ait, in quo esset & status, & regnum, & vitæ suæ spiritus constitutus, in quem omnes populi oculos conuertissent, quo amisso nihil restare præter mortem, quod sibi amplius expetendum foret. Hæc (inquit Erasistratus) facilè vt pater nobis enarras, verũ fortè aliter sentias, si Stratonicen tuam amaret Antiochus. Vtinã amice, inquit Seleucus, aut dij, aut homines facultatẽ darẽt, vt hunc amorẽ permutare meo arbitratu possem. Deos enim obtestor, quòd si ea quę mihi charissima sunt, in vnum conferrentur, omnia libenter abiicerem pro tuenda vnius Antiochi vita. Hæc vehementi affectu multisque cum lachrymis dicente Seleuco, Erasistratus non amplius cunctandum ratus, apprehensa illius dextera, Nihil est, inquit, ô rex, cur Erasistrato amplius indigeas, nam pater & vir & rex cùm sis, medicus optimus tuæ familiæ eris. Non enim coniugem meam, sed Stratonicen tuam filius Antiochus ardet. Quibus cognitis, Seleucus vehementer rei nouitate turbatus, Erasistratum rogare cœpit, vt rem omnẽ seriò enarraret. Postea verò quàm voluntariam mortem proposuisse animo filium suum cognouit, & reuerentia patris esse detentum, quò minus causam suæ ægritudinis aperiret, incredibili illius misericordia motus, non deserendum tam egregiũ adolescentẽ putauit, sed omnia interitu filij potiora ducens, extemplo populo in concionem vocato, luculentam orationem habuit, qua
104 ostẽdit se velle ac iubere, omnium populorũ qui superiora loca Asiæ incolunt, Antiochum regẽ & Stratonicen reginam appellari, & matrimonio simul coniungi. Existimare filium qui cunctis in rebus suo imperio obtemperare solitus sit, ab his nuptiis non alienũ fore. Sin verò mulier re inopinata perturbetur, amicos & familiares hortari, vt eĩ persuadeant, omnia iusta ac honesta arbitretur, quæ sint optima regi Seleuco visa. Celebratæ sunt deinde Stratonices & Antiochi nuptiæ ingẽti apparatu, & incredibili magnificentia rerum, festaq; vbiq; in regno Seleuci pro nouo coniugio acta. Sub idem tempus Demetrius post Thessaliam ac Macedoniam occupatã, cùm in Peloponneso plurimas vrbes, & in Isthmo Athenas & Megaras obtineret,
105 tamen non quiescens animo aduersus Bœotios exercitum duxit: nec diutius ei laborandum fuit, cùm in primo hostium aduentu perterrefacti Bœotij pacem petierint, qua impetrata, conditionibus molestis acceptis, bellũ à finibus suis remouerunt. Sed non multò postea cùm Cleonymus Spartiates comparato exercitu Thebas esset profectus, & Pisidem Thespium virum potentem, & rerum gestarum

Seleucus in filiũ Antiochũ mirus amor.

gloria clarum in belli societatem traxisset, extemplo elati Bœotij,& spe nouarũ rerũ allecti, à Demetrio desciuerunt. Hanc defectionem grauiter ferens Demetrius, confestim, omni studio enitendũ putauit, vt hostes citius, quàm opinarentur, pœnas suæ leuitatis, suæq; perfidiæ darent. Itaque celeriter cum omni exercitu, quem in armis habebat, Thebas profectus, primo aduentu vrbẽ obsidione cinxit, pau-
106 loque deinde machinis, tormentisq; ante frontem castrorum, contraq; ea mœnia quæ minus firma ac munita erant locatis, cùm ea expugnare aggrederetur, tam ingentem pauorem Cleonymo Spartiati iniecit, vt confestim relicta vrbe fugam arriperet. Hæc vbi Bœotij perceperunt, existimantes Demetrij vires amplius sustineri nõ posse, legatos ad eum mittunt qui dicerent, se suaq; omnia in fidẽ ac potestatem eius permittere, rogare atq; obsecrare, vt suæ clementiæ, qua semper omnes alios superasset, in præsenti fortuna rerum meminisse velit. Quibus auditis Demetrius ac in deditionem receptis, vrbes præsidiis suis firmauit, multisq; imperatis exactisq; pecuniis, Hieronymum historicum in ea regione præfectũ reliquit. Quo quidem in loco Demetriũ, cùm erga omnes belli ac defectionis authores, tum præcipuè erga Pisidẽ Thespium, modestissimè vsum
107 victoria tradunt. Nam cùm viuus in suas manus peruenisset, nõ modò comiter eum benigneq; recepit, sed etiam magnis honoribus prosequutũ militiæ ducem in Thespiis collocauit. Nec multò postea quàm hæc in Bœotia gesta sunt, nuntiatum Demetrio est, à Dromichæte regem Lysimachum captum. Hanc ille opportunitatem ad res maximas gerendas non prætermittendam ratus, quãta maximè celeritate potest, infestis signis Thraciã ingreditur. Iamq; oppidum quoddam opulentum & magnũ ad deditionem propè compulerat, cùm vno eodemq; tempore ex diuersis locis literæ ad eum veniunt, certiorem reddentes, Bœotios per discessum eius occasionem nactos iterum defecisse, & regem Lysimachum à Dromichæte dimissum. His nuntiis literisque commotus, cùm aduersus Bœotios vehementius exarsisset, celeriter Græciam repetens, præter spem comperit eos ab Antigono filio prælio superatos, iam suæ
108 defectionis pœnitere. Ex qua quidem victoria virtute filij parta, ingentem lætitiam pater suscepit, atque vt reliquum

liquum bellum cõficeret, ad obsidendas Thebas exercitum duxit. Eodem tempore Pyrrhus Epirotarũ rex Thessaliam inuadens, prædatoria manu populando vastandoque agros vsque Thermopylas vagabatur. Quod vbi resciuit Demetrius, relicto ad obsidionem Antigono, ipse cum exercitu profectus, impetum Pyrrhi confestim repressit, coegitque magna celeritate pedem referre, ac retrò se suumq; exercitum in loca tuta recipere. Compositis deinde in Thessalia rebus, atque ibi mille equitibus, decemque millibus peditum præsidio relictis, ad expugnandas Thebas iterum rediit, coq; machinam illam memorabilem, quam vrbium expugnatorem appellat, adduci iussit: quanquam id haud exiguo tempore fieri posse videretur, cùm hæc ob ingen- 109
tem ipsius molem sic trahentes retardaret ac moraretur, vt illi duobus mensibus duo tantùm stadia trahendo conficerent. Bœotij suæ defectionis conscij, hostemq; tot iniuriis lacessitum magnopere (vt par erat) formidantes, cõstanti animo sustinebant bellum: nec Demetrius minore obseruatione in his oppugnandis perseuerabat, iræ atq; furori, quo vehementer exarserat, magis indulgens, quàm vllam ex bello vtilitatem quærens, cùm detrimentum longè maius quàm lucrum esse videretur, ob interitum militum, qui iniquis locis oppugnando vrbem, frequentes in dies interficiebantur, præcipuè hi qui aliis virtute præstabant. Quod sanè vbi adolescens animaduertit Antigonus, incredibili eorum militum misericordia motus, ad regem accessit, benigneq; affatus, Cur, inquit, pater, hi fortissimi viri sine 110
vlla vtilitate ad manifestam mortem pelluntur? Turbatus Demetrius, Et tu, inquit, cur doles? * an enim mortuis quic- * ἢ λιὰ μν-
quam debes? Ne autẽ videretur amicis magna discrimina ϛαν ἀφέ-
subeuntibus, sibiipsi parcere, fortiter & ipse quodam die νει τοῖς
prælium ingressus, dum incautius murũ subiit, telo ingenti ἀποθνήσκου-
ab oppidanis demisso percutitur: quo etsi grauiter esset σιν.
offensus, tamen maiori audacia, quàm vnquam antea, suos ad pugnam accendit: atq; illo hortante, tanta militum virtus, & ea præsentia animi fuit, vt vehementiori impetu facto, vrbem ingrederentur. Qua quidem occupata, ingens repentè pauor, vt æquum erat, ciuitatem inuasit, expectantibus cunctis ciuium cædem, direptionem vrbis, omnia denique fœda quæ victi à victoribus iniuria lacessitis per-

111 peti solent. Sed Demetrius præter opinionem omnium, tredecim solum necatis, nonnullis in exilium pulsis, reliquos intactos reliquit. Thebas igitur in decennio bis occupatas ab hostibus tradunt. Erant autē hac tēpestate Delphis Festa Apollinis Pythij celebranda: sed obsidentibus angustias Aetolis, per quas vnum Delphos est iter, Demetrius præter consuetudinē moremq; Græcorum, Athenis, vbi maximè patriū deum & authorē generis eorū honorari decebat, ludos, cœtū, ac omnia ea quæ ad illā celebritatem pertinebant, fieri iussit. Inde in Macedoniam profectus, cùm antea compertum haberet se longè in bello, quàm in pace, melioribus Macedonibus vti, & ipse ad quietem minimè natus videretur, nullam moram interponendam putauit, quin nouam expeditionē compararet. Itaque extem-
112 plo posi hæc belli gerendi occasionē nactus, aduersus Aetolos exercitum duxit, atq; eorū populatis vastatisq; vndiq; agris, cum parte copiarum in ea regione Pantauchum ducem reliquit, ipse cū reliquo exercitu aduersus Pyrrhum, qui cum multæ discordiarum causæ intercedebant, quanta maximè celeritate potest contendit. Nec Pyrrhus vbi hæc audiuit, minori contentione animi studioq; pugnandi obuiam ei veniebat, cùm fortè accidit vt diuersis itineribus profecti, dum alter alterū quærit, neq; congredi, neq; dimicare adhuc potuerint. Sed ille quidem ingēti celeritate Epirum vsq; progressus omnem regionem vastando ac populando agros percurrit. Pyrrhus verò meliori fortuna vsus, cùm vsq; ad ea loca in quibus Pantauchus cum copiis suis consederat, instructo agmine processisset, pugnam conseruit, atque incredibili virtute hostibus superatis, cum in-
113 genti gloria victor euasit. Nam cùm ad singulare certamen a Pantauco prouocatus in primam aciē processisset, miroq; congressu spectantibus cunctis vehementi alacritate dimicasset, vno accepto vulnere, duobus illatis, tandem superato duce cæsis multis, quinq; etiā millibus captis, reliquum exercitum in fugam vertit. Hæc pugna feliciter gesta, Pyrrho non tantùm odij ac inimicitiæ apud Macedonas, quātùm gloriæ & admirationis apud eos quos vicerat, comparauit, stupentibus cunctis fortitudinem viri, asserentibusq; eum solum esse regum, qui armis & virtute magni Alexandri memoriam renouaret: cæteros reges, præ

sertim

sertim Demetriū, fastu inflatos, satellitibus circūseptos, stipatos scortis, veluti in scena histriones, incedere, atq; in eo maximā curam operamq; locare, vt luxu atq; pompa eunctos alios superent. Demetriū non modò diadema gestare, vestibusq; auro contextis & purpura vti, sed auratis quoq; 114 calceis pedes ornare solitū tradunt. Quinetiam memoriæ *Demetrij* proditū est, vestē quandam ad similitudinē astrorum fieri *mollis ve-* eius causa cœptam, superbam proculdubio, ac multi labo- *stitus.* ris multiq; temporis opus. Eam verò in ipsa permutatione rerum imperfectā aiunt fuisse relictā, neminemq; deinde Macedoniæ regum (etsi multi postea superbissimi fuerint) ea vti ausum esse. Hæc igitur vehementer Macedonas perturbabāt: verùm multò magis illa, difficiles aditus, superba responsa, intolerabilis fastus, quibus suprā modū excessisse Demetrium tradunt. Nam inter alia quæ de illo referūtur, legati Athenienſiū qui omnes Græciæ populos gratia apud Demetriū anteibant, duos annos frustra terendo tempus sequuti sunt vestigia regis, & diuturna mora fatigati integris rebus domum redierunt. Cùm verò aliquando à Lace- 115 dæmoniis vnus tantùm orator ad eum venisset, putans se Demetrius tam inopi legatione contēni, grauiter aduersus eos exārsit, atq; ad illum conuersus, Vnū te, inquit, Lacedæmonij miserunt legatū? Tum ille vrbanè quidem & Laconicè inquit, Ità ô rex, ad vnum. Quodam etiam tempore cùm pælam edixisset, omnes qui eum adirent, se benignè auditurum; confluentibus multis, petitionesq; supplicitèr scriptas ad eū ferentibus, primùm liberaliter eas omnes recepit; in ehlamydeq; reposuit: profectus deinde cum frequenti hominum copia, qui ingenti desiderio respōsa suis petitionibus expectabāt, vbi ad pontē Axij venit, aperiens ehlamydem, eas omnes spectantibus cunctis proiecit in fluuium. Quo quidem incredibile dictu est quàm grauiter offensi omnium Macedonum animi sint, existimantium hæc non magnanimi regis aut optimi gubernatoris officia, sed defidentis contemnentisq; indicia esse. Atque hæc 116 longè grauiora Macedonibus videbantur, quòd à maioribus suis acceperant, quara olim facilitate ac mansuetudine rex Philippus erga omnes qui eū adibant, vti solitus esset. Eodem insuper tempore quadam anicula rogante Demetrium vt se audiret, & respondente eo sibi otium non esse,

tum anus alta voce ad illũ conuersa, Ne etiã regas, inquit, Hæc verba reuoluta animo ac mente sæpius repetita homi nem compulerunt, vt omnibus postpositis rebus, benignũ se cunctis accedẽtibus facilemq; præberet, atque initio ab anicula sumpto, multos dies audiendo respondendoq; con sumeret. Et proculdubio nihil tam egregium, tamque propriũ regis esse videtur, quàm iustitiæ opus: Mars enim, vt Timotheus inquit, tyrannus est, lex autem omnium rex 117 iuxta Pindari poetæ sententiam. Atque reges, vt inquit Homerus, nõ expugnatrices vrbiũ machinas, æratasq; naues, sed iustitiã à Ioue sumptã exercere custodireq; decet. Et discipulum optimum Iouis, non ferocissimum aut immanem, sed iustissimum regem vocauit. At Demetrius co titulo vehementer gaudebat, qui erat longè à regis deorũ conditionibus alienus: Iupiter enim ciuitatum seruator & custos, hic autem vrbium expugnator est dictus. Ita fit vt turpitudo sæpe in regnum honestatis ingrediẽs, opinio ne vulgi, & stultorum hominum ignorantia freta, aditus sibi ad honorem & gloriam patefaciat. Sed nõ multò post hæc cùm satis constanti fama diuulgatum esset, Demetriũ degẽtem Pellæ grauiter ægrotare, Pyrrhus hoc sibi oppor tunè accidisse arbitratus, tumultuario exercitu Macedoniã 118 inuadit, ac nemine obuiam prodeunte, totam regionẽ vsq; Edessam populando ac vastando agros percurrit. Iamq; Demetrij statum in summum discrimen coniecerat, cùm ille ægritudine alleuatus, per duces ac familiares copiis cõtractis, impetum eius confestim repressit, coegitq; homi nem ferocem atque impigrum Macedoniæ hostem, citato gradu ex finibus suis fugam arripere, paulóque deinceps cum eo pacem firmauit, ne maioribus rebus quas animo agitabat, moram impedimentúmq; hostis finitimus ac vir bellicosus afferret. Tempus enim iam adesse censebat, in quo paternum regnum non multò antè amissum, recuperare cum ingenti gloria posset: atque hæc vna solicitudo supra omnes alias Demetrij curas animum virí angebat. Itaque ad hanc rem aggrediendam, quæ ingens & ardua videbatur, toto animo & mente conuersus, breui tempore paulò minus, quàm centum millibus peditum, decem millibus equitum congregatis, classem deinde quingentarum nauium ex variis locis incredibili studio atque industria compa

Regis officium.

comparat. Nam cùm diligenter curasset vt nonnullæ 119
carinæ in Piræo, quædam in Aegypto, pleræque in Chalcide, aliæ prope Pellam conficerentur, deinde ad singulahæc loca profectus, quõnam pacto hæ fabricandę essent ostendit, & sua opera interposita ingenti celeritate effecit, vt illæ omnino integræ & omnibus armamentis instructæ paratæq; ad bellum essent. Sed mirabantur omnes nõ solũ multitudinem, sed etiam magnitudinem eorum operum, quæ inusitata mole longè aliorum consuetudinem excedebant. Nemo enim reperiebatur, qui sexdecimremem aut quindecimremẽ ante illud tempus vidisset. Verùm post- *Nauis conea Ptolemæus Philopater dictus, vnã quadragintaremẽ fecta à Ptofieri iussit, quæ proculdubio omnes alias naues quæ visæ lemæo ingẽantea fuerant, mole ac magnitudine sua longo interuallo tis magnisuperabat, cùm in longitudinem ducentorũ & octoginta, tudinis.*
in altitudinẽ ab imo vsque ad transtra duodequinquagin- 120
ta cubitorum pateret. Remigum quibus illa vtebatur, ad quatuor millia, nautæ verò quadringenti erant: & præter hos paulò minus quàm tria millia armatorũ, qui foros & tabulata implebant, in eadem collocabantur. Sed hæc cùm à machinis, quæ penè immobiles sunt, parũ differret, nõ tã ad vsum, quàm ad ostẽtationẽ & admirationẽ gentiũ cõmouendã fabricata videbatur. Demetrij autẽ naues non modò magnitudine & arte mirabiles, sed etiam ad certamen & vsum hominum aptæ atque habiles erant. Tantis *Cõiuratio*
igitur copiis aduersus Asiam cõparatis, quantas post Ale- *in Deme*
xandrum nemo habuit, conterriti vndique reges, Seleucus *trium.*
Ptolemæus, atque Lysimahus, societatem ineunt, simúlq; conspirant ad oppugnandum cõmuni consilio Demetriũ. Deinde legatos ad Pyrrhum mittunt, qui eum hortentur 121
vt Macedoniã inuadat, nec firma ea esse fœdera putet, quæ Demetrius non quietis gratia cum eo fecerat, sed vt eo sub specie pacis seruato, interim aduersus alios reges liberius bellum gerat, quibus debellatis se nequaquam intactum fore: hoc per omnes fines veluti continens incendium peruasurum: non expectanda commodiora tempora, sed aduersus grauissimum hostem, qui animo omnem Asiam, Europãmque concipiat, communi consensu decertandum esse. His rationibus persuaso Pyrrho, cùm omnes hi reges administratione belli conuenissent, ex

templo aduersus Demetrium, quē adhuc nonnulla negotij circa apparatus belli detinebāt, graue vndiq; bellū exarsit. Nam eodē tēpore magna classe Græciā Ptolemæus inuadit, & Macedoniā Lysimachus atq; Pyrrhus, alter ex Thra-
122 cia, alter ex finibus propinquis aggrediuntur. Hoc vt Demetrio renuntiatum est, confestim filio ad præsidiū Græciæ relicto, ipse ad tutandā Macedoniā cōuersus, primùm ad ea loca exercitum ducit, vbi Lysimachum esse pereæperat. Quò cùm venisset, extemplo crebri nuntij literæq; ad eum mittuntur, certiorem reddentes vrbem Berrhœam ingenti celeritate à Pyrrho captam, & omnem regionem populationibus incendijsq; vastatam. Hæc vbi inter Macedonas permanarunt, ingens repentè motus & incredibilis perturbatio exercitum omnem inuasit, atq; vbiq; querelæ audiebantur, aut gemitus, aut contumeliæ in Demetrium iactę. Itaque frequentes ad eum veniebant, rogantes vt sibi domum ad tutandos patrios lares abire liceret. Sed hæc verbis simulantes, reuera ad Lysimachum migrare volebant. Quod sanè cùm non latuisset Demetrium, optimum ratus exercitum à Lysimacho procul habere, quem
123 Macedonibus ob nobilitatem generis gratum, & multis ob Alexandrum familiarē esse sciebat, aduersus Pyrrhum veluti aduenam & peregrinum in Macedonia regem, arma conuertit. Sed hoc consilium (vt postea re ipsa & experientia patuit) longè fefellit opinionem Demetrij. Nam cùm prope ea loca vbi hostes cum copijs suis cōfederant posuisset castra, multi ex Berrhœa in eius exercitum venientes, Pyrrhum amplissimis laudibus extollebant, virūmque esse in rebus gerendis præclarum, bello inuictum, liberalem in suos, humanum erga eos quos prælio vicerat, prædicabant. Addebant præterea, maiores suos semper eos existimasse reges, qui armis in bello, & mansuetudine in regendis populis egregiè vterentur: quibus Pyrrhum omnes alios superare dicebāt, asserebántq; tempus venisse in quo graui Demetrij dominatu liberari possint, & ad virū benignum trāsire, & suorum militum studiosum ducem. His sermonibus accensis militum animis, pauci primùm occultè, deinde manifestè vniuersus exercitus tumultuari cœpit, nec iam quisquam erat qui aut in agmine, aut in castris, vllo imperio cōtineri posset. Demū ausi sunt nonnulli ad

ad Demetrium accedere, atque ei dicere vt salutem adipisceretur fuga, Macedonas pugnātes pro deliciis suis iā fatigatos, vlterius eius imperiū sustinere nō posse. Hęc verba visa Demetrio modestissima sunt, nō ignorāti ea quę se absente vehemēti indignatione per omnē exercitū ferebātur. Itaq; acerbiorē motū nō expectandū ratus, ad tentoriū profici scitur, ibiq; regia veste deposita, & fusca veluti histrionis cuiusdam chlamyde sumpta, cū paucis fugam arripuit, extemploq; post hæc multis ad illius tentorium confluentibus, atq; inter se de præda certantibus, superueniens Pyrrhus cunctos vna voce dissipauit, atque à reliquis militibus benignè acceptus, facilè est castris & exercitu omni potitus. Sed adueniente postea Lysimacho, ambo regnum 125 *Demetrij*
Macedoniq;, quæ septem firmiter annis sub Demetrij domi *fuga.*
natu permanserat, inter se partiuntur. Cùm verò in Cassandram vrbem confugisset Demetrius, vxor Phyla ingenti mœrore confecta adduci non potuit, vt virum spoliatum regno, hominem fugitiuum & miserrimum omniū regum oculis suis aspiceret: sed fortunā illius in aduersis omnibus stabiliorem, quàm in secundis esse cernens, & vitam suam iam odio habens, desperatis omnibus rebus veneno sibi mortem consciuit. At Demetrius sine vlla mora in Græciam profectus, nauibus quæ ex naufragio supererant collectis, & reliquiis militum congregatis, rursus ad apparatum belli mentem conuertit. Atque vt apud Sophoclem Menelaus sortem suam deplorat: Voluitur assidua mea for 126
tuna rota, atque statim permutat veluti luna faciem, quæ duabus noctibus nunquā retinet vnā eandemq; formā: sed primùm nouam induta figuram ex occulto parūper emergit, deinde pedetentim crescit, donec plena atque integra facta rursus ad interitū properat: sic dici de Demetrio potest, cuius in omni vita tam varia fortuna fuit, vt possit cum Bione cum permutationibus lunæ non immeritò comparari. Cùm verò post Macedonicam cladem regiis insignibus abiectis, veluti priuatus homo per vrbem incederet, quidā eum Thebis conspicatus, illud Euripidis in medium protulit: Forma diuina in formam versa mortalem, nunc ad Circeos fontes Ismenumq; fluuium venit. Sed non multò post ea aspirante iterum fortuna Demetrio, atq; potentia il- 127
lius, quę penè videbatur extincta, pedetentim in pristinum *Aspirat ite*

gradum vnde deciderat redeunte, constituens ipse sibi singulari quodã officio Thebanos obstringere, eis patrias leges & antiquam libertatem restituit. Atque eodem tempore nuntiatum est ei, Athenienses Diphilo præside, qui seruatorum dicebatur antistes, sublato, atq; alio more patrio in eius locũ suffecto, omnino à suo imperio defeciſſe, eosq; deinde cùm cernerent maiores vires quàm sperauerant, recuperasse Demetrium, metu conterritos à Macedonia Pyrrhum vocare, vt patrocinium vrbis defensionemq; susciperet. Iraq; vehementi aduersus illos, quos toties desciuisse à sua fide cernebat, incensus Demetrius, extemplo collecta classe ad obsidendas Athenas cum omnibus copiis profici scitur, parumq; ibi moratus, cùm eas vehementer vrgeret,
128 Crates philosophus vir clarus & potens ab Athenienſibus missus orator, multis rationibus ei persuasit vt obsidionẽ solueret, & maiora vtilioraq; susciperet. Demetrius qui alia quædam animo agitabat, precibus Athenienſium exoratus vrbem dimisit, celeriterq; omni classe atque multitudine, quæ vndecim millia hominum excedebat, equitatus peditatusq; coacta, in Asiam nauigauit, ea mente vt Cariam atq; Lydiam ab Lysimachi dominatu auerteret. Sed cùm prope Miletum veniſſet, Eurydicen sororem Phylæ
* Ptolemæi da. ibi offendit * Ptolemæi dem ducentẽ secum, quã sibi antea per Seleucũ Ptolemæus desponderat. Hanc concedẽte Eurydice vxorem ducit, nuptiisq; confectis celeriter ad oppugnandas hostium vrbes profectus, nonnullas primo impetu cepit, multæ deinde sine vllo certamine tradebantur.
129 Occupatis autem Sardibus, fuerunt complures Lysimachi milites qui pecuniis armisque arreptis ad Demetrium perfugerunt. Sed non multò postea cùm audisset Agathoclem Lysimachi filium cum magnis copiis appropinquare, in Phrygiam diuertit, ratus si occupare Armeniam posset, se Mediam perturbaturum, atque euenire facilè posse, vt omnia illa superioris Asiæ loca ad deditionem compelleret. Proficiscẽtem igitur per apertos cãpos, & regiones quæ exitus latos habebant quærentem, Agathocles cum omni exercitu sequebatur: pugnatúmque nonnunquam ab vtrisque est, semperque Demetrius victor euasit. Verùm eo tempore permulta incommoda virum vrgebant, impediebantq; ne ad finem antea animo

destinatum

destinatum consilia sua cogitationesque perduceret. Nam commeatu pabulóque deficiente, ingens repentè fames & omnium rerum penuria exercitum omnem inuasit. Simul & militibus suspicio erat, ne tantis in- 130
commodis fatigati, etiam in Armeniam atque Mediam ducerentur. Accesit ad hæc, quòd in transitu Lyci magna hominum copia errore vadi decepta, fluctibus absumpta est. Quæ omnia milites in tantam iram desperationẽq; coniecerãt, vt neq; in Asia neq; in castris vllo imperio cõtineri possent, quinetiam à contumelia & iurgio aduersus Demetrium non abstinerent. Repertũ quoq; ante tentorium eius principium Oedipodis est paulò immutatum, atq; his verbis inscriptum: Fili chari senis Antigoni, ad quas ducimur regiones? Tandem fame pestilentiáq; indies magis crescente, Demetrius optimum ratus tempori cedere, ac necessitati parere, amissis octo hominum millibus reliquum exercitum Tharsum perduxit. Sed cùm à dire- 131
ptione regionis illius, quæ Seleuci seruiebat imperio cocercere suos milites vellet, ne potentissimum regem alienissimo tempore iniuriis prouocaret, & ex altera parte omnium rerum vrgente penuria, etiam necessaria sibi exercituique suo deessent, & Tauri transitus Agathoclis præsidiis tenerentur, angustiisvndique septus ad Seleucum tãdem confugit, eíq; miserandam epistolã scripsit, qua ingentes calamitates suas & miseram omnium rerum fortunam deplorabat. Denique eum suppliciter precabatur, vt miseteri vellet familiaris viri & summa secum affinitate coniuncti, asserens iam se ea esse perpessum, quæ etiam acerbissimos hostes ad misericordiam cõmouerent. His acceptis
literis Seleucus, præstantissimi viri misericordia motus eius regionis præfectis cõfestim iussit, vt Demetrio ea quę regi congrua essent, pararent, & militibus commeatum abundè copioseque præberent. Verùm extemplò post 132
hæc quidam Procles vir prudens ac in primis familiaris Seleuco, multis suspicionibus virum refersit, faciléq; eius mentem atque animum permutauit. Non enim nutriendos milites Demetrij inquit, neque bellicosissimo duci occasionem præbendam vt diutius in ea regione moraretur. Virum enim turbulentum, qui semper magnarum ac nouarum rerum author extiterit, minimè negligendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum esse, præsertim in hac fortuna constitutum, quę etiam viros imbelles ad audendum, ac inferendum quacunque ratione iniuriam concitare sæpenumero solebat. His rationibus commotus Seleucus, statim exercitum parat, atque ingenti celeritate in Ciliciam venit. Stupefactus Demetrius tam celeri permutatione Seleuci, & repentino eius aduentu cõterritus, ad tutissima Tauri loca se exercitúmque suũ recepit, confestimque legatos ad eum misit, qui virum ro-
133 garent, vt aliquẽ barbarorũ principatum carentem rege, sibi per eum consequi liceat, in quo fugę ac exilio fine impositio, reliquam vitam mediocriter ducere possit. Huic rei si assentiri nolit, saltem aliqua loca concedat, in quibus exercitus suus hibernare possit, cúmque pabulo & cõmeatibus iuuet, néue patiatur familiarem virum contra decus suum miserum atque inopem in hostium potestatem venire. Ad hæc Seleucus, cùm multis suspicionibus laboraret, se Demetrium permissurum respondit, duos menses in Cataonia cũ exercitu omni hyemare, si nonnullos qui sunt apud illum in amicitia primi, obsides sibi concesserit: si mulq; interim exitum in Syriam illi præcludit. Demetrius igitur, desperatis omnibus, cùm cerneret se veluti feram quandam circumditam vndique septis, à Seleuci præsidiis contineri iámque diffideret vllis precibus exorari hominem posse, extẽplò lenitate in rabiem versa, aduersus Seleucum bellum
134 suscepit, atque populatis vndique agris, excursionibusq; multis peractis, cùm prope hostium exercitum posuisset castra, leuia indies propter propinquitatem castrorum ferebantur
Seleucus à Demetrio superatus. prælia, & fermè omnia Demetrio secunda erant. Tandémque cùm instructa acie signi-que collatis acriter decertassent, Demetrius quadrigis falcatis permultis euersis, ingenti alacritate reliquum exercitum in fugam vertit, atque nulla interposita mora ad eos profectus, qui exitus Syriæ iussu Seleuci obsidebant, confestim omnia illa præsidia expulit, fugauitque. Hac victoria Demetrius & milites eius sublati, quotidie ad pugnam Seleucum prouocabant, cùm ille è cõ-
135 trario remissis ad Lysimachum auxiliis, quibus parum fidebat, cum reliquis copiis maximis certaminibus congredi cum Demetrio non auderet, fortunam illius metuens, quæ semper de extremis calamitatibus in summum prosperitatis fastigium efferre hominem consueuerat. Sed hunc pristi-

nas

nas vires iam recuperare incipientem, extemplo grauis ęgritudo corripuit, quæ ingenti celeritate omnia sua consilia cogitationésque peruertit. Milites enim qui victoria illa ad spem magnarum rerum mentem erexerant, repentè visa ægritudine ducis fracti animo, alij fugam arripiebant, alij ad hostes discedebant, plerique incertis itineribus aberrantes periere. Vix post quadragesimum diem recuperata valetudine Demetrius, ac reliquis militibus qui sibi supererant collectis, magno impetu Ciliciam inuadit, eámq; late depopulatus vsque ad illa loca progreditur, vnde suæ copiæ cerni ab hostibus possent: deinde propinqua nocte magno silentio castra mouit, ac ingenti celeritate superato Amano, omnem eam regionem vsque 136
Cyrrhisticam populando percurrit. Nec multò postea Seleucus eius vestigia subsequutus, prope illum cum copiis suis consedit. Quod sanè opportunè sibi accidisse arbitratus Demetrius, nocte insequenti ad aggrediendum Seleucum dormientem, hostium que aduentum minimè eo tempore expectãtem, cum expeditis copiis proficiscitur. Iámque instructæ acies prope eius castra peruenerant, cùm nonnulli celeritate ad Seleucum properarunt, nuntiantes cum armato exercitu adesse Demetrium. Quo nuntio stupefactus conterritusq; Seleucus, raptim veste & calceamentis assumptis ad arma conclamat, tubas canere iubet, amicos ac duces hortatur vt confestim accedant ad ferocissimę belluæ impetum reprimendum. At verò Demetrius, posteaquam ex 137
tumultu hostium suas insidias detectas sensit, non vlterius progrediendum ratus, extemplo exercitum suum in castra reduxit. Nec multò postea ad ea loca vbi consederat, infestis signis veniente Seleuco rursus partem copiarum ei obuiam misit. Iámque alterum hostium cornu in fugã propè conuerterat, cùm Seleucus cernens quanto in periculo res suæ essent, confestim dimisso equo, galea deposita, peltáque recepta, in primam aciem processit, atque omnibus se ostẽdens, magna voce milites hortabatur, vt vno consensu ad pugnã redirẽt. Diutius se certamine abstinuisse aiebat, vt illis qui sibi charissimi erãt, non vt hosti Demetrio parceret. Milites his adhortationibus & præsentia regis commoti, incredibili alacritate ad prælium reuertuntur, quorum impe- 138
tum veluti procellam quandam & extremam calamitatem

in

in se venientem cùm sustinere non posset Demetrius, clàm
138 arrepta fuga citato gradu ad Amanidas portas peruenit.
Atq; inde cùm paucis amicorũ qui sua vestigia sequebãtur,
syluã propinquam ingressus, noctẽ expectabat, ea mente &
animo, vt ad Caunũ se conferret, ibiq; suam classem, quam
eo in loco inuenire arbitrabatur, cum familiaribus suis con
scenderet. Sed in ipso itinere deficiente viatico, & iam ne-
cessitate vrgente ad alia consilia mentem conuerterat, cùm
Sosigenes familiaris suus ad eum venit quadringentos
aureos numos, quos sub cingulo habebat secum ferẽs, qui
bus vsque ad mare perduci posse sperabant. Verùm cùm ad
ea loca quibus è sylua egrediẽdum erat, peruenissent, pro-
cul per noctem ignẽ hostiũ conspicati, extẽplo mutato con
silio, per idem iter ad eum locum vnde digressi erant, reuer
tuntur: quanquam fuerunt nonnulli qui relicto Demetrio
fugam arripuere, reliqui verò qui cum eo permanserant, ægrè eius vestigia sequebantur. Quidã etiã ex his sibi dicere
ausus est, oportere eũ necessitate cogente, iam corpus suum
139 potestati Seleuci arbitrioq; permittere. Quo ille adeò grauiter exarsit, vt ensem è vagina ad se interimendũ exereret, sed amici virũ orare hortariq; cœperunt, vt de cõmuni salu te vno con sensu agitare vellet. Demũ igitur amicorũ consi lio ac multis rationibus persuasus Demetrius, quosdã ad Seleucum mittit qui ei dicerent, se paratum & vitam suam, & quicquid sibi reliqui fortuna fecerat, liberalitati eius fideiq; permittere. Hoc læto ac iucundo nuntio accepto, Seleucũ dixisse aiunt: Non tam Demetrij, quàm Seleuci fortuna saluum esse Demetriũ, quæ præter multa egregia atq; præclara munera, quæ sibi concesserat, nunc quod ad felicitatẽ suã magnopere pertinere arbitretur, facultatã dederit, vt erga virũ familiarem & affinẽ, ac rerũ gestarũ gloria clarum, humanitatem liberalitatémq; suã declarare possit.
140 Post hæc regium tentorium, & omnia alia quæ ad suscipiẽdum egregium hospitem pertinebant, parari ingenti ornatu atque magnificentia iussit. Erat auten in regia sua Apollonides quidam, qui iam diu familiaritate Demetrij & consuetudine vtebatur: hunc ad se vocatũ ire ad Demetrium iubet, eumq; suo nomine rogare atque hortari, vt ad virum affinem & amicissimum sibi hominẽ constanter liberaliterq; accedat. Patefacto animo regis & eius sententia diuulgata, pauci

pauci primò, multi deinde obuiã illi proficiscuntur, incredibili studio inter se certantes, vt alter alterũ præueniret. Sperabant enim præstantissimũ virũ & rerum gestarũ gloria clarũ, quãprimùm summã authoritatẽ apud Seleucum habiturũ. Sed vt plerúnq; fit, misericordia in maleuolentiã versa, nonnulli inuidi scelestiq; occasionẽ nacti ad liberalitatẽ regiã peruertendam, aures illius multis suspicionibus repleuere, non permittendũ esse dicentes, ducẽ præclarũ & magnæ authoritatis virum in exercitus sui conspectũ venire, timẽdúmq; esse ne præsẽtia eius aliquis repẽtinus motus oriretur. Interim cũ Apollonides aliiq; permulti ad Demetriũ peruenissẽt, benignos sermones de humanitate Seleuci
141 afferentes, ingens repentè congratulatio vtrinq; est facta. & præsertim ab ipso Demetrio, qui etsi antea deditionẽ suam turpẽ miserámq; putabat, tamẽ ob ea quæ familiares sui de benignitate Seleuci referebant, mutata sententia ad illum fidẽti animo tanquã ad amicissimum regẽ proficiscebatur. Verùm inter hæc Pausanias cum equitibus peditibusq; mille obuiã Demetrio missus, vbi ad illũ venit, extemplo nil tale suspicantem suis militibus circundedit, atque omnibus aliis qui eum sequebantur dimissis, non ad Seleucum, vt ii bi antea persuasum fuerat, sed in Cherronesum Syricã perduxit, ibiq; firmis custodiis præsidiisque adhibitis eum reliquit. Hoc igitur in loco relegato Demetrio, & angustis finibus circũsepto, omnia quæ ad vitam splendidam & cultum
142 regium pertinebant, iussu Seleuci parabantur. Nam & regales ædes & amœnas porticus ac pomœria, & viuaria omnis generis feris referta ei abundè erant: amicis & familiaribus suo arbitratu vtebatur, qui cùm crebrò ad eum visendum accederent, semper modestos sermones à Seleuco afferebant, quibus virum hortabantur bono vt animo esset, omniáque de salute sua & Seleuci liberalitate speraret, se compertum habere dicentes, Antiochi & Stratonices aduentum à Seleuco expectari, quorum gratia liberam ei abeundi quocunque velit, quamprimùm potestatem fore. In hac misera fortuna constitutus Demetrius, desperatis iam omnibus rebus, ad Antigonũ filium, & eos qui Corinthũ Athenásq; regebãt, nũtios misit qui suo nomine eos monerẽt, ne deinceps signo & literis suis fidẽ præstarent, sed se veluti defunctum arbitrarentur, denique Antigono filio,

quoad per eos fieri posset, pro antiqua beneuolentia regnũ
143 statumque seruarent. Antigonus hoc acerbissimo nuntio
accepto, vehementer grauiterque ingemuit, atque lugubri
Antigoni veste assumpta, confestim in omnes partes literas misit, qui
gemitus in bus reges & principes obsecrabat, vt pro salute patris De-
Demetrii metrij apud Seleucũ intercederẽt. Ipsum autem Seleucum
patrem. multis precibus rogatum misit, vt quicquid sibi reliqui fortuna fecerat, pro vadimonio patris accipiat, se etiam si vellet obsidem pro Demetrio sumat: demum vt humanitatis mansuetudinisq; suæ, qua semper omnes alios superasset, erga virũ familiarẽ & affinẽ memoriã seruet. Post hæc vrbes ac principes idem à Seleuco petunt, præter vnum Lysimachum, qui tam fuit immemor humanitatis, vt cæteris regibus pro salute Demetrij deprecantibus solus extiterit qui
144 magnam vim pecuniarum pollicitus Seleuco sit, si Demetrium quamprimùm de medio tolleret. Cuius desiderio nõ modò non assensit Seleucus, sed viri improbitatem, veluti inhumanam & barbaram detestatus, pecunias illius postulatáque neglexit. Cùm autem proposuisset animo, sub Antiochi & Stratonices aduentum Demetrium seruare, vt hi essent qui de eo dimittendo suo arbitratu decernerent, & ingentem pro singulari officio gratiam reportarent, interim tamen differendo tardandoque res longius, quàm opus erat producebatur. At Demetrius vt antea calamitatem in se venientem cùm euitare non potuisset, modicè tolerauerat: sic præsentis fortunæ acerbitatem constanti animo sustinere videbatur, atque in principio aduentus sui, currẽdo, venando, & alio quocunque labore corpus exercendo, tempus terebat: paulò verò deinde studio in contrarium verso, in otio atque desidia ætatem agens, conuiuia, potus, ludos, omnia denique delectamenta, quæ essent à labore corporis aliena, incredibili cupiditate persequebatur, siue quia languores curásque molestas, quæ animum eius exederant, hu
145 iusmodi voluptatibus depellere posse speraret, siue quia eã vitam, quam iam diu expetiuisset, se nunc ingenti facilitate arbitraretur adeptum, quasi antea errore quodam & inani gloria ductus, multos labores & pericula suscepisset, exercitus maximos cõparasset, oẽs terras, omnia maria cõmouisset, vt eã tranquilitatẽ & vitã deliciis voluptatibusq; refertã, quæ sibi nũc præter spẽ oblata esset, cõlequeretur. Sed hi sunt

sunt bellorũ fines, quos flagitiosi reges incredibili studio expetũt, magnis laboribus persequũtur, atq; in eis summũ humanæ vitæ bonũ constitutũ putant. Meo autẽ iudicio non modò in hoc ab opinione sua fallũtur, quòd turpes voluptates loco virtutum honestatisque sectantur, sed etiam in eo vehementer aberrant, quòd dum vitam iucundam sibi persequi putant, ea quæritant, quæ longè sunt à veris voluptatibus aliena. Demetrius igitur triennio in Cherroneso de- 146
tentus, cùm ex otio potúque & deliciarum abundantia in *Demetrij*
ægritudinem incidisset, tandẽ superãte valetudinẽ morbo, *obitus.*
post quartum & quinquagesimum ætatis annum è vita migrauit. Cuius interitu vbiq; gẽtium diuulgato, cùm omnes inhumanitatem Seleuci accusarent, ferunt & ipsum vehementer secũ fuisse questũ, quòd in maiori suspicione quàm decuit, familiarẽ & affinẽ virum habuisset, imitatúsq; minimè esset Thracem & barbarorum Dromichætẽ, qui paulò antea Lysimachũ captum tanta cum liberalitate dimisserat. Verùm ea quæ circa Demetrij funus celebrata sunt, tragicã quãdam dispositionem theatróq; dignã habere videntur. Pilius enim Antigonus audita illius morte, nullã moram interponendam putauit, quin cũctis nauibus in Syriã
nauigaret: sed cùm propè insulas peruenisset, quosdam of- 147
fendit qui Demetrij cineres ad eum perferrent. Hos igitur acceptos, & aurata vrna inclusos, in puppi regiæ nauis in qua ipse degebat, collocari iussit. Post hæc versus Corinthũ cum omni classe repetẽte Antigono, ciuitates quibus illi apropinquabant, aliæ coronas quas vrnæ imponerẽt, aliæ homines qui lugubri veste funus honestarent, certatim mittebãt. Ferebatur itaq; vrna in magna eminens puppi, regia purpura diadematéque ornata, atque hastatis iuuenibus circunsepta, qui fulgentes vndique armis defuncti imperatoris memoriã renouabant. Aderat ibi præterea Xenophantus elegantissimus modulator, qui incredibili suauitate sacrũ canebat carmen, & ipsi remiges tanta cũ aptitudine flectus ciebant, vt remorũ pulsu Xenophãti carminibus respõderent, flebilémque concentũ efficerẽt magna cum sonoritate coniunctũ. Cùm verò prope Corinthũ cõtinenti ap- 148
plicuissent, multitudo quæ ad ea littora frequens conuenerat, vbi Antigonum humilem, abiectum, lachrymísque refertum conspexit, ingenti adolescentis misericordia mota,

vlulatum gemitúmque incredibilem edidit. Vna deindè cum omnibus ornamétis Demetriadē delata est, quam quidem vrbem à Demetrio cognominatam, populi ex paruis circa Iolchum oppidis profecti, veluti propriā sedem habitarunt. Reliquit autem Demetrius egregia sobolē, ex Phylā quidem Stratonicem atque Antigonum, ex Deidamia verò Alexadrum, qui in Aegypto ætatē duxit. Duos insuper Demetrios alterū quem Subtilem vocarūt, ex Illyride muliere: alterum ex Ptolomæide, qui postea Cyrenę regnauit. Sunt etiam qui Corrhabum eius filium ex Eurydice fuisse tradunt. Regum autē genus qui deinceps Macedoniæ imperitarunt, per successionem illius vsque ad regem Perseum venit, quo de bellato Romani Macedoniam subegere. Sed peracta Macedonica scena, tempus esse videtur vt ex altera parte Romanam introducamus.

Antonius.

LEONARDO ARETINO INTERPRETE.

1 ANTONIO auus fuit Antonius orator, quē Syllanus partes sequutum C. Marius necauit. Pater verò eius, quem cognomento Criticum Antonium vocabant, quanquā non pari splendore authoritatéq; in repub. fuerit, perhumanus tamē habitus est, in primisque liberalis: quod quidē intelligere licet, vel hoc vno illius hominis facto. Erant ei haud amplæ facultates, ob eā nq; rem ab vxore prohibebatur, quo minus liberalitate suo more vteretur. Quodā itaq; tēpore cùm quidam ex familiaribus pecūniā ab eo rogaret, ísq; negare nescīret, pecunia autē nullā haberet, puero mandauit vt argenteū scyphum ad se deferret cū aqua, quo facto cœpit genas abluere, quasi radi præpararet, & simul causa ficta, puerū è cōspectu remouit, scyphumq; amico tradidit, vt ille suo arbitratu pro pecunia vteretur. 2 Longa deinde inquisitione inter seruos habita eius scyphi gratia, cùm sentiret mulierem id grauius ferre, acrīúsque à seruis inquirere, factū à se cōfessus est, veniāq; postula

postulauit. Vxor erat illi Iulia ex Cæsarum familia primaria fœmina, nemini ætatis suæ pudicitia cedens: sub hac muliere Antonius filius educatus est. Post mortem patris P. Lentulo nupta, quem cum L. Catilina conspirantem Cicero consul supplicio affecit. Hinc vehemens illud Antonij odium in Ciceronem videtur initium traxisse. Inquitenim Antonius, corpus vitrici sui non prius ad sepulturam datū, q̄id mater supplex impetrasset à Ciceronis vxore: qua quidē de rē manifestissimè mentitur. Nullus enim ex iis qui tunc supplicio fuerūt affecti, sepultura prohibitus est. Et Antonio quidē egregia forma in ætate florenti, Curionis familia 3 Curio haud sanè temperans erat, & quò magis sibi obnoxiū faceret Antonium, in amores, libidines, varioſque sumptus impellebat. Ex quo grande æs alienum conflatum est, minimè conueniens illius ætati. Ducenta enim quinquaginta talenta debebat. Pro quibus cùm intercessisset Curio, pater id ægre ferēs, domo sua prohibuit Antonium: ille autē ad P. Clodium se contulit, hominem omniū sceleratissimū, turbulentissimúmque: in cuius contubernio haud multùm commoratus, siue quòd inimicos Clodij formidaret, siue quòd Clodiani furoris eum satietas haberet, in Græciam abiit, ibiq; permansit, & corpus ad militaria certamina, & lingua ad dicendū exercens. Vtebantur autē genere dicēdi quod appellant Asianum, maximè tēporibus illis florente, plurimāmq; cū Antonij morib. similitudinē habēte: erat enim turgēs atq; lasciuū, & inani quadā iactātia & excellētia 4 plenū. Sed cùm Gabinius vir cōsularis in Syriā nauigās Antonium rogaret vt secum proficisceretur, priuatum se negauit iturū: præfectus verò equitum factus concessit. Inde primò contra Aristobulū qui Iudæos cōcitauerat missus, primus omnium vallum maximè transcendit, pręlióq; inito parua ipse manu ingentes hostium copias fudit, obtruncauitq; fermè omnes, & ipsum Aristobulum vnā cū filio cepit. Post hæc cùm Ptolemæus Gabinium rogaret vt exercitum in Aegyptum traduceret, sibique regnum recuperaret, cæteris qui ordinem ducebant minimè id suscipiēdum censentibus, ipsóque Gabinio quanquam capta auaritia decem millium talentorum, quæ rex pollicebatur subsistēte. Antonius magnarum rerū cupidus, & Ptolemæi gratia

Odiū Antonij in Ciceronē vnde cœperit.

Asianū dicēdigenus.

motus, eundum esse persuasit. Sed cùm magis timerent iter quàm bellũ, quòd & per altas arenas eundũ erat, & per loca aquæ expertia iuxta abruptũ ac Serbonidis paludem, quas Typhonis respirationes Aegyptij appellant (videtur autem Rubri maris, quod paruo interuallo à Mediterraneo separatur, fluxus refluxúsq;) præmissus cum equitibus Antonius non solũ iter tutum exercitui præstitit, sed etiam Pelusium vrbem magna vi cepit, spémque certissimam victoriæ præbuit duci. Et eius quidẽ liberalitate hostes etiã potiti sunt: nam cùm Ptolemæus ira efferuens simul atq; vrbem ingressus esset, omnes Pelusinos trucidare vellet, obiecit se Antonius, irámq; prohibuit. In præliis autẽ magnis & frequenter in Aegypto cõmissis, cõplura & fortitudinis, & industriæ militaris facinora ostendens, & modò hostẽ circumeũdo, modò terga inuadendo, victoriam manifestissimè præbens, magnificè donatus ac laudatus est. Nec verò latuit homines Antonij humanitas erga Archelaum iam mortuum.

6 Nã cùm illi hospes familiarísque fuisset, bellum viuenti necessitate intulit, mortui autem corpus quæsiuit, & regio funere ornauit. Has ob res magna erat Antonij apud Aegyptios fama, in exercitu verò clarissimus habebatur. Accedebat ad hæc dignitas formæ, barba quædam haud sanè illiberalis, latitudo frontis, eminentia nasi, videbatúrq; Herculis imaginibus picturísq; persimilẽ aspectũ habere. Erat etiã fabula antiqua, Antoniorum familiam ab Herculẽ natam, ab Anteone Herculis filio cognomen accepisse. Hanc familiæ suæ famã confirmare nõ solùm forma corporis, sed etiam vestitu nitebatur. Sẽper enim cùm in oculis plurium erat futurus, tunicam ad coxã cingebatur, permagnum suspẽdebat gladium, chlamydem insuper asperã circũdabat. Cæterùm quæ in aliis intolerabilia videntur, iactantia, dicacitas, vinolentia, & cœnantibus assidẽdo, in militari mẽsa discũbendo, mirum in modum animos militum concilia
7 bat sibi. Erat præterea ingenium à Venere non abhorrẽs, quæ res permultos mortales illi amicos fecit. Studebat aliorum amoribus curabátque vt quisq; desiderij sui fieret compos. Iocos autem de propriis non inuitus audiebat. Egregia verò munificentia, & nec auara, neque pusilla manu in milites amicósque collata largitio, eum ad præclaram euexit potentiam, & potentem iam factum mille vitiis repugnan

tibus cõseruauit auxítque. Eius munificentię vnũ exẽplum narrabo. Cuidam ex amicis dari iusserat quinq; & viginti millia: hoc Romani decies sestertiũ appellant. Procuratore autem admirante, & vt magnitudinem donationis ostenderet, in conspectu suo pecuniã depromente, rogauit Antonius, quid hoc esset. Illo autẽ respõdente, eamesse pecuniã, quam dono dari iussisset: conspicatus hominis improbitatẽ Equidẽ inquit, arbitrabar ampliorẽ pecuniã decies sestertium cõtinere, hoc verò parũ est, itaq; tandundẽ superadde. *Sestertium decies.*

Sed hoc posterius. Discordia in ciuitate exorta, cùm optimates Põpeio inhærerent, populares Cæsarem cũ exercitu aduocarent, C. Curio Antonij amicus ex mutatione Cæsari fauens, potẽtia quã dicendo cõparauerat, magnis præter ea largitionibus quas Cæsar subministrabat, tribunũ plebis creauit Antoniũ, pòst etiã inter augures cooptauit. Is autẽ simul atq; magistratũ iniit, non parũ iuuit Cæsaris partes: nam primùm Marcello consule scriptas legiones Pompeio tradente, & nouos insuper delectus haberi permittẽte, intercessit Antonius, rogationem ferens, vt præsentes copiæ in Syriã mitterentur, quæ M. Bibulo auxiliũ ferrent aduersus Parthos bellum gerenti: eos autẽ qui delecti essent, Põpeio nõ parêre. Deinde cùm Senatus epistolas Cæsaris recipere nollet, legíq; prohiberet, ipse tribunitia potestate fretus recitauit, multorúmq; mentes flexit, cùm visus sit Cæsar non iniqua, neque immoderata postulare. Duabus de 9 niq; rogationibus propositis, altera, placerẽtne Pompeium exercitum dimittere: altera verò, Cæsaremne: & Põpeium quidem paucis arma deponere censentibus, Cæsarẽ verò omnibus præter paucos, assurgens Antonius rogauit, placerẽtne & Cæsarem & Pompeium ab armis discedere, copiásq; dimittere: hanc rogationẽ summo studio vniuersi receperunt, Antonium laudantes, & vt eam legem ferret cohortantes. Sed cõsulibus id non permittentibus, Cæsaris amici alias conditiones pertulere: quas cùm M. Cato refelleret, & Lentulus cõsul eos senatu expelleret, curia abiẽs Antonius, multa in capita eorum imprecatus est: deinde ministri veste assumpta, & vehiculo cõducto, vnà cum Q. Cassio ad Cæsarem fugit, clamitans nullas leges in vrbe valere, ius tribunitium sublatũ esse, omnibus qui æquum bonúmq; defendant, periculum capitis imminere. Quibus verbis 10

motus Cæsar, in Italiam cum exercitu properauit. Hac de causa scribit Cicero in Philippicis, vt Helenã Troianis, sic Antoniũ populo Rom. belli, exitij, pestis causam fuisse: quod equidẽ verũ non puto: neq; enim ita leuis erat Cæsar, neque ita facilè ob irã ruebat, vt nisi diu antea statuisset bellũ patriæ suę inferre, tunc subitò profiluisset ob visum Antoniũ vili veste & conducto vehiculo cum Q. Casio ad se fugientem. Sed, hæc Cæsari iam diu id optanti occasionem cõmodam præbuere: cæterũ illa magis impellebant eũ quæ nuper Alexandrũ, prius Cyrum impulerãt. amor immoderatus dominandi, & principatus furiosa cupido, quem stante Põpeio assequi non poterat. Capta igitur Italia, pulsisq; optimatibus, cùm Cæsar priusquam Põpeium sequeretur, in Hispaniam proficisci vellet, Lepido prætori vrbem, Antonio tribuno Italiam præsidiáq; cõmisit. Hic autẽ vt inter milites Cæsaris versari cœpit, vnà exercendo se donandòq; egregiè animos eorũ deuinxerat. Cæteri autẽ omnes eum oderant: nam & iniurias prohibere segnis, & obuiantibus contumeliosus erat, & in vxores alienas parum pudicus. Cæsaris denique dominationi non immiti neque acerbæ, quantùm in ipso Cæsare erat, per eius amicos effectum est, vt tyrannidis inureretur nota. Quorum Antonius in maxima licentia peccãdi cõstitutus, in primis eius rei causã videtur fuisse. Cæsar tamen ex Hispania reuersus, Antonij errata neglexit, foiénsq; illum virũ fortem & manu promptũ, eius opera deinceps in bello non frustra est vsus. Traiecit itaque Ionium Cæsar cum paucis militibus à Brũdusio profectus, remisisque retro nauibus ad Antonium & Gabinium, iussit eos celeriter omnes copias in Macedoniã traiicere. Hic cùm Gabinius tẽpestatem horreret, longóq; circuitu exercitũ per terrã ductaret, veritus Antonius ne Cæsar (quoniam hostibus longè impar erat) mole belli obrueretur; repulso Libone, qui fauces portus obsidebat, vbi triremibus suis multa parua nauigia auertens repulisset, cum viginti millibus peditũ & octingentis equitibus naues conscendit. Inde cùm iam altum teneret, cõspectus à triremibus hostium, longámque persequutionem passus vix effugit, subitò Noto persequentes carinas impediẽte. Verùm illum è manibus hostium venti beneficio liberatum, penè grauior excepit casus: delatus enim per inuia saxa, ad præceps & scopulosum littus inhæserat sine vlla euadendi spe. Sed subito ex insperato exorto Libyco, vndis à terra refluentibus, in pelagus est restitutus. Deinceps non solùm tranquilla, sed etiam felix fuit nauigatio. Nam haud lõgius ab eo loco profecti, cernunt naues fractas in littore. Illic enim attriuerat vẽtus persequutas eos triremes. Ingenti ergo præda ditati milites, multis etiam ex hostibus captis, & Lysso in potestatem redacta, ingentem fiduciam Cæsari fecit, postquam cum tantis copiis in tempore aduenisset, Prælijs inde frequenter commissis, in cunctis inclytus erat Antonius. Bis Cæsaris milites in fugam versos coegit sistere, pugnáque restituta fudit hostem. Erat igitur de Antonio plurimus in exercitu post Cæsarem sermo. Quamobrem summam illam pugnam, & quæ cuncta in discrimen adducturа erat, ineuns Cæsar, quanti eum faceret ostendit: dextro enim cornu sibi reseruato, sinistrum Antonio commisit, vt omnium qui secum erant pugnacissimo. Post Pharsalicam autem pugnam, cùm Cæsar Dictator factus persequi Pompeium decreuisset, Antonium cũ tribunatu in vrbem remisit. Est ea quidem potestas, si præsens sit dictator, secunda: sin autem abiit, prima ac fermè sola. Quippe dictatura cæteros omnes magistratus dissoluit, præter tribunitiam potestatem. Reuerso in vrbem Antonio, Dolabella adolescẽs qui & ipse tribunus plebis erat, nouarum rerum cupidus, legem promulgauerat de ære alieno rescindendo, rogauitque Antonium vt pote collegam & amicum & populatem, vt adiutor sibi esset ad legem ferendam. Intercedebant enim Asinius & Trebellius. Eo tempore accidit vt grauis suspicio haberet Antonium, vxorem suam à Dolabella esse corruptam: quod cùm ferre non posset, repudiata vxore eademque sorore (erat enim filia C. Antonij Ciceronis collegę) partes Asinij & Trebellij, suscepit, adiuersatúsque est Dollabellę. Occupauerat ille forum, per vim legẽ laturus. Antonius autẽ senatu decernẽte armis opus esse, Dolabellam inuadit, & plerisq; circa eum necatis, tandem foro exturbat. Hoc quidẽ Antonij factum maximè animos plebis offendit; bonis atque honestis ciuibus propter turpẽ vitã non erat, quemadmodum Cicero inquit, gratus, sed odiebatur propter turpem crapulam, sumptus intolerandos, tum quod assiduè inter scorta volutaretur,

13

14

Tribuni-tia potestas

15

interdiu somno & obambulatione languens, crapulam hesternam edormiret, quam noctu per lasciuiam ingurgitauerat, in mimorum nuptiis & ridiculorum spectaculis. Ferunt illum in Hippiæ mimi nuptiis cœnantem, tantùm vini per vniuersam noctem hausisse, vt ei postridie in concionem vocato necesse fuerit in conspectu populi Romani euomere, quodam ex amicis togam subiiciente. Erat enim inter maximè familiares Sergius mimus, & Citheris quidã ex eadẽ palæstra mulierculam amans. Hoc comitatu Antonius peragrabat Italiam lectica delatus, quam haud pauciores quam matris eius, comitati sequebantur, aureas pateras veluti in pompa circunferens. Ducebantur & leones ad rhedam ligati, & quod maximè homines torquebat, honestissimæ domus scortis & mimis pro diuersoriis tradebantur, per lucos atque omnium ripas prandia sumptuosissima, in ipso itinere chori velut scena, parabantur. Habebat omnes non parua indignatio, quòd Cæsare ipso circa Italiã belli reliquias persequente, & mille labores & pericula noctu diéq; subeunte, alius Italiam per illum tam luxuriosè calcaret. Itaque reuersus Cæsar Dolabellæ veniam dedit, & tertiùm consul factus non Antonium, sed Lepidum elegit collegam. Bona deinde Cn. Pompeij sub hasta vendita mercatus est Antonius, sed exigi à se pretium molestè ferebat: scribítq; Cæsar ipse, hanc ob causam in Aphrico bello non fuisse, quòd parum sibi videretur in iis quæ prius gesserat, gratiæ consequutus.

17 Videtur autem Cæsar non negligenter errata castigando, magna ex parte eius nequitiam & luxum retudisse. Confestim enim ille turpi vita relicta, vxorẽ accepit Fuluiam, Clodio tribuno plebis antea nuptam, non muliebres artes, lanificium, familiam curantem mulierem, nec priuatum hominem superare contendentem, sed magistratus regere & imperantibus imperare, vt sibi magnas gratias deberet Cleopatra, quòd ita institutum ab ea Antonium acceperit, qui vxoribus obnoxius esse didicisset. Hanc tamen mulierem Antonius ludis nonnunquam aggredjebatur, vt sibi illa esset placatior, & aliquid remitteret seueritatis: vt tunc cùm Cæsari

18 ex Hispania redeũti processisset obuiam. Inde crebro rumore perlato Cæsarem interfectum esse, hostésque in Italiam properare, rediens in vrbem Antonius, famuli veste noctu domum venit, dixitq; se tabellarium ab Antonio literas ad

ad Fuluiam habere. Introducitur ad eam capite obuoluto, rogat illa priusquã literas accipiat, valeátne Antonius. Hic verò nil respondens epistolam porrigit: quam cùm illa legeret flẽs (erat enim scripta amatorie) caput aperuit, in collum inuasit. Sed hæc pauca ex multis posuimus exempli gratia. Cæsari tandem ex Hispania remeanti, omnes primores ciuitatis quàm longè obuiam processere. Horum autém Cæsar egregiè præter cæteros summo in honore recepit Antoniũ. Nam cum per Italiam curru veheretur, vnà secum semper illum habuit in eodem curru. Post illum verò D. Brutus sequebatur & C. Octauius neptis suæ filius, qui postea Cæsar dictus est, & plurimum tẽpus Romanis imperauit. Quartùm deinde consul creatus Cæsar, Antonium sibi assumpsit collegam. Instituerat autẽ se magistratu abdicare, & in suum 19 locum Dolabellam substituere, qua de re etiam ad senatum verba fecerat: sed indignatus Antonius inimicum sibi in magistratu adiungi, vehementer inuectus est in Dolabellam: nec pauciora tamen de se audiuit: itaque infecta re senatus dimissus est. Deinde cùm Cæsar in sentẽtia perstaret, & consulem Dolabellam renuntiari iussisset, obiecit auguria Antonius, effecítque vt Cæsar ab incepto desisteret. Erat sanè in Dolabella non minus nequitiæ, quàm in ipso Antonio, ferúntque aliquando cùm quis Antonium Dolabellámque ad Cæsarẽ subaccusaret, atque illos in suspicionem adduceret insidiarum, respondisse Cæsarem, non veteri huiusmodi nitidos, & comatos homines, sed illos graciles & pallẽtes, Cassium & Brutum designans. Sed illis quidem Cæsaris necandi pulcherrimam causam præbuit Antonius. Erat solen- 20
nis Lupercaliorum dies, Cæsar autem triumphali veste amictus pro rostris sedebat, currentes Lupercos inspecturus. *Lupercalia.*
Currũt enim & nobilium iuuenum, & eorum qui magistratum gerunt complures, nudi, atque vncti, loris albis obuios ferientes. In his cùm esset Antonius, contra consuetudinem moréinq; eius ludi, ad sellam in qua Cæsar sedebat cucurrit, diadema annexum laurea corona ostentans, sublatúsque ab iis, qui sequuti erant, capiti Cæsaris diadema imposuit. Declinauit caput Cæsar, reiecitq; diadema cum maximo totius P. R. plausu. Rursus diadema imponere conantem rursus reiecit Cæsar cum summa spectantium lætitia: atq; hoc idem sæpius Antonio conante, Cæsare verò reiicière plebs ingen-

tem plausum dedit. Quod quidem mirãdum videtur, homines reuera sub rege viuentes, nomẽ regium vt libertatis priuationem exhorruisse. Surrexit Cæsar è sella turbato vultu, & nudatum iugulum cuique offerebat, ad necem suscipiendam paratum se dictitans. Coronam tamẽ illam statuæ suæ impositam cùm tribuni plebis abstulissent, & ob eam rem sum no studio à populo laudati essent, Cæsar eos magistratu priuauit. Hæc Brutum, Cassium, cæteróque compulerũt ad Cæsaris trucidandi consilium. Qui in vnum congregati, cùm multa disposuissent, illud agitauere inter se, an ad eam rem perficiẽdam Antonius esset inuitandus. Quod cùm nõnullis placeret, contradixit Trebonius: inquit enim mẽtem Antonij iam antea tẽtauisse, cùm Cæsar ex Hispania reuerteretur: Antonium verò nou recepisse, nec tamẽ vnquam ad Cæsarem retulisse, sed tacuisse id fideliter. His verbis in sententiam Trebonij adducti, iterum agitauere, an vnà cum Cæsare Antonium trucidarent. Sed & hoc quidem prohibuit Brutus, censens eam rem quam pro legibus ac iure susciperent, carere omni iniuria oportere. At veriti Antonij robur, & magistratus insignia, subornant quosdam ex coniuratis, qui cùm Cæsar ingrediatur Senatum, extra demorentur Antonium, negotio aliquo ex composito iniecto. Quæ omnia cùm ita vti disposita erãt euenissent, trucidato in Senatu Cæsare, primò quidem Antonius insignia magistratus abiecit, & mutata veste se occultauit. Deinde vt audiuit illos nemini nocere, sed globo facto in Capitolium se recepisse, egressus è latebris filium suum ad eos misit in Capitolij, vt pro obside illum tenerent, è Capitolióque descederent. Quo facto ipse quidem eodem die C. Cassium ad cœnam apud se habuit, Lepidus autem Brutum. Postridie verò frequenti Senatu retulit de obliuione discordiarum, déq; prouinciis diuidendis. Cui quidẽ Senatus summo studio assensus cùm esset, adiũxit & acta Cæsaris rata manere. Celeberrima fuit illa dies Antonio, nec dici quidẽ posset, quantam sit laudem iudicio omnium mortalium consequutus. Videbant enim intestinum bellum per illius prudentiam sublatum esse, & in rebus difficillimis ac turbulentissimis, bono cõsilio ciuilique animo fuisse. Sed tamẽ citò illum ab hac sententia deiecit principatus cupido, quem se post cognitam mentem plebis haud dubiè adepturum putabat, si Brutus è medio tollere

Causa Cæsaris necis.

tolleretur. Nam cùm Cæsarem (vt mos erat in funere) pro rostris laudaret, animaduertens multitudinem oratione sua mirabiliter ductam, admiscuit laudibus commiserationem stimulósque animorum, & in perorando vestem Cæsaris exsplicuit sanguine fœdatam, & in plurimis locis cæsam gladiis, & ea qui patrassent impios sceleristósque vocans, tantum furorem multitudini iniecit, vt corpus Cæsaris in foro cremarent, subselliis mensísque vndique ad pyram raptis, & accensis facibus, ad occisorum domos percurrerent. Ex hoc Brutus cæteríque ex vrbe migrarunt: Cæsaris verò amici ad Antonium se contulerunt, ad quem etiam Calpurnia vxor pecuniam à Cæsare relictam transtulit, & penes eum depositum fuit. Erat autem numerus quatuor millia talentorum. Accepit etiam Cæsaris commentaria, in quibus decreta iudicatáque erant scripta. Ad hæc Antonius quod libitum fuit addens, aliis magistratus dabat, aliis immunitates, multi senatores facti, plerique ab exilio reducti. Et hæc omnia faciebat, quasi à Cæsare decreta. Quamobrem iocantes Romani eos omnes Charonitas appellabant. Nam si quid illis obiectum erat, continuò in mortui fugiebant chirographa. Hæc & alia præterea multa contra leges fecit Antonius, ipse quidem consul, L. verò fratrem tribunum plebis & Caium alterum fratrem prætorem, socios habens. Dum hæc Romæ geruntur, C. Cæsar adolescens, sororis filius, quẽ admodum ferebatur, hæres à Cæsare scriptus ex Apollonia rediit. Is primùm ad Antonium vt pote amicũ paternum salutatum veniens, depositæ pecuniæ mentionem habuit. Debebat Romanorum cuiq; drachmas septuagintaquinq; ex testamento patris. Hîc Antonius primò iuuenem aspernari, atque insanum dicere, & boni consilij bonorúmque amicorum expertem, si tam onerosam hæreditatem adeundam putet, ac non potius abstinendum. Sed cùm id persuadere nequiret adolescenti, pecuniámque repeteret, multa contra illum contumeliosè dixit fecítque. Nam cùm tribunatum petens Cæsar, sellam auream patris sui posuisset, minatus est Antonius in carcerem illum ducturum, nisi desineret plebem solicitare. His rebus adductus Cæsar, ad Ciceronem se contulit, eíque se totum permisit: per quem cùm senatum sibi conciliasset, ipse autem plebem amplexaretur, & veterani milites vndique ad eum concurrerent, metuens

Antonius

Antonius per communes amicos in gratiam rediit, congressu ad inuicem in Capitolio habito. Ea nocte dormiẽtem Antonium terribilis visio excitauit. Visus est enim eius dexteram fulmine de cælo feriri. Nec multò pòst nuntiatum est, illi Cæsarem insidias tendere: qua de re cùm Cæsar se purgaret, nec tamen persuaderet, rursus inter eos ardentissimę inimicitiæ exortę sunt. Hinc discursiones per Italiam ab vtroque factæ: veterani qui dudum ab armis quieuerant, passim suą quisq; sede, magnis præmiis vtrinque allecti, legionesq; pari vtrinque studio solicitatæ. Inter hæc M. Cicero ea tempestate ciuitatis princeps, omnes mortales in Antoniũ con-
27 citabat. Eo authore Antonius tandẽ hostis est iudicatus, Cæsari fasces decreti, Pansa & Hircius, qui tum erant consules, contra Antonium missi. Hi circa vrbem Mutinam prælio commisso, præsente Cæsare atque adiuuante, M. Antonium fuderunt fugarúntque, sed ipsi ambo interierunt. Ex hoc bello fugiẽtem Antonium, cùm multa alia grauissima exceperunt, tum maximè rerum edẽdarum penuria. Verùm ei natura datum erat, vt in rebus aduersis difficillimisque se ipse virtute superaret, & quantò magis fortuna premeretur, tantò bono viro efficeretur similior. Namvt commune hoc omnibus est, cùm laborant virtutis vim expendere possse, ita non quilibet, aut cuius amore tenetur, persequi, aut à quo abhorret refugere in ista fortunæ mutatione per animi
28 constantiam potest, sed plerique adeò moribus suis per imbecillitatem concedunt, ratione sauciata. Itaque dum Alpes trascenderet, mirabile erat exemplum militibus suis hominem tanta luxuria tantísque deliciis modò affluentem, aquam corruptam faciliter bibere, radices & fructus syluestres cibum habere. Edebãt etiam arborum cortices, & animalia quædam ante id tempus ingustata. Causa itineris erat vt transalpino exercitui se coniungeret, cui Lepidus imperabat Marci Antonij familiaris, & in Cæsaris amicitiã magna ex parte per Antoniũ receptus. Vt igitur in ea loca peruenit vbi Lepidus cum exercitu erat, haud procul ab eo castrametatus, expectabat si quid opis aut auxilij afferretur. Quod cùm frustra præstolari se animaduerteret, lugubri veste assumpta, & barba post pugnam promissa, & crine miserabiliter neglecto, ad castra Lepidi quamproximè accessit,
29 ibique concionari cœpit. Mouebat non paucos miserabilis

Antonij somnium.

bilis habitus, & maximè supplex oratio flectebat animos. Quod cùm sentiret Lepidus, tubas canere, vt præillarũ clãgore vox Antonij nequiret exaudiri. Ob id factum magis etiam ad misericordiam flexi milites, Lælium quendam & Clodium meretricio habitu emittunt, qui iubebant Antonium castra expugnare aggredi, permultos esse intus, qui se offerant paratos eum recipere, & Lepidũ, si ita iuberet, trucidare. Antonius à Lepidi cæde abstinebat: sed flumẽ quod dam propter castra Lepidi fluebat, contra eum locum Antonius copias suas postridie adducit, & primus omnium ipse flumẽ ingressus ad aduersam ripam contendit. Iam etenim milites Lepidi frequentes ex eo loco Antonium vocabant, vallúmque prostrauerãt. Ingressus igitur castra, rerum omnium potitus humanissimè Lepidum conuenit, patrémque salutauit: & cùm rei penes eum summa potestas esset, Lepido tamen imperatoris nomen honoremque seruauit. Ea res 30
effecit, vt & Plancus Munatius, qui & ipse circa ea loca exercitum ductabat, Antonio se coniungeret. His rebus elatus Antonius, Vitio quodam ex familiaribus compotoribúsq; suis cum sex legionibus in præsidio Galliæ relicto, ipse in Italiam rediit, decem millia equitum, septem & decẽ legiones peditum secum agens. Præterea præsidio sex legiones Galliæ reliquit, Vario quodam familiare & cõpotore præfecto, quem Cotulonem vocabant. Cæsar autem à Ciceronе quem videbat tota mente ad libertatem reipub. intentum, desciuit, Antoniúmque per amicos ad reconciliationem vocauit. Conuenere hi tres duces in insulam quandam flumine circùm ablutam, ibíque per triduum commorati, de diuisione imperij, déque cæteris rebus agitauere, sic imperium quemadmodum paternam quandã hæreditatem inter se diuidentes. Verùm vt cætera facilè transegerunt, sic 31
magna dissensio concertatióque exorta diu tenuit deliberãtes de ciuibus necandis, singulis amicos seruare cupiẽtibus, & inimicos necare. Tandem inimicorũ odio & iura cognationis & amicitiæ charitas abiecta, Cæsar antonio Ciceronem, Antonius Cæsari L. Cæsarem auunculum concesit necandum: à M. Lepido Paulus frater ad necem traditus, vel vt quidam aiunt, sponte concessus. Nil reor vnquam crudelius fuisse aut tetrius factum, homicidia homicidiis permutantes, quos acceperant, quos tradebant mactantes:

sed

sed in amicos magis insurij, quos sine vllo odio trucidabãt.

Hanc inter duces amicitiam censuerunt milites affinitate firmandam, data Cæsari vxore Clodia, Fuluiæ filia, Antonij priuigna. His ita dispositis ad exequenda ea quæ decre-
32 uerant contendunt. Trecenti ab his ciues ex proscriptione trucidati. Ciceronis caput ac dextera manus, qua ille Antonianas orationes scripserat, iussu Antonij abscissa: quæ cũ ad se delata essent, aspexit diu summa lætitia exultans. Vbi oculi satiati sunt illo spectaculo, iussit per contumeliam in rostris deponi, quasi verò illum iam mortuum cõtumelia afficeret, ac non potius seipsum ac fortunam suam indignam ostenderet, quæ ad tantam potentiam nefarium hominem prouexissent. L. autem Cæsar cùm milites ad eum necandum missi essent, fugit ad Iuliam sororem: at cùm carnifices eò quoque venissent, & in cubiculum prorumpere vellent, stãs illa pro foribus ac vi resistens clamitabat magna voce, nunquam illis facultatem L. Cæsaris necandi futuram, ni prius ipsam necarent, quæ Antonium peperisset. His illa tunc re-
33 bus fratrem turata est. Erat hæc triumuirorum dominatio omnibus infensa & grauis, cuius rei culpa omnis in Antonium referebatur. Nam & Cæsare maior natu erat, & Lepido potentior, & ad suos mores vitámque illã voluptuariam, vt primùm per bellum licuit, redierat. Accedebat ad hæc quòd domum Magni Pompeij habitabat, hominis non minus institutis domesticis moribúsque admirandi, quàm tribus triumphis. Tũc verò dominante Antonio, legati, duces, magistratúsque reiecti pro foribus expectabant: his portæ clausæ non permittebant aditum. Intus verò aleatorum, morum, adulatorum greges, rapinas Antonij deuorantes. Non satis erant ad sumptus proscriptorum bona, nec omne vectigalium genus exactum: itum est ad virgines Vestales, raptæ pecuniæ apud ædem depositæ: vxoribus etiam propinquísque necatorum ciuium bona per calumniam adempta.
34 Nec tamen hæc satis erant. Quamobrem indignè passus Cæsar tãtam prodigalitatem, diuisionem pecuniarum cum Antonio fecit. Diuiso etiam exercitu contra Brutum, & Cassium in Macedoniam profecti sunt, M. Lepido cum præsidio Romæ relicto. Vt igitur in Macedonia bellari cœptum est, cùm contra Cassium Antonius, Cæsar contra Brutũ destinatus

stinatus esset, nihil vnquã præclarum à Cæsare factũ, omnia per Antonium gesta. Prima quidem pugna varium habuit euentum, vt ab vtraque parte dextrũ cornu superarerur. Cæsar à Bruto, contra quem instructus erat, profligatus castra quoque amisit, vixque manus hostium effugit, vt ipse in Cõmentariis suis scribit, somnio cuiusdã ex familiaribus admonitus, Cassius in alio cornu ab Antonio victus, cùm ignoraret Brutũ vicisse, à Pindaro liberto volens mandãsq; occiditur. Scribunt tamen nõnulli Antoniũ abfuisse, cùm 35
milites sui contra Cassium pugnauere. Pòst paucis verò diebus iterum pugnatũ est: in ea pugna victus Brutus mortem sibi conscíuit, Antonio verò integra victoria parta, vtpote qui Cæsare ægrotante vicerat. In ea pugna Antonius cùm Bruti corpus inuenisset, pauca de C. fratris nece cõquestus, quem in Macedonia captum Brutus Ciceronis manibus mactari fecerat, & postremò se magis id Hortensio, quàm Bruto imputare testatus, qui Ciceronis manes ita placasset, purpuram ex suis pretiosissimam cadaueri superiecit, & liberto cuidam ex suis mandauit sepeliendi curam. Hunc tamen libertum cùm postea comperisset purpuram cum corpore non sepelisse, magnámque partem pecuniæ ad sepulturam datæ subtraxisse, summo supplicio affecit Antonius. Confecto bello Cæsar quidẽ grauissima valetudine, ita vt parum superfuturus speraretur, Romam reductus est. Antonius 36
verò ad Orientales prouincias, ad cogenda stipẽdia quæ militibus solueret, cum exercitu ingenti in Græciam contendit. Pollicitus enim erat cuiq; militum quinq; millia drachmarum, erátq; opus grandi pecunia, & exactione ad ea persoluenda. Primò igitur in Græciam profectus, non grauis neq; infestus hominibus erat, sed ad doctorum hominum disputationes, ad theatra, ad ludos se totum conuerterat, in iudicando mitis, in largiẽdo magnificus, & amator Græcorũ, maximéq; Athenienſium, vocatus gaudebat. Permulta ab illo dono Athenięnsibus data, nõnulla etiã cæteris ciuitatibus. Megarenses verò cùm cuperent aliquid ciuitatis suę magnificum ostendere per æmulationem Athenarum, rogauerunt Antoniũ vt ad eorum curiam visendam accederet. Quò 37
cùm ille venisset, interrogatus ab eisdẽ qualis illa curia sibi videretur, Pusilla mihi, inquit, & insuper diuersa. Templum etiam Pythij designauit, quasi consummaturus: hoc enim

Senatui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Senatui fuerat pollicitus. L. deinde Cēsorino Græciæ præfecto, ipse in Asiam transiit, ibi cùm reges vndique ad eū concurrerent, & reginæ donis ornatúque certantes, sese ac formam suam Antonio offerrent, Cæsare interea Romæ seditionibus & bellis occupato, corruptus extemplo animus in consuetum morbum recidit voluptatum. Anaxenores, citharœdi, & vtique tibicines, & Metrodorus quidam saltator, & huiusmodi Asiaticarum illecebrarum turba, mira festiuitate, & gaudio in calamitates Romanas insiliebant, nec quisquam iam se continere poterat, omnibus ad voluptatem cōuersis. 38 Vniuersa enim Asia, non secus ac Sophoclea illa ciuitas, plena vaporibus suauissimis erat, vbique cantus audiebatur, vbique serta exhalabant festiua: quippe cū ephesum ingrederetur, mulieres vniuersæ in Bacchas, viri omnes & pueri in Satyros & Panes se formarunt. Hedera, thyrsi, psalteriis plena ciuitas, Dionysium, Charidotam, Melichium, vocabant Antonium. Erat profectò talis erga quosdam, cæteris verò ferus atque immanis. Nam & nobiles spoliabat fortunis omnibus, & eas perditis hominibus assentatoribúsque donabat: multis præterea viuentium bona, quasi mortuorum hæreditatē concessit. Domum Magnetis cuiusdam largitus est coquo suo, quòd cœnam bene parauisse visus erat. Secunda tandē vectigalia cùm Asiaticis imperaret, Hybreas, qui ciuitatum causam susceperat, ita eum Antonio agere ausus est: Si potes, inquit, ô Antoni, eodem anno bis vectigal exigere, illud etiam efficere posse te decet, vt bis æstatem habeamus, bísque autumnū. Festiuum hoc quidam, & à mente Antonij non abhorrens. Deinde cùm in seruisset, ducēta millia talentorum sibi Asiam exoluisse, efficacius nimiùm adiecit hæc verba: Si quidem hęc tanta pecunia ad te delata nō est, ab iis eam repetas, qui à nobis exegere: sin autem ad te delatam iam consumpsisti, nullam nobis spem reliquam paramus. Hac ratione maximè flexit Antonium. Ignaro enim illo plurima gerebantur à suis, neque id tantùm negligentia, quantùm simplicitate quadam ac nimia fide contingebat. Erat illi simplex ingenium, tardéque errata sentiens: vbi tamen senserat, permagna mentis mutatio, ac apertissima cōtra eos, qui errauerant indignatio. Magnitudo animi cū ad præmia, & ad pœnas excellens, ad præmia tamen propensior. Dicacitas autem immodica, & penè scurri

Sophoclea ciuitas.

scurrilis procacitas. Sed hæc secum habebant medicinam: licebat enim impunè iisdem rebus contra illū vti, nec facile erat discernere, ludénsne, an delusus magis gauderet. Et ea quidē res non parum afferebat calamitatis. Homines 40
enim in iocādo lacessendoq; aduersus eum libertate freti, perfacilè in magnis rebus assentando blandiendoq; illum capiebant, cùm nō videret quosdam dum adulationi libertatem miscent, velut illecebra quadam acrimoniā habente, efficere vt ista circa calices loquacitas & temeritas fastidium ignoret, non gratiam quę seruari in congressu debet, sed assensum eius quem adulantur, & rerum negligentiam machinantes. Ita vel moribus, vel natura instituto Antonio suprema clades Cleopatræ amor iuncta, si qua adhuc vitia in eo latebāt detexit atq; intendit: si quid aut salutis, aut virtutis supererat, id idē amor penitus deleuit. Captus M. Antonij amor in Cleopatram vnde ceperit.
est autem hoc modo. Cùm se vertisset ad Parthicū bellum, Dellium quendam ad Cleopatrā misit, iubens illā ad se in Ciliciam venire, iudicium subituram, quòd C. Cassium opibus iuuisse, ac permulta ad bellum contulisse accusaretur. Ad quam vbi Dellius peruenit, visa mulieris forma, & 41
linguæ elegātia, & sermonis calliditate, opinatus id quod erat, nihil mali ab Antonio eiusmodi mulieri impendēre, sed contrà magnam illi potentiam apud Antonium fore, vertitur ad obseruantiam cultumq; mulieris, monetq; Homerico versu, vt proficiscatur ad iudiciū quammaximè ornata, nec formidet Antonium mitissimum & humanissimum ducem. Illa autem Dellio assensa, atq; iisdem rebus Antonium capi posse confisa, quibus antè Cæsar & Cn. Pompeij filius capti fuissent. Illi enim adolescentulam adhuc & rudem Cleopatram cognouerant: nunc autem ea ætate ad Antonium proficiscebatur, qua maximè solent mulieres & florere forma, & consilio vigere: parat donapecuniam, ornatum, qualia magnarum rerum dominam ex felicissimo regno ferre decebat. Plurimum tamen spei 42
erat sibi in seipsa, & in suis veneficiis, philtrisq;. Per literas igitur Antonij cæterorumque accersita in tantùm hominem iudiciumque contempsit, vt incredibili pompa per Cydnum amnem nauigaret. Erat enim aurea puppis, vela autem purpurea pandebantur, remi argentei ad fistulæ tibiæq; modos agitabantur. Ipsa verò Regina sub tentorio

aurato requiescens, ad similitudinem Veneris ornata erat. Pueri vtrinq; collocati pictis Cupidinibus persimiles. Puellæ insignes Nereidum & Gratiarũ stolis partim gubernaculis incumbebant, partim rudentibus annitebantur. Ancillæ mirabili habitu omnes ripas fluuij complebant vaporibus. Currebatur vndiq; ad eiusmodi spectaculum ieratq; per omnes fama, Venerem pro vtilitate Asiæ Bacchum illudere. Vacuefactum est forũ, omni multitudine ad videndum diffusa. Antonius deniq; pro tribunali sedẽs penè solus relictus est. Misit igitur, qui illam ad cœnã inuitent. Ipsa autẽ censebat apud se potius Antoniũ cœnare debere. Statim igitur, vt facilitatẽ quandam & humanitatẽ præ se ferret, reginæ paruit, cœnauitq; apud illam. Quo in loco mirum in modum stupefactũ aiunt esse Antoniũ. Tantos enim apparatus offendit, quãtos nunquã fuerat arbitratus: maximeq; admirationi fuit multitudo luminũ: tanta enim vndiq; eluxisse ferunt, tam mira inter se arte disposita atq; ornata, vt id quidem vel inter rarissima pulcherrimarum rerum spectacula putaretur. Postridie verò cùm apud se regina cœnaret, certauit Antonius magnificentia simul ac diligentia Aegyptiam anteire: sed in vtraq; superatus, ipse primus arriditatẽ cœnæ suæ rusticitatemq; cœpit illudere.

Gynæcirũ Cleopatræ

ἐπαιδάρια.

43

44

Regina autem dicacitate hominis animaduersa, cùm videret illum castrensi quodam stylo, & facetiis vulgaribus maximè duci, posito iam timore, cœpit & ipsa eodem genere iocandi cõtra Antonium vti. Atqui Cleopatræ forma (vt ferunt) ipsa quidem per se non nimiùm erat efficax ad mentes aspicientium capiendas, nec qua homines præ nimia admiratione stupescerent, verùm adeò suauissimi mores, tanta in loquendo facundia, tam iucundissima conuersatio, vt his rebus adiuta forma vniuersos arriperet. Pronuntiabat dulcissimo oris sono, linguamq; suam velut instrumentum aliquod plurium chordarum, ad quãcunq; libitum fuerat gentem conuertebat promptissimè. Paucis nationibus per interpretẽ loquebatur, plurimis per se ipsa respondebat, velut Aethiopibus, Troglodytis, Hebræis, Arabibus, Syris, Medis, Parthis, & præterea multis, cùm aure illam Aegypti reges vel ne Aegyptiam quidem didicissent, vel Macedonicam reliquissent. Ab hac itaque muliere Antonius vsqueadeò raptus est, vt Fuluia vxore cõtra

Cleopatræ dotes.

45

Cæ-

Cæsarẽ in vrbe pugnãte, Parthis verò duce Labieno Syriæ imminentibus, ipse expers curæ veluti hæ res nihil ad se pertinerent, in Alexandriam reginã sequeretur, & ibi pretiosissimam rem (vt inquit Antipho) tẽpus, desidia otioq; contereret. Erat eis vita, quã inuitabilẽ appellabant, mutuis se conuiuiis accipientibus, & omne prodigalitatis genus excedẽtibus. Equidẽ ex Lampria auo meo audiui, narrasse sibi Philotã medicum, qui per id tẽpus studiorũ causa Alexandriæ fuerat. Aiebat enim Philotas, se à quodam ex Antonij coquis, quo cùm fortè familiaritatẽ habebat, ductum esse in cum locũ vbi epulæ Antonio parabantur, vidisseq; illic & alia complura, & apros octo: se autẽ admiratum magnitudinẽ epularum quæsisse, quantus esset conuiuarum numerus: risisse hoc coquum, dixisseq;, non multos esse conuiuas, sed circiter duodecim. Verũ cibos ponere in ipso articulo cùm suculentissimi sunt, oportet. Atqui leui tẽporis momento marcescunt. Et ille nunc parari cœnam statim vult, nunc differri paulũ, sæpe etiã in horã aliam traduci, dum vel potare nunc lubet, vel sermo quispiã incidit: vnde multis opus est paratis cœnis. Post haud sanè multùm spatij venisse aiebat cũ ministris Antonij filiũ, quem maiorem natu ex Fuluia habebat, neq; enim apud patrem cœnabat, & cœnasse aiebat vnà secũ humanissimè inter cæteros familiares. Sibi igitur illic disputanti, & conuiuas multis argutiis fatiganti, hoc sophisma ab Antonij filio obiectum fuisse: Febricitãti quodammodo danda est frigida: omnis autẽ febricitans quodãmodo febricitat: omni ergo febricitanti danda est frigida. Hic cùm ipse dubius fileret, lætatum puerum risisse, atque ita dixisse: Ego tibi Philota hæc omnia dono, ostẽdens permulta & magna pocula, quibus omnis mensa erat referta. Illo verò liberalitatẽ non recusante, sed tamẽ minimè arbitrante, puero tãta donare permittim esse, cũ postea quidã ex ministris pocula hęc invasse conteciisset, sibiq; offerret, ipse autẽ repelleret, vereretur; accipere, dixisse puerũ aiebat, O inepte Philota, quid ambigis? an nescis eũ qui dat, filiũ esse Antonij? sed agẽ pro his omnibus, si ita placet, pecuniã accipe, ne quod fortè ex his desideret pater: sunt enim pleraq; antiqua & egregij operis. Hęc nobis (vt dixi) auus noster narrabat ex Philota audiuisse. Cleopatra autẽ nonquã drifaria (vt inquit Plato) sed mul-

Tẽpus pretiosissimũ res.

46

47

Liberalitas filij Antonij.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tifariã blanditiis adorta, seu studio, seu ioco res ageretur, nouis semper irritamentis nitebatur, quibus magis posset mens Antonij capi. Noctu dieq; erat parata, seu ludere, seu potare, seu venatũ ire placeret. Exercentẽ se Antonium visebat in armis. Noctu per vrbem vagantem in ancillæ habitu sequebatur, quandò & ipse famuli veste solitus erat vagari, & domos populariũ obsidere, & inquilinos per fores illudere; vnde non solùm conuitia, sed etiam verbera persæpe reportabat. Hoc quanquam vulgò suspectũ esset, gaudebant tamẽ Alexandrini, dicebantq;, tragica quidem persona aduersus Romanos, comica autẽ aduersus Aegyptios Antonium vti. Vnum ex suis iocis narrare libet, nam plures referre vanum esset. Cùm piscaretur aliquando Antonius, nihilq; capere posset præsentẽ Cleopatra, angebatur. Iubet igitur piscatores clàm submersos, hamo quem demiserat, pisces antea captos appendere. Per hunc modum bis, vel ter præda capta non latuit Aegyptiã: admirari illa primò simulabat, deinde amicos rogare, vt spectatum adessent. Conueniunt frequentes postridie, scaphas conscendunt, demittit hamum Antonius, piscaturq; non insolita arte. Regina verò, cùm bis aut ter celeriter Antonius iam pisces traxisset, quendam ex suis præuenire iubet, hamoq; Antonij piscẽ sale & fumo iam olim seruatũ affigere. Antonius prædam à suis appensam ratus, arundinẽ sustulit: admirati primò omnes, inde re cognita, vehementer risere. Tunc Cleopatra comiter, Relinque imperator, inquit, calamũ nobis Canopeis & Pharijs regibus: nõ enim hæc tua præda, sed vrbes, littora, reges, nationes. Eiusmodi rebus intento Antonio, duo nuntij eodem tẽpore afferũtur: alter quo certior factus est L. Fratrem & Fuluiam vxorẽ primò inter se dissidentes, deinde cũ Cæsare pugnantes, amissis rebus Italiã esse pulsos: alter Labienũ Parthorum ducem omnem Asiam ab Euphrate & Syria, & Lydiam & Ioniam occupasse nuntiabat. Tandem igitur velut è somno & crapula expertectus, vsq; ad Phœniciã contra Parthos processit: inde per literas Fuluiæ lachrymis plenas reuocatus, ad Italiam cum ducentis nauibus se conuertit. Inde cùm plerique ex amicis, qui vrbe fugati erant fierent sibi obuiam, cognoscit ab his omnẽ discordiarum causam à Fuluia esse ortam. Erat enim natura ferox, atq; impigra, putabatq; fore,

48 *Cleopatra in Antonium obsequentia.*

Piscatur Antonius.

49

50

fore, vt Antonius à Cleopatra distraheretur, si quis rerum motus in Italia esset. Verùm illa cùm in Asiam nauigaret, in Sicyone mortua est. Quæ res effecit, vt in spem venirent amici, inter Antoniũ & Cæsarem posse pacẽ fieri: nam cùm in Italiã appulisset, Cæsarq; manifestissimè fateretur nihil se habere, quod Antonio quidẽ succensere posset, quæ verò sibi obiicerentur, omnium crimen in Fuluiam referret, intercesserunt amici, bellum prohibuerunt. Diuisum deinde inter illos imperium est, ita vt terminum facerent Ionium mare. Omnis ad Orientem tractus Antonio, ad Hesperiam Cæsari concessus, Lepido autẽ Aphrica permissa. Consulatus verò quoties ipsi nollent, amicis cuiusq; pro portione concedi placuit. Videbantur hęc fœdera maioris cuiusdam vinculi indigere, quam commoditatem fortuna præbuit. Cæsaris erat soror Octauia, maior illa quidem natu, neq; ex eadẽ matre: ex Ancharia enim erat genita, Cæsar ex Tatia. Hæc miræ virtutis fœmina mirum in modum colebatur à fratre, cùm esset rara, quemadmodum dicitur, mulier. Tunc autem C. Marcello cui nupta fuerat mortuo, lugebat. Idem putabatur facere Antonius mortua Fuluia. Quanquam enim Cleopatram habere non inficiaretur, negabat tamen coniugiũ esse, nec in hoc vno quidem ratio adhuc succubuerat amori. Censebant igitur omnes Antonio dandam esse Octauiam, sperabantq; fore, vt hęc mulier forma, moribus ingenioq; præstanti vnà cum Antonio viuens, & ab eo (vt decens erat) amata, omnium rerum quies esset & salus. Hoc cùm ambobus placeret, reuersi in vrbem nuptias firmant ex Senatus decreto: neque enim per leges licebat ante decimũ mensem à viri morte. Placuit deinde vt cum Sexto Pompeio pacẽ firmarent. Tenebat Sextus ea tempestate Siciliam, & prędatoria classe, cui Menas & Menecrates piratæ præerant, Italiæ oras & omne circùm pelagus infestabat. Vsus tamen fuerat magna humanitate in Antonium, susceptа illius matre, quæ vnà cum Fuluia ex vrbe profugerat. Congressum igitur cũ Sexto habuerunt in aggere quodam Messanæ, quẽ naues Pompeij ex altera parte circunstabant, ex altera Antonij & Cæsaris milites. Fœdera cũ Pompeio facta, vt ille Siciliã & Sardiniam haberet, tutum autẽ mare à piratis præstaret, certum modum frumenti Romam mitteret. Post hæc se mutuò ad cœnam

51

52

Ante decimum mensem post viri mortem nubere nõ licuit.

53 *Fœdera inter Cæsarẽ, Antonium, & Sext. Pompeium.*

inuitant. Pompeio sorte euenit, vt primùm apud ipsum cœnaretur. Interrogatus autē ab Antonio, vbinam cœnaturi essent, Illic, inquit Sextus ostendens prætoriā nauem, quæ erat sex remis: illa enim est, inquit, paterna domus Pōpeio relicta. Hęc ait in Antoniū cauillatus, qui domū suam Romæ occupauerat. Iactis itaq; anchoris, & ponte quodam
54 ex aggere in nauē facto, susceptit eos magnificē. Feruente illic conuiuio, & in Cleopatram & Antonium feruentibus iocis, Menas pirata adhærens Pompeio ita clàm ad eum loquutus est: Vísne, inquit, Sexte, anchoras succidam, & te non Sardiniæ neq; Siciliæ, sed Romani imperij faciā dominum? Hæc Pompeius cùm paulisper secum agitasset, Oportuit, inquit, ô Mena, hæc per teipsum me inscio fecisse, nunc verò quod est, eo cōtenti simus: periurare enim nequaquam meum. Inde cùm apud Cæsarē Antoniumque cœnasset, in Siciliam rediit. Antonius simul ac res cōposita fuerat, Ventidium cum exercitu ad reprimendos Parthorum impetus præmisit: ipse autē cùm in Italia remansisset, essetq; augur in locum prioris Cæsaris, iunioris Cæsaris gratiā constitutus, cætera quidem omnia communiter & amanter & summa cōcordia inter se agebant, verùm in ludis quos certatim inibant, non mediocriter offendebatur
55 Antonius, quòd semper Cęsar esset superior. Erat cū Antonio quidam ab Aegypto magus, is vim naturę Antonij contemplatus, seu reuera id cognosceret, siue quòd Cleopatræ gratia fingeret, ita ad Antonium dicere solebat: Fortuna quidem tua, ô Antoni, ipsa per se splendidissima est & amplissima, verùm cùm Cæsari adhæret, cōtinuò obscuratur & decidit. Tuus enim dæmon illius genium reformidat: cùm celsus atq; alacer per seipsum sit, ob huius tamen vicinitatem humilis fit & abiectior. Equidem te moneo, vt abesse velis quāprocul ab hoc adolescente. His autē ab Aegyptio dictis omnia videbantur fidem facere: nam siue sortibus, siue talis in re quacunq; decertarēt, semper victor Cæsar, victus autē erat Antonius. Sæpe pugnaces gallos, sæpe coturnices certatim immittentibus semper Cęsaris vincebant
56 partes. Quibus rebus occultē licet turbatus Antonius, nec Aegyptium iam aspernatus, mandata Cæsari rerū suarum cura ipse ex Italia migrauit, Octauia vxore, ex qua iam filiolam susceperat, vsque in Græciam comitante. Ibi cùm

cùm Athenis hyemaret, afferuntur lætissimi nuntij, Ventidium profligatis Parthorum copiis, Labienum & Farnapatem bellacissimum Herodis regis ducem occidisse. Ob has res epulum Græcis ab Antonio datum, & ludi per vrbem instituti, quibus ipse Antonius positis magistratus insignibus præfuit, virgula designatoria, vestęq; & cothurnis in publicum processit, & assumptis adolescentibus vnà cum illis luctabatur. Inde ad bellum proficiscens, sertum excerpsit ex sacra oliua, & ex clepsydra vas aquæ plenum secundum quoddam oraculum secum tulit. Interea Pacorum regis filium vnà cum magnis Parthorum copiis in Syriam irrumpentem Ventidius in Cyrrhestica deleuit. Qua in pugna cùm ipse Pacorus cum ingenti suorum stra- 57
ge cecidisset, tanta formido Parthis iniecta est, vt intra Mediæ & Mesopotamiæ fines sese omnes reciperent, neq; vltrà auderent pedem efferre, tribus continuis pugnis summa vi superati, & pro M. Crasso mortuo pœnam abundè pasi. Hoc quidem Ventidij bellum inter inclyta Romanorum facta connumeratur: quanquam ipse veritus Antonij inuidiam, vlterius victoria vti destitit, & Parthos conturbatos ac disiectos prosequi. Ad eos autem qui defecerant conuersus, in ditionem redegit, & Antiochum Commagenum in Samosatis vrbe obsedit: qui cùm mille talenta se daturum polliceretur, & iussa vltrò facturum, iussit Ventidius legationem ad Antonium mittere: nam is iam propè aderat, nec permittebat Ventidium rem cum obsessis transigere, vt saltem hoc vnum suum, & non Ventidij factum diceretur. Quod vbi obsessis negatum est, ob desperationem in audaciam versi, diu Antonium nequaquam oppugnationi intentum tenuere, eoq; rem adduxere, vt pœnitentia ductus, trecentis duntaxat talentis turpiter acceptis, ab oppugnatione desisteret. Paucis deinde rebus per Syriam compositis, Athenas rediit; inde Ventidium, vt decuit laudatū atque donatum, Romam ad triumphum remisit. Hic solus vsq; ad nostram ætatem triumphauit de Parthis, homo obscuro loco natus, sed celsi animi, & magnarū rerū cupidus, qui ea de causa in amicitiam Antonij receptus, talem se præbuit in rebus gerendis, vt confirmaret id de Antonio & Cæsare dictum, multò melius succedere, si per alios, quàm per seipsos bella gererent. Nā & Cassius

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab Antonio in Syriã missus præclarè rẽ gesſit: & Canidius
59 ab eodẽ circa Armeniã relictus, ea subacta & insuper Ibero
rum & Albanorũ regibus prostratis, & Caucasum adusque
profectus, gloriã & nomẽ Antonij barbaris nationibus for
midolosum fecit. Rursus quibusdam calumniis contra Cæ
sarem irritatus, trecentis nauibus in Italiã properauit: qui
à Brundusinis non receptus, cùm Tarentũ appulisset, Octa-
uia (nam & ipsa cum Antonio ex Græcia nauigarat) mul-
tis precibus impetrat, vt fratris adeundi faciat sibi potesta
tem. Erat illa eo tempore prægnans, & alteram iam filiam
ex Antonio pepererat, quæ venienti Cæsari obuiã progres-
sa, & ex eius amicis Agrippa & Mecœnate in vnũ vocatis,
multis lachrymis deprecata est, ne ipsam velit ex fortuna-
tissima mulierũ miserrimã facere: nunc enim omnes ho-
minesadmirari duorũ imperatorũ alterius cõiugẽ, alterius
sororẽ. Sin verò peiora vincant, prœliumq; committatur,
ipsis quidẽ duobus incertũ esse vter victor futurus sit, vter
victus, sibi autẽ vtrũlibet summã miseriam afferre: itaque
60 non ambiguum, sed certum malũ impendere. His verbis
cõmotus Cæsar, pacificè Tarentũ accessit. Fuit operæpre-
tiũ ingẽtes copias terra mariq; cernere summa pacevtrinq;
quiescentes, in medio autẽ amicorũ complexus, & mutuã
verborũ charitatẽ. Cœnauit prius Cæsar apud Antoniũ, in
hoc quoq; Octauiæ morẽ gerens. Cũ deinde cõuenisset, vt
Cæsar duas legiones Antonio daret ad Parthicum bellum,
Antonius autem Cæsari rostratas centum, Octauia seor-
sum petiit fratri à viro viginti myoparones, mille milites
viro à fratre præstari. Hæc vbi composita sunt, confestim
Cæsar contra Sextum Pompeium ducit exercitum. Anto-
nius verò deposita in vrbe Octauia, vna cũ suis & Fuluiæ li-
beris, ipse in Asiã traiecit. Inde cùm in Syriã venisset, Cleo-
patræ amor, qui sopitus diu fuerat, grauissimũ malũ, quod
à melioribus consiliis superatum videbatur, rursus se extu
lit, viresq; resumpsit effræni, vt inquit Plato, cupiditate ani
mi aduersus honestos, & salutares monitus rationis calci-
61 trante. Capitoni Fonteio negotiũ datur, vt Cleopatram
Cleopatræ dona ingẽtia ab Antonio data in Syriã adducat: quæ cùm illuc venisset, summa apud An-
tonium gratia accepta, capit dona non parua, nec contem-
nendum regni sui additamentum, sed Phœniciam & Syriã
Cœlem, & Cyprum, & magna ex parte Ciliciam, item Iu-
dæam,

dæam, quę balsamum producit, & omnem Nabathæorum
Arabiam, quæ ad Oceanum vergit. Hæc dona Cleopatræ
perinique tulerunt Romani. Atqui multa regna, & tetrar-
chias priuatis hominibus Antonius dedit: multi etiam re-
ges ab eodem spoliati sunt, & fortunis omnibus exuti, vt
Antigonus Iudæorum rex, quem securi percussit, quod nul
li ante id tẽpus cõtigit regum. Præ cæteris tamen flagitiis
inuisi erãt Cleopatræ honores. Augebat inuidiã hãc, q̃ cũ 62
vno partu binos liberos ex illa suscepisset, & alterũ Ale-
xandrum, alteram Cleopatram nominasset, cognomenta
huic Lunæ, illi Solis adiunxit. Ipse tamen Antonius rẽ tur-
pem verbis exornãs, sic solitus erat prædicare. Amplitudi-
nem Romani imperij, non per ea quæ acciperet, sed per ea
quę donaret apparere: prole autẽ multorũ regũ, nobilitatẽ
propagaritita patrem suum ab Hercule natũ. Neque enim
Herculẽ in vno atq; eodẽ vtero omnẽ suam prolem infudis
se, neq; Solonis leges, aut prægnationis pœnas veritũ esse,
sed amplam ex se stirpẽ successionemq; naturæ cupiuisse
relinquere. Post hæc cũ Phraortes Herodæ filius trucidato
patre regnum occupasset, multiq; Parthorũ profugissent,
Monæses quidam vir nobilis ac domi potens solo patrio
extorris, ad Antoniũ confugit. Antonius Themistocli illũ 63
similẽ ducẽs, se autẽ potentia ac munificẽtia Persarũ regi-
bus parẽ arbitratus, tres ciuitates Partho largitur, Larisſã,
Arethusam, Hierampolim, quam Borbycen antè appella-
bant. Sed Parthorũ rege *Monæsem reuocante benignè il- *Δεξιᾶν
lum dimisit Antonius, ratus Phaortẽ subducere, vt pacis κατασίμ
spe duceretur, signa & captiuos, qui de Crassi supererãt cla ψαντος.
de, reposcit. Ipse autem Cleopatra in Aegyptũ remissa per
Armeniã Arabiamq; profectus, copias vndiq; contraxit,
nec solũ proprias, sed etiã sociorũ regũ. Erant isti cõplures,
ampliſsimus tamẽ omniũ & potentissimus Artauasdes Ar-
menius, qui sex millia equitũ & peditũ septẽ duxit. Illic cũ
copias suas recensseret Antonius, cõperit Romanorũ pedi-
tum millia sexaginta, & his auxilia equitum adiuncta. His-
panorũ & Gallorum decẽ millia, cæterarum nationũ equi
tum peditumq; simul triginta millia, cũ equitibus & leui-
bus. Hæ tãtæ copiæ tantiq; rerũ apparatus ob quas & trans 64
Bactra Indus expauit, & tota simul cõtremuit Asia, nullius
vsus Antonio per Cleopatrã fuere: quippe dum properat,

vt ad illam reuertatur, vt cùm illa hyemet, non expectauit gerendi tempus, sed intempestiuè aggressus perturbauit omnia. Magicis enim carminibus & amatoriis poculis deuincta mens, amissa libertate propria, in Cleopatræ vultu hærebat infixa, longè redeundi quàm vincendi cupidior. Principio quidem cùm oporteret in Armenia hybernare, & requiem præbere militibus octo millium stadiorum via defessis, & antequam Parthus copias ex hybernis educeret, ineunte vere Mediam occupare, non tulit ille moram, sed confestim Armeniam ad læuam capiens, Satropatenam regionem vastauit. Deinde cùm trecenta vehicula haberet, quæ machinas ferebant ad oppugnandas vrbes perneceſſarias, in quibus aries erat octoginta pedũ, quibus corruptis nulla spes erat reparandi, vtpote omni ad Orientem plagam solo materias minimè generosas procreante: dum celerior esse cupit, quasi impedimenta celeritatis post se deseruit, Tatiano quodam, qui curribus præesset cum certa manu militum ad custodiam relicto. Ipse autem Phraortæ vrbem magnã, vbi & filij & vxores erant Medorum regis, obsedit. Ibi mox re ipsa redarguente cognitum est, quantus fuerit error in machinis relinquendis nam cùm illis careret, aggerẽ summo labore extollere coactus anxiè perficiebat. Dum hæc istic gerebantur, Phraortes Parthorum rex eum magnis copiis descendens, vt audiuit machinas ab Antonio relictas, partem suorum militũ ad eas misit. Ab his circunuentus Tatianus obruitur, decem millia cum illo cæsa, capti autẽ complures, in quibus & rex Polemon fuit, machinæ verò omnes à victoribus incẽsæ. Ea res, vt debuit, cũctos Antonianos milites minimè quicquã tale in principio expectãtes, vehemẽter turbauit. Accessit & Artauasdes Armenius, qui eius belli capessendi causa in primis Antonio iunctus fuerat, quasi desperatis rebus cũ suis copiis se subtraxit, Romanosq; deseruit. Hostes his successibus elati, manifestè prodire audebant, munitiones Antonij adire, minis contumeliisq; lacessere. Antonius igitur optimum factu ratus militem educere, ne quiescẽdo & suorum animos languidiores, & hostem ferociorem faciat, assumptis legionibus decem, & prætoriis cohortibus, cum vniuerso equitatu frumentatũ egreditur, speculans eo maximè modo hostes, qui latissimè sparsi erant, in vnum

vnum contractos pugnandi copiam facturos. Ita haud longius à castris vnius diei iter profectus, vt vidit Parthos vndiq; in se concurrere, pugnandi signũ in castris ponit, & simul tentoriis refixis, quasi non pugnaturus, sed abiturus, Parthorũ acie præterit, admonitis his, qui primi erãt, vt cũ prope hostem essent, equitatus hostem celeriter inuadat. Erat Parthorũ acies in falcis figurã instructa, stabatq; opposita, miro silentio & quiete Romanorũ ordines admirãs & exibat ipsa quoq; æqualibus interuallis, intrepidè & cũ silentio venabula vibrans. Eques Romanus signo dato ingenti clamore in hostem defertur. Restitere primò hostes impetũq; sustinuerunt, tametsi momento Romanus eques intra teli iactum veniſſet. Mox vt pedes quoque aduenit, tũc ingenti strepitu armorum, & clamore militum territi Parthorum equi, simul ipsi Parthi, priusquam manus conſererent, fugam arripuerunt. Fugæ incumbens Antonius, putabat se totũ bellum, aut certè partem maximã eo die confeciſſe. Insequuti sunt equites circiter stadia centũ quinquaginta, pedites verò quinquaginta: quibus reuocatis, quot ex hostibus cecidiſſent, quot capti essent, cùm quæreret, cõperit triginta duntaxat captos, & octoginta cæsos. Ea res spem ac fiduciam omnẽ Romanis ademit, pergraue putantibus, si quidem ipsi victores tam paucos ex hostibus necarint, victi autẽ tot amissuri sint, quot circa machinas nuper amiserant. Postridie verò cùm ad Phraarta redirent, obuiam sese offert hostis, primò quidem parua manu, deinde maiori, tandem vniuersa multitudine, ac si nunquam victi fuissent, recentesq; circa Romanos diffusa, ad pugnam prouocabant, iterq; impediebant, vt vix atq; anxiè Antonius cum suis militibus castra reciperet. Ab obsessis Medis eruptione quadam facta, cum præsidia Romanorũ deiciſſent, iratus Antonius, sorte circunducta, decimũ quenq; supplicio affecit, cæteris pro tritico hordeum præbuit.

Erat hoc bellum vtrinque pergraue: nam & Romani famẽ timebant, nec sine vulneribus & cæde dabatur iam victum parare. Et Phraortes sciens oĩa faciliora esse Parthis, quàm hyemẽ, cùm iam æquinoctiũ autũnale adesset, manopere verebatur, ne suos continere nõ posset. Dolo igitur aggrediendũ ratus, nobiliſsimis Parthorũ negotium dat, vt Romanos, qui frumentationis, aut aquationis, aut denique cuiuſcun

67

Parthi ab

68

Antonio vincũtur.

69

Phraortis dolus in Antonianos.

cuiuscunque rei causa egrediantur, familiarius compellet, auferre sinant, benignè alloquantur, virtutem laudent, eos mirum in modum placere regi suo significet, inde propius adactis equis increpent Antonij pertinaciam, qui Phraortæ eiusmodi viros, aluos esse cupienti, ipse non assentiatur, sed famem atq; intemperiem anni, duo maxima & grauissima bella, expectet, quę cùm venerint, etiam si ipsi Parthi conen
70 tur auxilium ferre, euadere tamen non poterũt. Eiusmodi dicta à militibus spe mollitis relata mouerunt Antonium: non tamen prius caduceatorem ad Phraortem misit, quàm fuerat scisciatus an hęc ex animo regis loquerẽtur: quod cũ illi affirmarẽt, & vt ad regem legatũ mittat, suaderent, mittit quosdã ex amicis, quibus mandata dat, vt & signa & captiuos à Parthis repetant, ne nihil petendo contentus esse so la fuga videretur. Phraortes verò his auditis, respondet, vt captiuorum & signorum mentionem facere ommitat: pacem autẽ, si abire malint, offert: quam conditionẽ tandem, vt ab Antonio erat iussum, legati accipiunt. Post hæc Anto nius paucis diebus, dum se milites cõpararent, commoratus à Phraartis discedit: nec ipse quanquã castrensi eloquen tia nemini ætatis suæ cederet, concionem habuit, sed Domitium Aenobarbũ id facere iussit. Fuere nonnulli in exer
71 citu qui id grauiter ferrent, ac se contemni ab Antonio putarẽt. Alij verò mœstitia & pudore (quod verius erat) impeditũ Domitio id negotij dedisse, & ob idipsum magis etiã conciliatos ac persuasos duci esse oportere prædicabant. Erat in exercitu vir quidam Mardus genere, Parthorum mo res propter diutinam ob seruationem plurimũ callens, cæterum probatę fidei, iã antea cognitus in prælio circa machinas cõmisso. Is Antonium adiens, monet, ne eãdem, qua venit, viam repetat, néue exercitum pedestrem & grauem per loca plana & aperta tam magnis equitum copijs trucidãdum obiiciat. Neq; enim alia de causa Phraortem fœdus iniisse, nisi vt ab obsidione abeuntes in iis potissimùm locis consequatur. Si ita Antonius velit, ducem futurum se pollicetur, non solùm tutioris, sed etiam brevioris viæ. Antonius autem quanquam videri nolebat se parum fidei Parthorum confidere, tamen cõmoditate itineris adductus,
72 Mardum ducere iubet, satisdatione prius ab eo postulata. Ille se vinciri iubet, nec antè dissolui, quàm in Armeniam perdu

perduxerit. Quo facto arripit ille iter ad dexteram, & mõtes capessit: ita biduum sine vlla offensione profecti, iam omni timore depositò dissolutè incedebant. Tertia autem die cùm ad flumen quoddã peruenissent. Mardus ripam fluminis recens dirutam cernens, & viam qua eũdum erat multa vndatione occupatam, suspicatus hostium insidias, qui ex impedimenta ad moras Romanis obiicerent, haud longè abesse, Antonium monet, prouidere, ne exercitum incautè incedentem de improuiso Parthi adoriantur. Vix redierat in ordinem miles, cùm Parthi citatis equis in Romanos feruntur, circũdant aciẽ, vndique instant. Antonius funditores & leuis armaturæ milites in hostem immittit: Parthi infesto telo, & plũbea glande percussi, pedem referunt, multis vulneribus acceptis, nec paucioribus illatis. Rursus 72
deinde irrũpere conãtes Celtiber eques excepit, dissipauit
que, ita vt nihil amplius ea die tentarent. Ex hoc Antonius *Ex repręsẽti subitum consilium.*
cognito quod factu opus esset, expedito milite funditoribusq; non solũ terga, sed etiã latera exercitus sepsit, & quadrato agmine semper incedit: equitibus autem mandat, vt hostes excipiant, fugiẽtes verò nõ longius insequãtur. Hęc per quatriduum obseruata, spem omnem prædę ademerãt Parthis, vt iã de reditu cogitarent, cùm spe amissa hiems obstaret. Quinta autem die Flauius Gallus vir ferox & manu promptus, qui ordinem in exercitu ducebat, petiit ab Antonio leuis armaturæ milites, & pleroſque ex equitibus quos in fronte habebat, promittẽs aliquod egregium facinus, si hi sibi permittantur, ostensurũ. Antonio verò concedente, milites & equites capit, & cùm hostes vt soliti erant, accessissent, in eos irruit, fugauitque. Nec parua fuga, vt præ- 74
ceptum erat, contentus, instat ferocius, & in medias Partho rum turmas irrumpit, missos ab exercitu qui reuocarent, contemnit. Ferunt Titium quæstorem signo per vim ablato ad exercitũ se recepisse, Gallũ obiurgatũ, quòd multos bonos viros temeritate sua perditũ iret. At Gallus Titiũ cõtrà iurgatus suos cohortatur, & eodem loco sistere eos iubet. Ibi acerrimè pugnatũ est: tandẽ Gallus hoste, quẽ à fronte solùm habere putabat, à tergo circunfusus, pressúsq; vndique, mittit ad exercitũ qui auxiliũ implorent. Tribuni militum inter quos & Canidius erat, vir magna apud Antoniũ gratia, temeritati Galli maximũ errorẽ adiungunt. Nã

cùm

cùm opus esset frequentiori auxilio vno impetu in hostes irrumpente, paruam manum sæpe atq; iterum, vt primi profligati erant, mittẽdo, copiásq; euacuando, vniuersum exercitum in fugã atque vltimam cladẽ dedissent, ni Antonius
75 recognita celeriter aduolans cum legione tertia pugnã sustinuisset, hostésq; repressisset. Tria millia in eo prælio mortua, quinq; millia vulneratorum relata sunt in castra, & in his Gallus quatuor spiculis aduerso corpore traiectus: sed hic quidẽ non cõualuit, cæteros verò adiens Antonius curabat, solabaturque, miro dolore afflictus, vt lachrimas etiam frequenter effunderet. Saucij verò eius aduentu lætati dexteram prensantes orabant, vt abiret, ac propriam valetudinẽ curaret, se liberatos esse, si ipse dux valeret, affirmabant. Nullus in illa ætate exercitũ duxit, qui huic aut audacia aut tolerãtia laborũ, aut robore militũ præstaret. Tãta verò erga ducẽ reuerẽtia, tãta obediẽtia, tanta penes oẽs nobiles, ignobiles, priuatos, magistratus, cõstantia, in honore adgratia Antonij propriq; saluti anteponẽda, vt ne anti quis quidẽ
76 illis Romanis locum illũ excelsus relinqueret. Huiusce rei plures erant causæ, nobilitas, eloquentia, simplicitas, magnificentia, liberalitas, comitas, tum verò cum cæteris laborando, solicitudinem pro aliorũ incommodis suscipiendo, opitulando, cuiq; quod opus erat porrigendo, promptiores infirmos atque saucios, quàm ipsos valentes effecerat. Hæc victoria vsque adeò Parthos extulit, vt qui pridie amissa spe, de recessu (vt diximus) cogitabant per vniuersam noctem exercitui quasi fugituro & deserturo omnia imminerent, & tes omnes quos secum habebat (neque enim ipse vllo prælio vnquam adfuit) quasi ad certã prædam victoriamq; illuc dimitteret. Fuisse dicuntur omnes Parthorũ copiæ XV millia equitum. Antonius verò cùm esset concionaturus, pe
77 tiit sordidam vestẽ, quò magis animos flecteret: sed improbantibus amicis, purpuratus accessit. Ibi cùm laudaret fortes, increparétq; qui fugerant, & his quidem bono animo esse iuberet, illi verò se purgarent, & siue decimationem, siue quod aliud supplicium mallet, se paratos subire offerret, modò ipse tristitiam animo expellat, precatus deos, vt si qua inuidia pro priore felicitate aduenter, omnẽ illã in se vnum conuerterent, reliquo verò exercitui salutẽ ac victoriam præstarent, concionem dimisit. Postridie exercitu diligenter

genter circũsepto procedit. Parthos autẽ longè spes sua fefellit. Nam quasi omnia rapturi inuadentes, ita summã virtute à Romanis repelluntur, vt fortitudinem admirati spẽ omnẽ prædę rursus deponerent. Inde cùm quibusdã è tumulis descendentẽ exercitũ Parthi sectantes per decliuia adorti essent, conuersi legionarij milites post se nudos clausere. Primi quidem in genu flexi clypeos opposuere, hi verò qui 78
post terga erant, armis superiectis primos texerunt, illos itẽ alij eodẽ modo. Erat eius forma, quasi tecti cuiusdã theatri: eo spectaculo persimilis, ad sagittarũ lubrications tutissima defensio. Parthi labore confectos esse rati, depositis arcubus, & cõtis assumptis Romanos inuadũt. At illis subitò in *Fames in-*
pedes sublati, & inuicẽ cohortati, primos Parthorũ obtrun- *gẽsin An-*
cãt, reliquos in fugã dant. Eodẽ modo & sequentib. diebus *tonij exer-*
factũ. Là exercitus tardè incedens ingẽti fame premebatur. *citu.*
Neq; enim per hostes frumentatũ ire licebat, & instrumẽta cerealia magna ex parte relicta erãt, iumẽtis partim mortuis, partim in ferẽdo eosqui saucij erãt occupatis. Chœnix attica frumenti quinquaginta drachmis empta: pro hordeaceis panibus * tantundẽ ponderis argentũ datũ: tandẽ ad her- *πρὸς ἀργυρίου ἰσάρ-*
bas ac radices cõuersi, cùm notæ consuetæq; deficerẽt, coacti sunt etiam ignotas assumere. Inuẽta est quędã herba, quę *κτι.*
ad mortẽ per insaniã adduceret. Quicunq; illã mandebat, 79
neque meminerat cuiusquã, neq; vllum agnoscebat, ad hoc vnum summè intentus, vt lapides effoderet, versarétq;, ceu magna quędam res & celeritatis indiga gereretur. Erant cuncta plena annixorum humi ad lapides reuoluendos traducendósque, & tandem bilem vomentes moriebantur omnes, quandò vinum defecerat, vnicum ad eam pestem remedium. Ita permultis morientibus, & Parthis vehementer instantibus sepæ inter cogitandum clamasse Antonium ferunt, O decem millia: eos qui cum Xenophonte Babylonia redierant admirantem, qui multò longiore via cõfecta, per ingentes copias hostium ad patrias sedes remeassent 80
incolumes. At Parthi cùm neque exercitum Romanum obruere, neque ordines turbare vllo pacto possent, sed contrà ipsi sæpe victi ac fugati essent, rursus nituntur dolos contexere: admiscentes enim sese Romanis, qui aquatũ *De lusalius*
aut frumentatum exierant, & chordas arcuum laxas ostendentes, se quidem nunc abire domum prædicabãt, quosdam *Parthorũ.*

tan

tandem ex Medis biduum ac triduum sequuturos, non vt lacessant quidem amplius, sed vt vicos atq; agros abiniuriis tuerentur. Ad hæc amplexus gratulationesq; iungebant, quò magis persuaderent. Romani autē magnam in spē adducti, putabant vera fore quę illi dictitabant, & ipse Antonius vnà cum cæteris lætatus, cupiebat iam in planitiem descendere. Montes enim per quos deinceps eundum erat, dicebantur aquam non habere. Cùm itaq; copias deducturus esset Antonius, venit quāproximè ad castra vir quidam
18 Parthus, nomine Mithridates, nepos Monæsis illius, qui vr-
Admirāda hostis misericordia. bes dono ab Antonio acceperat. Is petit aliquē ad se veni
re, qui Syriacè aut Parthicè sciat. Accessit Alexander quidam Antiochensis. Parthus præfatus quis esset, & in Monæsem gratiam omnem referens, interrogauit Alexandrum, si
„ montes altos ac frequentes, sub quibus latè explicent cam-
„ pi, ante se cernat. Quod cùm ille annuisset. Sub illis, inquit,
„ montibus omnis Parthorū equitatus vos expectat. Putant
„ enim vos eorum verbis, eductos, relictis collibus per hanc
„ magnam planiciem iter facturos. Si igitur montes, vt adhuc feciſtis, tenueritis, nil amplius, quàm labor & fitis timenda est, res vobis Romanis nequaquam insueta. Sin in campos descenderitis, certò sciat Antonius Crassi calamitatem sibi esse subeundam. Hæc cùm dixisset, recessit. An-
82 tonius hoc nuntio turbatus, amicorum sententiam scisci-
tatur. Mardus itineris princeps sententiam rogatus, vehemēter Partho assentitur: quippe & citra vllas insidias, planitiem ipsam plenam errorum & molestiarum putabat, & simul docebat, haud longam regionem esse, quæ aqua careret, sed quantùm vna die transmitti posset. In hanc sententiam cùm adductus esset Antonius, nocte signa mouet, milites aquam ferre iussi, penuria vasculorum galeas pelliq; impleuerunt. Parthi vt nuntiatum est Antonium per montes iter tenere, excitī ex insidiis, & contra consuetudinem suam noctu properantes, prima luce extremos Romanorū consequūtur. Romanos vigilia & labore confectos (ducēto rū enim & quadraginta stadiorū iter ea nocte confecerant) nō mediocriter turbauit aduentus hostiū. Neq; enim tā celeriter affuturū sperabant: & sitim augebat certamē, pugnā tes enim incedebant. Dum ita proficiscuntur, primi qui erant ad flumē quoddā perueniūt, Aqua erat gelida & nitēs, cæterùm

cæterùm salsa & venenosa, simul ac gustata fuerat, totis visceribus commouebat dolores. Mardo autem prædicente, dispositi sunt quidā per ripā, qui militē ab hausta prohiberent: sed non tantū ea res valuit, quin vincente siti frequentes ad potū prosilirent. Antonius quacūq; incedens milites rogabat, paulò etiam sitim tolerare, haud longè abesse fluuium aquæ dulcis & salubris, nec hostem deinceps propter asperitatem viæ sequi posse. His simul dictis pugnantes reuocabat, & requiescere sub vmbra iubebat. Factis itaq; scenis, & Parthis (vt cōsueuerant) procul amotis, accessit iterum Mithridates, & per Alexandrum monet, vt cùm paulò requieuerint, ad flumen accederent: Parthos enim vsq; flumen sequuturos, nec vltrà transituros esse. Alexander his rebus Antonio nuntiatis, refert ad eū aurea pocula & phia- 84 *Seditio in castris Antonij.*
las, quorū Mithridates quot veste tegere valuit acceptis, discessit. Aliquantulùm etiā tunc diei supererat, cū Antonius castra mouit. Ea nox ab hostibus quidē tranquilla fuit, sed tam magno inter ipsos tumultu, vt nusquā sit magis trepidatum. Trucidatis enim iis, qui aurū aut argentū ferebant, pecunias diripuerunt: tandē Antonij impedimēta adorti, pocula & mensas pretiosissimas effringunt, & inter se diuidunt. Hinc tumultus exortus omnē exercitū trepidatione refertit: putabant cuncti aciē circunuentā, ordinesq; interruptos esse, vt Antonius quendam ex libertis suis nomine Ramnum iureiurando obligaret, vt quandocunq; iuberet, gladio ipsum transfigeret, abscinderetq; caput, vt neq; vitius capi valeat, neque mortuus dignosci ab hostibus. Hīc cùm omnes ingemiscerent, Mardus itineris dux bono animo esse iubet, flumen enim propè esse, idq; sibi ex auræ spiratione, & frigiditate aeris, & tēpore profectionis patēre. Neq; enim multū supererat noctis: & simul nuntiatum est 85
turbationē illam non ex hostibus, sed militū quorundam auaritia intemperantiaq; esse ortam. Volens igitur Antonius ex errore ac profligatione in ordinē milites reducere, manipulatim præcepit. Quibus iam ferme in ordinē redactis, cùm dies lucere cœpisset, Parthi extremos inuadere cœperunt. Datur signū pugnæ militibus leuis armaturæ, deinde cæteri eos protegunt, & testudine facta hostē expectant: qui cùm adire non auderet, & Romani paulatim se subducerēt, primi ad flumē perueniunt. Ibi Antonius equi-

tibus aduersum hostem collocatis copias traiecit, infirmos primò, deinde cæteros. Iam & ipsis pugnantibus facultas erat bibendi. Parthi enim vt flumē aspexerunt, subitò arcus relaxant, securè tranare iubent, virtutē Romanorū ad cælū
86 tollunt. Postquā id flumē trāsierunt, & se ex lōgo labore receperunt, viā ire pergunt, nō nimiū Parthorū fidei credentes. Sexta die post vltimū prælium ad flumen Araxem, quod Media ab Armenia diuidit, peruenium̄t. Visum est eis hoc flumen, & altitudine & rapacitate horrendum, & rumor erat Parthorū insidias ibi esse, vt Romanos transeuntes adorirentur. Vbi igitur Araxem tutissimè traiecēre, Armeniāq; tetigere, quasi ex longo pelago terram illam intuētes adorabant, ad lachrymasque & amplexus præ lætitia conuersi. Incedentes autē per regiones fortunatas, & ex recordatione penuriæ rebus omnibus abutentes, hydericos, icteri-cosq; incurrunt morbos. Hīc cùm exercitū recenseret Antonius, cōperit viginti millia peditū, quatuor millia equitum eo bello amissse, non tamen omnia ab hoste cæsa, sed
87 supra dimidiam partem morbo assumpta. Iterunt igitur à Phraartis septem & viginti dierum iter: præliis duodeuiginti Parthos vicerunt, sed hæ victoriæ neq; vim vllā, neq; effectum habebant, quòd hostem consequi non poterant. Quamobrē manifestū erat, confectionē eius belli per Artauasdem Armeniæ regē Antonio subtractā. Si enim quos ex Media reduxit equitum sexdecim millia assuissent, Parthico ferè more instructa, & cum illis pugnare consueta, Romanis profligantibus, illisq; persequentibus nunquam hosti facultas fuisset toties ad bellū pede integro redeundi. Cuncti igitur Antoniū ad pœnas de rege sumendas incitabant: sed ipse ratione fretus, quòd exercitus è tot malis nondum respirauerat, nec questus est quicquā aduersus regem, nec minus, quàm solitus erat, in honore habuit. Postea tamen rursus Armeniā ingressus, multis promissionibus regem allectū in vincula conjecit, eūq; Alexandriæ in trium-
88 phum duxit. Quæ res maximè Romanorū animos ab Antonio alienauit, quòd insigne ac præcipuū patriæ decus ob Cleopatram Aegyptiis edidisset. Sed hæc (vt modò dixi) postea sunt facta. Tunc verò per hyemem ac niues redire properās, octo millia insuper militū in itinere amisit. Ipse autem cū reliquis ad mare descēdens, quodā in loco qui Al-

bus pagus dicitur (est autē medius inter Berytum & Sidonem) Cleopatram expectabat, & tardantis desiderium perægrè ferebat, sed tamē ad potus ebrietatesq; reuersus, cùm tolerare moram vllo pacto nequiret, persæpe à compotoribus inter bibendum prosiliens, ad speculandū currebat. Venit Cleopatra tandem, & vestem & pecuniam militibus tulit. Sunt tamen qui affirment vestem, duntaxat Cleopatram attulisse, pecuniam autē propriam Antonium, quasi ab illa acceptā militibus diuisisse. Inde cùm inter Partho- 89
rum Medorumq; regem discordia esset pro Romanis (vt ferunt) spoliis diuidundis exorta, formidaretq; Medus, ne regno proprio à Parthis deturbaretur, missis ad Antonium legatis, hortatur ad bellum Parthicū rursus capessendum, & suas ac suorū vires conatusq; pollicetur. Antonius igitur magna spe elatus, quandò id quod solum primò bello defuerat, equitum ac sagittariorū multitudinem gratis oblatam sibi per occasionē cernebat, iterum parabat per Armeniam ascendere, & se cum Medis circa Araxē coniungere, atq; ita simul Parthis bellum inferre. Dum hæc in Asia geruntur, Cæsar interea Romæ Octauiam solicitabat, vt ad Antonium nauigaret, non ipsius gratia, vt plurimi aiunt, sed vt illa repulsa aut neglecta, iustam causam fratri præberet belli cōtra Antonium ineundi. Cùm igitur Athenas peruenisset, redduntur sibi literæ ab Antonio, quibus iubebatur Athenis expectare, & simul se contra Parthos profecturum significabat. Illa verò hoc nūtio perturbata, quan- 90
quam nō ignorabat quid rei ageretur, tamē mittens Antonium rogauit quonā vellet ea mitti, quę ipsa ad eū perferebat. Ferebat enim vestē militarē complurimā, multa etiam iumēta & pecunias, & dona quę Antonij familiaribus largiretur, & præterea militū delectorū duo millia, qui in cohortes redacti, & totius corporis armaturis mirabiliter ornati erant. Hæc omnia cū ad Antoniū Niger quidā ab Octauia missus detulisset, & iustis laudib ornasset, timēs Cleopatra Octauiæ aduentū, ne fortè probitate morū, & Cæsaris potentia Antonius flecteretur, nō satis blāditiis cōfisa, amore se Antonij simulauit incēsam, & corpus quidē subducto cibo attenuat, & si quādo ab ea discedebat, cōtinuò in oculis humor ac tristitia aderat: eū in conspectū redibat, quasi stupore quodam percussa intuebatur. Data etiā opera, vt non- 91

Munera Octauiæ ad Antonium.

Cleopatræ astutia.

nunquam ab Antonio lachrymans inueniretur, confestim lachrymas abstergebat, occulebatq;, quasi magnopere illum conaretur latere. Hæc tunc maximè faciebat, cũ Antonius parabat è Syria ad Medũ proficisci. Assentatores autẽ reginæ studiosũ Antoniũ, vt planè durũ ac ferreũ hominem accusabant, qui fœminã perderet in vnum ac solum ipsum intuentẽ. Nam Octauiã quidem rerũ gratia per fratrẽ Antonio coniunctã coniugis nomine frui, Cleopatrã autem tot populorũ dominam amantẽ Antonij vocari: neq; hoc nomen fugere, neq; erubescere, modò aspicere ipsum atq; vnà esse liceat: quòd si hoc quoq; illi denegetur, nõ amplius vitali aura fruiturã. Eiusmodi verbis vsqueadeò Antonium effœminauerũt, vt omni apparatu belli neglecto, solicitus de Cleopatræ vita in Alexandriã redierit, profectionẽ autem ad Medum aliud in tẽpus differret, quanquã tunc vehementer Parthos laborare intestinis seditionibus audiebat. Post tempus tamen profectus amicitiam cum Medo firmauit, & vni ex suis & Cleopatræ filiis regis filia desponsata, inde regressus est, iam ad ciuile bellũ tota mente conuersus. Octauiam enim ab Antonio neglectã, vt Romam rediit, iussit Cæsar seorsum per se habitare: sed illa negauit se domum Antonij desertura, & nisi aliud subesset, hac de causa minimè certandum censebat. Perturpe enim fore, si duo Romanorum imperatores ad arma eant, alter amoris gratia, alter quòd pellex sorori anteponatur. Et hæc sanè factis cõprobabat: nam neq; Antonij domũ deseruit, neq; filiorum eius curã remisit: sed diligenter excoluit, non solùm cõmunes, sed etiam ex Fuluia antè susceptos. Amicos etiam Antonij, qui vel petendi magistratus, vel cæterarum rerum gratia Romam venerant, suscipiebat, fouebatq;, & si quid opus erat, pro illis à Cęsare impetrabat. His illa rebus insciens, imprudensq; plurimum obfuit viro, cunctis indignè ferẽtibus quòd eiusmodi fœmina iniuriis afficeretur. Augebat Antonij odium diuisio illa tragica ac superba, maximeq; à Romanis moribus abhorrere visa, quam ille fecerat Alexandriæ inter suos & Cleopatræ filios. Nam cùm in gymnasio duos ex auro thronos gradibus argenteis posuisset, & in altero ipse, in altero Cleopatra consedisset, filiis itẽ paulò humilioribus thronis collocatis, inspectante omni multitudine, primò quidem Cleopatrã reginam appellauit

Octauiæ probitas.

92

93

Causa altera odij Cæsaris in Antoniũ.

pellauit Aegypti, Cypri, Libyæ, & Syrię Cœles, vnaq; cum illa Cæsarionẽ regnare iussit, quẽ Cleopatra prægnans relicta ex priore Cæsare peperisse videbatur: secundo autem loco suos & Cleopatræ liberos reges regũ nominauit, assignauitq; Alexandro quidem Armeniam, Mediam, & Parthiam, si quando subigerẽtur: Ptolemæo autẽ Phœniciam, Syriam & Ciliciã. Et principio eos duxerat vario ornatu, Alexandrum Medica veste, tiaram & cidarim tectã habentem: Ptolemæũ crepidis, & chlamyde, & causia, cũ diademate ornatũ. Hic enim erat habitus ab Alexandro regum, ille verò Medorũ & Armeniorũ. Post hæc cùm pueri genitores salutassent, & amplexi fuissent, præsto custodes vtriq; affuere, huic Armenij, illi Macedones. Nam Cleopatra quidem & tunc & aliàs, quoties se multitudini ostendebat, sacram Isidis stolã assumebat. & noua Isis iura populis dabat. Hæc Cæsar sæpe in senatu ostendens, sæpe in concione accusans, plebẽ contra Antoniũ concitabat. Misit etiã Antonius Romã aduersus Cæsarẽ accusatores: primò, quòd pulso Pompeio Siciliam adeptus, nullam eius insulæ partẽ fecisset sibi: secundũ, quòd cùm eius nauibus ad prælium vsus esset, nullas vnquã restituisset: tertiùm, quòd cùm M. Lepidum collegam exauthorasset, & priuatũ fecisset, ipse habebat legiones & prouincias illi traditas. Super omnibus, quòd Cæsar Italiã ferme totam militibus suis diuisisset, & nihil reliqui militibus Antonij reliquisset. Ad hæc Cæsar ita respondit: Lepidum quidẽ ideo remouisse ab imperio, quòd nimiùm ob eã rem insolescere visus erat. Quæ autem bello acquisierit, se Antonio partẽ facturũ, quando & ipse Armeniæ partem faciat sibi, Militibus autẽ Italiã non esse dandam, cùm Parthiam & Mediã habeant, quas Romanorum imperio adiunxerunt vnà cũ imperatore suo præclarissimè pugnãtes. Erat in Armenia Antonius, cùm hæc renuntiata sunt ei: confestim itaq; iubet Canidium cum sexdecim legionibus ad littus descẽdere: ipse autẽ cum Cleopatra Ephesum venit, nam eò maritimæ copiæ vndiq; conueniebant. Fuere omnes naues octingentæ cum onerariis, quarum Cleopatra contulit ducentas, & talenta viginti, & commeatũ vniuerso exercitui abundẽ. Antonius quidem à Domitio admonitus ne secũ Cleopatram duceret, iusserat illam in Aegyptum redire, ibiq; euentum belli expectare:

94

95

96

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ipsa verita ne pax rursus per Octauiã fieret, multis prã
miis à Canidio impetrat, vt pro se Antonium alloquatur,
doceatq; insuetũ esse, ab exercitu repellere mulierem, quæ
tanta auxilia præbeat ad bellum, neq; conducere vt Aegy-
ptij languidiores fiant magna pars maritimarum copiarũ.
Quinetiam se non perspicere, cuinam eorũ regũ, qui Anto
nũ sequuturi sint, Cleopatra cedat aut prudentia, aut cõ
97 silio. Nã & magnũ regnũ iam diu per seipsam gubernasse,
& ab ipso Antonio didicisse, quemadmodũ in maximis re-
bus versari oporteat. Hæc quidẽ consilia (oportebat enim
iam omnia in Cæsarem transferri) vicerũt. Collectis itaq;
copiis cùm Samum nauigantes peruenissent, ibi aliquot
dies commorati sunt in summis voluptatibus. Vt enim re-
ges, dynastæ, tetrarchę, nationes, ciuitates vniuersæ, quę in
ter Syriam & Mæotida, Armeniam & Laurias iacent, iussi
erant ea mittere & ferre quibus ad bellum opus esset: ita
cũctis Dionysij artificibus editum erat, in Samo adessent.
Itaque reliquo omni terrarum orbe ingemiscente, vna in-
sula cantibus, saltationibus, theatris, certaminibusq; inten
ta erat. Immolauit tota ciuitas bouem mittens, reges
autem inter se magnificentia doniscq; certabant: sermoque
erat, quales nam futuri essent in triumpho, qui ante trium-
phum belli apparatum talem ostentarent. Dedit scenicorũ
98 ludorum artificibus Pryenen habitandam Antonius. Ipse
Athenas venit, & ibi rursus in iocis erat & theatris. Cupiẽs
autem Cleopatra, quos ciuitas illa Octauiæ dedisset hono-
res, eosdem sibi decerni (amabatur enim egregiè ab Athe-
nienſibus Octauia) multis beneficiis populum amplexa
est. Ciuitas igitur honores decreuit, missisq; legatos Cleo-
patræ domum, qui psephisma ferrent. Horũ vnus fuit ipse
Antonius, vtpote ciuis Athenienſis, qui coram regina con
stitutus orationem pro ciuitate habuit. Deinde Romã mi-
sit qui Octauiã domo expellerent. Egressam illã ferunt eã
omnibus Antonij filiis præter maiorẽ natu ex Fuluia (hic
enim cum patre aberat) plorantem & iniquè ferentẽ, quòd
99 & ipsa vna ex causis discordiæ ciuilis putaretur. Romanis
verò id indignissimè factũ videbatur, Antoniũ tamen mi-
seriorem iudicabant, maximè hi qui Cleopatrã viderant,
quibus apertissimè notum erat, neque ætate, neque forma
Octauiæ anteponendam. Cæsar audita Antonij celeritate
magnitudi

magnitudineq; copiarum, vehementer trepidauit, timens
ne ea æstate pugnare cogeretur. Deerant enim cõplura ad
belli apparatum, & homines sibi infensi erãt propter im-
modicas tributorũ exactiones. Coacti erant alij quidã par-
tem quartam fructuũ conferre, libertinæ verò conditionis
homines octauam totius patrimonij. Itaque omnibus in
Cæsarem accẽsis tota perturbata erat Italia, vt in maximis
erratis Antonij ponatur huius belli dilatio: nam & spatiũ
Cæsari dedit exercitus comparandi, & leniendi dolores ho
minum. Quippe dum exigebantur tributa, efferuescebant:
exactis autem ac persolutis, ira cessabat. Inter hæc Titus & 100
Plancus viri consulares Antonij amici, multis cõtumeliis
à Cleopatra affecti, quòd ei aduersati fuerant ne ad bellum
duceretur, & ad Cæsarem transfugêre, & Antonij testamẽ-
tum, quod apud Vestales erat, docuere. Quod testamentũ
cùm Cæsar peteret, reddere quidem virgines noluerũt, sed *Testamen-*
facultatem fecerunt vt per seipsum assumeret. Cæsar cùm *tum Anto-*
tabulas abstulisset, primò quidẽ cœpit priuatim, vt quæque *nij.*
scripta erant referre, locosq; reprehensione dignos notare.
Tandem frequenti senatu multa ex iis legit, quæ perabsur-
dè scripta videbantur, vt minimè indignũ putaretur, eum
viuentem adhuc pœnas dare pro his, quæ post mortẽ man-
dabat fieri. Immoratus est maximè Cæsar in sepultura: iu-
bebat enim Antonius testamento suo, si Romæ diem obi- 101
ret, corpus eius ingenti apparatu & magna celebritate ho-
minum per forũ efferri, & inde Alexandriã ad Cleopatram
mitti. Caluisius autem Cæsaris amicus hæc addit Antonij
crimina, largitũ fuisse Antonium Cleopatræ ex Pergamo
bibliothecas, in quibus ducenta millia erant librorum. In
cœna verò quadã cùm multi adessent, surrexisse Antoniũ,
& pedẽ Cleopatræ presisse ex quadã cõpositione inter eos
facta. Tulisse etiã vt se præsente Cleopatra ab Ephesiis do-
mina salutaretur. Præterea dum reges tetrarchasq; iudica-
ret, tabellas ex crystallo, aut ex vnguibus amatoriè scri-
ptas frequenter acceptasse à Cleopatra, easq; inter iudican
dũ lectitasse: & dum Fuluius vir amplissimus & cũctis Ro- *Fuluius*
manis eloquẽtia antecellẽs causam in foro diceret, Cleopa *orator.*
tram in lectica per forũ fortè delatã simul ac Antonius vi-
disset, prosiluisse è sella, & posthabita causa Cleopatram
prosequutum fuisse. Sed in plerisque ex his calumniari 102

visus est Caluisius. Amici verò Antonij quanquam Romæ vnûquenq; ex plebe prensantes pro Antonio deprecarẽtur, miserũt tamẽ ex suis Geminiũ quẽdã, qui rogaret Antoniũ, moneretq;, ne contemnat se à populo Romano hostem iudicari, magistratuq; remoueri. Is Geminius vt in Græciam venit, Cleopatræ erat suspectus, ne Octauiæ gratia ad Antoniũ venisset. Delusus itaq; in conuiuiis & contumelioſè acceptus, tamen omnia tolerabat, tẽpus alloquendi Antonium expectans. Iussus tandem in conuiuio pro quibus venisset rebus eas exponere, Cætera quidem, inquit, Antoni, sobriæ sunt orationis, & non temporis huiusce, veruntamen & sobrius scio & ebrius, bene scilicet processura oĩa, si Cleopatra in Aegyptum remittatur. Hæc cùm Antonius iniquè tulisset, Cleopatra, Bene, inquit, facis Gemini, qui
103 veritatem ita planè sine vllis tortoribus confiteris. Geminius igitur post paucos dies ab Antonio fugiens Romã rediit. Multi præterea ex Antonij amicis pulsi à Cleopatræ assentatoribus, quorum vnus fuit M. Syllanus, & Delius historicus: hic fugisse ait Cleopatræ insidias, Glauco medico admonente. Erat autẽ Cleopatra illi infensa, quòd in cœna dixisset, ipsis quidem acidum vinũ infundi, Sarmẽtum autem Romæ falernum potare. Erat autem Sarmentus Cæsaris seruulus ex iis qui festiuitatis causa haberi solent, quos Romani Delicias appellant. Sed vbi omnia satis parata Romæ visa sunt, aduersus Cleopatrã bellum decernitur, & Antonius id imperium deponere iubetur, in quo ipse tam antea mulieri concesserat. Addebat Cæsar hæc verba, Antonium quidem amatoriis poculis infectũ, ne se quidem re
104 gere ac gubernare posse, pugnaturos autem contra ipsos fore Photinum & Mardionem eunuchum, & Chardionem & Iradem Cleopatræ tonstricem, à quibus Antonij imperiũ plurimũ gubernaretur. Prodigia ante bellũ hæc ferunt fuisse: Pisaurũ vrbẽ non lõgè ab Hadria, in qua Antonius colonos deduxerat, hiatu terræ absorptã periisse. Albæstatuã quandã Antonij lapideam multos dies sudasse, & cùm à quibusdã siccaretur, non desti tisse sudorem emittere. Patris, dum ibi Antonius esset, Herculis fanum fulmine tactũ arsisse. Athenis ex pugna gigantea Bacchum vi ventorum excussum in theatrũ decidisse: & vt suprà diximus, Herculẽ quidem generis authorem, Bacchum autem ducem vitæ habe

Prodigia pugnã Cæsaris & Antonij præcedentia.

habebat Antonius, & iunior Dionysius vocabatur. Eadem tempestas Eumenis & Attali collossos, qui Athenis erant, Antonio transcriptos humi prostrauit, & quidem solos ex multis. Præterea etiam Cleopatræ nauis, quæ Antonias 105
dicebatur, signum habuit horrendum. Nam cùm sub puppi hirundines nidificassent, superuenere aliæ, & primis per vim expulsis, nidos destruxere. Inde cùm iam ad prælium *Copiæ Antonij, & belli apparatus.*
vtrinque coirent, Antonius quidem pugnaces habebat naues non pauciores quingentis, in quibus octiremes & decemremes erant permultæ, omnes præclarissimè ornatæ: militum millia centum, equitum millia duodecim: reges qui ei parebant, Bocchus Libyæ, Tarcõdemus superioris Ciliciæ, Archelaus Cappadociæ, Philadelphus Paphlagoniæ, Mithridates Commagenæ, Adollas Thraciæ. Hi reges aderant. Auxilia verò miserunt, Polemon ex Ponto, Manchus ex Arabia: Herodes ex Iudæa, Amyntas ex Lycaonia & Galatia. Erant etiam à Medorum rege missa 106
auxilia. Cæsar autem habebat naues pugnaces ducen- *Exercitus Cæsaris.*
tas quinquaginta, peditũ octoginta millia, equitum ferme parem Antonio numerum. Imperabant autem Antonius quidem ab Euphrate & Armenia ad Ionium & Illyricum: Cæsar verò ab Illyricis ad Hesperium oceanũ, & rursus ab oceano ad Tyrrhenũ & Siculũ mare: Libyę verò quã tũ Italiæ, Galliæ, Hispaniæ oppositũ est vsq; ad Herculeas columnas, Cæsar habebat. Antonius verò à Cyrene ad Aethiopiã. Ita autẽ Cleopatræ addictus erat Antonius, vt cũ valeret plurimùm terrestribus copiis, Cleopatræ gratia victoriam nauali cõcupiuerit, quaquam viatores, agasones, messores adolescẽtulos per totã Græciã à magistris captos cernebat ad naues implendas, nec ita quidem satis repletas sed pleraſq; vacuas & ægrè nauigantes. Cæsaris naues Brundusij ac Tarenti paratæ erant, nõ ad fastigij roborisq; ostẽtationem, sed ad celeritatem agilitatẽmve fabricatæ, 107
virisq; maximè refertę. Misit igitur ad Antonium Cæsar, vt Italiã accederet, nec amplius tempus morando terat. Se quidẽ portus ac littoris Italici capessendi potestatẽ factum pollicetur, tantumq; à littore cũ suis copiis recessurũ, vt tutè ex suis nauibus descendere & castrametari possit. Antonius contrà iactabundus Cæsarem in singulare certamen prouocabat, quanquam ipse senior esset: quòd si hoc

refugiat Cæsar, placere omnibus copiis, vt olim Pompeius & Cęsar, in Pharsalia dimicare. Antonio igitur circa Actiũ naues habente, eò vbi nunc Nicopolis est, peruenit Cæsar, & Ionium transgressus, Epiri locũ qui Toryna dicitur, capessit. Trepidatione ex hoc apud classem Antonij coorta (aberant enim terrestres copiæ) Cleopatra ludens inquit:

108 Quid verò periculi, aut mali est, si Cæsar super Toryna cõsedit? Postridie verò summo mane cùm Cæsar instructa classe in hostes pergeret, veritus Antonius ne naues defensoribus vacuę capiantur, remiges quidem omnes armauit, per tabulata nauium dispositos ostendit: ordines verò remorũ sic in fronte vtrinq; instruxit, vt hosti oppositæ paratæ ad prælium viderentur. Ita Cæsar ab Antonio elusus recessit. Aquandi etiã necessitas pulchrè iuuisse Antoniũ videtur, hostes velut intra mœnia retinens, cùm loca quæ circùm erant reliqua omnia insalubrẽ aquã haberent. Perhu-

Antonij perhumanum factũ. manũ hoc loco Antonj factũ memoratur. Nam cùm Domitius Aenobarbus iam febriens paruam nauiculam ingressus, ad Cæsarẽ transfugisset, Antonius contra Cleopatræ voluntatem impedimenta omnia cum seruis & clientibus & amicis ad eum dimisit, quanquã ægerrimè tulisset.

109 Sed Domitius post paucos dies, quasi perfidiæ ac proditionis eum pœniteret, vita decessit. Desciuerunt reges nõnulli ab Antonio, vt Amyntas & Deiotarus. Classis verò vndique difficultatibus circunuenta, multisq; carere visa, rursus Antonium coegit ad pedestres copias respicere, & in illis spem victoriæ habere. Ad hæc mala Canidius etiam Antonij legatus mutata sententia censebat Cleopatram in Aegyptum remittendam, ipsis autem in Thraciam aut Macedoniam cum exercitu concedendum, ibiq; tota acie decernendum. Nam Dicomes Getarum rex magna auxilia promittebat Antonio. Nec esse turpe si Cæsari, qui nuper in Siculo bello exercitatus sit, maritimis copiis cedant: sed magis reprehendẽdum, si Antonius vir terrestrium pugnarum peritissimus, non vtatur robore suorum militum, sed

110 eos in naues distribuat ac dispergat. Vicit tamen Cleopatræ voluntas vt mari pugnaretur, iam inde ad fugam respicientis, & maximè laborantis non qua ratione Antonius vincere, sed qua ipsa rebus perditis tutissimè posset euadere. Erant longo spatio à castris ad stationes nauiũ ceu quæ-

dam brachia protracta, per hæc Antonius ire ac redire sine vlla suspicione consueuerat. Cæsar verò à seruo quodã admonitus, misit eò milites qui Antonium transeuntẽ interciperent. Illi insidiis dispositis, ita paulò minus rem confecerunt, vt comitem vnum qui Antonio præibat caperent, ipse autem Antonius fugiens vix è manibus laberetur. Vt verò certandum classe visum est, cæteras quidem naues præter sexaginta Aegyptiorum cremauit, optimis autem & maximis à trireme ad decemremem electis imposuit militum millia vigintiduo, & sagittariorum duo millia.

Hoc in loco ferũt tribunũ quendã militum virũ fortem & 111 diu in armis versatum, Antonio fortè prætereunti corpus suũ multis insigne cicatricibus ostendisse, dixisseq;, O Imperator, quid his tot vulneribus, aut huic gladio parũ cõfidens, in lignis fragilibus spem habes? sine Phœnices & Aegyptij classe pugnent, nobis autẽ Romanis terram da, in qua consueuimus vel vincere hostes, vel oppetere. Ad hæc Antonius nihil respondit, sed vultu ac manu significans vt bono esset animo, præteriit. Quòd autem nõ bonam spem haberet manifestè animaduersum est: nã cùm gubernatores nauiũ ad pugnã eũtes vela relinquere vellẽt, prohibuit Antonius, ac ferre coegit, dictitans non opportere quẽquã ex hostibus fugiendo effugere. Sed ea die, & altera, & tertia, magnis fluctibus agitatum mare pugnã inhibuit: quinto tandẽ die placido tranquilloq; mari prælium est commissum. Antonius & Publicola dextrũ cornu, Cælius sinistrũ 112 habebant. Media regebant M. Octauius & M. Insteius. Cæsar dextro cornu sibi reseruato, sinistro Agrippã præfecit. Terrestribus verò copiis ab Antonio Canidius præerat, à Cęsare Taurus, qui vtrinq; instructa acie in littore quiescebant, euentũ naualis pugnæ expectantes. Antonius vndiq; nauicula obiens suos cohortabatur, docebatq; ob grauitatem & pondus nauiũ tãquã è terra eos pugnaturos esse: gubernatoribus præcipiens, vt nauibus velut sensim promotis impetũ hostium, loci vbi structa acies erat difficultate freti, expectarent. Cæsar verò cùm ante lucẽ castris egressus esset, nauesq; viseret, hominẽ qui asinum agitabat ferũt illi obuiã factũ: roganti autẽ Cæsari quodnã nomẽ ei esset, respondisse, Eutycho nomen esse, asinum autem Nicona appellari. Quamobrem postea cum hæc loca ornaret 113

Pugna naualis inter Antonium & Cæsarem apud Actium.

ret Cæsar, statuit inter cætera hominem & asinum æneum. Sed tunc cùm satis omnia spectasset, nauem ingressus, & ad dexterum cornu delatus, admirabatur hostiũ classem otiose in locis arctis sese cõtinere. Erat eorũ aspectus quasi in anchoris consistentium, & hoc diu arbitratus Cęsar suos cõtinebat, octo fermè stadia longè à statione hostium. Iam sexta erat hora, & ventus à mari leniter flare inceperat, cũ Antonij milites grauiter moram tolerantes, & magnitudini & firmitati nauium suarum tanquam inexpugnabilium confisi, sinistrum cornu mouere cœperunt. Quod cùm Cæsar animaduertisset vehementer lætatus, prorã dextro cornu contorquet, vt sinum ac fauces Antonius deserat, magisque in apertum procedat, quò sibi facultas esset nauibus
114 suis agibilibus circundandi implicandique hostium naues magnitudine tardas, hominibus inanes. Inde cùm satis processisse visum est, prælium committitur: non tamen impetu irruptionéque vsi sunt; nam & Antonianæ naues velocitatem, quæ congressus maximè violentos reddit, propter grauitatem molemq; non habebant: & Cæsar non solùm aduersas Antonij proras duras atque æratas, sed ne latera quidem ferire audebat: refringebantur enim rostra perfacilè, si insiderent in quadratas trabes ære adinuicem connexas. Erat igitur certamen pugnę terrestri persimile, magis verò oppidorum oppugnationi. Tres enim & quatuor Cęsaris naues circa singulas Antonij occupatas, tragulis, contis, iaculatione ignis nitebantur. Antoniani cõtrà è ligneis turribus catapultas in hostem iaciebant. Sed cùm Agrippa læuum cornu circunduceret, coactus est Publicola longius se
115 extẽdere. Quamobrem cùm media Antonij classis abrupta esset turbatis ordinibus & circa Aruntium implicatis, parumper trepidatum est. Erat tamen commune certamen & pugna vtrinque æqua, cùm naues sexaginta Cleopatręq; quæ post magnas naues collocatæ erant, velis sublatis per medios pugnantes fugam arripiunt, suósque perturbant. Cæsaris milites summa admiratio tenebat, spectabant enim fugientes naues in Peloponnesum conuersas, nec qua de causa id fieret animaduertebant. Quo quidem in loco satis declarauit Antonius, se neque ducis, neque viri consiliis fretũ neque omnino mentis suæ compotem esse: sed vt quidam inquit, amantis animam in corpore alieno viuere. Tractus est

est enim à muliere quasi in ea viueret, simulque moreretur. Neque enim tulit illius fugam, sed omnibus posthabitis, & his qui pro ipso pugnabãt proditis ac destitutis, in quinqueremem prosiluit, & Alexa & Siculo duntaxat comitibus insequutus est eam, quæ & seipsam & illũ perdiderat. Cleopatra verò vt nouit Antonium sequi, signum extulit, ad quod 116
ille delatus cùm in eãdem nauim receptus esset, neque aspicere voluit Cleopatram, neq; ab ipsa cõspici, sed solus & tacitus in prora consedit, vtraque manu circa caput inuoluta. Interea Cæsaris liburnę sunt cõspectæ, quæ Antonium sequebantur. Verti igitur Antonius proram iussit, & cæteros quidẽ venientes reiecit, Euriclem verò Lacedæmoniũ reprimere non poterat, sed acriter irruebat, telũ è prora quatiens, maximè Antoniũ ferire intentus. Antonio autẽ interrogante, quisnam esset is qui fortunas suas tam cupidè insectaretur: Ego sum, inquit, Euricles Lacharis filius, qui Cęsaris fortuna paternas iniurias vleiscor, Lachares enim ab Antonio latrocinij dãnatus, & securi percussus obierat. Non tamẽ incidit in Antonij nauem Euricles, sed in aliam (duo enim erant prætoriæ) quã rostro cepit ærato percussam: atque hanc quidem cepit, & aliã quandam, in qua ditissima erat supellex. Vt verò ab his se explicuit Antonius, tursus in 117
prora eodem modo consedit, ita per triduum commoratus est seorsum à Cleopatra, incertum siue ira, siue pudore id ageret. Tandẽ cùm ad Tęnarũ appulisset, mulieres Antonij & Cleopatræ familiares primò inter eos colloquia reduxerunt, deinde vnà cœnare & eodem lecto cubare persuaserant. Iam naues & amici quidam è prælio fugientes eò conuenerant, à quibus certior factus est Antonius classem esse amissam, terrestres autem copias etiã tunc extare. Literis igitur ad Canidium missis, iubet eum per Macedoniam celeriter cum exercitu in Asiam reuerti: ipse autẽ à Tænaro in Libyam traiecturus, nauem vnam multis pecuniis, multa auri & argenti supellectile onustã amicis tradidit, vt illi inter se diuiderent, iubẽrq; vt quisque potest sibi salutẽ quęrere. Negantes verò atque ingemiscentes perhumaniter & benignè solatus dimittit, scribens ad Theophilũ qui Corin- 118
tho præerat, vt daret operã quò illi in tuto sint, occultétq; eos quoad veniã impetrent à Cæsare. Hic erat Theophilus Hipparchi pater, qui plurimũ apud Antonium potuerat, primò

mò à Cęsare ex libertis traductus & Corinthi colonus factus. Hęc quidé post fugá apud Antonũ facta. Apud Actiũ verò cum Antoniana classis diu Cæsari restitisset, demũ aduerso fluctu impedita cũ esset, cgrè decima hora superatur. Mortui quidé nõ supra quinq; millia fuere, captæ autè naues trecentæ, vt ipse Cæsar scribit. Cognouere autem non multi Antonij fugam, nec iis qui cognouerant persuaderi poterat, vt is qui & decé & octo legiones integras, & viginti duo millia equitum haberet in littore, depositâ spe aufugisset, præ-
119 sertim cùm ipse Antonius sæpe mutationem fortunæ expertus esset, & innumeros bellorum casus conuersionesque tulisset. Desiderabant igitur eum milites, & venturum ipse rabant, tanta fortitudine ac virtute freti, vt post fugam manifestissimè cognitam septem dies se continerent, & Cæsaris conditiones legatosque aspernarentur. Inde cùm Canidius eorum dux nocte è castris fugisset, suosq; prodidisset, tunc demum omni spe destituti victori se dedidere. Posthęc Cæsar ab Actio profectus Athenas venit, & Græcis reconciliatus, frumẽtum quod superterat publicè diuisit ciuitatibus, eo bello supra modum afflictis, & seruis, iumentis, pecuniaque spoliatis. Nicarchus proauus noster solebat narrare, ea tempestate vniuersos ciues coactos fuisse frumentũ humeris ad litus deferre, verberibus vt accederét agitatos.
120 At semel quidem ita tulisse memorabat, sed cùm reuersi secundum onus tollere vellent, nuntiatum fuisse Antonium victum, & ob eam rem ciuitatem seruatam dicebat: subitò enim Antonij præfectos militésque profugisse, ciues autem inter se frumentum diuisisse. Antonius vt in Libyam peruenit, Cleopatra in Aegyptum ex Parætonio remissa: ipse solitudine fruebatur, lasciuiens animo, & oberrans cum duobus comitibus, græco Aristocrate rhetore, latino Lucilio, de quo alias scripsimus. Is enim cùm M. Bruto esset familiaris, Philippus post Antonij Cæsarisque victoriam militibus ad Brutum quęrendum capiendumq; missis, Brutum se esse affirmauit, vt dum circa ipsum vel necandum, vel deducendum, occupati essent, Brutus haberet spatium abeundi.
121 Is Lucilius tunc ab Antonio seruatus, summa constantia & fide in Antonij amicitia vsque ad extremum permansit. Vt autem eæ quæ in Libya erant copiæ ab Antonio defciuerunt, voluit ille quidem sibi mortem consciscere, sed prohibuerunt

buerunt hi qui secum erant. Delatus igitur in Alexãdriam ex Libya, offendit Cleopatrã opus magnum & inopinatum aggressam. Inter Rubrum enim & Aegyptium mare quà maximè vtrinque premitur, arctiórq; est tellus, trecentorũ fermè stadiorum latitudo est, videturq; Asiæ Libyæq; esse terminus. Per hunc locum Cleopatra transferre classem instituit in Arabicũ sinum, & cũ auro, argento, & magna suorum manu, in ignotas sedes cõmigrare, fugiens bellũ ac seruitutem. Sed cũ primas naues per terram delatas Arabes, qui circa Petrã incolũt, igne corrupissent, & Antonius etiã tunc in legionibus quas in Actio reliquerat spem haberet, & incolumes esse putaret, destitit Cleopatra ab incepto, & portus ac littora custodire contendit. Antonius domo quadam in mari apud Pharum ædificata, quò ciuitatem & amicos effugeret, quasi humani generis exul in ea habitabat, Timonem (vt ipse aiebat) imitatus, & similia in vita perpessus. Nam ab amicis neglectus, & iniuria affectus, mortalib. omnibus indignabatur, & fidem nulli habebat. Fuit quidem Timon Athenensis temporibus maximè Peloponnesiaci belli, vt ex Aristophanis & Platonis poematibus intelligi potest. Describitur enim in illis vt odiosus & inhumanus, fugiens hominũ cõgressus colloquiáq; omnia, præter vnius Alcibiadis, qui ea tempestate adolescens erat, & lingua maximè promptus. Hunc Timon cùm libentissimè amplecteretur osculaturque, interrogatus ab Apemãto quid ita faceret, respondit, ideo se adolescẽtem amare, quòd intelligeret illum multorum malorum causam Athenienſibus futurum. Apemantum etiam nonnunquam acceptabat, vt sui similem, & eosdem sectantem mores. Dicitur cũ festo, quod 123
libaminum vocant, vnà cœnarent, dicerétque Apemantus, Pulcherrimum ô Timon, hoc nostrum conuiuium est, respondisse illum, Ita, si tamen tu non adesses. Ferunt etiam illum Athenis in concionem venisse, factóque silentio & expectatione magna, vt pote ad rem insolitam, dixisse: Est mihi ô viri Athenienses, post domum paruum horti, & in eo ficus quedam enata, à qua permulti iam ciues suspendio vitam finiere: in eodem ego nunc loco ædificium facturus sum, quamobrem constitui publicè referre, vt si qui sunt ex vobis qui se velint suspendere, antè id agant quàm arbor succidatur. Illo autem Halis mortuo cùm in

Timon μισάνθρωπος.

littore

littore esset sepultus, succrescens mare littus circa sepulchrum abedens, aditum ad sepulchrum remouit. Erant 124
sepulchro hæc carmina inscripta:

Hic sum post vitam miserámque inopémque sepultus:
Nomen non queras, dū lector, te malè perdant.

Hæc quidem ipse Timon antequam è vita decederet, sibi fecisse aiunt: nam vulgatum illud epigrāma non Timonis, sed Callimachi est opus:

Hic ofor iaceo Timon hominúmque, deúmque:
Hucades & maledic, bucce viator, ades.

De Timone quidem hęc pauca ex multis libuit inserere. Antonius vt terrestes quoq; copias audiuit captas, & Herodem Iudæum cum quibusdam cohortibus ad Cæsarem defecisse, & alios item reges desciuisse nihilque præter Aegyptū superesse, haud sanè iis rebus cōmotus, sed libenter hac spe abiecta, vt simul abiiciat & curam, è domo illa maritima, quam Timoniam vocabat, in regiam est regressus, & 125
ad cœnas & ebrietates & iocos totam ciuitatem conuertit. Trāscripsit enim in ephebos Cleopatræ & Cæsaris filium, suum autem & Fuluiæ filium Atyllum toga virili donauit. In quibus rebus vniuersa ciuitas permultos dies cōuiuijs, ludis, sertisq; referta fuit: ipse verò & Cleopatra vitā illā priorem, quam inuitabilem vocabant, deseruerunt, aliam autem inuenerunt, sumptus luxuria & lautitia nihilo primā illa inferiorem, quam commorientes vocabant. Amici enim se in commorientium cœtum ascribebant, & ita involuptatibus & cœnarū circuitu semper erāt. Ad hęc Cleopatra vim ingentem venenorum parare, singulorum potentiā naturamq; perquirere in iis qui ad mortē dānati erant periculū facere. Sed cū animaduertisset ea venena quę cōfestim necabant, celeritatem mortis per dolores inferre, ea verò quę mitiora erant, celeritatem non habere, ad animalia 126
conuersa idque per multos dies experta, comperit solum ferme aspidis morsum sine vllo dolore vitā extinguere, grato ex somno capite, & leui sudore per faciem diffuso, sensibus paulatim deficientibus, nec secus excitationem grauiter ferentibus, quam solent hi quos placidus atq; altus sopor tenet. Simul etiam ad Cæsarem legationem miserunt, petentes, Cleopatra quidem vt Aegypti regnū filiis suis cōcedi, An

Antonius verò, vt liceret sibi Athenis priuato viuere. Coacti sunt autem perfidia amicorum in hanc legationem Euphronium mittere, qui erat filiorum præceptor. Nam Alexas Laodicenus, qui Antonium maximè ab Octauia disiunxerat, & Cleopatræ cōiunxerat, cùm missus fuisset ab Antonio ad Herodem regem in fide retinendum, & à defectione prohibendum, prodito Antonio ausus est in cōspectum Cęsaris vnà cum Herode, cui se maximè crediderat, venire. 127
Sed nihil sibi profuit Herodes: nam subitò comprehensus, & in patriam remissus iussu Cæsaris securi percussus est. Ita Alexas viuo adhuc Antonio pœnas dedit perfidiæ suæ. Sed Cæsar Antonij petitione apertè reiecta, Cleopatræ omnia polliceretur, si vel Antonium necet, vel è regno suo expellat. Misit etiā ad Cleopatrā Cæsar vnà cum Euphronio legato Thyreum libertum, hominem nō stultum, nec infacundū, sed qui à iuuene imperatore missus, facilè posset flectere mulierem formæ opinione elatā, maximéq; glorioſam. Sed Thyreus vbi ad Cleopatram peruenit, longiore colloquio cum illa protracto, & egregiè honoratus, non paruā suspicionem iniecit Antonio. Itaq; hominem cōprehendi iussit, & captum ac verberatum ad Cæsarem remisit, scribens petulantia & superbia Thyrei se irritatū fuisse quod per facilè est sibi tot malis circūuento. Tu verò, inquit, si grauiter 128
id fers, Hipparchum libertū meum, quē penes te habes, sublimem rape, ac loris cæde, vt in æquo simus ambo. Cleopatra cùm ab hac suspicione se purgasset, ita deinceps Antonium coluit, vt nunquā antea magis: & cùm proprium natalem frigidè, vt temporibus decebat celebrasset, in Antonij tamen natali celebrando omnēm modū festiuitatis magnificentiæq; excesit. Multi quippe eo die ad epulū vocati cùm pauperes eò veniſſent, reginæ munificentia diuites abiere. Cæsar interea quoniam res vrbanæ præsentiā suā desiderare videbātur, ab Agrippa qui Romæ erat sępe per literas reuocatus, tunc quidem in Italiā rediit. Facta est igitur dilatio belli, quoad Cęsar transacta hyeme, exercitu per Libyam misso, ipse per Syriā in Aegyptū contenderet. Capto autem Peluſio, rumor fuit Seleucum qui oppido præerat, non inuita Cleopatra Cæsari oppidum tradidisse. Sed illa quò se purgaret, vxorem & filios Seleuci Antonio tradidit, vt de his supplicium sumeret. Sepulchra erant ad Isidis 129

templum præclarissimè à regina ædificata. In hunc locum Cleopatra aurum, argentũ, smaragdum, margaritã, ebenũ, cinamonũ, ebur, omnia denique pretiosiora ex regia cõgessit, ad hæc magnam vim tedarũ & stupæ addidit: quæ cùm Cæsar audisset, veritus ne desperatione rerũ has tãtas diuitias incendio absumeret, semper bona spe reginæ præbita exercitum Alexandriam adduxit, & in ipso Hippodromo castra posuit. Antonius vrbe egressus & multa ac præclara
130 rei militaris, facinora ostẽtans, equites Cæsaris in fugã vertit, & vsq; ad castra persequutus est. Inde iactabũdus Alexãdriam regressus non antè arma exuit, quàm Cleopatram ita vt erat armatus, amplexus atq; osculatus est. Militẽ autem qui egreriè eo die pugnauerat, apud se cœnare iussit. Cleopatra autẽ thoracẽ aureum & galeam dono militi dedit, sed is miles tantis muneribus acceptis, noctu ad Cæsarem transfugit. Rursus igitur Cæsarem vocabat Antonius ad singularem pugnã: illo autẽ respondente, satis multas ad interitũ vias Antonio patêre, nullam mortẽ sibi honestiorẽ ratus, quàm pugnando oppetere, decreuit simul terra marique confligere. Itaq; in cœna, vt ferũt, suos admonuit cibum atque potum promptissimè assumere, nam incertum esse an postridie id facturi sint, an ipso extracto nouis dominis seruituri. Ob quæ verba cùm amicos lachrymãtes vidisset, inquit non esse ducturum eos ad pugnam ex qua ipse po
131 tius glorioſam mortẽ quæreret, quàm saluté aut victoriam.

Magnæ perfidiæ & ingratitudinis exemplũ.

Ea nocte cùm iam fermè intempesta esset, cunctis silentibus, & ob timorem futuri euentus magna cura anxiis, subitò concentus quosdam omnis generis organorum ferũt auditos, & simul clamorem veluti cœtuum quorundam cantu & saltatu satyrico strepentium. Fuisse autem hoc aiunt à media vrbe ad eam portã quæ Cæsaris castris erat opposita: tandẽ per hanc portam ingenti clamore eam turbam egredi visam. Autumant omnes qui hæc curant, Bacchum, quem ille deum maximè imitabatur, Antoniũ deseruisse. Postridie verò cùm Antonius cum suis militibus Alexandriam egressus in tumulo quodam cõsedisset, conspicatus hostium classem atque suam aduersum tendere, constitit in eo loco, vt aliquod certamen inter illas videret. Sed illæ vt propius fuere mutuò salutantes & amice se recipientes, vna classe
132 ex duabus facta, ad vrbem tenderunt. Hæc conspicatus, &

& eodem loco ab equitibus suis destitutus, in vrbem rediit exclamans quacunque incedebat, se à Cleopatra proditũ illis ipsis, quibus propter illam sit factus hostis. Cleopatra verò cùm hæc audisset, timens Antonij furorem, in sepulchra se recepit, & cataractas demisit pessulis & claustris obfirmatas: & simul ad Antonium mittit, qui nuntiarent ipsam sibi mortem conscisse. Ille vt hęc audiuit, creditq;, ad seipsum rediens, Quid iam expectas, inquit, Antoni? quę sola viuẽdi causa supererat, etiam tibi fortuna ademit. His simul dictis intrauit cubiculum, & thoracem deponens, O Cleopatra, inquit, non doleo equidem quòd tui careã (nam confestim vnã adero) sed quòd ego ille tãtus imperator fortitudine superatus sim à muliere. Erat ei seruus quidam nomine Eros, quem iampridem parauerat ad se, si opus foret, necandum. Is tunc cùm Antonius promissa peteret, gla- 133
dium quidem accepit, tenuitq; quasi Antoniũ percussurus, sed celeriter conuerso ictu per propria viscera gladium trãsegit, atq; ita ad pedes domini prolapsus est. Quod cũ Antonius cerneret, euge, inquit, ô Eros, qui me doces quid agẽdũ sit, cũ ipse nõ potueris. Hæc dicẽs sibi ventrẽ percussit, & in lectum se demisit: non tamen eo vulnere confestim est exanimatus, sed cùm aliquantisper iacuisset, vi sanguinis repressa, ad se reuersus petebat ab iis qui aderant, vt ipsum interficerent: quod cùm omnes sibi denegarent, atque è cubiculo aufugerent, insanire miro furore non destitit, quoad Diomedes venit à Cleopatra missus, qui ipsum ad reginam in monumenta deferret. Tunc enim cùm audisset eam viure, vehementer lætatus, iussit ministris vt ipsum tollerent, & ita manibus corũ vsq; ad monumenta est delatus. Non ta- 134
men aperuit fores Cleopatra, sed funibus & catenis à fenestra quadã demissis, illum alligatũ traxit à duabus mulieribus adiuta, quas in eo loco secum clausas habebat. Aiunt illi qui aderant, nullum vnquam miserabilius spectaculum fuisse. Antonius sanguine fœdatus in altum funibus trahebatur semianimis, manus ad regnam tendens, atque annitens: neque enim erat facilè mulieribus attrahere. Sed ipsa Cleopatra funibus annixa in faciem prona conabatur, hi qui infrà erant hortatu duntaxat adiuuabant. Sed postquam illum ad se mulieres receperunt, in lectúmque posuerunt, tũc regina scissis super eo peplis, & vultũ vnguibus secãs &

pectora plangẽs, clamabat dominũ, virum, imperatorẽ suũ adeóque in deplorãdo Antonio erat intenta, vt proprioru
135 malorũ penè esset oblita. Antonius verò vt Cleopatrã à lamẽtatione cessare fecit, petiit vinũ sibi potui dari, seu sitiens seu quòd potato vino celerius sperabat dissolui: cũ autẽ bibisset, admonuit reginam sibi ac rebus suis cõsuleret, si tamẽ sine dedecore id facere posset, & maximè omnium qui cum Cæsare erant. Proculeio se crederet. Ipsum autẽ non lugeret propter has vltimas calamitates, sed beatum duceret propter priores felicitates, Nam & clarissimũ omnium fuisse & potentissimũ, & tunc non ingenerosè Romanum

Antonij obitus.

à Romanis superatum. Post hæc dicta cùm iam fermè expirasset, Proculeius à Cæsare missus ad Cleopatrã venit. Nã cùm Antonius post vulnus sibi illatum ad monumenta portaretur, Dircetus quidã ex Antonij lictoribus, accepto gladio quo se Antonius percusserat, clàm ad castra cucurrit, ostenditque illum Cæsari sanguine adhuc madẽtem, & nun-
136 tius fuit Antonij mortis. Cæsar verò vt hæc audiuit, in partem intimam tentorij secedens, fleuit interitum viri & affinis & collegæ, & multarum rerum bellorúmque socij. Deinde amicis conuocatis, epistolas eius legit, vtpote iustè & prudenter scriptas. Post hæc Proculeium misit, iubẽs dare operam quam maximè posset, vt Cleopatra viuens in potestatem veniat. Solicitus enim erat pro pecuniis congestis, & simul ad gloriam suam putabat pertinere, si illa in triũpho duceretur. Sed illa in manus quidem Proculeij venire noluit: in verba autem cum illo venit ad fores sepulchri, optimè quidem illas firmatas, sed tamen voci peruias. Cleopatra intus petebat fili is suis regnũ, Proculeius foris eam bene sperare suadebat, & se ac sua omnia arbitrio Cęsaris committere. Vt autem infecta re ad Cæsarẽ redijt, & situm loci quem diligentissimè contemplatus fuerat retulit, Gal-
137 lus mittitur qui cum Cleopatra loqueretur. Is cùm reginam vt suprà demonstrauimus conuenisset, consultò protrahit sermonem: Proculeius interea scalis interpositis per eam fenestram ingreditur, per quam Antonius fuerat antè receptus, & propere cum duobus ministris ad eum locum descendit, vbi Cleopatra cùm Gallo loquebatur. Altera verò mulierum, quæ cum regina erant, exclamante, Infelix Cleopatra, viua caperis, subitò conuersa illa, & Proculeium

ium conspicata, contendit illa quidem gladio quem accincta erat seipsam necare: sed Proculeius approperans, & manibus ambabus eam continens, Iniuriã facis, inquit, ò Cleopatra, & tibiipsi & Cæsari, cui occasionem aufers humanitatis & probitatis suæ ostendendæ, & calumniaris mitissimum principem, vt infidum & implacabilẽ. His simul dictis gladium adimit, veste insuper excussa, ne quid sub ea occultaret veneni. Venit etiam à Cæsare Epaphroditus li 138
bertus, cui mandata erat mulieris custodia, & maximè vt prouideret ne illa sibi mortem inferre posset, cæterarum rerum omnium facultatem permitteret. Ipse autem Cæsar vt bem intrauit cum Ario philosopho sermone instituto, & de xtra illi data, vt inter ciues suos spectabilis foret, & admirarentur eum omnes egregiè a Cæsare ornatum. Ingressus deinde gymnasium, cùm in suggestũ ascendisset omnibus præ metu exanimatis, & in terram procidentibus, cùm eos stare iussisset, inquit se omni crimine populum absoluere, idque se facere primò propter conditorem Alexandrũ, secundò propter miram pulchritudinem magnitudinémque eius vrbis, tertiò propter Arium amicum suum. Tãto itaq; honore Cæsar dignatus est Arium, vt pro multorum etiam salute apud Cæsarem intercesserit, quorum vnus fuit Philo 139
stratus, homo omnium ætatis suę ad dicendum ex tempore promptissimus, sed tamen Academiæ non decenter se inserens. Quamobrem Cæsar eius more improbato, reiecerat preces, ille verò mutata veste & cana barba promissa, Ariũ quaçunque incedebat sequebatur, semper hunc versum habens in ore, Vir sapiens sapientẽ seruat, si sapit, virũ. Quod cùm Cæsar audisset, concessit magis vt Arium inuidia liberaret, quàm vt Philostratũ metu. Ex Antonij liberis Atyllus duntaxat à Cæsare necatus est, qui erat maior natu ex Fuluia. Tradidit autem illum Cęsari Theodorus pædagogus. Idem Theodorus cùm ceruix adolescenti iussus Cæsaris abscinderetur, lapidem pretiosissimum quem circa collum gestabat, clàm subtractum zonę inseruit, qua de re accusatus & conuictus ad crucem damnatus est. Ex Cleopa 140
træ verò liberis, cęteri quidem cum alumnis suis in custodia habiti & quidem liberaliter. Cæsarionẽ autẽ prioris Cæsaris filium cum magna vi auri & argẽti à matre in Indiam per Aethiopiam missum, & à Rhodone pedagogo per frau-

fraudem, quasi Cæsar eum in societatem imperij vocaret reductum, Cæsar post mortẽ matris interficit. De quo cùm sententiam amicorum sciscitaretur, dixisse Arium ferunt, non esse probandam multitudinem Cęsarum. Corpus autem Antonij cùm id multi reges ac priuati peterẽt, vt ad sepulturam sibi traderetur, auferre id à Cleopatra Cęsar noluit. Sepultum igitur Cleopatrę manibus magnificè ac regio funere, omnibus in ea re Cleopatræ parẽre iussis. Ex mœrore autẽ ac dolore (exarserãt enim pectora nimio planctu) febris coorta occupauit, qua de re lætata est Cleopatra, occasionem sibi oblatam putans seipsam per inediam necã
141 di, quasi morbo impediretur cibũ assumere. Erat illi medicus consuetus & familiaris Olympus, cui illa veritatem fassa vtebatur socio & adiutore ad necem, vt idem ipse Olympus ait in historia quã de his rebus scripsit. Quod cùm Cæsar animaduertisset, minas sibi quasdã de nece filiorum iniecit, quibus Cleopatra tanquam machinis quibusdam expugnata, corpus medelæ tradidit, cibúmq; assumpsit. Venit autem & ipse Cæsar post paucos ad eam dies visendi gratia & alloquendi. Illa verò vt veniẽtem vidit, è lecto in quo humiliter iacebat prosiliẽs, prima tantùm veste amicta, ad pedes eius prouoluta est, voce tremula & gracili, & lacero pectore, quod magna ex parte ostendebat. Nec vlla in re melius se habere corpus quàm anima videbatur: illa tamen vultus gratia & dignitas formæ non erat penitus extincta, sed lucebat intus, cernebatúrque in oculorum atque corporis
142 motibus. Iussa autẽ à Cæsare in lectum adire, ipso iuxtà assidente, cœpit illa quidem se purgare, in necessitatem & metũ Antonij errata transferẽs: sed cùm Cæsar vnũquodq; redargueret, subitò ad preces cõmiserationémque conuersa est quasi maximè viuendi cupida. Tãdem cùm auri & argenti cæterarúmq; rerum rationes Cæsari dedisset, Seleuco quodam ex procuratoribus ostendente quædam ab ipsa fuisse subtracta, prosiluit Cleopatra, & crine procuratoris apprehenso, faciem eius frequenti ictu percussit. Cæsare autem ridente, & eam inhibente, At nónne pergraue est, inquit, Cæsar, si tu quidem non indignum putasti huc accedere, & me in hoc tempore alloqui, serui autem mei me accusant, si quid muliebrium ornamentorũ reseruaui, non mihi quidem miserę, sed vt Octauiæ & Liuiæ munuscula dem, quò

quò te per illas habeam placatiorem? His verbis Cæsar ve- 143
hementer lætatus est, ratus illam ad vitam respicere, & cõsilium mortis omnino abiecisse: responsóque reginę dato, se & hæc illi concedere, & cæteris omnibus longè melius quàm speret fruituram esse, discessit, decepisse quidem illam putans, ipse verò longè ab ea deceptus. Erat inter Cæsaris amicos Cornelius Dolabella clarissimus adolescẽs, & à Cleopatrę studio non abhorrẽs, hic reginę postulãti clàm renuntiauit, Cæsarem quidem per Syriam abiturũ, ipsam autem cum filiis per mare missurum, tertia vt ipse opinabatur die. Illa cum hæc audisset, à Cæsare petiit vt sibi Antonio parẽtare liceret: quod cùm impetrasset, ad sepulchrum venit cum familiaribus fœminis, & ibi in terram procumbens, O amice, inquit, Antoni, sepelij te nuper liberis manibus, libo autem nunc captiua facta, & custodita ne planctu aut lamentatione afficiam hoc seruum corpus, ad triũphũ de te agẽdum reseruatum. Alia ne expectes libamina, aut 144
honores, nam hi tibi à Cleopatra vltimi sunt. Nos enim viuentes nulla vnquam vis separauit, nunc verò periculũ est, ne mortui loca permutemus, & tu Romanus in Aegypto iaceas, ego Aegyptia in Italia. Verùm si qua illic deorũ vis aut potẽtia est, quandò nos hîc à nostris proditi sumus, ne patiare meviuam duci néue teipsum in me triũphari, sed recipe me hîc vnà tecum in hoc tumulo. Nam ex infinitis malis, quibus misera premor nullum ita magnum aut graue mihi est, vt hoc breue tẽpus sine te vixisse. Hæc cùm illa questa esset, coronato tumulo, & diu amplexaro, iussit sibi balneum parari, post lauacrum assurgẽs magnificè prãdit. Hic quidam ab agro veniens, cistam quandam attulit, 145
qui custodibus percontantibus aperiens, & folia reprimẽs, plenam ficuum ostẽdit: & cùm illi pulchritudinẽ fructuum admirarẽtur, obtulit eisridẽs, rogaúitq; accipere illi verò nihil suspicantes iusserunt intrò ferre. Post prandiũ assumptũ, Cleopatra tabellas obsignatas ad Cæsarem dedit, & cæteris omnibus à se præter duas mulieres dimissis, ianuã clausit. Cæsar vt tabellas dissoluit, & preces ac ploratus legit rogãtis vt vnà cum Antonio sepeliretur, subitò quid actum esset suspicatus est. Primò itaq; ipse accurrere perrexit, postea melius esse visum est vt aliquos mitteret qui propere inspicerent. Sed celeriter transacta res erat; cursu enim illic

Cleopatræ questus apud sepulchrum Antonij.

tendentes inueniunt custo des ne suspicantes quidē aliquic
Cleopatræ mors. mox valuis patefactis, cernūt Cleopatram mortuam aure
in lecto iacentem, regio more ornatam. Ex mulieribus verò
quæ aderāt, Eras quidem ad pedes reginæ expirauerat, Chir
mium autem semianimis capiti reginæ diadema aptabat.

146 Clamante autem quodam ex custodibus, An hæc pulchra
sunt Charmium? Pulcherrima, inquit, ac decētia tot regum
prolem: nec quicquam vlterius loquuta cecidit. Sunt qui fe
runt aspidem in ficubus allatam, inter folia quæ suprà erant
occultatam fuisse, data opera à Cleopatra, vt ipsam insciam
inuaderet: inde cùm ficus acciperet cōspicatam aspidem di
xisse, Hîc illud erat: & brachium aspidi nudatum porrexis
se. Alij seruatam aspidem ferunt in vase quodam inclusam,
& per fistulam auream à Cleopatra prouocatam atque irri
tatam brachium momordisse. Sunt item qui aliter opinen
tur, cæterùm veritatem nullus nouit, nam & venenū ipsam
habuisse compertum est in laminula quadam cōcaua, quam
sub crine occultabat: sed tamen neque corpus deformatum,
nec aliud vllum apparuit veneni signum, nec aspis etiam ab
vllo cōspecta est, sed tractus duntaxat quidam in littore qua
147 domus ad mare spectabat visi, & brachium Cleopatræ aiūt
duas notas habuisse leuiter impressas & humidas, quibus Cę
sar videtur fidem dedisse. Nam in triumpho Cleopatrę ima
ginem tulit cum aspide mordicus affixa. Hæc quidem ita di
cuntur gesta. Cæsar autem quanquam morte illius offensus
erat, admiratus tamē mulieris generositatem, magnificè ac
regiè vnà cum Antonio sepeliri iussit. Mulieres etiam quæ
cum illa mortuæ erant, honore funeris potitæ sunt. Mortua
est Cleopatra ætatis suæ anno trigesimonono, regnauit an
nos vigintiduos, cum Antonio amplius quatuordecim vi
148 xit. Antonium alij annos quinquaginta sex, alij duntaxat
tres supra quinquaginta ferūt vixisse. Antonij quidem sta
tuæ omnes iussu Cæsaris deiectæ. Cleopatræ autem statuæ
suo loco relictæ, Archiuio quodam Cleopatræ amico mille
talentis à Cæsare redimente vt stare sinerentur, nec idem
Antonij filij septem, & eorum successio et soboles. quod Antonij statuæ paterentur. Ex liberis autem Antonij
septem, quos ille ex tribus vxoribus susceperat, Atyllus qui
erat maximus natu, à Cæsare (vt diximus) necatus est: cæteri
autem omnes apud Octauiam educati, quę Cleopatram qui
dē Antonij & Cleopatræ filiam, Iubæ humanissimo & pul
cherri

cherrimo regi vxorem dedit. Antonium autē ex Fuluia ge
nitum, ita magnum apud Cæsarem fecit, vt post Agrippam
& Liuiæ filios, primas partes obtineret. Ex Marcello autem
cùm duas filias, & Marcellum haberet, hunc quidem gene
rum simul & filium sibi fecit Augustus, alteram verò filia
rum Agrippæ tradidit. Mortuo deinde Marcello filio, cùm
Cæsar non facilè cerneret quem sibi ex amicis generum eli
geret, suasit Octauia vt Agrippam caperet: quod cùm Cæsa
ri placeret, cum Agrippa egit vt filiam repudiaret, & Cæsari 149
gener fieret: quo facto illam ab Agrippa separatā Antonio
coniunxit. Ex duabus autem Antonij & Octauię filiabus, al
teram Domitius Aenobarbus, alteram pudicitia & forma
præclaram Drusus Liuiæ filius Cæsaris priuignus duxit v
xorem. Ex hac nati fuerunt Germanicus & Claudius, quo
rum Claudius postea imperauit. Ex Germanici autem filiis
Caius quidē cùm superbè imperaret, trucidatus est vnà cum
filio & coniuge. Agrippina verò filium habens ex Domitio
Aenobarbo, nupsit Claudio, & simul filium in adoptionem
dedit, qui postea Claudius Nero appellatus. Hic tempori
bus nostris imperans matrem necauit, nec multùm abfuit
quin flagitiis & amentia Romanorum subuerteret impe
rium, quartus ab Antonio per gradus successor.

DEMETRII ET ANTONII COMPARATIO.

Gitur cùm magna fuerit fortunæ vtri- 150
usque commutatio, potētiam primùm
& amplitudinem consideremus. Ac illi
quidem paterna & à maioribus parata
gloria fuit. Siquidem Antigonus inter
Alexandri successores plurimùm polle
bat, & nōdum adulto Demetrio Asiam
iam peragrarat domuerātque: Antonius verò, gratioso qui
dem per cætera, sed imbelli & præclarum nihil designante
genitus patre, Cæsaris, cui nulla necessitate cōiunctus erat,
fastigium cōsequi fuit ausus, atque in illius laudes velut hæ
res relictus sese insinuauit, tantúmque valuit, præsidiis quæ
ex sese tum habebat solis adiutus, vt diuiso in duas partes
vniuerso Romano imperio, alteram ipse, atque eam clariss
simam teneret, tum absens vicariis & præfectis Parthos vin

ceret, & gentes ad Caucasum barbaras vsque ad Caspium
151 mare reprimeret. Porrò amplitudinem viri huius ea, pro
pter quæ malè audiuit, vel maximè testantur. Demetrium
enim in Antipatri, potentioris scilicet, amicitiam pater præ
ter ætatem cooptauit: Antonio verò Cleopatræ nuptiæ de-
decori fuerunt, fœminæ potentia quidem & amplitudine,
vno Arsace excepto, temporis sui reges omnes excellentis.
Sed Antonius eò magnitudinis euexerat sese, vt aliis etiam
dignus maioribus quàm vellet rebus videretur. Iam consi-
lium studiúmque quo vsi in acquirêdo imperio sunt, in De-
metrio quidem reprehendi non potest, regere præsèque
iis mortalibus conantis, qui regi & gubernari cõsueuissent.
Antonij verò malum & tyrannicum est, dum in seruitutem
redigere populum Romanum vult, vixdum Cęsaris monar
chia liberatum. Quod igitur præcipuum & clarissimum fa-
ctorum eius est, illud contra Cassium Brutúmq; gestum bel
lum, aduersus patriæ tamen ciuiúmque libertatem tollen-
152 dam pertinebat. Demetrius verò priusquam ad fortunam
amplioré peruenisset, Græciæ liberandæ, & præsidiis eiicien
dis operam nauauit, non quemadmodum Antonius de op-
pressis patriæ assertoribus sibi gratulando. Vna igitur libe-
ralitas & magnificentia est, quæ laudari in Antonio possit:
in qua tamen Demetrius tantùm illum præcellit, vt plus in
hostes contulerit beneficiorum, quàm Antonius in amicos.
Quanquam enim quòd Brutum sepeliri cõdíque iussit, lau-
dem merebatur: ille tamen hostibus omnibus qui oppetiis-
sent iusta persoluit, captiuos Ptolemæo restituit, opibus &
muneribus insuper adiunctis. Erat improbitas in vtroque
dextra quædam, tum ad voluptates & delicias procliuitas:
verùm nunquam Demetrius tamẽ gerendæ rei occasionem
propter id genus voluptatum neglexit, sed otij obundantia
in istam animi relaxationem peruenit, Lamiámque planè
tanquam fabulosam illam ludens & somnians, sese oblecta-
153 bat. Bellicis autem in rebus nil minus eius hasta quàm he
deram ferebat, nec vnguentum galea redolebat, nec splen-
didus ipse, floridúsue ex gynæceis ad prælia progrediebā-
tur, sed sopitis thyasis, & bacchicis relictis, prophani (quem
admodum Euripides inquit) Martis minister erat. nec quic
quam tum per ignauiam peccabat: Antonium verò prorsus
quemadmodum Omphalen depictam Herculi clauam eri-
pere,

pere, & leonis pelle exuere videmus, Cleopatra exarmans in
flecténsque, præclaras sæpenumero res & expeditiones è ma
nibus euellens, persuasit vt littore Canobico & Taphosyrio
apud se piscaretur luderétque, denique quemadmodum Pa-
ris medio prælio subtrahens sese in illius sinum confugeret.
Quanquam Paris superatus in thalamum confugit, Anto-
nius verò Cleopatram persequendo fugiebat, ac victoriam
prodebat. Ad hæc, Demetrius rem non vetitam, sed Philip-
po, sed Alexãdro & regibus Macedonũ vsurpatam, vxores
plures, quemadmodũ Lysimachus & Ptolemęus duxit, ac ho 154
norificè quidem ductas tractauit: Antonius autem primùm
quidem duas eodem tempore adiunxit, quod antea Roma-
nus nemo fuerat ausus: mox ciuẽm & legitimam cõiugem
in non legitimæ gratiam repudiatam reiecit: vnde connu-
bium suum, illi quidem nihil, huic plurimum incommodi
dedit. Iam impietas Antonij gestis nulla per impudentiam
tanta inest, quanta Demetrij. Exigi canes & prohiberi vni-
uersa arce, quemadmodum historici scribunt, consueuere,
quòd palàm id animal passim cõmisceatur: hic verò in ipso
virginum cœtu scortis congrediebatur, & ciuium plurimas
cõstuprabat: & quod insociabile cum istis voluptatibus ma 155
lum crudelitatis putes, hoc in Demetrij deliciis est, dum pa-
titur, imò verò dum cogit miserabiliter optimum & conti-
nentissimum ciuium Athenienśium, quia contumeliam vi-
tare studebat, mori. Atque vt in summa dicam, seipsum An-
tonius, alios Demetrius per incontinentiam iniuria affecit.
In maiores natu & parentes suos rectè se Demetrius gesit:
Antonius verò auunculum in exitium Ciceronis morti de-
dit, rem per se sceleratam & crudelem, & quæ vix veniam
mereatur, si salutem auunculi Ciceronis morte redemisset.

Cæterùm quòd fide & fœderibus labefactatis hic quidem
Artabazum prehendens, ille Alexandrum necans, deliqué-
runt, causam in Antonio manifestã habet: destitutus enim
in Medis & proditus ab Artabazo fuit: Demetriũ verò mul
ti putant falsis causis, ob ea quæ perpetrarat confictis, eum
qui passus iniuriam fuerat, accusasse, non repulisse illatam.

Rursum egregiè gestarũ ab se rerum author Demetrius, 156
ipsus est, Antonius contrà per alios cùm procul abesset, spe-
ciosissimas maximásq; victorias cõparauit. Excidit autem
suæ vterq; culpa imperio, quanquã diuerso modo: ille quidẽ

desti

destitutus, secesserunt enim ab eo Macedones: hic verò destituens, dum qui pro se periclitabantur deserit: vt in illo quidem reprehendendum sit, qui militum animos ab se abalienarit, in hoc quòd propensam in se fidem & beneuolentiam militum prodiderit. Obitus neutrius laudari potest, reprehendendus tamen Demetrij magis est, quòd in hostium manus venire passus sit, inclusúsque lucrificari triennium sustinuit, vino ventríq; bestiarum instar mancipatus. Antonius verò miserè quidem & lamentabiliter, ingloriéque, sed tamen vt ne in hostis potestatem corpus veniret, subduxit sese.

Artoxerxes.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

1 ARTOXERXES ille primus Xerxe patre natus ex Persarum regibus, tum facilitate humanitatéque, tum maximè animi magnitudine præstitit: & Longimanus, quòd dexteram manum sinistra longiorem haberet, cognominatus est. Secundo verò, de quo hoc tempore scripturi sumus, Mnemoni, id est memori, cognomentum fuit. Hic ex sorore illius superioris genitus est: Dario enim ac Paryſatidi filij quatuor fuerunt, maior natu Artoxerxes, proximus ætate Cyrus, iis iuniores Ostanes, & Oxathres. Cyrum igitur à Cyro prisco nomen traxisse ferunt: illum autem à sole ita nuncupatum esse. Cyrus enim Persica lingua sol dicitur. Artoxerxi Arsicę ab initio nomen fuit, etsi Dinon tra-
2 dit Oarsem illum appellatū esse. Sed minimè credendum videtur Ctesiam, quanuis variis fabularum commentis à ratione & veritate maximè abhorrentibus libros suos referserit, regis nomē ignorasse, apud quē vixisset diutius, quémq; item matrémque eius & cōiugem ac liberos piè sanctéque obseruasset. Cyrus ergo ingenio acer cùm esset & vehemēs, statim à puero spe ac animo ad regnum spectare cœpit. Alter in omnibus vitæ partibus lenior ac facilior, & cupiditatibus remissior natura est habitus. Is iussu parentum mulierem eximia sanè forma, ac singulari pudicitia cepit vxorem:

vxorē: inuitis autē illis prohibentibúsque retinuit, & apud se perpetuo in honore habuit. Na cū interfecto à rege illius fratre, ipsa quoq; ad exitium quæreretur, Arsicas supplicem se matri obiciens, atque eam multo luctu lachrymísq; obtestans, vix vt incolumis seruaretur, & ne cū ea cogeretur diuortiū facere, obtinuit. Etenim mater Cyrū maioris harita 3 te amplexa erat, magisque eum in regnū patri succedere cupiebat. His de causis cùm rex morbo teneretur, ab ea reuocatus, ab oris maritimis in Persidem se recepit, spe erectus, se opibus matris & authoritate adiutum, regnum habiturū. Nitebatur enim Paryſatis haud sanè probabili ratione, ea qua olim Xerxes priscus Demaratho authore est vsus, Arsicam se priuato, Cyrum regnanti Dario peperisse. Non ta- *Mos antiquus Per-*
men id suadendo perficere potuit: nam qui ætate antiebat *sarum.*
Artoxeres nominatus, rex constitutus est, Cyrus Lydiæ præfectus maritimas regiones imperator obtinuit. Nec ita multò post Darij mortem rex Pasagardas profectus est, vt à Persarum sacerdotibus regio more sacris initiaretur. Est bellicæ deæ sacellum, quam coniectura quis Mineruam fuisse auguretur. Eò ingressum regē qui mysteriis paratur, oportet propriam vestē deponere, & quam Cyrus priscus induit antequā regno potitus esset, assumere: caricis prēterea vesci, & terminthum pro bellariis degustare, poculúmque oxygalactis ebibere. Iis peractis si qua fiunt, haud cæteris cō- 4
pertum est. Quæ quidem cùm Artoxerxi agenda instarent, accessit Tissaphernes, & vnum ex sacerdotibus eò secū abduxit, qui ab ineunte ætate Cyro ad percipiendam patriæ disciplinā præfuerat, magicamque illum docuerat, & cùm is spe regni potiundi decidisset, Artoxerxe prælato, visus est ante alios Persas eam rem iniquo animo ferre. Ob eam opinionem cùm Cyrum detulisset, vehementer eius oratio ni fides est addita. Cuius delationis machinatio talis fuit, Cyrum in templo insidias locaturum, regémq; vt primùm vestem posuisset, impetu facto oppressurum. Hac confir- 5
mata calumnia, tradunt quidam illum comprehensum esse, in carcerémque coniectum. Nonnulli templum Cyrum irrupisse perhibent, latitantémque à sacerdote deprehensum, & Artoxerxi in potestatem traditum, eúmq; cùm iam morte supplicium daturus esset, amplexam matrem ac flentem precibus & obsecrationibus de illius salute tan-

dem

dem à rege impetrauisse, & ad mare rursus diuertisse. Qui eiusmodi initia ægrè ferens, non salutis & liberationis suæ memor, sed comprehensionem & carcerem refricans, iráqi ex cupiditate incensus, ad regnum occupandum acrius intendit animum. Sed sunt quidam qui dicant, Cyrum deficientibus sibi in quotidianas cœnas sumptibus, à rege defeciisse. Sed hæc opinio plurimùm à veritate aberrare videtur: etenim si cætera defuissent, mater suis opibus & copiis abundè illi ad sumptus suppeditandos valuisset. Eius autem diuitiis testimonio est exercitus, qui sibi multis in locis per
6 amicos & hospites alebatur, vt Xenophon tradit. Non enim cunctas copias vnum in locum coegerat, cùm eiusmodi apparatum clam rege esse vellet, quoad belli inferendi occasio data esset. Sic alibi alios habuit, quibus conducendi exercitus negotium dederat. Regi autem instans mater, omnes suspiciones adimebat, & à Cyro ipso plenæ blanditiarum & assentationum frequenter afferebantur literæ, quibus tum poscebat aliquid ab eo, tum prouocatus Tissaphernem accusabat. Iam enim certamen inter illos & contentio exorta erat. Fuit præterea regi naturâ insita morositas quædam ac segnities, quæ lenitas animi multis & clementia videbatur, quippe qui, vt apparet, gentilis sui Artoxerxis mansuetudinem & facilitatem vehementer ab ini-
7 tio adamasset. Faciles ad eum omnibus patebant aditus. In conferendis pro dignitate honoribus, & gratificandi ratione propensior. In vindicandis criminibus eius animaduersio omnis à contumelia aberat. In conferendis autem beneficiis, & in promerenda gratia, debentibus magis & astrictis, quàm benemerentibus lætabatur. In muneribus capiendis verò humanum atque alacrem se præstabat. Nullum enim adeò paruum ad illum afferebatur munus, quin id prompto animo iucundéque acciperet. Cui cùm mâlum punicum insigni magnitudine dono à paupere esset datum, Per Solem, inquit, hic vir ciuitatem ex parua magnam, si eius fidei credatur, quàm celeriter reddere posset. In itinere aliis alia ad eum munera afferentibus, homo rusticus cùm pro tempore nihil nactus esset, quod regi elargiri posset, percurrisséque ad flumen, & haustam ex eo aquam manibus illi obtulisset, lætatus Artoxerxes, phiala aurea & mille

mille Daricis hominem donauit. Euclidi Laconi, cùm is 8
multa licenter in eum contumelioseque loqueretur, per tribunum militum respondit, Licere sibi quæ vellet in regem dicere, sibi verò dicere ac facere. In venatione quoque cùm Teribazus Persicam vestem scissam ei ostendisset, ab eóque quid fieri oporteret rogatus, respondisset aliam illi induendam vestem, & illam sibi esse tradendam, concessit statim quod flagitarat, Dono, inquiens, do tibi atque largior hanc vestem, verùm vti prohibeo. Quo neglecto Teribazus (erat enim homo minimè malus, sed naturâ leuis, & in consiliis rapidus) vestem ipsam induit, muliebribus etiam ex auro donis à rege sibi traditis se ornauit. Idque cùm vniuersi intuentes ægre ferrent (nam haud decebat) tum rex & cachinnari incepit, & ad eum conuersus, Tibi, inquit, vt mulieri aurum & vt insano regium amictum gestandi potestatem licentiámque permittimus. Cùm non liceret cuiquam præ- 9
ter quam matri & coniugi, illi supra regem, huic infra, regiæ mensæ accumbere, Artoxerxes fratres etiam Ostanem & Oxathrem natu iuniores ad eandem mensam vocauit, & vnà secum epulari voluit. Maximè autem ex omnibus gratissimum Persis spectaculum præbuit Statiræ coniugis currus, quo nudo, nullis inuolucris, nullis ornamentis regiis ferebatur, priuatisque mulieribus sui & salutandi & adeundi copiam faciebat, ex quo regina ipsa à multitudine summo studio colebatur. At inquieti & turbulenti homines, qui nouis imperiis studebant, ad Cyrum, quòd illum acri ingenio virum appriméque bellicosum, ad hæc amicorum vnum omnium maximè studiosum esse acceperant, communi consensu rerum summam deferebant, rati tantam imperij molem elati animi regem expotcere, & qui honoris cupiditate & gloriæ tangeretur. 10

His igitur fretus Cyrus, non minus quàm his quibus imperabat, ad bellum incubuit. Lacedæmonios quoque per literas cohortatus est, vt viros sibi subsidio mitterent: quibus si pedites venissent, equos: si equites, currus: si agros haberent, villas: si villas, vrbes se daturum suscepit: mercedem verò commilitonibus non numero, sed mensura persolutum iri. His se aliisque pluribus magnificè efferens addebat, grauius se cor, quàm fratrem gerere, philosopharique

Darícus numus Persicus. Daryímæ gine insignitus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

que magis, ac peritius magicam exercere: vini autem plus bibere, ac melius ferre. At illum in venationibus obsigna, uiam ac mollitiem animi nec in equo, dubiis autem in rebus neque in solio quidem posse consistere. Lacedæmonij verò ad Clearchum scytalam miserunt, omnia quæ ad bel-
11 lũ vsui forent Cyro subministrari iubentes. Permagnis ergo barbaricis copiis, & cõductis ex Græcia militibus haud multò paucioribus tredecim millibus instructis variis rationibus militiæ consilium dissimulare conatus, aduersus regem ascendere parabat: quod tamen haud diutius regem latêre potuit. Nam Tissaphernes ad illum adiens, rem omnem belliq; apparatum iudicat, & tumultus permagnus regiam omnem compleuit. Cuius belli culpæ pars maxima in Parysatidem conferebatur, eiúsque amici omnes atque intimi in suspicionem & calumniam vocabantur. Maximè verò Parysatidi infensa erat Statira, iniquo animo bellum ferés, ac vociferans, Vbi nunc fides, ô socrus? vbi preces obsecrationésque humiles, quibus cùm Cyrum regnum insidiis appetentem recipisses, nos in bellum ac periculũ coniecisti? Ex eo tempore Parysatis Statiræ odio vehemẽter incensa, cùm ad simultates atque inimicitias persequendas acerba imma-
níque natura foret, illam insidiis tollendam interficiendámque curauit. Quoniam verò Dinon ipso bello factas esse
12 insidias scribit, Ctesias verò post bellum, quem neque ignorasse tempus versimile est, vt qui ipsis interfuit rebus, nec vlla suspicio est cur vltro transferre tempus voluerit negotij, quod sic scribit vt erat gestum, quod alioqui solet, iræ & affectui in oratione sæpe indulgens, eum quidem quẽ ille dedit locum res habet. Appropinquanti autem Cyro, sermones rumorésque perlati sunt, statuisse regem nec statim manus conserere, nec prælio dimicare, sed in Persis expectare quoad eò vndique exercitus cogeretur. Etenim fossam in latitudinem * pedum quinquaginta, totidem in altitudinem ad quadraginta stadia per regionem in longitudinẽ duxit. Quam tamẽ cũ perrupisset Cyrus, atq; intrò copias adduxisset, Babyloniã quę haud longe ab eo loco distaret, neglexit, nec trãsitu illũ vllo conatu prohibuit: sed Teribazus primus
13 omniũ cũ dixisset, haud fuga cõtendendũ, nec Media Babyloniáque cedendum, sed ad Susas in Persidẽ occurrendum esse, cùm numero copiarum multiplici hostes excederent, innu-

* ἀμφὶ πλέθρα πεντήκοντα.

merosos autem Satrapas ac prætores haberent, consilio & peritia rei militaris Cyro superiores ac manu promptiores, prælij statim fortunã tentare aggressus est. ac primùm noningentorum milliũ exercitu rebus omnibus instructo atq; ornato eueſtigio se ostẽtans, hostes audacia despectuq; hostium inermes atq; incertis ordinibus incedentes, in tantum terrorem ac turbationẽ coniecit, vt vix magno cum clamore & tumultu se colligendi atque in ordinem constituendi spatium daretur. Deinde silentio & effusè agmen producens, clamores immodicos petulantesq; insultus & confusionem plurimam in tanta multitudine expectantibus Græcis, specie agminis & instructu admirationi fuit. Ex falcatis enim robustissimos quosq; deligens, in fronte 14
legionis suæ è regione Græcis statuit, vt acies hostium priusquam ad manus ventum esset perrumperent. Eam pugnam cùm multi scriptores memoriæ mandarint, & Xenophon ante oculos pene collocarit, rebusque ipsis non vt gestis, sed quasi gerantur, lectorẽ affectum animo atq; vnà periclitantẽ retineat, haud prudentis esset post eum virum his de rebus rursus ad scribendum accedere, præter ea quæ ab illo prætermissa ac digna memoria videantur. Nuncupatur autem locus Cunax, in quo instructæ acies signis collatis dimicarunt, qui quingenta stadia à Babylonia distat. Cyrũ autẽ admonente Clearcho, vt se post Macedones contineret, nec in periculũ pugnæ immitteret, respondisse ferunt. Quid ais Clearche? iubẽsne regnum appetentem regno me indignum ostendere? Cumq; imprudenter Cy- 15
rus & temerè in medias acies perrupisset, nec periculum præcaueret, nec saluti suę prospiceret, non tamen Clearchi minus delictũ, nec sapiẽtius consiliũ fuit, qui Græcos cõtra regẽ constituere noluerit, sed ne circunueniretur ab hostibus, dextrũ cornu ad flumen produxerit. Qui enim omissis cęteris omni ratione securitatẽ sequeretur, & in eo potissimùm laboraret ne quid incõmodi acciperet. satius fuit domi se cõtinere. Qui autẽ à mari ascendens decẽ stadiorum millia processisset, nec id vlla necessitate coactus, sed hoc consilio vt Cyrũ in regiã sedem collocaret, sic deinde loci atq; ordinis rationẽ habuerit, nõ quò ipse regem cuius stipendia mereretur seruaret, sed quò tutò & expeditè pugnaret. is mihi instantis periculi metu de summa rerũ consilia

Exercitus Artoxerxis aduersus Cyrũ.

16 abiecisse,& militarem disciplinã prodidisse videtur. Fuisse
enim nullũ ex omni exercitu regis, Græcorũ impetum ex-
ceptũrum: pulsis autẽ loco ac relictis illis fugiente aut in-
terfecto rege Cyrũ incolumẽ regno potiturũ, ipsius pugnæ
euentus declarat. Idcirco Clearchi magis ignauia, quàm
Cyri audacia accusanda est, quæ regnũ vnà & Cyrũ perdi-
derit. Si enim rex ipse contẽplatus foret, qua in parte cõsti-
tutis Græcis minimũ sibi ab hostibus noceretur, aliã nul-
lam quàm quę à se atq; à suis plurimùm distaret, inuenisset,
à qua nec ipse victus superatusq; sentiret, & Cyrus antè in-
teremptus sit quàm de Clearchi victoria nuntiũ accepisset.
Atqui Cyrus haud inscitia neq; imprudentia offendit, sed
quid sibi vsui esset, præuidit, Clearchumq; mediũ agminis
tenere iussit: at is cùm dixisset bene gerendæ rei se curam
17 susceperũ, euertit omnia. Nam Græci ex sententia sua &
voluntate barbaros fuderunt, & fugientes magnũ spatium
insequuti sunt. Sed Cyrus cùm generosum equũ, sed effræ-
nem atq; immitẽ, Pasacẽ nuncupatũ, vt Ctesias tradit, cal-
caribus incitasset, Cadusiorũ dux Artagerses & ipse vectus
equo ei obuiã venit, clamitans, O iniquissime omniũ mor-
,, talium atque insanissime, qui pulcherrimo & sanctissimo
,, inter Persas Cyri nomini hanc tantam notã atq; ignomi-
,, niam inuris, vt optimã viam ingressus Græcorũ copias ad
,, Persarũ bona & fortunas diripiendas coneris adducere, in
,, spem adductus te fratrẽ ac dominũ tuum occisurũ esse, cui
,, decies decẽ seruorũ millia sunt, qui te rebus omnibus præ-
,, stent. Sed statim periculũ facies: antè enim hoc loco caput
18 tibi auferetur, quàm regis facié aspicere possis. Hæc cùm
dixisset, iaculum in eum immisit: sed lorica restitit, atque
ictũ sustinuit, ne ad corpus vsinus descẽderet. Cyrus tamen
magnitudine ictus cõtremuit. Dum Artagerses equũ con-
uerteret, Cyrus telũ intorquens haud frustratus est ictu, sed
collum sub aside mucrone transfixit. Artagersem igitur
Cyri interitus. Cyri manu cõcidisse omnes penè cõsentiunt. De Cyri autẽ
morte, quoniã Xenophõ, vt qui affuisset, eã breuiter nimis
atq; exiliter explicat, nihil forasse impedit, quę à Dimone
& Ctesia scripta sunt oratione percurrere. Tradit igitur
Dinon, interfecto Artagerse, Cyrũ in eos, qui circũstabant
regẽ, impetu facto, eius equũ vulnerasse, atq; illũ humi de-
uolutũ esse. Ad quẽ accurrens Teribazus, apprehendensque

quami

quamcẽlerrimè in alium equũ imposuit, O rex, inquiens,
huius diei memineris, non enim est eiusmodi, vt memoria
tibi excidere debeat. Hìc rursus Cyrus perrumpens equo 19
Artagersem deiecit. Hunc tertiũ Cyri insultum rex iniquo
animo ferens, ad eos qui aderant, exclamat, satius sibi esse
non viuere. Tum incitato calcaribus equo Cyrũ adoritur,
qui inter volantia hostium tela incautè ac temerè ferebatur, in eumque ipse vnà & eius stipatores tela coniiciunt.
Concidit autem Cyrus, vt quidam ferunt transfixus à rege:
vt plurimi sentire videtur, ab homine qui ex Caria aderat,
cuiq; rex præmium rei bene gestę hunc honorẽ tradiderat,
vt in prœliis semper aureũ gallum in lancea præfixum ante
aciem ferret. Etenim Cares, ipsos Persas ob conos, quibus
galeas ornatas habent, gallos nuncupant. Quæ verò à Cte-
sia de Cyri morte mandata sunt literis, vt pluribus circun-
cisis atq; amputatis paucis exponam, huiusmodi sunt. Cy- 20
rus cùm interempto Artagerse in regem ipsum impetum
fecisset, rexque contra in eum, silentio se inuicem infensis
animis petiuere. Sed interuenit Ariæus Cyri amicus, præ-
occupatoq; tempore, in regem telum cõiecit, sed ictu fru-
stratus est. At rex contorta in Cyrũ lancea illum non attigit, Tissaphernem verò virum summo loco natũ Cyroque
fidissimum, percusit atque exanimauit. Tum Cyrus iacu-
lum adiiciens per thoracẽ, ad duorũ digitorũ altitudinem
in pectus regis defixit: quo vulnere ex equo deuoluto rege,
comites eius ac stipatores magno cum tumultu ac trepida-
tione se in fugam dedẽre. Ille ægrè se humo attollens cum
paucis, in quibus fuit Ctesias, proximum quendam tumu-
lum occupauit, & in eo consedit. Cyrũ verò aduentantibus
iam tenebris, ferox equus à suis longius inter hostes pro-
uexit, cũ ab illis ignoraretur, ac requireretur à suis, quippe 21
qui elatus victoria plenusq; animi atq; spiritus per medium
hostium agmen equum incitabat calcaribus, asperè ac ve-
hementer obuios verbis increpitans, Cedite ignaui, atque
abũstite. Idem cùm sæpius Persica voce proclamasset, alij
quidẽ concesserunt regẽ adorantes. Forte Cyri capite lapsa
tiara est: hic Persicus adolescens nomine Mithridates viri-
bus fretus à latere incurrẽs, eius tẽpus secundũ oculũ iaculo
transfixit, nescius quẽ vulnerasset: cumq; magna vis sangui-
nis manaret è vulnere, languẽte iam visu vna cum viribus

decidit. Equus errabundus se fuga proripuit. Equestrē verò pileum cruore mandentē Cyri, percussoris minister cōperit. Cyrū languentē è vulnere ac iam propè expirantē, eunuchi quidam qui casu aderant, in aliū equū reponere, atq; ex hoste seruare conati sunt. Sed cùm imbecillior foret, quàm vt equo insidere posset, annixi manibus ægro ac titu
22 bante corpore agebant. Cùm potitū se victoria opinaretur, ac fugientiū voces audiret, Cyrū regē implorantiū, ac sibi parci obsecrantiū. interim Caunij quidā abiecti homines, & victus difficultate vilissimorū ministeriorū gratia regis exercitū sequuti, Cyri militibus fortè permisti erant. Qui vbi vix rubra sagula conspicati sunt, quòd regiæ partis omnes albo vterentur, agnouerunt statim hostes esse. Ex illis igitur vnus ausus est imprudens à tergo Cyrū sauciare, quo ictu perfracta poplitis vena concidens ille, inter cadendum confossum vulnere tēpus in lapide quodā offendit, ac moritur. Cteſiæ igitur oratio ac sententia talis est, qua hominē vix occidens, veluti obtuso gladio interemit. Cùm
βασιλέως ὀφθαλμός. iam expirasset Cyrus Artasyras* regius oculus eò fortè equo profectus, vt flentes eunuchos aspexit, fidissimū eorū
23 rogauit, Quē assidēs, ò Parisca, defles? Et ille, Nónne tu extinctū Cyrū intueris? Admiratus igitur Artasyras, eunuchum iussit bono animo esse cadauerque asseruare, ipse ad Artoxerxē profectus rebus suis diffidentē, & vulnere sitiq; confectū, lætu nūtiat se mortuū Cyrū vidisse. Ille verò statim audito nūtio primus omniū iter arripuit, ac Artasyræ, vt se ad locū produceret, imperauit. Sed cùm metus ac rumor vehemens eò perlatus foret, Græcos hostē fusum persequi, victoresq; omnia obtinere, visum est eò cōplures exploratū mittere. Ita triginta lāpades præferentes eò missi sunt. Ipsi ob sitim iam deficienti, & ad moriendū vicino, Satibarzanes eunuchus circūcurrens potū quērebat: nō enim locus aquā habebat, & à castris longius aberāt. Tandem in vnū ex Cauniis illis inopibus incidit, in vtre sordido inquinatam aquā ac putridā ad octo cotylas ferentē: hunc vtrem
24 ille acceptum ad regem detulit, eique tradidit. Quem cùm aquam totam ebibisset: nunquid is potus molestissimus ei fuisset, percontatus est: tum testatus est deos immortales, se nunquā vinum potasse iucundius, neq; aquam, etiā quæ leuissima ac quampurissima esset, sibi suauiorē esse visam:

quare

quare inquit ei homini à quo accepisset, se nunquā debitas ac meritas gratias referre posse, sed deos precari, vt eum diuitem ac beatū efficerent. Dum ea fiebant, triginta missi clari ac læti eò se receperunt, insperatā regi felicitatē ac victoriam nuntiantes. Ac iam multitudine ad eū vndiq; confluentium & conspirantiū, parumper animo confirmatus, multis circùm collucentibus facibus è tumulo descendit. Vt verò ad cadauer constitit, & dextra corpori manus, & à ceruicibus caput abscissum est, caput ferri iussit, appre- 25
hendensq; manu comā, quæ permagna erat & densa, dubitantibus adhuc fugientibusq; ostendit: illi magna cū admiratione adorauerunt: sic ad eum breui septuaginta millia hominū coiierunt, ac se rursus in castra receperunt. Egit autem in prælium (vt Cteſias tradit) quater centena hominum millia. Dinon autē & Xenophon eos qui dimicarunt longè plures fuisse authores sunt: numerū verò interfectorum hostiū nouem millia capitum ad Artoxerxem esse relata, suorum autē viginti millia in eo certamine desiderata esse. In his dubitatio permaxima ambiguitasq; versatur: in eo autem apertum Cteſiæ mendaciū deprehenditur, quòd ait se ad Græcos vnà cū Phayllo Zacynthio, aliisq; nōnullis oratorem esse missum. Xenophon enim Cteſiam apud regem versari sciebat, ipsius enim meminit, & hos liberos in
26 eius manus peruenisse, satis constat. Nunquam enim qui legatus venisset, ac tantorum sermonum interpres fuisset, absq; nomine incognitū dimisisset, Phayllum autē Zacynthium nominasset: mirificè videlicet Cteſias honoris cupidus, nec minus Laconicarū partium Clearchiq; studiosus, qui in ipsa historia scribenda quosdam semper locos sibiipsi proprios vēdicat, quos ingressus, Clearchi ac Lacedæmonis mentionē facit. Confecto iam prælio, Artagersis illius, qui à Cyro ictus conciderat, filiū pulcherrimis maximisq; muneribus donauit. Cteſiam quoq; ac reliquos honoribus amplissimis honestauit, Cauniumq; qui vtrem ei aquæ attulerat, cùm inuenisset, ex obscuro atq; inopi clarum atq; opulentū effecit. Fuit præterea cura in eo quēdam in vindicandis fontibus: Arbacem enim quendam Medum hominē, qui in prælio ad Cyrū defecerat, ac rursus eo mor- 27
tuo rebellarat, cùm eum ignauiæ ac mollitiei, non proditionis, neq; simultatis reum statuens condemnasset, iussit

nudum scortum impositum ceruicibus die totum in foro circunferre. Alterius verò, quòd ad defectionē duos quoq; ex hostibus se additurū pollicitus, in mēdacio deprehensus esset, linguam tribus clauis configi iussit. Sed cùm cuperet hanc famam & sermonem apud omnes gentes & nationes vulgari, à se Cyrū interfectū esse, Mithridati qui primum Cyro vulnus inflixerat, munera misit: ferentibus etiā hæc nuntiari ei iussit, Iis te rex muneribus afficit, quòd cùm equestrem Cyri pileum inuenisses, ad eum detuleris. Care verò, à quo succisa poplitis vena Cyrus conciderat, & ipsa donum postulāte, ad id negotiū missis huiusmodi ad illum
28 mādata dedit: Hæc tibi dono mittit rex, quòd primus post Artasyrā ad eum de Cyri interitu nuntiasses. Mithridates igitur indictum sibi silentiū ægrè ferens, discessit. At miserum Carem similis quidam animi morbus ex insania & temeritate inuasit. Corruptus præsentibus, vt videtur bonis, & superbia quadam, & contumacia in superiores se efferens, haud dignū ducere se munera sibi missa nuntij mercedem habere, sed excruciari animi atq; indignè ferre: ad hæc vociferari, alterum neminem præter se Cyri necis authorē fuisse, & se iniustè ea gloria spoliari. His regi nuntiatis, vehementer ira incensus, caput homini à ceruicibus abscindi iussit. His cùm interesset mater, Ne tu, inquit, rex, ita hunc Carem capitalem hominē breui pœna neces, à me enim sibi eorū, quæ dicere audet, merces persoluenda est.
29 Permittente autē rege matri supplicij sumēdi potestatem, Paryſatis à torroribus suis hominem comprehendi iussit, decemq; dies in tortura haberi, tum oculos effodi, & in aures liquefactū æs infundi, sic omni supplicio excruciatum necari. Nec verò Mithridates similē exitum effugere potuit, pauloq; pòst ob eandem stultitiam morte pœnas luit. Vocatus enim ad cœnam cùm regis ac matris eunuchi adesset, accessit veste auroq; insignis, quibus donatus à rege fuerat: cumq; ad pocula proiectū conuiuiū foret, ex Paryſatidis eunuchis is qui authoritate opibusq; reliquos anteibat, ita ad Mithridatē loquutus est: Perpulchra quidē hæc tibi vestē rex donodedit Mithridates, perpulchras armillas, perpulchros etiam torques, permagni quoq; pretij gladiū, perq; beatū ac circunspectū te iis omnibus reddidit. Iam ve
30 rò incalescens vino plus æquo Mithridates, Quorsum hęc, inquit

Paryſatis matris Artoxerxis crudelitas.

inquit, O Sparamixa, spectat oratio? Maioribus enim ne ipsum ac pulchrioribus eo die dignū exhibui. Et Sparamixas subridens. Haud equidē Mithridates, tibi, inquit, inuideo: rectè quidē se habet istud quod crebrò vsurpatur à Græcis, Vinū veritatem esse: sed amabo te, quid præclarum aut magnū fuit pileū equo delapsum inuenire, & ad regem deferre? Hæc haud facinoris ignarus interrogabat: sed volens id à præsentibus quoq; cognosci, tentare eo pacto cōpit hominis leuitatem, quē loquacē atq; immoderatū potus reddiderat. Haud diutius se continuit. At vos, inquiens, de pileo deq; eiusmodi nugis vt lubet, confingite, ego verò apertè profiteor, hac manu Cyrū cōcidisse. Nō enim vt Artagerses, vanū, neq; irritū telum adieci, sed ab oculo, haud longius meus aberrauit ictus, & transfixo tēpore hominē straui, eoq; vulnere tandem interiit. Hīc alij inde vsq; pro- 31
spicientes infelicē Mithridatis exitū & cladem, facies demiserunt. Sed qui eos conuiuio exceperat, Age, inquit, Mithridates, ad præsens indulgeamus vino atque epulis, ac regis deū fortunamq; venerātes, sermones huiusmodi maioribus de rebus, quàm inter nos versari conueniat, missos faciamus. Dimisso conuiuio, quæ dicta in conuiuio fuerant Paryſatidi eunuchus detulit, at illa cū rege cōmunicauit. Quod regis animum vehementer offendit, quippe qui se reprehensum refutatumq; prospiceret, & quæ pars victoriæ maximo sibi decori ac voluptati fuerat, effluxisse. Etenim volebat barbaros omnes ac Græcos sibi persuasum habere in ipso insultu, quo cum fratre conseruit manus, accepto illatoque vulnere, interempto Cyro se saucium abiisse. Igitur Mithridatem scaphis necari iussit. Genus autem 32
mortis ac supplicij huiusmodi est. Duabus exædificatis scaphis inter se congruentibus, in altera hominem, qui ad supplicium datur, resupinant, alteram desuper imponentes sic ambas coniungunt, vt caput, manus ac pedes foris excludantur, reliquum verò corpus totum intus claudatur. Præbent homini cibum, stimulisq; oculos fodientes vesci vel inuitum cogunt: vescenti autem pro potu lac melli admistum in os infundunt, faciémque eodem conspergunt, sic eius oculos versantes scapham semper aduerso soli opponunt, & muscarum insidentiū multitudine ora quotidie obteguntur. Cumque intus ea faciat, quæ edētes bibētesq;

Scapharū supplicium quo homines afficiūtur apud Barbaros crudelissimum.

homines facere necessitas cogit, ex corruptione & putri-
dine vari pullulant vermes, quibus intra vestes penetran-
tibus corpus abroditur. Cùm enim perfuncto vita homine
superior amouetur scapha, exesa caro aspicitur, & circa ni-
scera talium ferarum pascentiũ, aliarumq; quotidie succe-
scentium multitudo apparet. Huiusmodi suppliciis Mi-
33 thridates excruciatus, ad decimum septimum vsque diẽ ca-
lamitosam vitam produxit, atq; demum extinctus est. Reli-
quus Parysatidi erat, quasi signum Mesabates regis eunu-
chus, qui Cyro caput ac manum præciderat, ad quẽ oppri-
mendũ animũ mentemq; intenderet. Qui cùm ipse per se
nullã præberet occasionẽ, huiusmodi illi insidias machina-
ta est. Erat quidẽ cùm aliis in rebus acris ac versuti inge-
nij mulier, tum alearũ ludũ percallebat, ob idq; ante bellũ
sæpe alea ludere cũ rege solita est: post bellũ autem nihil de
pristina cõsuetudine cũ rege & affabilitate remisit: sed vnà
in conuiuiis, in ludis iocisq; versata est, seq; illi amorũ par-
ticipem atq; administrã exhibuit, vt eius animum penitus
34 à Statira abduceret, nec vllum ferè vacuum illius congres-
sui tempus relinqueret, quòd eam præcipuo quod ã exarde-
bat odio, ac ea sublata è medio, suo arbitrio ac nutu geri
omnia cupiebat. Itaq; nacta tẽpus idoneũ, cùm rex à nego-
tiis vacuus pararet se ad ludũ remissionẽq; conferre, alea
prouocauit, mille Daricis in ludũ victori expositis. Ludẽti
victoriã negligendo permisit, aurumq; persoluit. Tum ex-
cruciari se animi, & concertandi cupidã simulans, rursus re-
petita alea eunuchũ proponi iussit. Quod haud recusauit
rex: sic inter se conueniunt, vt quinq; vtriq; deductis fidissi-
mis, ex reliquis victor quem vellet, eligeret atq; acciperet.
His cõditionibus initis instituitur ludus: in quo cùm illa
omnem suã curã industriamq; posuisset, cadentibus è sen-
35 tentia talis, potita victoria Mesabatẽ accepit (non enim is
in selectis à rege fuerat) atq; priusquam rex in aliquam su-
spicionem incideret, tortoribus ad suppliciũ tradens, viuũ
pelle enudari, ac tribus palis affixũ corpus diuaricari iussit
& in alio palo seorsum pellẽ suspendi. His peractis, ferẽtẽ
grauiter regem, & in eam ira percitũ, salibus etiã & cauil-
lis cum risu prouocare aggressa est. Et, Quàm suauis ac bea-
tus, inquit, habendus es, quem fœdi senis & eunuchi mors
tanto dolore mœstitiaq; afficiat: ego cùm mille Dari-
cos

cos perdidissem, eam iacturam silentio tuli. Rex igitur
pœnitentia ductus eorum, quæ dolis circunuentus dimise-
rat, destitit, nec vlterã matris iniurias persequutus est. At
Statira apertè cum ea inimicitias gerebat, indignum
esse statuens, quòd propter Cyrum interfectum homines
eunuchi ac regi fidi adeò crudeliter ac nefariè necarentur.
Postea verò quàm Clearchum ac reliquos duces per fidem
ac iusiurandum deceptos, Tissaphernes comprehensos
vinctósque ad regem misit, tradit Ctesias Clearchum à se 36
precibus orasse, ne pateretur eum fame necari, sed vt-
cunque morituro necessaria sibi ad victum mittenda cu-
raret. Quo impetrato lætatum officio esse, annulumque
sibi amicitiæ signum dedisse ad suos propinquos necessa-
riósque futurum: fuisse autem incisas in annulo Cariati-
des saltantes. Missa quoque Clearcho cibaria, qui vnà in
vinculis asseruabantur, auferre solitos, & eorum parte exi-
gua Clearcho tradita, reliqua ipsos consumere. Cui incom-
modo à se esse prouisum, cùm egisset, vt plura Clearcho ci-
baria mitterentur, atq; alia separatim militibus darentur.
Eaq; omnia à se de Paryſatidis mente ac sententia admini-
strata esse. Cùm sæpius Colenus ad Clearchum intrò feren
di sibi gratia mitteretur, hortatum ab eo esse atq; edoctũ,
vt paruum pugionem intra carnes abditum ad se intrò fer-
ret, nec pateretur, vt eius vitæ exitus foret, quem sibi regis 37
crudelitas allatura erat, idq; illum metu deterritum facere
recusasse: deinde regẽ postulanti matri atq; obsecranti, vt
Clearcho ignosceret, concessisse, idq; iureiurando firmasse
ac rursus à Statira sententia dimotum, excepto Menone, o-
mnes neci destinasse. Ex eo tempore Paryſatim ad pernicié
& cladem Statiræ spectare cœpisse, atq; illi venenũ cõparas-
se. Sed hæc parum probabiliter ab eo dici, nec ratione vlla
idonea niti videntur, tantùm facinus, tam audax, tamque
periculosum ab illa esse susceptũ, vt legitimã regis vxorẽ,
lecti sociam, communium natorum, & qui ad spem re-
gni educarentur matrem, ob Clearchi necem veneno op-
primere conaretur, ac perficeret. Verùm haud obscu- 38
rum est has ab eo tragœdias excitatas esse, vt Clearchi
nomen immortalitati ac memoriæ commendaret. Etenim
scribit, peremptis ducibus cæteros canibus auibusq; lania-
tos esse, Clearchi autem cadaueri vim venti pulueremfe-

rentem aggerem congessisse, atque eius corpus obtexisse, ibiq; exortis quibusdam palmis perbreui lucum in miram altitudinem excreuisse, locumq; opacasse, ex quo magnam pœnitentiã regem cepisse, quòd Clearchum virũ diis immortalibus amicum vita priuasset. Parysatis igitur veteri Statiræ odio, ac nouis suspicionibus agitata, cùm videret regem potentiam suam verecundè obseruare, atq; in honore habere, illius verò amoris præsidio firmiorẽ ac sanctiorem apud eum fidem habere, insidiis illam delere cõstituit, maximis de rebus in periculũ veniens. Insidiarũ huiusmodi
39 apparatus fuit. Famulã habuit Gygen nomine, quę apud eam plurimùm valebat: hanc administram veneficij Parysati fuisse Dinon tradit, Ctesias tantummodo conscią extitisse. At qui venenum dedit, hic quidem Belitaram, Dinon autem Melantam nuncupat. Itaq; sedata parũper pristina suspicione ac dissensione, cùm in vnum venire atq; cœnare cœperunt, non sine metu tamen ac custodia iisdem cibis atque ab iisdem vtebantur. Nascitur in Persis quædã parua auis, cui vacuum nihil superat, sed tota intus fumine atque adipe plena. Vento atque rore nutriri quidam putant:
Rhyntaces auis Persica nomẽ est ei Rhyntaces. Hãc Ctesias prodidit cultello altero latere veneno illito Parysatim diuisisse, dimidiã partẽ veneno infecisse, & quæ veneno intacta atq; incorrupta erat,
40 ipsã in os cõiectã exedisse, Statiræ autẽ venenatã partẽ porexisse. Sed Dinõ ab hoc parũper dissentiẽs, ait non Parysatim, verũ Melantẽ partitũ cultello, Statiræ infectam carnẽ apposuisse. Cùm moreretur magnis cũ doloribus, mulier ipsa dolum agnouit, matremq; regi in suspicionẽ adduxit, quippe qui eius immanẽ importunámq; naturam perspectã haberet. Proinde de scelere perpetrato inuestigare diligentius cœpit, seruos omnes matris ac mensæ ministros in quæstionibus habuit: Gygẽ verò clausam domi apud se illa tenuit, nec regi exposcenti tradidit. Quæ tamen paulò pòst cùm rogasset se domũ dimitti nocte, abrepta & capitis à re
Venefici qua pœna afficiãtur apud Persas. ge dãnata est. Venefici autẽ in Persis pœna huiusmodi legibus vindicantur: Ampla est petra in qua capita eorũ impo sita, alia petra feriunt quoad faciem ac caput infregerint. Hoc igitur mortis genere Gyge interiit. In Parysatidem autem aliud nihil molitus est rex, sed ne verbũ quidẽ paulò
41 grauius dixit, Babylonem verò volentem dimisit, addens quoad

quoad illi vita superesset, Babylonẽ se nunquã esse visurũ. Quæ igitur ad rationem domesticam spectant, huiusmodi extiterunt. Quos autẽ Græcos, qui Cyrũ in Asiam sequuti erãt, capere atq; opprimere niteretur, haud minore studio, quã quo in Cyro superãdo, ac regno obtinẽdo vsus fuerat, nihil effecit: nam amisso Cyro, ducibus suis orbati ex ipsis propemodum penetralibus regis incolumes euaserunt, & ostenderunt, declararuntq;, rem Persarũ ac regis multo auro, deliciis mulieribusq; consistere, reliqua nihil præter superbiã iactantiamq; esse. Ex quo Græcię vniuersæ animo audaciaq; addita, barbari contemptui fuere. Lacedæmonij quoque perindignũ duxerunt, non Asiam incolentes Græcos è seruitute eripere, eorumq; contumelias prosequi.
Superioribus enim temporibus Thimbrone, pòst Dercyl- 42
lida duce bellum gesserant. Nulla præclara re gesta, Agesilao id bellum administrandum mandarunt: ille in Asiam traiecto exercitu statim ad rem gerendam incubuit, magnamq; exinde gloriam adeptus est: Tissaphernem collata acie fudit, ciuitates ad defectionem coegit. Tantis gestis rebus didicit Artoxerxes alia ratione bellum cum illis sibi esse gerendum. Quare Hermocratem Rhodium cum magna vi auri in Græciam misit, iussitq; corruptis principib. ciuitatũ, quiq; in iis plurimùm pollebant opibus, græcũ bellum in Lacedæmonem totũ cõuertere. Quæ vbi sic ab Hermocrate administrata sunt, cõspirantibus maximis ciuitatibus, magnisq; in Peloponneso excitatis motibus, Spartam Agesilaũ ex Asia magistratus reuocarunt. Quo 43
tẽpore abeuntem ad amicos dixisse ferunt, triginta millib. sagittariorũ se à rege ex Asia pelli. Persicus enim numus sagittariũ incisum habet. Conone etiam Athenensi ac Pharnabazo ducibus, mari Lacedæmonios expulit. Conõ enim sub id tempus postquã in Capræ flumine nauali prælio decertatum est, in Cypro morã trahebat, haud securitate contentus, sed rerum mutationem, veluti in pelago fluctũ opperiens. Perspiciens autem sua cõsilia potentia, regiã verò potentiam prudente duce indigere, de his quæ excogitasset regem per epistolam certiorem effecit, mandauitq; iis, qui ferrent, per Zenonem Cretensem, vel per Polycritũ Mendæi filium, regi eam redderẽt (horum Zenon saltator, medicus Polycritus fuit) ac ni illi adessent, per Ctesiã medicũ.

Tradi

44 Traditur Cteſiam accepta epiſtola, iis quæ à Canone ſcripta erant addidiſſe, vt Cteſiam ad ſe mitteret, cuius opera ad adminiſtrandas res maritimas vteretur. Cteſias ait regẽ ipſum ſua ſponte id ſibi munus demãdaſſe. Parta nauali prælio apud Cnidum per Pharnabazũ victoria, qua maritimũ Lacedæmoniis imperium abſtulit, ad ſe Græciam vniuerſam ſimul conuertit, Græcósque ad famoſam illam pacem compulit, quæ regnante Antalcida conſtituta eſt. Hic Spartiata Leonidæ filius fuit, ſtudio regis author fuit, vt Lacedæmonij omnibus quæque Aſiæ adiunctæ ſunt inſulis regi cederent, eáſque rex vectigales haberet, firmata cum Græcis pace. ſi Græciæ dedecus, contumelia ac proditio, pax nũcupanda eſt: qua nullum bellũ miſeriorem & ignominioſiorẽ exitũ victis attulit. Quapropter Artoxerxes cũ reliquiſibi Spartiatæ abominationi ac faſtidio eſſent, ratus eos omnium impudentiſſimos eſſe (vt Dinon refert) Antalcidã in Perſas profectum omni comitate ac benignitate cõplexus eſt, ac ſemel accepta vna ex floreis coronis & vnguento pretioſiſſimo perſperſa, Antalcidę eã in cœna miſit. Ea munificentia omnibus admirationi fuit. Erat autem, vt videtur, idoneus, qui in Perſis per ſaltationem ac laſciuiam Leonidæ & Callicratidæ inſultans, in deliciis volutaretur. & eiuſmodi coronam acciperet. Itaque Ageſilaus ſiue quis alter, dicente quodam, Væ tibi Græcia, vbi iam Lacones nobis medizant: Quinimò, inquit, Medi laconizant. Magnificentia tamen & ſplendore orationis, dedecus rei & ignominiam delere non potuit. Nam accepta in Leuctris calamitate, imperium Græciæ amiſerũt, atque eo fœdere Spartę gloria & maieſtas omnis interiit. Quoad igitur Spartæ imperiũ ſtetit hoſpitis atque amici loco illum habuit, obſeruauitque: poſt Leuctricam verò calamitatem, cùm imminuta authoritate ad reliqua incommoda, pecuniarię etiam rei difficultas acceſſiſſet, in Aegyptum Ageſilaum miſerunt. Antalcidas ad Artoxerxem profectus hortatuſq; eſt, vt Lacedæmoniis laborantibus ſubueniret. Ille ita hominem contempſit, deſpexit, ac contumelioſè reiecit, vt reuerſus illuſus ab hoſtibus ludibrioque habitus, atque Ephoros metuens, ſe vita abdicaret. Aſcendit etiam ad regem Iſmenias Thebanus, & Pelopidas, quo duce parta in Leuctris victoria fuerat. Hic nihil à dignitate ſua alienum fe-

cit: at Iſmenias iuſſus regem adorare, annulum ante pedes humi deiecit, ita acclinans ſuſtulit, adorantiſque ſpeciem præbuit. Timagoræ autem Athenienſi, cùm ad eum paruulam epiſtolam per Beluridem arcanam miſiſſet, lætatus decem ei daricorum millia elargitus eſt: bouino lacte in valetudinem indigenti, octoginta boues mulgendas dedit, lectulos etiam & periſtromata ſtratoréſque miſit, quaſi non Græci lectos ſternere didiciſſent, quòd ex morbo langueret, qui lectica eum ad mare vſque molliter veherent. Præſenti eidem admodum cœnam magnificentiſſimè apparauit, vt Oſtanes regis frater, Hanc, diceret, o Timagora, mẽſam memoria teneto: non enim parua ſpe tam ſplendidè exornata eſt: hoc autem erat proditionis potius exprobratio, quàm commemoratio beneficij ad gratiam referendam. Timagoras igitur ob regiam largitionem ab Athenienſibus rei capitalis damnatus eſt. Artoxerxes Græcos multis malis, calamitatibuſque affectos vnius tantùm facti lætitia parumper leuauit, Tiſſapherne acerrimo atq; infenſiſſimo illis hoſte ſublato, interfecit autem eum calumniis ipſius, opera & conſilio matris adiutus. Non enim rex diutius irãſaluit, ſed eam reconciliata gratia Babylone accerſiuit, & quòd elato animo ac regina digno eſſe aſpiceret, cauſæ autem nihil ſubeſſe, quæ ſuſpicione vel offenſione aliqua eorum animos diſiungere poſſet. Ex eo iam tempore mater in omnibus obſequendo obſecundando, cunctáque ad nutum gerendo, nunquam eius cupiditatibus refragando, hoc obſequio cùm tantùm apud illum authoritatis conſequuta eſſet, vt quæcunque vellet, facilè impetraſſet: perſentiſit regem ex filiabus alteram Atoſſen perditiſsimè adamare, cumque ea rem ſe clam habere, & ne erumperet, vt quidam tradunt, animi morbum cohibere, ac diſſimulare: conſtituto cum virgine ſemel congreſſu, id Paryſatis ſuſpicata, puellam magis, quàm antea conſueuerat, amplexa eſt, Artoxerxi & formam eius ac mores laudare, vt regi tũ ſpectabilis ac decora eſſet. Poſtremò eo ſuadendo adduxit, vt eam in matrimonium duceret, & legitimę numero vxoris haberet, contemptis Græcorum exiſtimatione ac legibus, Perſis legem ipſam bonorum & malorum normam à deo conſtitutam præſcriberet. Sunt qui dicant, in quibus eſt Cymæus Heraclides, non vnam modò filiam, ſed ſecundam

46 *Artoxerxis inceſtus*

dã etiã Ameſtrim Artoxerxem vxoré cepiſſe, de qua paulo poſterius dicemus. Atoſſæ amore poſt nuptias ita vehemen ter incenſus fuit, vt cùm morbo quodam, quod Alphon vocant, teneretur, nihil tamen ob eam cauſam faſtidierit. Iu noni etiam pro illius ſalute vouit, ſe vnam ex omnibus diis illam attacta humo manibus adoraturum. Iuſsis deinde Satrapis ab eo, & amicis dona mittere, tanta copia miſſa ſunt, vt quod erat ſpatij inter regiam & phanum, ad ſexdecim ſtadia, auro, argento, purpura, atque equis complere tur. Petiti ab eo deinde bello Aegyptij Pharnabazo & Iphi trate ducibus quibus inter ſe diſsidentibus ſpe potiẽdi exci dit. Ipſe præterea aduerſus Caduſios triginta millibus pedi tum, ac mille equitum educto exercitu in eorum agrum impetum fecit. Erat autem regio ſitu ipſo aſpera & difficilis, frugum infœcunda, piris & mâlis aliiſque eiuſmodi pomis feliciſsima, genus hominum nutricis ferox & bellicoſum. Quo bello rex in maximas difficultates ac pericula im prudens incidit. Nihil enim erat vnde aleret exercitum, nec aliunde importari poterat: iumentis ſolùm cæſis viuebant, tantáque erat inopia & caritas rei victuariæ, vt aſini caput vix ſexaginta drachmis venale inueniretur. Iámq; cibus in regiam cœnam defecerat, & pauci ſupererãt equi, reliquis veſcendo abſumptis: hîc Teribazus qui inter Perſas fortitudine ſæpe primum locũ obtinuerat, ſæpe ob leuitatem offenderat, & per id tẽporis ſordidus ac deſpectus, re gẽ exercitúmq; ſeruauit. Duo erãt Caduſiis: his diuerſis locis caſtra habẽtibus, Teribazus regẽ adiit, & quæ facere ſtatuiſſet ei cõmunicatis, ipſe ad alterũ corũ profectus eſt, ad alterũ clandeſtino itinere filiũ miſit. Vter q; vtr ũq; dolo circunuenit; inquiẽs alterũ regẽ ad Artoxerxem caduceatores mittere pro ſocietate priuatim & amicitia cõiungẽda: proinde ſi ſaperet ſibi præoccupandũ eſſe tẽpus, ſeque ad omnia adiutorẽ ei fore pollicitus eſt. Ita perſuaſis regibus, rati ambo ſibi ab altero inuideri, hic cũ Teribazo, illic cũ Teribazi filio legatos de pace milit. Diutius igitur tẽpore trito, Teribazus in ſuſpitionẽ apud Artoxerxe & calumniã incidit, & regẽ ipſum pœnituit ſuã exercitúsq; ſui ſaluté illius fidei credidiſſe, & inuidis & obtrectatoribus reprehẽdendi ſui cõſilij occaſionẽ & facultaté præbuit. Reuerſus Teribazus ac eius filius, perculſo fœdere paceq; cũ vtroq; rege firmata,

mata, auctus honoribus atque opibus, motis caſtris cum rege diſceſsit. Quo in loco apparuit omnem ignauiam molitiémque non ex deliciis ac luxu (vt multitudo opinatur) naſci, ſed ex vitio & malignitate naturæ, quæ malis opinoni bus inquinetur. Non enim aurũ, nõ purpura, nõ duodecim milliũ talentorũ cultus, quo aſsiduè regis corpus ornabatur, illũ (quã pleriſque cõtigit) à labore deterruit: ſed accinctus pharetra, & ſcutũ geſtãs, ipſe prius relicto equo locamõ tuoſa atq; ardua pedes peruaſit, vt cæteri illius vim ac prõptitudinẽ ſpectantes, quaſi alis acceptis leuiores expeditióréſq; redderẽtur. Ducentorũ enim ſtadiorum, aut eo am plius diebus ſingulis iter confecit. Poſtea verò quàm ad reliqua regia prædia ventũ eſt, quæ hortos mirifico quodam ornatu, & magnificentia inſtructos habebant, cùm omnis circùm regio nuda eſſet & infœcunda arboribus, permiſit milites arboribus cæſis ex hortis ligna ſumere, nec piceæ, nec cupreſſui parcere. Hortẽtibus illis, & ob arborũ ſpeciẽ ac magnitudinem temperantibus, ipſe arrepta ſecuri, quæ inter cæteras pulchritudine maximè eminebat arborẽ cæcidit. Quo facto milites ligna congerẽdo multos ignes excitarũt, ibiq; molliter pernoctarũt: ex illius tamẽ exercitu fortes viri cõplures deſiderati ſunt, equi oẽs amiſsi. Requietus igitur Artoxerxes, ratus ſe obtrẽ malè atq; infeliciter geſtã ſuis eõtẽptui eſſe, principes ſũ ſpectos habuit, multóſq; ob ita nẽ cauit, cũ plures metueret. Metus enim in tyrãnidibus peſtifera maximè ac pernicioſa res eſt: fiducia verò mitis ac pacata, nullius particeps ſuſpicionis. Nam ex feris quoq; quæ difficilè tractãtur, ac manu aſſuefiũt, pauidæ ſũt, & ſtrepitu ipſo terrẽtur: generoſę verò ob fiduciã magis ſe credũt, nec blãditias fugiũt. Artoxerxes iã ad ſenectutẽ pro uectus, ſenſit filios inter amicos ac factioſos de regno in certamẽ diſceptationẽmq; veniſſe: ſedati & quieti ceu ſebãt, vt ipſe acceperat, ſic Dario natu grãdiori regnũ relinqui opor tere. Aſt Ochus minimus omniũ, acris & violẽtis ingenij iuuenis, ex iis, qui regiã frequẽtabãt, multos fautores atq; ſtudioſos habuit, ſpe iniecta patris per Atoſſam opprimẽdi. Illa enim ſibi blãditiis promiſiſq; deuinxiſſe videbatur, ſe videlicet illã rege, perẽpto cõnubij ac regni ſociã habituru. Erat autẽ fama etiam eo viuo, Atoſſam clã pellicẽ habuiſſe: ſed id Artoxerxem latuit. Statuens verò Ochi regnandi

spem adimere,ne si eadem quæ antè Cyrus,auderet, excitatis bellis ac certaminibus regnum euerteret. Regem Dariũ pesignauit, qui tum vigesimumquintum agebat annum, ac ei cidarim quam vocant, rectam ferre dedit,Sanctum autem lege.cùm esset in Persis,vt qui constitutus rex esset,donum peteret:qui eum constituisset, totum quod petitum erat traderet:Darius Aspasiam olim à Cyro vnicè dilectam, & tunc regis pellicem petiit. Erat autem ex Ionia Phocia genere, & honestis parentibus orta, ingenuéque educata. Hæc autem cùm Cyro cœnante ad eum intromissa esset cum aliis mulieribus,assidentésque illæ Cyri iocos & cauillum læto ore exciperent, ac se etiam tangi sinerent, silentio ingressa ad lectum constitit. nec vocanti Cyro paruit: volentibus autem cubicularijs adducere,Flebit, inquit, qui horum mihi manus admouerit. Visa est igitur immitis præsentibus & aggrestis.Cyrus lætatus, & cum risu conuersus ad eum qui mulieres adduxerat. Num intelligis te, inquit, hanc vnam ingenuam atque incorruptam adduxisse? Post hac ad eam conuersus animo,vnam omnium maximè adamauit,& sapientem nuncupauit.Extincto autem Cyro,castrisque direptis,captiua abducta est.Hanc Darius cùm petisset,permolesta patri eius petitio fuit. Vehementer enim suspicionosum de mulierum pudicitia barbaricum est genus atque intemperans, vt non modò qui adierit, pellicémque regis attigerit, sed etiam qui ex itinere appropinquauerit, currúsque quibus vehuntur, impulerit capite puniatur. At qui Atossæ amore continebatur rex, quam contra legem vxorem sibi adiũxerat: verùm trecentæ & sexaginta eximia forma pellices vnà alebantur: attamen peritus illam liberam esse dixit: proinde volentem capi iussit, inuitam verò & recusantẽ cogi prohibuit. Accersita eò Aspasia, cùm præter opinionem regis Darium elegisset,tradit quidem lege coactus,sed paulò pòst traditam abstulit. Dianæ enim in Ecbatanis, quam Anetim vocant,sacerdotem legit, vt castam reliquam vitam degeret:ratus has non duras, sed mediocres ac ioco admistas à filio se pœnas sumpturum. At ille nõ modicè tulit,siue Aspasiæ amore correptus,siue quod se à patre & probro & contumelia affectum duceret. Quem ita animatum Tertibazus accipiens,magis etiam exasperauit atque incendit,in illius iniuria recognoscẽs suam. Fuit autem

Darius rex designatur ab artoxerxe.

Mos Persarum, quo vtebantur in creandis regibus.

56

Barbarorũ iniges suspitio de mulierum suarũ pudicitia.

57

autem iniuria illius huiusmodi. Cùm plures rex natas haberet,Pharnabazo Apaniã despõdit,Rhodogunen Orœtæ, Teribazo Amistrim: atq; alijs quidẽ viro traditis,Teribazum spe inani duxit, Amistriq́ue in matrimonio accepta, pro illa Atossam minimã natu omniũ Teribazo desponsauit.Quam cùm ob amorẽ duxisset (vt dicitur) post id tẽporis infenso omnino atq; inimico in regem animo mansit. Erat enim leni mobiliq; ingenio, atq; in consilijs præceps & rapidus. Quare interdũ secundis rebus clarus, interdum offensione aliqua abiectus & perditus,neutra mutationem æquanimiter tulit. Sed honoribus auctus, ob animi mollitiem insolescere, grauisq; omnibus esse,læsus non demitti animo,nec quietus esse, sed asperè superbeq; afferri. Igni igitur ignẽ adiecit Teribazus a adolescenti imminens assidue, ac verbis increpitans, nil prodesse cidarim in capite erectam habere, qui eam operibus ac rebus gestis erigere non conetur. Ipsum amentẽ & stultum esse,si fratre regno inhiante,patre stupidum atq; instabilem animum gerente, exploratam sibi in regnum successionẽ esse arbitretur: qui enim græculæ mulieris causa legẽ in Persis antea sanctam inuiolatamq; spreuisset, eũ nunquã in maximis quod conuenerit,ratũ habiturum. Nec idem Ocho propositũ esse si regno non potiatur, ac sibi, si traditum de manu amiserit. Ochum enim priuatũ beatè viuere neminẽ prohibitũ ire, sibi verò regi constituto aut regnandũ, aut moriendũ esse. Postremò valuit Sophocleum illud: Subita persuasio ad scelus præuia est: Facilis est autem via ac prona, qua quò volumus ducimur: Mala autẽ plurimi volunt,ob inexperientiã bonorum atq; insciti ã. Attamẽ imperij magnitudo & Ochi metus,qui Darij animũ solicitũ habebat,Teribazo facultatẽ ac materiem præbuit:amor autẽ Aspasiæ atq; ereptio nonnihil omnino ad culpã causæ attulit.Igitur totum se Teribazi consilijs regendum cõmisit,ac iam multis conspirantibus, eunuchus coniurationẽ ordine explorata habens,regi indicauit,vt noctu cubiculum irrupturi regemq; incautum oppressuri essent. Quo indicio, Artoxerxi tantùm negligere periculũ, instructasq; insidias nõ cauere indignum est visum: absq; vllis verò certioribus argumentis rem pro certa habere multò indignius. Huiusmodi igitur consilium capit: Eunuchũ sectari illos iubet, & vbiq; illis adesse:

58

59

60

Cõiuratio in Artoxerxem aperitur.

adesse: ipse cubiculi pariete, qui post lectum erat effracto, portaq; effecta, aulæo texit. Instante hora adoriendæ rei, & eunucho occasionem adesse nuntiante, in lecto constitit, nec prius inde se mouit, quàm in se inuadentiũ ora conspexit, & manifestò eorũ quenq; agnouit. Vt verò illos distringere gladios aspexit, & ad se citato gradu incedere, submoto aulæo in conclauim se interiorẽ proripuit, ostioq; obiecto clamorem extulit. Visi igitur ab eo paricidę, re infecta se per portas cursu eiecerunt. Teribazum vt fuga saluti suę consuleret admonuerunt, quippe qui iam manifestæ culpæ reus teneretur. Cæteri igitur sciũcti aliò effugerũt: at Teribazus dum niterentur eum cõprehendere, permultos ex regis stipatoribus interemit. Ad postremum eminus iaculo ictus concidit. De Dario autẽ vnà cum liberis ex fuga abstracto iudiciũ fieri voluit, conuocatisq; regiis iudicibus, quòd ipse iudicio interesse nollet, sed per alios accusaret, iussit seruos conscriptã vniuscuiusq; sententiam ad se perferre. Latis autem omnibus in Darij caput sententiis, serui comprehendentes in propinquum carcerem coniecerunt. Vocatus deinde lictor cum nouacula aderat, qua damnatorum capita præcidunt. Ingressus autem, Darij conspectu exterritus ad portas refugit, spectansq; hærebat, quasi animus eum ad necem regis atq; vires defecturæ essent. Foris verò instãtibus iudicibus imperio ac minis reuersus alterã manu comam implicitam tenens, strato humi regi nouacula collum perrupit. Nec desunt, qui dicant præsente rege iudiciũ esse factum, Dariumq; ipsum apertè argumentis conuictũ in faciem procidisse precibus obsecrationibusq; supplicem, vt sibi ignosceretur. At illum ira percitum insurrexisse, nudatoq; gladio Darium repetitis sæpius vulneribus occidisse: deinde cùm in aulam se recepisset, solem adorato hæc esse loquutum: Læti ô Persæ, abite, atque aliis nuntiate regem Artoxerxem in sceleratos atq; impios paricidas pœnas expediuisse. Insidiæ igitur & conspiratio huiusmodi exitum habuerunt. Ast Ochus fretus Atossæ opibus, in spem maximam venerat: sed eum Ariaspis, qui reliquus erat ex legitimis, & Arsamis metus solicitum tenebat. Ariaspi enim non tam quòd Ochum præiret ætate, quàm quòd facilitate, simplicitate, humanitateq; præstaret, regnum cõmuni consensu, & voluntate Persarum deferebatur.

61

62

Darij interitus.

63

batur. Arsamen verò haud latebat Ochum magni consilij, & prudentiæ virum, ac patri dilectum esse: versare igitur animo cœpit, quî vtrunque insidiis opprimere posset. Cùm verò instructus ad fraudem, ac cædis auidus foret, crudelitate naturę in Arsamem est vsus, versutiis ac fallacis Ariaspem aggressus est: misit enim ad eum eunuchos atq; amicos regis cum minis atq; horrendis nuntiis, patrem decreuisse illum crudeliter atq; ignominiosè necare. Qui hęc in dies singulos, vt arcana significare visi, cùm alia imminere, alia propè iam instare nuntiarent, sic terruerunt hominem perturbaruntq;, sic à mente cõsilioq; abduxerunt, vt parato sibi ipsi læthali veneno epotoq;, è vita discederet. Rex verò cùm & mortem & modum accepisset, illum fletu ac lachrymis prosequutus est: de causa in suspicionem adductus perueștigare & quærere affecta iam ætate, non potuit. Sed Arsamem maiore charitate complexus est, videbaturq; maximam illi fidem habere, & cũ eo liberius sermones conferre. Quare Ochus haud differendum esse rei gerendę tempus existimans, Arpata Teribazi filio subornato per illum Arsamem tollendum interficiendumq; curauit. Erat tum Artoxerxes inclinata iam ætate paruo mortis discrimine, adiuncta ad naturæ imbecillitatem ex filij calamitate mœstitia, nec parum quidem temporis restitit, sed continuò ægritudine animæ & angore extinctus est, cùm ad nonagesimũ & quartum annum vixisset, ex quibus duo & sexaginta regnauit. Mansuetudinis & clementiæ existimationẽ assequutus est, quã non mediocriter auxit Ochus, qui immanitate cunctos, & crudelitate superauit.

64

Aratus.

LAPO FLORENTINO INTERPRETE.

CHRYSIPPVS philosophus, ô Polycrates, tritum quoddã veteri sermone prouerbium, eius credo infamiam reformidans, conuertisse, mutatoque verbo leuiorem ad partem traduxisse videtur: Quis, inquiens, patrem laudabit, nisi felices liberi? Hunc Dionysodorus Trœzenius arguens, veram ipse huiusmodi sententiam profert: Quis patrem laudabit, nisi

1

Universidad de Deusto
Biblioteca

nisi infelices liberi? Ait enim illorum, qui cùm ipsi nulla re præstent, sed maiorum quorundam virtutibus nitantur, eorumque gloriam ad suam laudem frequenter vsurpent, petulantiam eo prouerbio cõprimi & coerceri. Cæterùm 2 cui maiorum generositas (vt inquit Pindarus) natura conuenit, quemadmodum tibi, qui ad vitæ rationem domesticis exemplis cõformaris, huic ego pulcherrimũ duco esse, maiorum suorũ clarissimorum virorũ efferendo facta, memoriam reuocare, & de iis quotidie aliquid audire atq; loqui. Non enim hi suis virtutibus destituti alienæ laudis gloriam aucupantur, sed ad maiorũ splendorem suis laudibus adiunctis, illos vt & generis, & vitæ duces extollunt. Quamobrem ego cùm Arati ciuis tui, cuius tu gloriæ atq; opibus nulla ex parte dedecori es, vitã literis mandassem, iure vt eam ad te mittere sum adductus, non quòd non tibi vni præ cæteris eius res gestas ab initio penitus cognitas esse existimem, sed vt filij tui Polycrates & Pythocles, partim audiendo, partim legẽdo, ad domesticæ virtutis exẽpla educerentur, ad quæ eos cõfirmari oportet. Sui enim amãti homini, necdum perfecta virtute imbuto, optimum est, 3 quendam quasi ducem præficere. Sicyoniorum ciuitas, posteaquam primùm syncera illa, & Dorica aristocratia veluti harmonia quadam confusa, in seditiones & contentiones popularium, & factiosorum hominum incidit, plures mutationes rerum perpessa, & successiuè insurgentium tyrannorum, non prius se ex ea contagione, & turbatione recepit, quàm Cleone interfecto, Timoclidam & Cliniam claros, & pollentes opibus in ciuitate viros delectos summæ rerum præfecerunt. Sed cùm iam respublica certum aliquem statum obtinere videretur, Timoclidas vita defunctus est. Paulò pòst Abantidas Paßiæ filius, sublato Clinia, tyrannidem occupauit, Cliniæq; amicis ac domesticis partim eiectis, partim interemptis, filium Aratum qui septimum annum agebat, tollere gestiebat. Sed puer in illa turbatione ac labe domus fugientibus permistus, per ciuitatem vagatus pauidus, & omnium ope destitutus, fortè quandam imprudens mulieris domum intrauit, quę Abantidæ soror Prophanto Cliniæ fratri nupta erat: nomen ei 4 Sosæ fuit. Igitur egregia, & præclara mulier diuino quodam numine rata ad se puerum confugisse, occultũ habuit, ac

ac noctu Argos dimisit. Sic effugienti ac periculis erepto Arato, odiũ vehemens tyrannorũ ingeneratũ augebatur in dies. Educatus Argis apud hospites paternos & amicos liberaliter, firmũ corpus & validũ nactus, ad palæstrã exercendam se contulit, in qua adeò præstitit, vt Pentathli certamine depugnarit, & coronas etiã consequutus sit. Qualis autẽ fuerit, ex eius statuis coniectare licet, in quibus athletica quędam extat species. Prudens autẽ aspectus ac regius, non omnino voracitatẽ ac scapham, victumq; athleticum occultare potest: vnde minus fortasse, quàm videtur ciuili homini conuenire, orationi studuit. Attamen ornatior & 5 copiosior in dicendo fuit, quàm quibusdam videtur, qui ex monumentis eius iudiciũ faciunt, quæ ille aliis intentus in chirographis, vt verba occurrebant, negligenter scripta reliquit. Sequentibus autẽ temporibus Clinias & Aristoteles dialecticus Abantidam assuetum eorũ sermonibus interesse, atq; vnà disceptare, cùm in foro per otiũ versaretur, per insidias necauerunt. Deinde Nicocles interẽpto fraude Paßia Abantidæ patre, qui in filij locũ successerat, ad se tyrannidem transtulit. Hunc aspectu simillimum Periandro Cypseli filio, veluti Persam Orontẽ Alcmęoni Amphiareo fuisse tradunt, Hectori Lacedæmoniũ adolescentem quem scribit Myrsilus à multitudine spectantium, cùm se errore lapsos agnouissent pessundatũ esse. Nicocles quatuor iam 6 mẽses tyrannidem obtinuerat, quibus multis malis ciuitatem affecit, & ne priuaretur per insidias ab Aetolis in periculum venit, cùm Aratus adultus ætate & splendore, & nobilitate familiæ, & ingenij viribus, quod non paruum neq; hebes in eo fuit, sed acre, & supra ætatem consilio prudentiaq; perfectũ, multùm iã nominis & authoritatis assequutus erat. Ex quo exules ad eum potissimùm animo se conuerterant, & Nicocles rem haud negligendam ducens, clàm atq; à longè spectabat, eiusq; conatum summo studio obseruabat, non quòd illum tam audax facinus, nec tam periculosum ausurum aut aggressurum timeret, verùm suspicabatur ne ad reges opem petitum confugeret, qui cum patre amicitia hospitioque iuncti fuerant. Etenim reuera Aratus eam consilij viam inire statuerat: sed cùm Antigonus pollicitus negligeret, ac tempus traheret, quæ verò ab Aegypto Ptolemæoq; afferebantur spes longe ab-

7 essent, statuit per seipsum tyrannũ opprimere. Consilium cum Aristomacho primùm Ecdeloq; communicat. Horũ Aristomachus ex Sicyone exul, Ecdelus autem Megalopolitanus ex Arcadia erat, vir in philosophia nobilis, & in rebus gerendis exercitatus, qui Archesilai Academici auditor fuerat ac familiaris. Illis rem probantibus, de ipsorum sententia ad alios exules detulit, quorum pauci verecundia adducti, quòd turpe sibi esse ducerent, eam spem intentatã dimittere. operã ei suam polliciti sunt. Plurimi Aratum ab incepto deterrere conati, quippe cùm ob inexperientiã rerum attollere animos dicerent. Ineunte verò consilium de occupando quodam Sicyonis loco, vnde aduersus tyrannũ bellum gereret, accessit Argus vir Sicyonius Xenoclis cu-
8 iusdam exulis frater, qui ex carcere effugerat. Hic à Xenocle ipso perductus ad Aratum, inquit murũ, quà ipse conscendens euasisset, intus non fermè à terra eminere, sed locum saxosum atq; editũ esse: extrà verò altitudinem muri non magno labore scalis admotis superari posse. His nuntiatis, duos priuatos seruos Sentham & Technonem explorandi cognoscendiq; muri gratia cũ Xenocle emisit, satius esse statuens, si posset clàm vno periculo celeriter rem totã transigere, quàm diuturno bello apertisq; certaminibus priuatim tyranno contendere. Reuerso autem Xenocle, & qui cum eo ierant, muriq; mensuram ac loci situm non auium, neque difficilem nuntiantibus, sed adeuntes latere difficile esse ob cuiusdam hortulani canes paruulos quidẽ, sed latratu acres atque inexorabiles, ad rem gerendam aggressus est. Armorũ autem apparatus nouum nihil inusitatúmve habuit, cùm omnes ferè per id temporis excursioni
9 bus, & populationibus inuicem vterentur. Scalas Euphranor machinamentorum artifex clàm omnibus instruxit, cui ars ipsa præstabat, vt id absq; suspicione efficere posset, nã & ipse vnus è numero exulũ erat. Viros sibi amicos eorum, qui Argis erant ex paucis decem quisq; accommodauit: ipse autem priuatim ex domesticis triginta armauit. Per Xenophilum etiã ex prædatorũ manu haud multos milites mercede conduxit: inter illos fama vulgata, se ad diripiendos regios equos Sicyonẽ educturũ, separatim plurimis eorũ ad Polygnoti turrim præmissis, atque ibi operiri iussis: præmisso etiam Caphesia ab eo cum quatuor expeditis,

ditis, qui noctu ad hortulanum accederent, & simulatione viatorum apud hominem diuertentes, ipsum & canes occluderent: haud enim aliter adeundi facultas dabatur. Scalas autẽ in Achanas (est autẽ mensura, quæ quinquaginta medimnos Atticos capit) conjectas, vehiculisq; impositas prouexerunt. Inter hæc exploratoribus quibusdam Argis cognitis, qui occultè circumire, Aratumq; obseruare dicerentur, prima luce procedens palàm omnibus in foro cum amicis versatus est: deinde cùm in gymnasio se perũxisset, abductis secum quibusdam ex palæstra adolescentibus, qui cũ eo potare consueuerant, domũ discessit, nec ita multò pòst visi sunt eius serui per forũ coronas ferre, lãpadas emere, cũ iis colloqui qui in potationibus, & voce, & tibiis canere soliti essent. Hæc intuentes decepti falsa specie exploratores cũ risu sic inter se colloquebantur: Nihil profectò tyranno timidius si Nicocles cùm eiusmodi ciuitatem obtineat, tantis opibus potentiaq; munitus, sic formidet adolescentem exulẽ, qui fugæ exiliiq; viatico ad voluptates, & diurnas potationes abutatur. Ita falsi opinione sua abierunt. Aratus statim pransus vrbe egressus cũ ad Poly 11
gnoti turrim peruenisset, inuentis militibus à se antè præmissis in Nemeam ducit, vbi cũctis quid facere statuisset aperuit, pollicitisq; eos, & hortationibus antè incitare conatus, in signumq; Apolline militibus dato, tum dimenso lunæ circuitu ad rationẽ itineris, properato gradu vrbẽ petere contendit, deinde rursus constitit, vt lunæ luce in via vteretur, qua occidẽte ad hortũ vrbi proximũ steterat. Hìc Caphesias obuiã prodiẽs nũtiauit, occluso hortulano, canũ capiendorum, quòd prius exiliuissent, sibi copiam non fuisse. Cùm verò plurimis ob metum concidissent animi, ac pedem referre iuberent, Aratus eos confirmauit, ostentata spe se abducturũ si canes nimiùm infensi esse pergerent: ac simul qui scalas ferebant præmisit, quibus Ecdelus & Mnasitheus præpositi erant, ipse cunctãter sequebatur. Iam ca- 12
nibus latratu instantibus, & in Ecdelum ac socios incurrẽtibus, nihilominus ad murũ se inferẽtes, scalas tutò admouerũt. Cùm verò primi per scalas ascenderent, qui matutinæ custodiæ præfuerat, tintinabulo præcedẽs socios abducebat: plurimæ collucebant faces, tumultus & strepitus incedentium vbique erat. Illi vt erant in scalis subsidẽtes,

qui in muro erant facilè latuerunt. Alia custodia priori cõtraria veniente, in vltimũ discrimẽ adducti sunt. Illa etiam declinata, cùm irent Mnasitheus & Ecdelus priores in muro steterũt: occupato deinde vtrinque muri aditu, Technonem ad Aratum dimiserunt, subsidio approperare iubẽtes. Non multùm enim spatij inter hortũ vrbémque & turrim intererat, in qua venaticus canis permagnus in statione collocatus erat. Is siue ꝙ natura segnis, siue quòd diurno labore fatigatus esset, incendentiũ strepitũ haud sensit, sed hortulani canibus deorsum illum excitantibus, submissè & obscurè ab initio infremere cœpit, tum appropinquantibus illis magis vocem intendit, & latratus plurimus passim locum cõpleuerat, vt qui è regione in custodia erant exaudirent, ac magna voce rogarent canis magistrum, cuius gratia canis ita vehementer atque asperè latraret, num quid noui esset. Alter è turri nihil esse respondit, sed canẽ lumine custodum, & strepitu tintinabuli irritatum esse. Hoc Arati militibus multùm animi atque audaciæ addidit, opinantibus canis magistrum eius consilij conscium rem tegere præterea alios in ciuitate permultos coniuratos transigendi negotij adiutores futuros. Attamen ad murum subeuntibus magna difficultas cum summo periculo impendebat, réſq; in longum trahebatur, incuruatis scalis, nec põdus ferentibus, nisi cunctanter ac sigillatim conscenderẽt. Vrgebant præterea tempus galli, qui cantu diem aduentare nuntiabant: nec aberat longius, cùm rustici, qui venale aliquid ad mercatũ intrò ferre consuessent, ad vrbem accedunt. Quare Aratus properans in murum ascendit, cùm iã quadraginta ex omni numero ante eum murũ obtinerent. Adiunctis præterea paucis ex iis, qui deorsum relicti erãt, cum iis ad domum tyranni atque ad prætorium impetũ fecit. Hîc stipendiarij circùm excubabant, in quos incautos ac nil tale suspicantes repentino atque improuiso aduentu cùm incidisset, omnes comprehendit, neminem manu violauit. Tum continuò amicos domo excitũ misit, qui subsidio sibi adessent. Quibus eò vndiq; confluentibus iam illuxerat dies, theatrúmque vulgus compleuerat. Omnibus ad incertam famam suspensis, nemini quæ gerebantur cognitis, priusquam procedens præco in turbã denuntiauit Aratum adesse, & ad vindicandam libertatem ciues adhortari: tunc

tunc confisi adesse, quæ iam diu expectarant, vno impetu cuncti ad portas tyranni ignem intulerunt. Incensa flagrãtique tyranni domo flamma ingens, & manifesta sublata vsque Corinthum eluxit, vt admirati rei nouitate Corinthij, parum abfuerit quin ad auxiliũ ferendũ cõsurgerent. Nicocles igitur imprudentibus omnibus, quibusdam cuniculis ex vrbe migrauit: milites simul cum Sicyonibus restincto igni, prædæ ac direptioni tyranni domũ subiecerunt. Nec id Aratus fieri prohibuit, cæteris quoque bonis fortunisque tyrannorum in mediũ ciuitati expositis. In tanto tumultu periculóque, neque ex iis qui inuaserant, neq; ex aduersariis quisquam interiit, nec omnino vulnus accepit, sed rem gestam penitus expertem cædis, expertem ciuilis sanguinis fortuna seruauit. Exules deinde reducti, tum qui à Nicocle numero octoginta, tum qui à superioribus tyrannis haud pauciores quingentis electi ciuitate fuerant, diuq; atque adeò quinquagenario exilio vagi errauerant. Cumque inopes plurimi redijssent, suas possessiones repetebant, villasq; suas ac domos adeuntes in magnã difficultatem Aratum coniecerunt, intuentem extrà ab Antigono ob inuidiam recuperare libertatis insidias reip. parari, ciuitatẽ ipsam dissensionibus ciuium ac seditionibus agitari. Vnde ex præsentibus difficultatibus optimũ id factu ratus, rerum summam ad Achæos detulit, atque in vnũ corpus confudit: cúmq; hi Dorici essent, haud inuiti Achẽũ nomen ac remp. subierunt, qui non multùm sub id tempus authoritate neque opibus eminebant: exiguus enim erat ciuium numerus, nec optimum neque fertilem agrum habebant: mare pluribus locis importuosum ad continentẽ per cautes ferebatur. Attamen ostenderunt hi Græciam viribus inexpugnabilem esse, quoties rerum statu constituto, consentiens vbiq; & tranquilla pax foret, ad hæc prudenti aliquo duce vteretur, qui cùm pristinæ Græcorũ potentiæ ne portionem (vt ita dixerim) vel minimam obtineret, & ex vna ciuitate, vt in eo statu temporum esse poterat, clara ac nobili, simul omnes essent, nec freti virib. sed consilio, non inuidendo primoribus, sed parendo & obsequendo, non suam modò tot ciuitatibus, potestatibus, tyrannidibusque vndique circunsepti libertatem retinerunt, verumetiam aliorum Græcorum plurimos in libertatem

Aratus reipub. amator.

vindicarunt, incolumesq; seruarunt. Fuit autem Aratus natura ciuilis admodũ, præclara semper atque ardua spectãs, publicis in rebus quàm in priuatis curiosior diligentiórq;, capitalissimus tyrannici nominis, amicitias atque inimi-
18 cicias ex reipub. vtilitate gerebat. Ex quo non videtur tam diligens amicus fuisse, quàm rep. postulante mitis & placabilis inimicus, in vtraque mutatione opportunitati ac tẽpori seruiens. Vna atque eadem omnium gentium, ciuitatum, collegij, theatri vox erat, illum nullius præterquam bonorum virorum amicum esse. Manifesto autem in bello apertisq; certaminibus obeundis, remissi & diffidentis animi: in dissimulando, suaque facta occultando, tum in capiendis clàm vrbibus, tyrannisque opprimendis efficacissimus, firmissimique consilij fuit. Quare cùm in multis ex insperato rem optimè ductu suo administrasset, haud pauciora quæ factu possibilia erant, offensionis metu reliquisse videtur. Etenim non feræ modò quædam, quæ per noctem acri ac perspicaci sunt visu, interdiu desiccatione tenuitateq; humoris, qui circunstat oculum, & lucis
19 temperiem ferre non potest. luminibus capiuntur: sed hominis quoque vis ac prudentia huiusmodi naturę est, vt manifestis in periculis & indictis turbetur, nec sibiipsi consistere queat: ad res autem latentes & occultas audens atque intrepida est. Hanc inæqualitatem ac varietatem in præstantissimis ingeniis philosophicæ disciplinæ imperitia effecit, virtute veluti naturalem quendam fructum nulla adhibita cultura, sic absque præceptione & doctrina producente. Hæc igitur exemplis experiri licet. Aratus verò cùm se ad ciuitatem confusa repub. Achæis adiunxisset, inter equites militare obiens munus, ob suauitatem morum facilitatemq; naturæ à principibus colebatur, quòd quanuis ipse gloriam suam & potentiã ciuitatis, quasi signũ aliquod vniuersæ Græciæ sustulisset, semp tamẽ Achęorũ imperatori quicunq; is foret, siue Dymæus, siue Triteus, siue obscurioris ciuitatis, ad omnẽ belli vsum operam suam ex
20 posuit, ac dicto obediens fuit. Viginti autem & quinque talentis dono à rege Ptolemæo acceptis, ea ciuibus suis, siue ad redimendos captiuos, siue ad aliam necessitatem egẽtibus erogauit. Instantibus verò infensè exulib. vt sua sibi redderentur bona, possessioneq; turbãtibus, cũ sanari id

id malum nulla ratione posset, & excidium atque interneio ciuitati impendere videretur, perspexit vnã tantum spem in Ptolemæi liberalitate sitam esse. In Aegyptùm mari profectus ab eo precibus impetrauit, vt ad dissolutionem debitorum, & ad componendas ciuium discordias, grandi pecunia leuaretur. Soluit igitur ex Methona supra Maleam: sed cùm ventus atque æstus ex pelago vehemens descenderet, cedente gubernatore præteruectus Adriam attigit, quæ hostium ditionis erat: ab Antigono enim tenebatur, præsidiumq; ibi regis locatum erat. Id præueniens, 21
dimissa naui, vno tantùm amico Timanthe comitatus quã longè à mari abiit, & cùm iam aduesperascceret, declinantes in densissimam syluam ibi per noctem ægrè fuerunt. Paulò pòst præses regij præsidij reuersus, atque Aratũ requirens ab ministris eius deceptus est, qui iussi erant dicere, illum statim se fuga in Eubœam contulisse. Igitur nauim, & quæ in ea vehebantur cùm hostilia decreuisset, retinuit. Pòst multis diebus Arato in magnis difficultatibus cõstituto, felicitas quædam diuinitus oblata est. Romana enim nauis ad eum locũ appulsa est, quò interdũ speculatũ mittebat, & vbi interdum ipse latitans moram trahere solitus erat. Naui igitur in Syriam delata, cõscendens cũ nauarcho egit vt in Cariã se exponeret: itaq; expositus est, cùm in ea nauigatione haud minora, quàm antè pericula occurrissent. Ex Caria autem longo tempore in Aegyptum traii 22
ciens, inde ad regem se contulit, quo familiariter vtebatur, quemq; signis & tabulis ex Græcia sibi deuinxerat. Nam cùm eiusmodi rebus Aratus haud vulgarem sensum haberet, quotidie aliquod summorum artificum, in primisq; Pãphili & Melanthi opus studiosè cõquirens ad regem mitte- *Sicyon litteris & picturæ clara.*
bat. Adeò enim Sicyonis gloria literis, & pingendi artificio insignis erat, vt quę sola incorruptũ suũ decus & speciẽ obtineret. Ex quo Apelles ille magna iam parta admiratione eò se contulisse dicitur, talentoq; pactus apud eos viros
esse versatus, illustrandi potius nominis gratia, quàm adiscẽdæ artis. Itaq; Aratus alias tyrannorum immagines statim libera ciuitate sustulit: de Aristrati verò imagine, q
Philippi ætate floruerat, tollenda diu deliberauit. Fuit 23
enim Melãthi discipulorũ opus Aristratus in curru victor: quam etiã picturã attigisse Appellem, Polemon Periege-

tanus

tanus est author. Erat opus nobile atque admirandum, proinde angebat Aratum tanti artificij interitus, sed communi odio quo in tyrãnos flagrabat, deleri simulachrũ iussit. Tradunt præterea Nealca pictorem collachrymasse, & Arato pro salute operis se supplicem præbuisse, atque vbi impetrare non potuit, dixisse, Bellum cum tyrannis, non cum tyrannorũ imaginibus esse gerendum. Currum igitur ac victoriam missam faciamus, ipsum verò Aristratũ ego tabula excellentem delebo. Permittente igitur Arato, Nealcas Aristratum deleuit, locúmq; vacuũ minio tinxit: aliud autem nihil immutare ausus est: deleti pedes intra currum latêre dicũtur. Ex huiusmodi igitur rebus Aratus antè regi charus erat, & tunc præsens vsu atque experientia cognitus, magis etiam in eius amicitiã se insinuauit. Ab eodẽ etiam centum & quinquaginta talentis ad cõponendũ statum ciuitatis donatus est, quorum quadraginta statim secũ asportatis in Peloponesum delatus est, reliqua diuisa in posterum certis quibusdã portionibus misit. Fuit igitur magnũ tantam pecuniæ vim ciuibus parare, cuius parua parte alij imperatores ac principes ciuitatum accepta à regibus, suas illis patrias turpiter seruire coegerũt. Maius etiã quòd ex iis pecuniis, sublatis simultatib. inter pauperes & locupletes recõciliata pax est, populo verò vniuerso salus cũ securitate parta. Admirabilis profectò illius in tantis opibus tantisque honoribus modestia fuit. Creatus enim arbiter ad exulum res constituendas, summa sibi rerum omniũ potestate permissa, solus quidem haud obire eum magistratũ voluit, sed ex ciuibus quindecim sibi collegas delegit, cum quibus vnà magno labore ac solicitudinibus pace ciues amicitiãque cõiunxit: pro quibus nõ modò ei publicè à ciuitate meriti honores decreti sunt, sed etiã ad exulibus priuatim ærea statua constituta, huiusmodi carmine inciso.

24

25

Consilia & vires pro Graiis haustáque bella
Herculis & summa celebrantur laude columnæ:
At tibi nos Arate pro libertate recepta,
Erigimus statuam virtutis iustitiaq;:
Nanque olim patriam diuinis legibus ornans,
Sublimem cælo potuisti æquare superno.

His rebus gestis Aratus ciuilẽ inuidiã gratia in se ciuiũ &

& beneuolẽtia superauit. Antigonus Arati successũ ęger, cupiẽs illũ aut omnino ad amicitiã traducere, aut iniecta calumnia à Ptolemæo distrahere, cùm alia benignitate hominem reculantem sibi deuincire aggressus est, tũ etiam Corinthi diis immortalibus operatus, victimarum partẽ Arato Sicyoniã misit, & in cœna multis audientibus conuiuis in mediũ locutus, Sicyonibus hic, inquit, adolescens immitis & inhumanus est: sed ingenio liberali, ac ciuium studioſus. Mihi quidem morum regũ, & institutorum optimus iudex videtur, qui cùm spem suam aliò intendisset, nos antea contemnebat, Ægyptiorum opes admirabatur. elephantos, classes, aulas, auditu accipiens: nunc vbi eas res agnouit scena tantũ esse, & tragedia dignas, omnino ad nos animo se conuertit. Accipio igitur & ipse adolescentẽ, & adomnia eius opera vti constituo, & à vobis in amicis habẽdũ censeo. Ex his sermonibus calumnię materiam nacti obtrectatores & inuidi, certatim Aratum apud Ptolemæũ per literas accusabant. Quibus adeò permotus est rex, vt in Græciã etiam accusatum mitteret. Sic igitur amicitiæ regum & tyrannorum feruẽtes ac repentinę sunt, & ardore quodã amoris subitò incenduntur. sed labefactari expugnarique facilè possunt, & veluti ventis, inuidiæ atque calumniæ flatibus assiduè agitantur. Aratus autem ab Achæis primùm bello gerendo præpositus imperator, Locridem è regione oppositam ac Calidoniam depopulatus est. Bœotiis subsidio profectus cum decem millibus militũ, occasione rei gerendæ excidit, cũ ab iis in Chæronea, antè cum Aetolis malè atq; infeliciter pugnatum esset: Abœocreto Bœotiorũ duce ac mille hominum cum eo cæsis, Anno autẽ ab eo prælio rursus imperator delectus, rem illã præclaram atq; arduam est aggressus, non Sicyoniorum nec Achæorum studio, sed cõmuni sibi vniuersæ Græciæ imperio ac libertate proposita, Macedonum præsidia ex Acrocorintho depellere. Chares quidem Atheniensis cùm aduersus regis duces secundo prælio vsus esset, scripsit Athenienſium populo, se Maratho niæ pugnæ sororem deuicisse. Hanc autem pugnam haud ineptè agat, si quis Pelopidæ Thebani ac Thrasybuli Athenienſis tyrannorum cædis sororem appellet: nisi hoc interest, quòd non cum Græcis, sed cum extero hoste, & peregrino dimicatũ sit. Isthmus enim duo maria diuidens, nostram

26

27

28

Amicitiæ regum & tyrannorum quàm sint fragiles.

cum

cum illo loco terram coniũgit & continet. Acrocorinthus verò mons est eximię altitudinis, qui ex media Isthmo nasci
tur, & cùm custodiam nactus fuerit, obstat, terrámque illã
omnem, quę intra Isthmum continetur, commercio, aditu,
29 militia, mercatura terra mariq́ue excludit, & dominũ vnũ
omnium cõstituit qui loco potiatur. Quare non per iocum
Philippus iunior, sed verè ac seriò Corinthiorum vrbem
compedes vbique Græciæ appellasse videtur. Eo igitur de
loco accolis in medio certamen erat, quippe quem summa
vi omnes, præcipuéque reges & tyranni capere niterentur.
Antigoni quoque in eo studium sic cupiditate exarsit, vt o-
mni genere furiarum agitaretur, suspensúsque in id suas
curas omnes solicitudinésque intenderet, vt obtinentibus
dolo eriperet, quoniam manifesti conatus nulla ostendeba
tur spes. Extincto enim Alexandro sub cuius ditione locus
erat, Nicæa eius vxore rerum potita, Acrocorinthum præsi
dio obtinente, statim submisso filio ad nõ gratum minister
rium, adolescentem vetulam mulierem conuenturum, blã-
das spes regij connubij & vitæ societatis afferens, ipsam ce-
pit, velut quadam illecebra ad eam pelliciendam filio vsus.
30 Sed cùm locum sibi haud permitteret, sed enixius asserus
ret, dissimulans curæ sibi eam rem esse, Corinthi nuptias ce
lebrat, magno apparatu spectaculum præbet, diurnas po-
tationes inducit, & vt maximè fieri potest, ad omnẽ iocum
ac remissionem voluptate, & lætitia animum relaxat. Vbi
tempus aduenit, & amœbæũ carmen cantari in theatro cœ
ptum, Nicęam in lectica regio luxu ornatam ad spectaculũ
misit, præsenti honore lætam, sed futuri longè ignarã. Cùm
ad locum ventum esset vnde via diuertens supernè ferebat,
eam præcedere in theatrum iubet, ipse amœbæum simul,
& nuptias missas facit, & supra ætatem animos ac spiritus
infractos gerens, ad Acrocorinthum successit, ac clausam
31 portam reperiens bacillo percussit, reserari iubens. Qui in-
tus erant, aspectu eius obstupentes patefaciunt portam. Sic
potitus munitione haud seipsum continuit, sed præ gaudio
in ipsis angiportis exultans pocula popposcit. Tum in foro
vir prouecta iã ætate, & tantas rerum mutationes expertus,
inter tibicina, circunfusus coronis madidus ac lasciuiens
volutatus est, obuiam venientes salutans, ac dextra blandè
excipiens, vt facilè appareret exultans gaudium & lineam
ratio

rationis excedens magis, quàm dolor ac metus animos per
turbare, & de sua sede dimouere. Itaque Antigonus Acroco
rintho in ditionem suam redacto, vt superius dictum est, v-
nà cum aliis quibus maximè confidebat præsidio firmauit,
eiq́ue Perseum philosophum præfecit. Aratus etiam Ale-
xandro superstite hoc animo volutare cœpit, sed quum A-
chæis cum Alexandro societas esset, ab incepto destitit: tũc
autem oblata rursus occasione huiusmodi rem conficere 32
aggressus est. Fortè tum Corinthi bis gemini fratres fue-
runt, genere Syrij, quorum vnus Diocles nomine in arce
stipendia merebat, reliqui tres regio auro furtim surrepto,
Sicyonem ad Aegiam quendam argẽtarium adierunt, quo
Aratus ob eius artificium plurimùm vtebatur, ac auri par-
te dispositа, statim reliquum vnus illorum Erginus pòst re-
diens, inito pacto apud eum deposuit. Ex hoc factus Aegię
familiaris, ab eo de arcis custodia in sermonem adductus,
inquit: Sed cùm per rupes exesi montis ad fratrem ascendis
set, despexisse viam transuersam, qua humilior muri altitu
do erat. Tum comiter Aegias: Itáne, inquit, vir optime, ob
exiguum adeò aurum statum regis labefactatis, cùm possi-
tis vnam horam grandi pecunia venundare? Nónne furibus
æquè atque proditoribus deprehensis proposita mors est?
His Erginus arridens conuenit cum eo, se communicato 33
consilio Dioclem tentaturum: nam alios fratres non satis
se fidos putare. Paucis pòst diebus rediens depactus Aratũ
se ad murum staturũ, qua murus haud quindecim pedibus
extabat, & ad alia conficienda cum fratre auxilio se fore
suscepit. Aratus sexaginta talentis cum illis decîdit, si res ex
sententia succesisset: sin spe potiũdi excidisset, incolumis ta
men cum illis euaderet domum, talentum vtriq; pollicitus
est. Sed cùm sexaginta talenta apud Aegiam deponenda es-
sent, nec Aratus per se eam pecuniam confi cere posset, nec
mutuando rem vulgari vellet, acceptis ex vxoris auro plu-
rimis aureis scyphis, eo, Aegiæ depacti argenti nomine tra
didit. Atque hic vir (adeò enim animo elato fuit, tantúmq; 34
amorem rerũ præclarissimarum insitum à natura habuit)
cùm sciret Phocionem & Epaminondam despiciendis pe-
cuniis repudiandisque muneribus longè Græcis omnibus
iustitia & integritate præstare existimatos esse, ipse in eius-
modi res patrimoniũ suũ effũdere voluit, in quibus propriũ

periculum, salus omnium & illorum quidem imprudétium ageretur. Quis igitur hunc talem virum non summè admiretur, hodieque illius animi magnitudinem omni studio ac beneuolentia complectatur, qui tam magnis pecuniis periculum sibi tantum emendum putauit, quæ pretiosissima diuitiarum omnium dicuntur, deposuerit, vt noctu in medios hostes perductus de vita dimicaret, nec ab iis aliud vllum pignus acceperit, præterquam spē præclari facinoris? Rem verò ipsam per se difficilem ac periculosam, error quidam qui statim ab initio ex insolentia incidit, multò
35 difficiliorē & periculosiorē effecit. Technon enim Arati famulus missus est vnà cum Diocle ad murum cognoscendum: is Dioclem tum primùm viderat, ratus tamen ex iis signis quæ ab Ergino edoctus erat, hominis se formam & figuram tenere, audierat subcrispo esse capillo, colore fusco, atque imberbem. Profectus igitur quò inter eos conuenerat, Erginum cum Diocle venturum ante vrbem, ad locum cui Aui nomen erat, opperiebatur. Interim Ergini & Dioclis frater Dionysius haud cōscius nec particeps illius consilij, Diocli autem forma persimilis, primus ad locum fortè processit. At Technon signa sibi data repetens, formæ similitudine deceptus, hominem percontatus est si qua sibi
36 cum Ergino necessitudo foret. Cùm respōdisset, fratrem se eius omnino esse, adductus est vt crederet se Dioclem alloqui, nec nomen rogauit, nec signum aliud expectauit, sed dextera apprehendens de omnibus quæ cum Ergino inita & constituta sunt, cum illo sermonem instituit, & eum percontatur. Hic eius errorem astutè excipiēs, ad omnia responsionem accommodatam ad vrbem gradum flectens, continuato sermone illum nihil suspicantem secum trahebat. Cùm iam appropinquasset, & propè Technonem manus vt caperet iniecturus esset, fortuito quoda casu Erginus reuertens illis se obuiam tulit, præsentiensque dolū ac periculum, Technonū vt fugā euaderet nutu admonuit. Sic cursu elapsi ambo se ad Aratum receperunt. Nec tamen illi recognita spes, nec animi conciderunt, sed statim Erginum Dionysio aurum ferentem misit, & vt rem clausam haberet obsecrantem. Ille negotium transegit, & Dionysium ducēs ad Aratum remigrauit: quem statim vt venit haud amplius di-
37 miserunt, sed vinctū in custodiam dederunt. Ipsi deinde ad

ad rem adoriendam se comparāt. Paratis verò omnibus, reliquísque copiis in armis excubare iussis, ipse cū quadringentis delectis, rei futuræ præter paucos admodū ignaris, ad portas secundum Iunonis phanum consistit. Adulto tum instante vere, luna menstruo circuitu confecto, pleno orbe lucebat, & nox pura ac luminosa erat, vt arma appositā ad lunam effulgentia, ne palàm custodibus fierent, terrorem iniicerent. Iam primis vrbis proxima loca tenentibus, nebulæ à mari exurgentes, vrbem ipsam & vicinā regionem latè caligine & tenebris occuparunt. Hîc cæteri considentes calceos exuunt, ne strepitus euntibus fieret, & firmius nudis pedibus in scalis consisterent. Erginus autē acceptis septem viatoria indutis adolescentibus, veluti dux viam ingressus, occultè ad vrbem irrumpit, qui pro portis in statione erant obtruncatis: scalæ eodem tempore ad murū illatæ. Aratus continuò cum cētum militibus conscendit, 38 reliquis quanta anniti maxima possint celeritate consequi iussis. Inde auulsis scalis per ciuitatem centū ad oppugnandum arcem discurrunt. Læti clandestino ingressu, veluti iā explorata victoria, custodiam etiam quatuor hominum cominus prælato lumine venientem latuerūt. Adhuc enim in opaco lunæ caligantis erant, illos verò è regione conspiciunt. Igitur illis insidias collocant, quorum tres intra insidias prolapsi interficiūtur, quartus ense saucius in capite fuga superfuit, clamitans hostem intra mœnia esse. Nec ita multò pòst signis canentibus ciuitas ad arma consurgit. Vi cos omnes concurrentium multitudo compleuerat, faces multæ partim deorsum, patim desuper ab ipsa arce incensæ locum illustrabant, confusus ab omni parte clamor audiebatur. Interim Aratus per cliuum montis ascendere nite 39 batur, cūctanter ab initio ac magno cum labore, cùm non quà oportuit tenuisset, sed ignarus è via deerrasset, impedientibus eam atque omnino obscurātibus tenebris. Obstabat etiam loci asperitas in quam eos error adduxerat. Hortante tamen omnes atq; excitante Arato ad murum capiendum, deinde mirabile dictu est, vt luna perruptis nubibus excipiens illustrata difficillima viæ parte adiuuerit, quoad ad constitutum locum subierunt. Ibi rursus densatis nubibus in vmbra eos abdidit, occultauitque. Atqui extra portam ad phanum Iunonis relicti erant Arati trecēti milites,

vt plenam vario tumultu ac luminibus vrbem irruperunt, cùm nequirent viam qua profecisserentur reperire, nec illorum vestigia assequi, facto globo quodã in loco cliui opa-
40 co onstitere, quoad oppugnantibus arcem qui cum Arato erant, sagittis de super & telis crebrò in eos cadẽtibus, militaris clamor è prælio deorsum perlatus, & ex cõcauitate lit torum pulla imago resultans incertos animos eorum & suspensos tenebat, vnde eius initium clamoris esset. Hærentibus verò illis ambigentibúsque in quam partẽ ferre arma oporteret, Archelaus qui regio exercitui dux præpositus erat, cum magna armatorum manu, & cum clangore tubarum & stri epitu per cliuum subiens in Arati milites studio incensus ferebatur, in trecentos incidit: qui veluti ex insidiis insurgẽtes, facto in Archelaũ impetu, primos vt quisq; se obuiam tulit, interimunt: reliquos cùm metu perterriti se in fuga dedissent persequuti, quoad dissipato agmine per vrbem vagi palantesque diffugerent. Vixdum parta victo-
41 ria reuertentibus Erginus ex pugna aderat nuntiãs Aratum cum hoste manus conseruisse, eóque acriter repugnãte, sub ipsam arcem ingens certamen esse, ac celeri subsidio esse opus. Illi se statim eò duci iubẽtes, profectique propius, & ipũ sublato clamore signum dant se adesse, suósq; adhortãtur: & luna pleno lumine ostendebat arma, quæ & longitudine agminis & per angustias incedentis plura ac formidabiliora hostibus apparebant, & sonoritas noctis clamorem fauentium geminabat, & plurium multò, quàm erant speciem dabat. Ad postremum iunctis viribus propellunt hostes, & ipũ superiori loco occupato, illucescente iã die arcẽ tenebant. Sólque statim manantibus radiis subsequutus est opus, & reliquæ è Sicyone copiæ Arato subsidio aderant, excipientibus per portas pro parte Corinthiis, & ad com prehendendam regiam custodiã insurgentibus. Cùm au-
42 tem iam in tuto constitutis omnibus (vt videbatur) ab arce in theatrum descẽdisset, infinita eò multitudo eius videndi audiendiq; verba, quæ ad Corinthios habiturus erat, cupiditate, plenis viis vndique confluebat. Dispositis autem ad ipsos introitus vtrinque Achæis, ipse à tabernaculo armatus, ore ac vultu ex labore ac vigiliis immutato, in medium prodit, vt languor corporis animi voluptatem aclætitiam obscuraret. Effusis autem primo aduentu ad gratulationem

tionẽm cunctis hominibus, accepta in dextram manum hasta, eáque inflexo parum per genu & inclinato corpore annixus, multùm temporis silentio eorum plausus & clamores excepit, cùm virtutem eius extollerent, fortunamquead miratentur. Vbi verò desierunt, facto passim silentio ad se se rediẽs, Achęorũ res gestas apta oratione percurrit, & Corinthios vt in Achæorum corpus concederent, adhortatus est. Deinde portarum claues quæ post Philippica tempora
43 aliẽnæ ditionis fuerant, tum primùm Corinthiis reddidit. Ex Antigoni militibus dimisso Archelao, qui in eius manus captiuus inciderat, Theophrastum quòd abire iussus non paruisset, interemit: Persęus dum caperetur arx, egressus, in Cenchreas confugit. Qui posteriori tempore cùm versaretur in otio, dicente quodam, illum solum sapientem sibi ducem videri: Per immortales deos dixisse dicitur, isiuc quidẽ ex omnibus Zenonis institutis maximè quondã mihi cordi fuit, nunc autem à Sicyonio adolescente admonitus sententiã muto. Hæc igitur de Persæo plurimorũ historiis prodita sunt, Aratus statim Heræo & Lechæo in ditionem redacto, & quinque & viginti regiis nauibus, equis quingentis
44 Potitus est, Syrios quadringentos venundedit. Acrocorinthus Achæorũ custodiæ commissa est, quadringentis militibus, canibus quinquaginta, totidémque canum magistris in arce alendis. Romani igitur Philopœmenẽ admirari soliti sunt, cúmque Græcorum vltimũ appellare, quòd post eũ magnus vir nemo extiterit. Ego verò ex Græcorũ rebus gestis hanc vltimam, hanc nouissimam gestam esse dixerim. Hoc enim audacia, hoc viribus, hoc fortuna optima ab eis administratũ, quod declararunt ea quę continuò postea consequuta sunt. Nam Megarenses ab Antigono desciuerunt, & in Arati fidem & amicitiam se dederunt. Trœzenij quoque cum Epidauriis in Achæos recepti. Deinde cùm educere copias statuisset, in Atticæ fines primam incursionem fecit, Salaminémque populabundus transiens prædam abduxit, ac velut ex carcere ac vinculis emissa Achæorum potentia, quancunque ad rem sibi visum esset, vtebatur.
45 Athenienſibus tamen liberos captiuos gratis remisit, ad defectionem ipsis initia suggerens. Ptolemæum Achæis societate amicitiáque coniunxit, belli gerendi authoritate illi, imperioque terra marique permisso. Sic verò inter

Achæos opibus & gratia valuit, vt si minus intra annũ fieri licebat, elapso anno imperator deligeretur, auspicióque suo ac sententia omnia gereret. Etenim intuebantur illum non diuitias, non gloriam, non regis amicitiam, non patriæ suæ vtilitatem, non aliud præterea quippiam, Achæorum amplitudini anteferre. Existimabat enim tenui per se potentia ciuitatibus, societatem & amicitiã quasi quodam vinculo communi vtilitate firmatam saluti præsidióq; esse: ac veluti corporis partes, ob eam quam inuicem habent cõuenientiam, viuunt atque spiritum ducunt, separatæ verò ac seiunctæ languescunt, & corrumpuntur: sic ciuitates è medio cõmunione sublata, funditus interire, conseruari verò à se inuicem, augeríq;, cùm alterius alicuius magni corporis partes fiant, & cõmuni consensu administrentur. Liberis verò finitimis & arbitrio suo viuentibus, indignũ esse ducens Argiuos tantùm seruire, Aristomachum eorum tyrannum insidiis delere constituit, cupiens depulso seruitutis iugo eam ciuitatem Achæis adiungere. Igitur qui ad tãtum facinus gerẽdum animo parati essent inuenti sunt, quibus Aechylus & Charimenes vates præfuerũt. Enses autem illis deerant, quòd magnæ à tyranno habentibus pœnæ propositæ essent. Aratus comparatis Corinthi paruis pugionibus & in capsas inclusis, eas iumentis viles quasdam & neglectas merces vehentibus imposuit, atque ita Argos mittendos curauit. Communicata autem cum homine quodam re à Charimene vate, Aeschylus & socij indignè ferentes, repudiato Charimene negotium in se suscipiunt: quod ille cùm persensisset, ira incensus insidias indicauit, cùm hi iam propè tyrannum appeterent, quorum plurimi occupata fuga è foro abeuntes in Corinthum se receperũt. Sed brevi tẽpore interposito Aristomachus à seruis occiditur: quo mortuo Aristippus tyrannus, superiore multò crudelior & contumeliosior, tyrannidem iunadit. Accepta igitur Aratus omni Achęorum iuuentute quæ pro tẽpore aderat, ad vrbem subsidio aduolat, ratus se Argiuorum ad recuperandam liberratem erecta studia offensurum. Torpentibus verò illis, & consuetudine seruitutem ferentibus, nec vllo ad se deficiente, exercitum inde re infecta reduxit. Achæis tamen in culpam ac crimen adductis, quòd in pace bellum intulissent, eáque de re apud Matinenses in iudicium accersitis,

tis, Arato absente, accusante Aristippo, triginta minarum iniuriæ æstimatæ sunt. Ex hoc Aristippus Arati odio acmetu exagitatus, ei adiutore Antigono rege insidiatus est, dispositis vbique hominibus sibi negotium facessentibus, & occasionẽ tẽporis expectãtibus. Sed vera ac stabilis ciuium beneuolentia, optima principis custodia est. Cùm enim ita multitudo ac potentes assueti sunt vt non ducem, sed duci timeant, multis ad videndum oculis, multis ad audiendum auribus vtitur, facta omnia & consilia percipit. Itaq; quoniam tempus admonet, statui hoc loco parumper consistere, & Aristippi mores & vitæ instituta percurrere, quam sibi suspecta & infida tyrãnis, & felicis ac celebris regni amplitudo præscripsit. Ille enim cùm Antigonum haberet societate coniunctum, multósque ad custodiam sui corporis aleret, inimicus nemo in ciuitate resideret, stipatores tamen & custodes extrà in vestibulo excubare iubebat: famulis autem cùm cœnaret exclusis, conclauim statim occludebat: ipse cum amata in paruum quoddam cubiculum superius ascendẽs, cataracta deinde obiecta, ac lecto superimposito, somnum capiebat, qualem æquum est capere hominẽ, qui ita turbulentam vitam & solicitam viueret. Scalas verò amicæ mater subtrahens, & in aliud cubiculum claudẽs, mane reponebat, & tyrannum illum mirificũ denocabat, veluti ex spelunca instar reptilium emergentem. Hic non vi & armis, sed humili veste & chlamydula amictus, lege ac virtute fretus, magnum atque inuictum imperiũ parauit, vnúsque post hominum memoriam natus cõmunis tyrannorum hostis, propagauit genus quod præclarissimum inter Græcos vsque ad nostram manauit ætatem. Ex his verò qui arces occupant, satellites alunt, armis, portis, cataractisque tutandi corporis gratia muniũtur, pauci violentam mortem veluti lepores effugerunt, domus verò aut genus aut sepulchrum nullius relictum est, celebrem memoriã ad posteros habiturum. Aratus igitur cùm sæpius tentasset & aperto & clandestino apparatu Aristippum opprimere, atq; Argos capere, spe decidit: semel etiam actis scalis cum paucis ex insperato murum cepit, peremptísq; custodibus qui eò subsidio venerãt, contiuuò dies illuxit, & cùm à tyranno vndiq; premeretur, Argiui æquè ac si non eorum libertas ea dimicatione ageretur, sed veluti Nemeis instantibus

Optima principis custodia.

Aristippi mores.

certaminibus, sedentes quieti, magno cum silentio æquos
51 & iustos eius pugnę spectatores prębuerunt. At Aratus cùm
acriter in hostem pugnaret, hasta manu emissa in inguine
vulnus acepit: tenuit tamen locum à se captũ, nec inde cùm
assiduè oppugnaretur ab hostibus vsque ad noctem, deiici
vlla vi potuit. Quòd si etiam ad laborem paulùm noctis ac
cessisset, haud vnquã profectò vanus eius dici conatus fuis-
set: iam enim tyrannus præmissa magna suarum fortuna-
rũ parte, migrare ex vrbe parabat, quod nemine Arato nũ-
tiante, quòd premeretur penuria aquarũ, corpúsque ęgrum
vulnere traheret, milites retrò abduxit. Hac verò desperatã
via in apertum certamen prodiit, adductóque in fines
Achæorũ exercitu, populationibus agrũ vastauit, & ad Cha
retem fluuium acri prælio cum Aristippo commisso crimẽ
subiit destituta pugnã partã victoriam è manibus amisisse.
Nam cùm reliquum iam exercitus manifestè hostem propu
lisset, victórque magnũ spatium persequutus esset, ipse non
52 tam coactus ab aduersariis, quàm virtuti suæ fortunæque
diffisus, fuga se in castra recepit. Cùm verò reuersi ex per
sequutione cæteri ei succenserẽt, quòd versis in fugam ho-
stibus, pluribúsque eorũ quàm ex suis cęsis, cõmisisset ta-
men vt victi de se trophæum statuerent, verecundia ductus
de trophæo rursus dimicare cõstituit, atque vno interposi-
to die, instructas copias in aciẽ eduxit. Cùm autẽ sensisset
auctũ esse tyranni exercitũ, animósque militum ad pugnã
audaciámque creuisse, haud ausus manus conserere, sed re-
ceptis fœdere cadaueribus, cum exercitu abiit. Gratia ta-
men & beneuolentia ciuium conciliata, administrandáque
prudenter rep. eam maculam delere contẽdens, Cleonas
Achæis adiunxit, ac Nemeum certamen, quòd patrium fo-
ret, & ad Achæos magis spectaret, in Cleonis celebrauit. Ce
53 lebrarunt etiam Argiui, quo tempore licentia & seeuritas
antea permissa pugilibus, primùm confusa est ab Achæis,
omnibus qui ex eo certamine reuertentes per suum agrum
iter facerent, vt hostibus ibi captis ac venundatis, adeò ve-
hemens eum atque implacabile tyrannorum odium cepe-
rat. Breui pòst tempore cùm accepisset Aristippum ad Cleo-
nas insidiis capiendas animo spectare, sed metu ipsius qui
tum Corinthi moram trahebat deterreri, per edictum coa-
cto exercitu, iussóque plurium dierum cibaria secum fer-
re,

re, descendit in Cenchream, vt opinione absentis per do-
lum ad inuadendas Cleonas Aristippum euocaret: qua in re
eũ non fefellit spes, statim enim ex Argis cũ exercitu affuit.
Aratus iam instãtibus tenebris ex Cenchreis in Corinthum
reuersus est, clausísque omnibus custodia viis, Achæorum
agmen egit, qui adeò compositè, adeò promptè, adeò cele-
riter cõsequuti sunt, vt non modò imprudentibus hostibus
itee facerent, sed etiã durãte adhuc nocte Cleonas accede-
rent, & ad pugnã instruerẽtur. Prima autẽ luce apertis por 54
tis signóq; tuba dato, cursu & clamore hostẽ adortus conti-
nuò in fugam conuertit: & cùm multos exitus locus habe-
ret, ad eam partem se contulit, quò Aristippum iturum su-
spicabatur. Facta autẽ vsque Mycenas persequutione, ty-
rannus à quodã Cretẽsi Tragisto nomine (vt Dinias tradit)
interceptus in fuga occiditur. Ex aliis verò supra mille
quingentos desiderati sunt. Aratus tã felici parta victoria,
ac nullo suorũ militũ amisso, attamẽ neq; cepit Argos, neq;
liberauit, Agia & iuniore, Aristomacho cum regis exercitu
irrumpentibus, ac imperij summã occupantibus. Conflatã
verò superiore tempore calumniã, sermonem, cauillũ, dica
citatem assentatorum sustulit, qui tyrannos ad gratiam ef-
ferentes aiebant, Achæorum ducem domi tumultuari, pu-
gnam initurum, & simul ac tubicen prodiit, somno ac ver- 55
tigine opprimi: instructis verò ordinibus, ac signo dato,
percontatus manipularios ac centuriones nunquid præsen-
tia sua opus sit, se enim saucium telis esse, discedit lon-
gè exitum pugnæ expectaturus. Hæc iam adeò inualue-
rant, vt etiam philosophi in scholis cùm quærerent, per-
turbari animo & impendentibus periculis colorem mu-
tare, ignauiæ ne an intemperiei cuiusdam corporis & fri-
giditatis esset, vbique Aratum nominarent, cumque opti-
mum ducem esse dicerent, & tamen hæc sibi in certami-
nibus euenire. Sublato igitur Aristippo è medio, Lysia-
dem Megalopolitanum insidiis appetiuit, qui tyrannide pa-
triam occuparat. Ille cùm homo non segnis animi, neque
abiecti foret, neque velut plurimi tyrannorum immo-
destia & cupiditate ad hanc prolapsus iniuriam, sed ab ado
lescentia incensus amore nominis & gloriæ, & falsis qui- 56
busdam vanísque sermonibus, qui de tyrannide vt de re
aliqua beata atque admirabili ferebantur, imprudenter

& temerè elatus, atque inde rerum potitus multis statim curis ac molestiis premebatur, suspicione præterea suspensus animi, incertúsq; erat, & Arati insidias formidabat. Itaque mutata sententia pulcherrimam & laudatissimâ viam iniit, qua se primùm odio, custodia ac satellitibus liberaret, & patriam sibi suo beneficio deuinciret, Arato accersito dominationem deposuit, & in Achæos ciuitatem retulit. Quo facto Achæi illum laudatum ornatúmque imperatorem legerũt: qui statim cùm Aratum gloria superare niteretur, alias res quæ haud necessariæ videbantur aggressus, Lacedæmoniis bellum indixit: quod ne fieret instans Aratus inuidia agere est visus. Cæterùm Lysiades secundò imperator constitutus est, refragãte Arato atque studente, vt alteri imperium man
57 daretur. Ipse enim, vt dictum est, per annum imperarat. Tertiùm igitur summa cum laude Achæis imperauit, vicissim cum Arato quotannis commutato imperio. Patefactus autem inimicitiis cùm Aratum apud Achæos sæpius accusasset, inuidia & offensione omnium concidit. Etenim existimatus est ficto & simulato ingenio aduersus veram ac syncerã virtutem certare. Et quẽadmodum scribit Aesopus, tenuiores aues cuculo cur se fugerent percontanti respondisse, quòd accipiter aliquando esset futurus: sic Lysiadi ex tyrannide suspicio immutatæ voluntatis conflata est, quæ eius naturæ permultùm detraheret. At Arati nomen Aetolicæ res maximè illustrarunt. Quo tempore insurgentibus ad
58 illos comprimendos Achæis, & in finibus agri Megarensis dimicare properantibus, ad hæc Agidi Lacedæmoniorum regi vnà ad prælium exeunti se opponens, maledicta, sales, cauilla, contumelias in eius mollitiem ignauiámque coniectas, sedato animo tulit, nec vnquam turpitudinis specie vtilia ac salutaria cõsilia abiecit, sed cessit hostibus Geraniam transcendentibus, & absq; prælio in Peloponnesum aditum præbuit: cùm autem irrupissent, & improuiso impetu Pellenam cepissent, non idem sibi cõsilium fuit. Non enim vltrà cunctando tempus triuit, nec expectauit quoad hostium vires in vnum vndique cogerentur, sed statim præsentibus copiis hostem adortus, destituto ordine petulanter in ipsa victoria exultantem facilè fudit. Nam simul ac vrbem ingressi sunt, milites effusi ad prædam & in ipsis ædibus dissipati alter alterum impellentes, de bonis fortunisque ciuium inter se

ter se certabant. Duces verò & centuriones circumeũtes 59
Pellenæorum coniuges & filias diripiebãt, & exuentes galeas illarum capitibus imponebãt, ne quis alter cognitas abduceret, sed ex ipsis galeis cui quæque cessisset domino appareret. Sic autem affectis illis, & huiusmodi operi intentis, continuò Aratus adesse nuntiatur. Exorto autem tumultu & consternatione, priusquam ab omnibus auditum esset periculum, primi in ipsis portis ac suburbiis, vt æquum est in tanta perturbatione rerum fieri, Achæis incurrentes, victi se in fugam dederant: quibus effusè fugiẽtibus, qui subsidio veniebant in dubitationem quid agendum esset adducebantur. In ea trepidatione vna ex captiuarũ numero Epigethis cuiusdam clari hominis filia, eximia forma & pulchritudine mulier, in Dianæ sacello fortè consederat, vbi Epilectarches captam sibi optatam locarat, galeáque cristis insigni ornarat. Hæc repentè ad tumultum exiliens, vt ad portas 60
sacelli constitit, ac desuper pugnantes despexit, ornatu ipso militari induta ciuibus quidem suis augustiori quàm ex homine spectaculo fuit: hostibus verò diuinam aliquã speciem se videre opinantibus, terrorem formidinémque iniecit, vt nemini animus ad repugnandum sufficeret. Pellenæi ipsi affirmant deæ simulachrum per alia tempora intactum mansisse, & cùm à sacerdote motum de loco efferretur, aspectum ita perstringere consuesse, vt à nullo cõtrà aspici posset, sed ab eo oculos cuncti auerterent, nec hominibus modò visum horrori esset, sed propinquas quoque arbores cùm portabatur infœcũdas redderet, & immaturos fœtus excuteret. Hoc tum sacerdotem cùm extrà tulisset, & ad Aetolos conuertisset, sic consternasse omnes, vt ne mẽte quidem consisterent.

Simulachri Dianæ Pellenæ maxima virtus & potestas.

Sed Aratus in commẽtariis suis huiusmodi nihil scribit, 61
sed versis in fugam hostibus, se vnà cum iis irrumpẽtem vrbem palantes egisse, septingentósque ex illis eo prælio cecidisse: quod opus in maximis fama celebratum est. Eam pugnam Timanthes artificiosissimè pictura imitatus ante oculos posuit. Cæterùm multis gentibus ac potentatibus contra Achæum nomen hostiliter insurgentibus, Aratus cum Aetolis statim amicitiam iniit, ac Pantaleone fretus, qui plurimùm inter Aetolos authoritate valebat, duos populos nõ pace modò, sed etiam societate coniunxit. Sed cùm studeret in libertatem Athenienses restituere, offensionem sibi &

calumniam conflauit,& ab Achæis malè audiuit, quòd fœdere sibi cum Macedonibus, in quorũ ditione Athenæ erãt, inito, stantibúsque induciis, Piræum capere aggressus esset. At hoc ipse in commentariis inficiatus, quę scripta reliquit, Erginum accusat, cuius opera ad Acrocorinthi expugna-
62 tionem est vsus. Illum enim priuato consilio Piræum inuasisse,& cùm fractis scalis fugiens premeretur ab hostibus nominatim & continenter Aratum veluti præsentem compellasse, atque ita deceptis hostibus euasisse. Haud tamẽ probabilis excusatio videtur esse: nam Erginum priuatum hominem & Syrum, nihil rationis est ad tam arduum facinus animum adiecisse, nisi ducem habuisset Aratum,& ab eo data occasione rei gerendæ etiam viribus adiutus esset. Quod idem etiam ita esse ostendit, quippe cùm non ter, sed sæpius conatus sit Piræum in ditionem redigere: nec re malè gesta deterritus est, sed spe ad breue tempus fracta, statim redintegrauit audaciam. Semel etiam per Triasium fugiẽs crus fregit, multotiésque incisione curatus est. Vectus etiam lectica diu militiam egit. Mortuo Antigonò,& filio Demetrio regnum obtinente, magis etiam animo Athenis liberandis incubuit, despectis omnino Macedonibus & pro nihilo habi-
63 tis. Itaque cùm à Bitho Demetrij duce ad Phylaciam prælio superatus esset, ac vehemens rumor increbuisset, partim captum, partim mortuum Aratũ esse, Diogenes qui Pirçum præsidio asseruabat, Corinthum epistolam scribit, iubẽs vbe Achęos extrudi, quòd iam Aratus interiisset. Aderat tum fortè Corinthi Aratus cùm literæ eò perlatæ sunt: sic illusi atque irrisi Diogenis tabellarij discesserũt. Ipse quoque rex nauem ex Macedonia misit, qua ad se vinctus Aratus duceretur. Athenienses verò Macedonum gratia ad omnem leuitatem assentationis conuersi, accepto nuntio de Arati morte, coronas sumpserunt, ex quo iratus ille statim copiis in eos eductis, vsque ad Academiam infesto exercitu peruasit: sed suasionibus adductus maleficio & iniuria temperauit. Athenienses cognita eius virtute ad sanitatem reuersi, cùm extincto Demetrio ad spem recuperandæ libertatis incum-
64 berent, illum aduocarunt: qui etsi altero tum Achæis imperante, diuturno morbo oppressus domi detineretur, lectica latus Athenienſium opportunitati occurrit, ac Diogeni præsidij præfecto persuasit, vt centum & quinquaginta accepti

ptis talentis, Piræum, Munychiam, Salaminem, Sunium Athenienſibus traderet. Viginti præterea talentis ipse ciuitatem leuauit. Deinde Aeginetæ & Hermionei in Achæos statim concesserunt: ad hæc magna Arcadiæ pars se illis adiunxit: ac Macedonibus per id temporis propinquo ac finitimo bello occupatis, Aetolorum societate aucta, Achæorum res magnum incrementum accepit. At Aratus memor veteris promissi, vicina tyrannide Argiuorum anxius, per internuntios Aristomacho persuasit vt rempub. in medium poneret, & Achæorum leges ac nomen acciperet, & Lysiadæ imitatione maximæ genti cum laude & honore imperare mallet, quàm vnius ciuitatis periculoso atque inuidioso dominio incubare. Permotus autem Aristomachus Arati monitis & suasionibus, quinquaginta talenta ad se mitti iussit, vt stipendia his qui sub eo meruissent dissolueret, eósque dimitteret. Quæ dum cogerentur pecuniæ, Lysiades nondum absoluto imperio cupiens eius actionis ad se laudem transferre, apud Aristomachum Aratum accusauit, hominem illum tyrannis infensum semper atque implacabilem esse, suadendóque perfecit, vt re sibi permissa, in Achæorum societatem veniret. Igitur hîc Achæorum principes qua beneuolentia & fide in Aratum essent, maximè declararunt. Nam cùm is ob iram contrariam sententiam dixisset, Aristomachum reiecerunt: vbi verò placatus eius causam præsens agere cœpit, promptè ac celeriter in sententiam euntes, Argiuos Phliasiósque repub. donarunt. Sequenti etiam anno Aristomachus imperator constitutus est, qui clarus apud Achæos & gratiosus, statuens in fines Laco-
65 nicos incursionem facere, Aratum Athenis exciuit. Ille
66 ad eum referibens ab ea militia deterrere conatus est, quòd nollet eum Cleomene audaci homine & subitis successibus aucto, Achæos bello implicari. Cùm autem is perstaret omnino in sententia, nec ea dimoueri posset, paruit, atq; vnà præsens militiam obiit. Cleomene ad Palantion ipsis cum exercitu imminente, cùm prohiberet Aristomachum prælio dimicare, à Lysiade accusatus, cum illo in certamen de imperio disceptationémque venit, & suffragiis victor duodecimò imperator creatus est, in quo imperio ad Lycæum pugna à Cleomene fusus in fugam se dedit, errabundúsque noctu vagatur pro mortuo habitus: ísque

rursus

rursus de illo rumor apud Græcos inualuit. Seruatus verò collectisque in vnum militibus non fuit eo contentus, quòd sibi abire incolumi licuisset, sed optimè occasione vsus, cũ id nemo timeret, nec futurum suspicaretur, repentino im-
67 petu Mantineos Cleomenis socios adortus est. Capta vrbe, præsidióque firmata, accolas ciues eorum constituit, & quæ victores nũquam obtinere potuissent, ea Achæis victis superatisque parauit. Lacedæmoniis rursus Megalopolitanos bello lacessentibus, deductis eò subsidiis, Cleomeni prouocanti obuiam ire neglexit, cogentibus etiam Megalopolitanis restitit: quippe qui neque aliàs inchoandi prælij natura cupidus foret, & tum militum numero inferior, cùm homine adolescente & audaci sibi iam ætate prouecto remissioribus animis ac minori ambitione certamen esset. Proinde ratus est, quam ille periclitando gloriam quæreret, partam iam sibi cauendo & declinando conseruandam esse. Itaq; leuis armaturę militibus effusius procurrentibus, Spartiatásque vsque ad castra impellentibus, & per tabernacula eorum vagè dispersis, haudquaquam Aratus properauit, sed valle in medio interiecta constitit, ac transitu ciues prohi-
68 buit. His Lysiades permotus, atque Aratum verbis increpãs, equites hortatus est vt secum vnà insequentibus se ostenderent, nec exploratam hosti victoriam proderent, nec seipsum pro patria dimicantem relinquerent. Cõuersis autem cum eo multis & fortibus viris, elatus animis dextrum hostium cornu inuasit. Quo in fugam dato, persequutioni ira & cupiditate honoris insistens, in loca sinuosa & arboribus consita delatus est. In his latæ fossæ erant, quas Cleomenes insidens hostem excepit. Hic Lysiades in patriæ conspectu cùm pulcherrimam pugnam depugnasset, concidit: reliqui in phalangem fugiẽtes turbatis militibus totum exercitum ea clade complerunt: ex quo Aratus magnam sibi conflauit inuidiam, quòd Lysiadis salutem negligere visus sit. Sic ab Achęis coactus per iram abeuntibus in Aegeum consequutus est: vbi cùm conuenissent, decreuerunt ne illi erogarentur pecuniæ, neu stipendiarij alerentur, sed ipsi potestas fieret si vellet, per se bellum gerendi. Tanta contumelia af-
69 fectus Aratus, statuit resignato imperio exercitum dimittere, & consilio vsus ad præsens omnia pertulit: deinde ad Orchomenum deductis Achęorum copiis, ibi cum Megistono Cleo

Cleomenis patruo pugnam conseruit. Quo victo fugatóq; trecenti cęsi, Megistonus ipse captus in Arati potestatem venit. Cùm consuesset is annum suum cùm contingeret imperare, vbi ad eum ordine ventum est, vocatus repudiauit imperium, ac Timoxenus pro eo delectus est. Causa verò repudiandi, quæ ira in multitudinem esse dicebatur, parum sanè probabilis visa est: vera enim causa res Achæorum non quietæ nec pacatæ vt antea fuerant, succrescente Cleomene, qui haud popularibus magistratibus continebatur, sed interfectis à se Ephoris, subacta sibi regione, permultísque accolarum ciuitate donatis, nulli obnoxiam potentiam consequutus, instare continuò Achæis cœpit, vt sibi imperium mandaretur. Quare iure accusant Aratum, qui dum respubli- 70
ca salo magno ac fluctibus iactaretur, veluti gubernator deponeret, atque alteri remitteret gubernaculum, & desperatione rerum Achæorum, Cleomenem traderet: quo tempore pulcherrimum fuit etiam inuitis ciuibus communi saluti subuenire, nec committere vt Peloponnesus iterum Macedonum custodiis acceptis, barbaricis moribus inquinaretur, vt Acrocorinthus Illyricis armis ac turbis compleretur, neque quos sæpe in bello imperator fudisset, ac vrbibus extrusisset, quibus etiam in commentariis suis malediceret, eorum dominio sociorum ciuitates subiiceret. Quòd si Cleomenes erat (sic enim appelletur) iniquus & tyrannicus, at Heraclidæ illi generis authores erant, Sparta patria, ex qua vel obscurissimum præstabat, quàm Macedonum primum, imperij summæ præponere, qui Græciæ nobilitatis nullam rationem haberet. Ad hæc Cleomenes summum magistra- 71
tum petebat, vt pro illo honore & appellatione maioribus bonis ciuitates afficeret. Antigonus autem terra mariq; imperator & dux renuntiatus, nõ prius imperium obiit, quàm sanctum esset fœdere Acrocorinthum mercedis loco sibi in ditionem cessurum, peritè vt videtur Aesopi venatorem imitatus, nec antè vocantibus Achæis & legationibus ac decretis se submittentibus obsequutus est, quàm præsidio & obsidibus veluti quibusdam frænis comprehensos teneret. Et quanuis omnis Arati deprecatio necessitatis defensione niteretur, tradit tamen Polybius ipsum cùm Cleomenis audaciam multò antè prospexisset, antequam necessitas vlla vrgeret, cùm Antigono clàm colloquium iniisse: Megalopolitanos

Pugna inter Megistonum & Aratum.

litanos etiam supplices descendisse, orantes Achæos & ob-
72 secrantes, vt Antigonus euocaretur. Hi enim assiduo bel
lo premebantur, & Cleomeni maximè ad direptionem &
prædam expositi erant. Nec Phylarchus ab his in sua histo-
ria dissentire videtur, cui nisi Polybius testis accederet, non
magna admodum fides adhibenda foret. Nam cùm in Cleo
menis mentionem incidit, beneuolentia illius quasi afflatus
numine furēs & insanus efficitur, & veluti in iudicio, sic hi-
storia ipsa alteri aduersatur, alterum subleuat. Amiserūt igi
tur Achæi Mantineam, quæ rursus à Cleomene capta est, &
ad Hecatombæum magno prælio superati, ita conciderunt
animis, vt continuò Argos Cleomenē accersiret, & eum bel
lo gerendo imperatorem præficeret. Quod vbi Arato cogni
tum est, cùm aduentare Cleomenē accepisset, & cum exerci
tu Lernam attigisse, metu perculsus legatos ad eū misit, orā-
tes vt cum trecentis solùm tanquam ad amicos sociósq; ac-
73 cederet, ac si diffideret, acciperet obsides. Hæc Cleomenes
respondēs contumeliæ sibi ac dedecori fore, castra ex eo lo-
co mouit. Achæis etiam epistolam scripsit, qua multa crimi
na & calumniæ in Aratum conferebantur. Scripsit & ille
quoque contra Cleomenem epistolas, & vsq; ad nuptias &
coniuges maledicta ac iurgia processerūt. Ex hoc Cleome
nes per legatum Achæis bellū edicit, parúmque abfuit quin
Sicyoniorum vrbem imprudentibus illis per proditionē di
ripere. Inde abducto exercitu Pellenā inuasit, interē proq;
duce, vrbe potitus est. Breui deinde tēpore interiecto, cùm
Pheneum Penteliúmque sub imperiū redegisset, Argiui sta-
tim ad eum defecerunt, Phliasij præsidium acceperunt, &
omnino Achæis ex aduentitiis nihil erat quod stabile aut fir
mum videretur. Hic in magno tumultu & turbatione rerū
Aratus iactabatur, cùm intueretur Peloponnesum tātis mo
tibus agitari, ciuitatésque vndique à seditiosis & turbulen-
74 tis hominibus ad defectionem solicitari. Nihil enim quie-
tum erat, nihil suo loco manebat. Sicyoniorū & Corinthio
rum quoque plurimi iam cum Cleomene palàm colloque-
bantur, quorum animos communio illa & societas iun-
ctarum inter se ciuitatum, priuati dominij desiderio iam
pridem offenderat. In his mutationibus Aratus permis-
sa sibi summa & libera potestate & licentia, quos in Si-
cyonia corruptos offendit capite multauit: qui autē Co-
rinthi erant perquirere ac pœna afficere conatus multitudi
nem ægram & Achæo nomini vehementer offensam in se
concitauit. Cùm igitur in Apollinis templum cōfugissent,
Aratum accersitum miserunt, vt ante defectionem aut in-
terficerent, aut in vincula conicerent. Ille accessit quidem
equum manu trahens, ac si nullum metum aut suspicionē
præ se ferret. Exilientibus autē multis, conuitiáque in eū 75
ac maledicta iactantibus, sedato vultu & firma oratione
quietè considere iussit, nec confusè exurgentes clamorem
attollere, & qui ad portas consisterēt, introire. Hæc simul di
cens sensim pedem extulit, veluti equum alteri daturus: ita
egressus occurrentes sibi Corinthios placidè alloquēs iube
bat ad Apollinis ædem conuenire. Vbi verò clàm ad arcem
propè accessit, in equum insiliens Cleopatro præfecto cu-
stodiæ acriter asseruare arcem iusso, in Sicyonem aduectus
est triginta equitibus consequutis, aliis relicto duce passim
dissipatis. Corinthij non multò post audita Arati fuga, vt
persequuti eum capere nequierunt, accersito Cleomene vr-
bem illi tradiderunt, cùm is nullo satis magno se beneficio
ab his affici posse arbitraretur, pro eo quod offensum esset,
Aratū dimittentibus. Hic igitur adiunctis sibi his qui ad 76
Actam quæ dicitur incolunt, ac ciuitates tradētibus, Acro-
corinthum vallo ac fossa circundedit. At Aratum verò nō-
nulli Achæorum in Sicyonem conuenerunt, conuocatáq;
concione, imperator constitutus delectos ex ciuibus ad cu
stodiam corporis circum se habuit. Cùm tres iam & trigin
ta annos in Achæis remp. gessisset, & Græcorum omnium
potentia & gloria princeps fuisset, tunc inopia & solitudi-
ne oppressus & derelictus, veluti in patriæ naufragio in tan
tis procellis ac periculis ferebatur. Nam Aetoli auxilium
petenti missuros se esse negarunt: Athenienſium ciuitatem
in Aratum studio & voluntate propensum, Euclides & 77
Micion prohibuerunt. Cùm autem Aratus Corinthi & do
mum & facultates haberet, Cleomenes nec attigit eorum
quicquam, nec alterum permisit attingere: conuocatis
præterea eius amicis & curatoribus, iussit omnia cura-
re atque asseruare, vt rationem Arato reddituros. Priua-
tim ad eum Tripylo & Megistono patruo rursus missis,
tum alia ei permulta, tum duodecim talēta annuum stipen-
dium pollicitus est, Ptolemæi odio numerum duplicans:

ab

ab eo enim sex talenta Arato quotannis mittebantur. Demandari sibi ab Achæis imperiũ orabat, & Acrocorinthum cõmuni cum his præsidio custodiri. Respõdente Arato, non penes se, sed potius penes eos summam imperij esse, ratus id dissimulare responsum, infesto exercitu in Sicyoniorum fines inuadẽs incursionibus agrum deuastauit, positísque ad vrbem castris tres menses in obsidione fuit, cunctante Arato ac deliberante num Acrocorintho tradito Antigonũ ac-
78 cepturus esset, nam aliter negabat opẽ se esse laturũ. Conuocato igitur in Aegeum concilio, Achæi Aratũ eò conuenire iusserunt: verùm cùm ex vrbe Cleomene obsidente sine periculo exire non posset, ciues eum precibus detinebãt, orantes vt saluti suæ vitæque consuleret, neu corpus imminenti hosti obiiceret. Ad hæc fœminæ ac pueri tanquã communem omnium parentem & conseruatorem suum lachrymis circunstabant: quos tamen ille cùm confirmasset, consolatúsque esset, aduectus equo decem amicis & cum his adulto iam filio comitantibus descẽdit ad mare. Nauem quæ eò appulsa erat conscendentes, in Aegeum ad concionẽ profecti sunt, in qua cõmuni sententia decretum est vocare Antigonũ, & Acrocorinthum in eius ditionẽ permittere. Aratus filiũ suum vnà cum aliis pluribus ad eũ pro obsidibus misit, quibus cõmoti grauius Corinthij, diripuerũt eius bona,
79 & domũ Cleomeni dono dederũt. Aduentante verò Antigono cum exercitu (erãt autem XX Macedonum peditum millia, equitum mille & quadringenti) Aratus cum principibus ciuitatum per oram maritimam clàm hostibus, illi in Pegas obuiam prodiit, cùm Antigonum suspectũ haberet, nec se libẽter Macedonibus crederet. Etenim sciebat se ex illorum cladibus opes sibi & gloriam peperisse, materiémq; cõstituendæ reip. odium in superiore habuisse. Sed cùm perspiceret necessitatem impendère, nec declinari, nec resisti vllo modo posse, deinde occasionẽ sibi oblatam esse, cui seruiunt omnes etiam qui imperare videtur, ad tam indignum facinus perpetrandum accessit. Antigonus autem vbi accepit obuium sibi Aratum esse, alios quidem cõmuni benignitate salutauit, illum verò & in primo cõgressu honorificentissimè excepit, & cætera munificentia virum bonum & singulari prudentia præditum maiori necessitudine sibi deuin-
80 cire conatus est. Erat enim Aratus eiusmodi, vt regem non

non modò maximis in rebus administrandis adiuuare, sed etiam in otio oblectare posset. Quare Antigonus etsi adolescens foret, vt viri ingenium perspectũ habuit, cui nihil deerat quod minus dignũ regis amicitia videretur, eo non vt Achæis modò, sed etiam ante Macedones ad omnia vtebatur, cunctaq; de illius sententia & authoritate gerebat. Et ea ita euenerunt, quę in sacrificiis diuinitus numen portenderat. Dicitur enim nõ multò antè Arato sacra facienti, in iecore duos felles extitisse eadẽ pinguedine obuolutos: vatem quoq; consultum dixisse, quæ capitalissimo odio dissiderẽt, ea perbreui inter se firmissima amicitia coitura. Quod responsum ad præsens neglexit, nec sacris aliter, nec vaticinio fidem habuit: obseruabat id tamen, nam in posterum prosperè succedente bello, cùm Antigonus Corinthi conuiuium instruxisset, compluribus eò inuitatis, Aratum
81 honoris gratia supra se locauit. Paulò pòst amictum flagitans, rogauit illum num sibi frigus videretur: respondente illo & quidem se valde algere, iussit propius accedere, tapeteq; allato serui ambos simul circũdederunt. Tunc Aratus in sacrorum illorum memoriã rediens ridere secum ipse, ac portentum & oraculum regi enarrare. Verùm hæc posterioribus temporibus sunt acta. In Pegis verò tum iureiurando dato acceptoq;, continuò in hostem inuaserunt, & ad vrbem summa vi vtrinq; dimicatũ est, optimè munitis Cleomenis castris, & Corinthiis strenuè hostẽ arcentibus. Hic Aristoteles Argiuus Arati amicus ad eum clàm mittitur, qui rebellione facta, illum in ciuitatẽ acciperet, si cum militibus eò accederet. Ille re cum Antigono cõmunicata, cum mille & quingentis ex Isthmo in Epidaurum celeriter
82 nauigio delatus est. Argiui insurgentes facto impetu in Cleomenis milites, comprehẽdunt, atq; in arcẽ inducunt. Quibus nuntiatis, Cleomenes veritus ne captis Argis ab hostibus reditu domũ intercluderetur, Acrocorintho relicto cum subsidio, noctu Argos occurrit, quò præueniens conflixit, & secundo prælio vsus est. Nec ita multò pòst Arato se inferente, & rege cum copiis subsequente, in Mantineam discessit. Ex eo ciuitates omnes in Achæorũ fidem & amicitiam redierunt. Acrocorinthus Antigono tradita est. Aratus imperator factus ab Argiuis, persuasit eis vt tyrannorum bona & proditorum Antigono elargirentur.

Quo facto Aristomachū in Cenchreis magnis cruciatibus vexatum mari mergendum dederunt. Cuius supplicij fœditas in Aratum non sine offensione coniecta est, quòd virum non improbum, & qui eo familiariter vsus esset, suaq; authoritate adductus dominatū deposuisset, & ciuitatem suam Achæis iunxisset, ita crudeliter ac nefariè necari per-
83 mitteret. Nec huius tantùm rei, sed aliarum etiam in eum culpa redundauit, veluti quòd Corinthiorū ciuitate vt humili aliquo vico Antigonū donassent: idem etiam direpto Orchomeno, præsidium Macedonū intulisset. Decretum etiam fecerunt, nemini alteri ex regibus scribere inuisu Antigoni, nec legationē mittere. Macedones alere stipēdijs impensiq; coacti sunt, ad sacrificia, pompas & ludos admittere. Nam incipientibus Arati ciuibus, & Antigonum in vrbem accipientibus, ab Arato liberaliter hospitio inuitatum, omnia illa accepta referebāt, nescij quòd habenis illi semel traditis, regiæ impetu cupiditatis actus, nullum præterea integrū ius præterquā vocis haberet, quæ periculosa licentia vteretur. Apparebat enim inuito Arato plurima administrari ac fieri, veluti illud quod de statutis actū est.
84 Antigonus enim Argiuorum tyrannorum statuas deiectas erexit, eorum autem qui Acrocorinthum cepissent, stantes & erectas præter vnam Arati demolitus est: quæ ne fierent, precibus instans Aratus nihil profecit. Videtur etiā quæ in Mantineos acta sunt, nequaquā ex Græco more ab Achæis administrata esse. Quibus duce Antigono deuictis, clarissimos viros & principes ciuitatis necarunt, reliquos partim venundederunt, partim vinctos compedibus in Macedoniam miserunt. Liberos eorum & coniuges mancipiorum numero habuerunt. Argento autē Mantineorum collecto tertiam ipsi acceperunt portionē, reliquis duabus ad Macedones delatis. Hæc quidem vltionis iure peracta sunt. Etenim indignū ac nefariū fuit, homines regionis & lin-
85 guæ necessitudine inter se coniunctos, sic ad iram tractari. Verùm in necessitatibus iucundum, non asperum fuit, vt Simonides inquit, iræ sæuienti & efferuescenti velut medicinam adhibere & explere. Quæ verò consequuta sunt nec laudi, nec necessitati Arato danda sunt. Nam vrbe Argiuis ab Antigono cōcessa, cùm hi ab integro reficere decreuissent, ipse imperator cùm esset eius institutioni operis præpositus,

positus, ex decreto ne deinceps Mantinea ciuitas, sed Antigonia vocaretur edixit, hodieq; ita vocatur, ac videtur ob illum amabilis Mantinea funditus interiisse: manet autem ciuitas eorum nomine, à quibus necati ciues deletiq; sunt. Deinde Cleomenes ad Sellasiam magna accepta clade, reliquit Spartam, & in Aegyptum mari profectus est. Antigonus vbi in Aratū omni benignitate atq; humanitate est vsus, in Macedoniam rediens, Philippum ad quē regni successio spectabat, nōdum admodū adulta ætate in Peloponnesum misit, atq; Arato vt se daret iussit, per eum ciuitates adire, per eum Achæis familiarē fieri. Quē Aratus quidem accipiens sic affecit amauitq;, vt in se summa beneuolentia affectum in Macedoniā, & Græcas res incitatū incensumq; dimitteret. Antigono autem vita defuncto, Aetoli inertia & desidia Achæorum despecta (assueti enim aliorum defendi manibus, & in Macedonum armis omni spe salutis collocata, ad quietem se totos remissionemque cōuerterant) Peloponnensibus bellum inferre parant, ac Patrēis & Cumæis extra id quò intenderant expulsis, impetuq; facto, Messeniam diripiunt. Quibus rebus angebatur Aratus, cumq; intueretur Timoxenum Achæorum ducē ob ignauiam tēpus terere, iam propè absoluto imperij tēpore, ipse successor ei constitutus, quinque ante præfinitum tempus diebus magistratum obiit, & vt Messeniis auxilium ferret, 87
Achæorum copias coegit: qui cùm languidis atq; inexercitatis corporibus, animis verò otio resolutis ad bellum incumberent, ad Caphyas fusi fugatiq; sunt. Quo bello visus sibi Aratus cupidius imperio vsus, ita rursus animo concidit, ita relictis gubernaculis imperij spes omnes abiecit, vt cùm sibi opprimendi hostis oblata occasio esset, prælio abstinuerit, & in Peloponneso per lasciuiam ac petulantiam Aetolum insultantem neglexerit. Rursus igitur supplices in Macedoniam tendentes manus, Philippum in Græciam reuocarunt, spe maximè eius in Aratum obseruantiæ ac fidei adducti, fore vt eo clementi & mansueto ad omnia vterentur. Verùm sub id tempus Apelle & Megalæo quibusdamq; aliis Aratum regi deferentibus, ille fide addita calumniæ, contrariā factionem excitauit, comitiisq; habitis Eparato ad imperiū obtinendum suffragatus est. Qui cùm 88
Achæis contēptui esset, & Aratus rē negligeret, nulla præ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

clara re gesta Philippus à paternis moribus degener, rursus reconciliatis animis totum se Arato tradidit. Rebus verò prosperè & ad opes & ad gloriam succedẽtibus, eum omni comitate cõplexus est, veluti per eum nomine & imperio auctus. Quare visus est Aratus non popularis modò princípatus, verumetiam regni optimus præceptor esse. Illius enim mores & instituta, vitæ regis, rebus gestis, instar coloris decori maximo ac dignitati erant. Et adolescentis in Lacedæmonios afflictos & perditos moderatio, & humanitas in Cretenses, qua totam paucis diebus insulam ad imperium suũ adiunxit, & aduersus Aetolos militia mirificè laboriosa, Philippo quidem docilis & obsequentis ingenij,
89 Arato prudentiæ ac sapientiæ gloriam attulit. Quibus magis regis amici inuidia cõcitati, vbi nihil obscuris calũniis profecerunt, conuitiis palàm aggressi per potus Aratũ obscœnis ac petulantibus verbis lacessunt. Semel quoq; post cœnam in tabernaculũ abeuntẽ lapidibus persequuti sunt. His iratus Philippus, viginti eos talentis multauit, & posteriori tẽpore quod res labefactare turbareq; viderentur, interfici iussit. Prosperè igitur & ad voluntatẽ fluente fortuna, successibus insolenter elatus in multas ac magnas cupiditates erupit: ingenita enim vitia illi perruptis atq; exutis paulatim inuolucris, quibus repugnante natura latuerant, enudata sunt, & eius simulatũ diu ingeniũ se prodidit. Primùm enim iuniorẽ Aratum contumelia affecit, cõiugi stupro illato, quæ res multùm tẽporis occulta fuit, cùm in eorum domũ diuerteret, hospitaliter ab his exceptus. De-
90 inde in Græcorũ respub. asperius cõcitatus est, nec erat obscurum illũm iam ad Arati eladem & exitum spectare. Suspicionis autem eius Messeniçæ reş initium attulerunt. Seditione enim laborantibus illis, serius quàm tẽpus postulabat Aratus eis subsidio venit, Philippus vna die prœuertit, vrbemq; ingressus quoddam rursus malum illis immisit, priuatim magistratus Messeniorũ percontatus, nũquid leges haberent, quibus cohiberent vulgus. Priuatim etiã primores ciuitatis rogauit, num manus sibi essent, quibus tyrannos opprimerent. Ex hoc addita vtriusq; audacia, magistratus quidẽ populares & turbulentos homines ad supplicium postulabant: illi cũ multitudine concita inuadentes magistratus interfecerunt, ex cęteris paulò minus ducentis

peremptis. Philippus tam fœdo opere perpetrato, magis 91
etiam Messenios in se inuicem instigabat. Interueniens Aratus nec ipse animi ægritudinẽ dissimulare potuit, nec filium obiurgantẽ aspere & vehementer Philippum prohibuit. Videbatur autẽ adolescẽs Philippi amore teneri: cùm ergo tũ ad eũ diceret, iis rebus ita gestis eius sibi aspectum non iam formosum, sed turpissimũ omnium videri: nihil quidẽ illi Philippus respondit, quanquam succensus irâ sæpius, eo cõuitiante, dentibus infrendisset. At senioré, veluti nihil iis verbis cõmotus, vt homo ciuilis ac natura moderatus, apprehensa dextera ex theatro egressus ad Ithomantam perduxit, immolaturus Ioui ac locum cogniturus. Est enim is non minus, quàm Acrocorinthus, munitus & clausus, ac si præsidiũ collocatum in eo sit, graue & infensum propugnaculum accolis futurus. Vbi verò conscendit, & 92
sacrificio instituto, vates ad eũ exta detulit, ambabus manibus suscipiens, Arato ac Phario Demetrio separatim demissa ostendit, ac percontatus est quid in sacris perspicerẽt, retinendámne sibi arcẽ esse, an Messeniis reddendam. Hîc arridens Demetrius, Si animum, inquit, vatis geris, locum dimittes: sin regis, vtroq; cornu bouẽ detinebis: Peloponnesum per ænigma significare volens, quasi si Ithomata & Acrocorinthũ custodiat, facilẽ atq; obsequentẽ futuram. At Aratus diu silentiũ tenuit: orante autẽ Philippo vt sententiam suã proferret, Permulti, dixit, ac magni, Philippe, Cretensiũ mõtes, permulti Bœotiorũ ac Phocensiũ tumuli ex terra efferuntur: item plurimi Acarnanum partim mediterranei, partim in oris maritimis siti, qui natura munitissimi sunt: & quanuis horum nullum ceperis, omnes tamen sponte imperata faciunt. Latrones enim rupes ac sã- 93
xa incolunt, & præcipitiis se tutantur. Regi autem nihil fide & beneuolentia firmius nec munitius esse potest: hæc tibi Creticum pelagus, hæc Peloponnesum aperuit. Ab his orsus initiis cùm sis, hoc ætatis hi te sibi imperatorem præfecerunt, illi in ditionem tuam venerunt. Loquente adhuc Arato, Philippus exta reddidit vati, ac manu illum trahens velut ab eo sibi illata vi, ac ciuitate erepta, Et huc, inquit, eandem proficiscamur viam. Post id tempus Aratus declinans aulam, & se à Philippi sensim consuetudine subtrahens, in Epiro rogatus ab eo vt secum vnà militaret, recu-

Regi nihil firmius beneuolẽtia.

sauit, veritus ne sibi ex illius factis ignominia & dedecus
conflaretur. Cùm verò à Romanis victus turpiter amissa
classe in Peloponnesum se recepisset, aggressus est iterum
Messenios dolis capere: quod vbi minus succesisset, ad aper-
tam iniuriam versus eorum agrum populationibus vasta-
94 uit. Tum Aratus se penitus ab illius amicitia & familiarite
seiunxit, & in eum inimicũ animum cepit: ad hæc conscius
eorum, quæ in nurũ ab eo perpetrata essent, excruciabatur
vehementer, sed filium rem celabat, & sibi illum contumelia
affectum aspicere tantùm dabatur, vlciscendi verò ac
persequendi iniurias facultas non erat. Maximè verò Phi-
lippus à prioribus moribus immutatus videbatur, quippe
qui ex miti & mansueto rege ac modesto adolescente in
petulantem hominem & insolentem tyrannum euaserat.
Verùm hęc haud quidem naturæ mutatio erat, sed in licen-
tia improbitatis exudatio, quæ ob metũ incognita diutius
& obscura manserat. Fuisse autem eius cum Arato consue-
tudinem ab initio verecundiæ ac timori admistam, ex iis
quæ in illum postea gesit, perspicuè declarauit: nam cùm
eum delere cuperet, quo viuo non modò se tyrannum aut
regem, sed ne liberum quidem hominem ducebat esse, vi
95 palàm nihil tentare ausus est, sed Taurionem vnum ex du-
cibus & amicis subornauit, qui ex occulto se absente ac
longè remoto, veneficio rẽ conficeret. Is Arato factus fami-
liaris, ei venenũ comparat, non acutũ & vehemens, sed eius
generis, quod initio remissos calores & tenuẽ ventũ in ven-
tre excitat, deinde senũm tabe corpus inficit. Non tamen
Aratum ea res latuit, sed vbi nullum deprehensæ & mani-
festæ cladi remedium est inuentũ, vt communẽ aliquem &
quotidianũ morbum leniter æquilibrio pertulit, nec præter
vnum ex familiaribus quisquam resciuit, quo in cubiculo
præsente atque admirante, O Cephaleon, inquit, hæc sunt
præmia regię amicitiæ. Sic vita defuncto in Aegio, vbi de-
cimum & septimũ imperatorẽ gesserat, instabant Achæi vt
sibi ad sepulturam daretur, & cõuenientia eius vitæ monu-
Arati mors. menta fierent. Sicyonij magna se ignominia affici existi-
mabant, si alibi quàm in patria eius viri corpus humaretur.
96 Itaque ab Achæis vt sibi id permitterent impetrarunt. Sed
cùm veteri lege neminem intra mœnia humari liceret, &
legi superstitio accesisset, mittunt in Delphos de his Py-
thiam

thiam sciscitatum, à quo oraculum huiusmodi acceperũt.

Consultas Sicyon Arato gratissima tellus,
Vt pia defuncti celebrentur funera regis,
Sit quodcunque viro, durum infensumq; feretur
Id scelus infandum cælo terraq; mariq;.

Renuntiato igitur responso, & Achæi cuncti lętati sunt,
& Sicyonij in primis luctu in celebritatem mutato, conti-
nuóq; ex Aegio cadauer veste alba coronisq; exornantes,
cum pæana & choris in vrbem intulerunt: sepulchro dein
de optarunt locum veluti conditoris totius vrbis celeber-
rimum & clarissimum, seruatorémq; suum magnificentiss 97
simo funere prosequuti sunt. Loco quo situs est vsque ad no
stram memoriam Arato nomen mansit. Immolant illi no-
nis Iuniis, quo die tyrannicum de ciuitate sustulit domina
tum, quem mensem Athenienses Ἀντιγονεῶνα, ipsa verò sa-
cra Salutaria nuncupant, eius diei monumentum, quo Ara
tus in lucem editus memoratur. Priori sacro in honorem
Iouis Soteris Thyepolus præfuit, secundo Arati filius, tor-
que nõ albo omnino, sed dimidia parte purpureo ornatus,
& à Dionysij ministris carmina quædã ad cytharã canebã
tur. Gymnasiorũ princeps subsequentibus pueris & adole-
scentibus vnà pompã agebat. Post eos senatus coronatus se-
quebatur: reliquorũ ciuiũ turba pro arbitrio aderat. Qua- 98
rũ rerũ hodie quoq; vestigia quædã expiati seruant, hono-
rũ verò & vetustate & mutatione rerũ plurimi interierũt.
Aratus igitur senior ita vixisse, atque huiusmodi præditus
ingenio fuisse traditur. Filiũ autẽ eius Philippus homo fla-
gitiosus & perditus, ad hæc natura crudelis & contumelio
sus, medicamentis non quidẽ lethalibus, sed iis quæ menti
officiunt, in insaniã versum, cladẽ eius & pernicię appetẽs,
ad horrẽda ac nefanda facinora impulit, vt mors illi etsi iu
ueni ac florenti, malorũ remedium & salutẽ afferre videre-
tur. Attamen Philippus huius impietatis hospitali Ioui ac
sodalitio pœnas persoluit. Victus enim in bello à Roma-
nis, sub eorum ditionem venire coactus est, & tum also
imperio spoliatus, tum omnibus præter quinque amissis
nauibus, mille insuper talenta conuenit stipendiũ pende-
re. Ad hæc obsidem dedit, & vix ei misericordia hostium 99

Macedonia cũ suis stipendiariis permissa est. Cùm in necẽ dis optimis quotidie & coniunctissimis viris occupatus esset, horrore atq; odio sui regnũ vniuersum cõpleuit. Vnum tantũmodo in tantis calamitatibus leuamen Demetriũ nactus eximia virtute filiũ, eum ob honorem sibi à Romanis habitum, inuidia & suspicione vita priuauit. Persem verò alium filiũ, non legitimũ, sed suppositititium fuisse ferunt, ex Gnathænio Medica quadam muliere genitũ. Hic est de quo Aemilius Paulus trimphauit. Itaq; Antigonici regni sublatis hæredibus, eius omne genus interiit. Arati autem genus Sicyone & Pellenæ vsq; nostram peruenit ætatem.

Galba.

INCERTO INTERPRETE.

1 PHICRATES Athenienſis ideirco existimabat stipẽdiarium militem & diuitiarum & voluptatum studiosum esse oportere, quòd dum harum gratia largius cupit acquirere, se periculis audentius committat. Sunt autẽ permulti qui militis officium esse putent, vt veluti corpus sanum, diuerso suoq; motu nunquam sed imperatoris arbitrio moueatur. Itaq; Paulum Aemiliũ ferunt exercitui, quem loquacitati solùm & elegantiæ studentem in Macedonia accepisset, edixisse, vt manũ alacrẽ & gladium quisq; acutum haberet, cætera sibi curæ fore.

2 At Plato qui videbat nihil neque ducẽ neq; principem bonum effecturũ, vbi exercitus minus se temperantem obedientemq; præstaret, putabat obediẽdi virtutem æquè atq; imperandi, naturæ esse generosæ educationisq; philosophicæ, præsertim quæ iram & vehementiã mansuetudine humanitateq; non inconcinnè temperaret. Ac cùm cæterę calamitates multæ, tum ea quę Romanis post Neronis obitũ accidit, testimonio est, nihil esse in imperio formidabilius potestate militari, quę indoctis vtitur absurdisq; consiliis. Itaque Demades Alexandro mortuo, similem esse dicebat Macedo

Macedonum exercitũ excæcato Cyclopi, quippe qui illũ intueretur multis moueri motibus perturbatis & prauis. At Romanorum imperium si Demades inspexisset, iisdem affici agitariq; malis comperisset, quibus Titanas ferunt in multas nempe partes discerptum, & vndique in seipsum incurrens, non tam ex eorũ dominandi cupiditate qui imperatores appellarentur, quàm diuitiarum studio & luxuria militũ, qui imperatores inuicem veluti clauos extrudebant. Atqui Dionysius Pheræum, cùm menses decẽ regnasset in Thessalia, ac mox interimeretur, tragicum tyrannũ appellabat, celerẽ scilicet mutabilitatẽ cauillatus: at Cæsarum focus palatium ipsum breuiore tẽpore quatuor imperatores suscepit, cùm alium inducerent tanquã per scenam, alium educerent. Sed erat hæc vna consolatio oppressis, & non opus habebant alia animaduersione in authores, sed eos à seipsis intuebantur occidi: & illum certè primum & omnium iustissimè, qui inescauit militem, docuitq; tantũ esse sperandum in Cæsaris mutatione, quantũ ipse promisit; rem pulcherrimã illam à Nerone defectionem, mercede interposita, in proditionẽ calumnia vertens. Nymphidius enim Sabinius: quis (vt dictum est) cum Tigellino aulę præerat, vbi Neronẽ cepit omnino desperatio, nec erat dubium fuga in Aegyptum concessurũ, exercitui persuasit tã quam absente iam Nerone atq; fugæ dedito, vt imperatorẽ Galbam salutarent, & largitionẽ viritim est pollicitus aulicis & militibus qui ita salutassent, numum septies mille quingentos, his verò qui extrà militarent, mille ducentos quinquaginta, quantùm colligere non poterat nisi multò pluribus omnes mortales oneraret malis, quàm Nero consueuisset. Hoc enim perdidit continuò Neronem, & paulò pòst Galbam, Nam alterum vt accepturi prodiderunt, alterum non accipientes occiderunt: mox illum quærentes qui tantùm promiserat, desertorem proditoremq; occupant, seipsos etiam dum speratis potiri volunt, consumentes. Sigillatim igitur quæ gesta sunt diligenter exponere, iustæ historiæ sit. Sed quæcunq; digna notatu Cæsarũ secundis aduersisq; rebus acciderunt, nec à me quoq; prætereunda sunt. Galba Sulpitius & priuatus omniũ ditissimus transiuit in Cæsarũ familiã, omnes consentiũt. Is quãquam amplissima Seruiorũ domo plurimùm æstimationis

haberet, plus tamen Catuli cognatione sibi sumebat, viri qui cæteros suæ tẽpestatis homines virtute & gloria anteibat, quanquam ille quidẽ alios se plus posse non iniquè ferebat. Erat etiã Liuiæ vxori Cæsaris Galba genere coniunctus. Itaq; opera Liuiæ ex palatio processit consul. Ad hæc fertur exercitui in Germania cum laude præfuisse, Libyæque proconsul fuit inter paucos laudatus. At vilitas victus & sumptuum parsimonia ac frugalitas fuit in causa, vt potius imperio auarior haberetur: quã quidẽ vanã de se opinionem modestia temperantiaq; pepererat. Accepit autem à Nerone Hispaniam prouinciã, cùm is nondum edoctus
6 esset metuere magnos ciues in dignitate constitutos. Galbæ verò, qui videretur natura mitis, senectus ipsa fidem religionis fecit. Cùm enim publicanis sceleſtis hominibus, qui prouincias crudeliter & inhumaniter vexabant, constitutus curator esset, quod solum tum potuit, sic prouinciarum calamitatem acerbè tulit, quasi communis iniuria esset: vnde magno solatio damnatis venundatisq; fuit. Posmata quidem, quæ in Neronem edebantur, & multis in locis circunferebantur canebanturq;, minimè impediebat, neq; ædilibus indignabatur vnde plus etiam diligebatur ab hominibus: erat enim illi familiaris, annum iam octauum militare imperium tenens, quo tempore Iunius Vindex Galliæ prætor insurrexit in Neronem. Quare ante
7 defectionẽ ad eũ literæ à Vindice missæ dicuntur, quibus neq; credidisse neq; eas diuulgasse neq; detulisse fertur, cùm reliqui prouinciales epistolas ad se missas transmitterent ad Neronem, & quantum in ipsis fuit, id negotium interciperent: cuius ad postremum participes facti, tam suæ ipsorum, quam illius proditores sese fuisse declarabãt. Sed Vindex vbi post declaratum palàm à se bellum scripsit ad Galbam, cum hortans ad accipiẽdum imperiũ, ac seipsum Gallis corpori valido caput quærenti præberet, qui millia virorũ armatorũ centũ haberent, & alia plura armare possent, rem proposuit amicis, quorũ alij putabant expectandũ esse, obseruandumq; dum motum atque impetũ aliquẽ ad res nouas Roma afferret. Titus autem Iunius classiarioru dux, Quid ô Galba, inquit, cõsultatis? quærere enim nũ in fide Neronis maneamus, iam manentium est. Igitur vel iuit inimicus Nero sit, nunc aut prodenda Vindicis amicitia

tia non est, aut is est continuò accusandus, belloq; inuadendus, vt te Romanorum principem mauult, quàm Neronẽ tyrannũ. Hinc præscripto die etiã per prouincias edicta 8
dimisit Galba, author singulis vniuersisq; conspirandi futurus: cuius rei rumor atque fama vbi emersit, collecta hominum multitudo est ad res nouas non impigra. Nondum igitur planè tribunal attigerat, cùm est ab omnibus Galba vna voce imperator salutatus. Is verò haud continuò eam appellationem admisit: sed vbi Neronẽ accusasset, & illos quos peremerat viros clarissimos defleuisset, pollicitus est se patriæ prospecturum, neque Cæsarem neque imperatorem, sed ducem senatus populiq; Romani professus sese. Quòd autem rectè Vindex & consultè Galbam ad imperium reuocarit, etiã Neronis testimonio declarauit. Simulans enim contemnere se Galbam, ac nihili ducere res Gallorum, vbi de defectione audiuit (lauabat enim tum ac prãdebat) euertit mensam, Cúmque senatus Galbam hostem 9
iudicasset, iocari & efferri apud amicos volens, Non malũ inquit sibi pecuniis egenti augurium incidisse. Et res quidem Gallorum cùm in seruitutẽ redigantur, prædæ fore: Galbæ verò facultates, quoniã hostis iam declaratus esset, vendere opportere. Ac iubebat quidem bona Galbæ vẽdi. Quæ cùm Galba audisset, ea omnia vendens quæ Nero habebat in Hispania, multos reperit ad emendum alacriores. 11
Cùm verò plures à Nerone deficerent, ac se Galbæ omnes officiosè ascisceret, solus Clodius Maurus in Libya, & Virginius Rufus, qui in Gallia Germanicum ducebat exercitum, per sese agebant, non idem institutum habentes. At Clodius quoniam rebus rapiendis studuerat, ac virorum cædibus, haud obscurum erat hunc propter crudelitatem & auiditatem errabundum, neque imperium possit continere, neque dimittere. Virginius autem qui le- 10
gionibus potentissimis præerat, à quibus persæpe imperator appellabatur, colebatur, neque accepturum se dicebat imperium, neque commissurum vt alij daretur, qui minus à senatu electus foret. Hæc non parum Galbã Principio turbabant: sed vbi Virginij Vindicisq; exercitus, qui vi quodãmodo ipsos duces, veluti aurigas, qui frænis dominari nõ possunt, magnã ad pugnam excitarant, simul conflixerunt, ac Vindice seipsum interimente, & viginti

millibus

millibus Gallorum cæsis, rumor esset omnes cupere ob eiusmodi victoriam, vt Virginius imperium susciperet, aut rursus ad Neronem conuertãtur, tunc demũ Galba omnino meruens Virginio scripsit, rogans vt cõmuniter pro tuendo Romanis imperio, & pro libertate agat. Ac rursus cum amicis in Coloniã Hispaniæ vrbem secedens, magis circa pœnientiã rerum factarũ, & desiderio otij consueti, quàm
21 circa vllas res necessarias tempus terebat. Iam æstas erat, cùm paulò ante crepusculum venit Roma Sicelus, vir intra septimum diem libertate donatus, qui audiens Galbã quiescere solum, confestim ad eius cubiculũ pergit, quod repugnantibus cubicularijs vi patefactum ingressus nuntiauit, vt etiã viuo adhuc Nerone, sed latente, exercitus primùm, deinde populus & senatus imperatorem Galbã appellarit. Paulò autem pòst nuntiatum esse illum obiisse mortẽ, sed nullo modo quidem credidisse se aiebat, donec ingressus mortuum iacentémque Neronem vidisset, atque ita tandẽ abiisse. Hoc nuntium Galbam extulit, ad cuius fores homi num multitudo magnam in ipso fiduciam habens conflue bat, etsi celeritas admebat fidem. Sed biduo quoque Titus eum aliis multis ab exercitu venit, quæ senatus censuisset sigillatim exponens. Hic igitur in ordinem honestũ proue
22 ctus est: liberto verò tũ annulos aureos dedit, & Martianus Vicellus iam vocatus primas inter libertos habebat. At Romæ Nymphidius Sabinus non sensim atque paulatim, sed summatim simul omnia per rerum turbationem sibi vindicabat, inquiens Galbã senem esse, ac vix satis Romam lectica propter senĩ vehi posse. Erat enim annos tres & LXX natus. Qui verò ibi erat exercitus, cũ diu antea beneuolo animo in eum fuerat, tum hoc tempore cùm ab vno solo sustentaretur, illum propter largitionis magnitudinem bene factorem existimabat, Galbam autẽ debitorem. Continuò igitur Tigellino collegæ gladium vt poneret imperauit, faciebátque conuiuia, quibus viros consulares accipiebat, atque prætorianos, addens etiam nomen Galbæ ipsis inuitationibus. Multos instruxit qui dicerent, mittendum esse ad Galbam qui ab eo peterent, vt perpetuò præfecto Nymphi
23 dio esse sine collega liceret. Cùm autem senatus in eius honorem multa taceret, appellans benefactorem, & assiduè currens ad eius fores, omnibus illũ sententiis præesse vellet

confirmaretque, multò redditus est audacior, adeò vt breui tempore illis à quibus colebatur non solũ foret inuidiosus, sed etiam formidabilis. Cúmque ministri publici à consulibus deligerentur, qui decreta & diplomata, quę vocant obsignata imperatori portarẽt (quæ proceres vrbis cũ animad uertunt, summa vehiculorũ contentione tabellarios præuertere consueuerunt) nõ mediocriter Nymphidius est turbatus, quòd & signũ & ministros non ab ipso acceptos misissent. Quin fertur de consulibus consultasse. Deinde cùm illi sese expurgassent, ac precibus institissent, remisit iram. Gratificatus autẽ populo, nequaquam obstitit siquis ex Neronis familiaribus exturbaretur, fustibúsque cæderetur ob uius. Quare Spiculũ gladiatorẽ statuis Neronis, dũ dextra 24
beretur, subiectũ in foro necarunt, & Aponium quendã ex delatoribus reuolutũ superactis plaustris saxo oneratis oppresserunt. Alios etiam permultos discerpserunt, & quosdã sanè, qui nihil per iniuriã perpetrarãt. Itaq; Mauriscus, qui vir optimus & erat & videbatur, dixit ad senatum, se metuere ne breui Neronem desiderarẽt. Adeò verò Nymphidius magna spe fuit, vt non sit veritus Caij Cæsaris illius filius appellari, qui post Tiberium imperauit. Nouerat enim Caius, vt videtur, matrẽ illius cũ esset adolescens, è liberto Cæsaris natam: fuit enim illa aspectu minimè iniucũdo, & nouit illã quidẽ in tabernis medicinariis mercede nõ satis honesta. At fuit eius mulieris cũ Cæsare congressus (vt videtur) posterior Nymphidij natali. Erat autẽ suspicio, natum esse ex Martiano gladiatore, hunc enim propter gloriam ipsius Nymphidia amabat. Magis enim visus est ob similitudinem formæ illius esse. Verùm fassus se Nymphidia matre natum, Neronis interitum sibi soli ascribebat. Huius autem interitus cùm non satis ea præmia esse duceret, quòd & honoribus frueretur & pecuniis, quódq; dormiret cum Neronis Sporo, quem ab ipso rogo dum eadauer adhuc crematur, cõtinuò accersitum loco nuptæ haberet, Põpeiúmq; appellaret: sed ad successionem imperij nitebatur. Et alia ipse Romæ clam per amicos moliebatur, per mulieres quasdam virosq; senatores, qui ei occultè adiutores erant. Vnũ verò ex amicis Gellianum in Iberiam misit, quę agebantur consideraturũ. At Galbæ post Neronis aditum erant secun- 26
da omnia, præterquã quòd Virginius Rufus dubius adhuc,

solicitum

solicitum illũ reddebat, ne, quoniam exercitũ cui præerat magnum bellicosissimumque, victo Vindice, addidisset, ce pisset que magnam partem Romani imperij, vniuersam scilicet Galliam, quæ rebellando fluctuabat, ad imperium se inuitantibus obtemperaret. Nullius enim quàm Virginij neque nomen maius erat neque præclarius, perinde atque maximo is momento. & Romanos simul molesta tyrannide, & bellis Gallos liberasset. At ille tunc iisdem quibus initio cogitatibus insistens, electionem Imperatoris senatui reseruabat. Verùm declarato iam obitu Neronis, tunc multi rursus addebantur Virginio, & quidẽ ex iis tribunis, qui erant in tabernaculo, districto ense ei instabãt, vt vel imperium vel ferrum admitteret. Sed posteaquã Fabius Valens, qui vni præerat legioni, iurauerat primus in Galbam, & literæ ex Roma allatæ sunt, quibus de rebus senatus decreuisset, difficulter licet & vix, tandẽ militibus persuasit, vt Galbam imperatorem appellarent. Et quem is successorem miserat Flaccum Ordeonium admisit, illiq; legionem trãdens, ipse Galbę deinde aduenienti profectus est obuiam, simúlq; reuertens, neq; irã neq; honorẽ manifestè assequutus. Et alterius quidem rei Galba causa fuit, quoniam virum illum verebatur: alterius verò amici Galbæ, præsertim Iunius Titus, qui cùm Virginio inuideret, putabat arcendum esse, ignarus bono Virginij genio adiutorem se succedere, qui virũ illum à bellis & malis quæcunq; duces alios occupabant, in securam vitam & senectutẽ, pacis & quietis plenam subduceret. At Galbam senatus oratores circa Narbonem vrbem Gallicã offendentes, læti salutarũt, rogarunt q; vt se quamprimùm desiderãti populo ostenderet. Hic verò præter colloquia & congressus, quibus humanè & popularitèr vtebatur, tum inter conuiuia cùm multus apparatus, & cultus magnus adesset, quem ex rebus Neronis ad ipsum antè miserat Nymphidius, nullo tamen illorum, sed suis vtens, ingenti vir animo, & minimè ineptus videbatur. Verùm statim generosa hęc, fastusq; vacua, & ciuilia, ad popularem captandam gratiã pertinere Iunius declarans, tumoremq; esse ingentẽ, qui seipsum modò demitteret, persuasit vt Neronis pecuniis vteretur, & in conuiuiis ne parceret regiis sumptibus. Itaq; senex paulatim animũ suum Iunio submisit. Erat autem Iunius argento vel maximè etiam in

in qualibet re leuissima addictus, tum adulteriis obnoxius. Cùm adhuc enim esset iuuenis, militaretq; sub Caluisio Sabino primã militiam, vxorẽ ducis luxuriosam fœminam noctu traduxit in castra vestem indutam militarem, eamq; inter principia, quę vocant, constuprauit. Ob quã rem cum C. Cæsar in vincula coniecit: quo mortuo, Iunius secunda fortuna vsus vinculis est solutus. Et cùm apud Claudium Cæsarem cœnaret, argenteũ poculum clàm sustulit. Quod Cæsar cùm audisset, rursus postridie ad cœnam hominem inuitauit: qui cùm venisset, iussit ministros, nullum illi argenteum poculum, sed fictilia omnia afferrent atq; apponerent. Hoc igitur Cæsari propter comicã moderationem visum est non ira, sed risu dignum. Sed quæ is, Galbam obsequentẽ sibi habens & opibus plurimùm pollens, egit, tragicarũ ærumnarũ miseriarũq; magnarũ aliis causam, aliis prætextum præbuerunt. Nymphidius enim cùm primum Gellianus quẽ miserat Galbæ velut speculatorẽ, ad se reuertisset, audiens & aulæ & satellitum esse Corneliũ Laconem præfectum declaratum, sed rem vniuersam esse sub Iunij potestate, sibi autẽ nunquam licere iuxta Galbam stare, aut seorsum accedere, vt quẽ omnes sint obseruaturi, turbatus est, congregatisq; ducibus, Galbam ipsum senem esse probum quidem dicebat & moderatum, verùm qui minimè suis consiliis vteretur: ab Iunio & Lacone res non bene administrari. Prius igitur quàm assequuti acciperent, quod robur Tigellinus habebat, mitti oportere ab exercitu oratores ad Imperatorem putabant, qui docerent, si ex amicis hos solos duos amouerit, iucundiorẽ se omnibus desideratioremq; futurum. Sed vbi hæc non persuasit, absurdumq; & minimè conueniens videretur, ducem senem, perinde ac præesse nuper didicisset, quibus amicis vti aut nõ vti oporteat, docere velle, alia rem aggressus via, ad Galbã scripsit, terroré iniiciens, nunc esse in vrbe subdola multa & excitata, nunc Clodium Marcum in Libya vecturã rei frumentariæ detinere, rursusq; moueri legiones Germanicas, & de copiis Syriæ & Iudææ similia audiri. Quibus cùm Galba neq; admodum attentus esset, nec crederet, decreuit prior rem aggredi: etsi Clodius Celsus Antiochensis, vir tum ei beneuolus ac fidus, hinc dehortaretur, ne vnam quidem familiam esse Romæ dicens, quæ Nymphidium Cæsarem

Universidad de Deusto Biblioteca

sarem salutaret. Deridebāt autem multi Galbam, tum Mithridates Ponticus in caluitium eius rugositatémque cauillans, nunc ait quendam videri Romanis esse, conspectum autem tum vbi Cæsar salutabitur, visum iri deridiculum omnibus. Decretum est igitur, vt circa mediam noctē Nymphidium agentes in mediam multitudinem, declarent imperatorem. Primus autem ex tribunis Antonius Honoratus ad vesperam collectis quibus præerat militibus non insulsè accusauit tum ipsum Nymphidiū, tum alios qui breui tempore toties sententiam mutarent, nullaconsideratione, nulla electione meliorum, sed dæmone quodam agitati, à quo ipsi ex proditione in proditionē impellerentur: ac prior quidem rectè obtendi Neronis crimina, nunc verè quòd Galbam prodant, quam necem matris accusent, iugulationémue vxoris? quam Thymelen vereantur, imperatorísve tragœdiam? Sed nec Neronem quidem ob hęc deserere pas fi fuissemus, nisi Nymphidius nos persuasisset, desertos ab illo nos prius in Aegyptum fugisse. Vtrum igitur Neroni Galbam sacrificabimus, & Nymphidia natum legentes, Cæsarem Liuiæ filium necemus, quemadmodum Agrippina natum necauimus? An huic potius eorum, quę perpetrauit pœnam inferentes, ostendamus nos ipsos tum Neronis vltores, tum bonos Galbæ fidósque custodes? Hęc tribuno militum dicenti, omnes sese milites addiderunt, atque alios adeuntes, vt insisterent in fide erga imperatorem rogabant, plurésque in eam sententiam traduxerunt. Sublato autem clamore, Nymphidius, siue quòd crederet (vt quidam putant) à militibus se iam vocari, siue festinaret anticipare rem adhuc ambiguam, processit sub multa luce, orationem quandam secum ferens scriptam in libro, quam à Cingonio Varrone compositam meditatus erat habere ad milites. Sed cùm vidisset portas castrorum clausas, & in muris multos armatos, timuit, accedénsq; rogauit quidvelent, & cuius iussu in armis essent: redditáque ab omnibus vnà voce, Galbam decernere imperatorem, ille quoq; con-
24 currēs secundo clamore laudauit, idque vt qui sequebantur facerent, iussit. Et cùm hi qui ad portas erāt sinerent eum cum paucis ingredi, lancea feritur, quā quidem ante ipsum excepit scuto Septimius: cúmque alij districtis ensibus impetum facerent, fugiens fugatusque in casa militis iugulatur,

latur, eiusq; cadauer trahentes in medium cancellis circunseptum, spectaculo volentibus interdiu præbuerunt. Sed cùm ita Nymphidium interemptum Galba audisset, & qui cum eo coniurarant iussisset interfici, inimici omnes continuò perierunt. In quibus etiā Cingonius fuit is, qui orationem scripserat, & Mithridates Ponticus. Visus est non legitimè, tametsi iustè, neq; populariter peremisse ante iudicium, viros minimè obscuros. Aliam enim imperij formam acceperant omnes, decepti, quēadmodum fit, his quæ initio dicebātur. Ad hæc eos maiore molestia affecit, quòd vir consularis fidusque Neroni mori iussus esset Petronius Tertullianus. Maronem enim in Libya per Trebonium, 25
& Fronteium in Germania per Valentem interimens, eo prætextu est vsus, quòd eos cùm in armis militaribus fuissent, metuisset. Tertullianum verò & senem, & nudum, & inermem audiuisset certè, nec repulisset, si moderationem quam prę se ferebat, opere fuisset obseruaturus. Hęc igitur huiusmodi vituperationibus fuere obnoxia. Sed vbi accedens abesset ab vrbe circiter quinq; ac viginti stadia, incidit in petulantes & tumultuarios quosdā remiges, qui vias præoccuparant, & vndiq; erant circunfusi. Hi autem erant quos circiter vnam legionē collectos inter milites retulerat Nero. Et tunc præsente imperatore, nec vt confirmarentur militia, nec vt lustrarētur, nec vt audirētur aderant, sed cum clamore tumultuabantur, signa legioni locumq; petentes. Illo autē cunctante, & vt iterum dicerent iubēte, 26
tum hi negationem eam videri dilationem inquientes, turbabantur, & nec clamori parcentes quidem eum sequebantur. Cumq; aliqui gladios distrinxissent, iussit Galba equitatum in eos irruere: itaq; illorum substitit nemo, sed alij continuò auersi, alij fugientes perierunt, neq; bonum neq; faustum hi Galbæ auspicium facientes, cùm per multam cædem totq; cadauera in vrbem ingrederetur. Ac qui eum antea contempserat, vt infirmum senemq;, tunc vt horribilem omnibus & formidabilem metuebat. Cumque vellet *Sordes notat.*
ostendere magnam mutationem circa immensas largitiones sumptusq; Neronis, ipse haud satis decorem obseruauit. Cùm enim Canus tibia caneret inter cœnandum (Canus autem hic antea illi auditu pergratus erat) vbi tibicinem laudasset, esseteq; ipso delectatus, iussit afferri sibi ar- *Vide Sueton.*

culam,vnde aureos quosdã acceptos Cano in manus dedit,
27 dicens,ex priuatis,nõ ex publicis pecuniis se donare. Quas verò largitiones Nero dederat scenicis palęstricisq;,eas vehementius repeti præter decimam partem cùm iussisset, deinde parum colligens(nam qui acceperant eas largitiones plurimi consumpserant, homines in diem viuentes,ac victu satyrici) eos,qui ab iis aut emerant quippiam aut acceperant,requirebat, & ab ipsis exigebat. Cumq; res modum nõ haberet,sed longius tenderet procederetq; in multos,Galba quidem infamiam,at Iunius inuidiam sibi atque odium cõparauit,vt qui aliis omnibus auarum ducem sordidumq; præstaret, ipse verò prodigè vtens, & caperet & 28 venderet omnia. Hesiodus enim & incipiente, & finiente cado expleri dicit oportere: sed Iunius infirmum videns atq; senem Galbam, fortuna implebatur. tanquam ea eodem momento oriente & occidente. Senex autem ex mala Iunij administratione initio patiebatur iniuriam: præterea quæ ipse rectè consultasset, Iunius impediebat, quale fuit Neronianorum supplicium. Improbos enim occidit, in quibus fuit Elius,& Polycletus, & Petinius, & Patrobius. Populus verò plaudebat,& dum hi per forũ agerentur,clamabat & pulchram illam esse & piam pompã,ac deos homines q; exposcere magistrum pædagogumq; tyrannidis Tigellinũ. Tigellinus autẽ homo scilicet generosus,magnis pignoribus corruperat Iunium. Tertullianus verò cùm nec prodidisset, neq; odisset Galbam, Iunij odio, nulla alia re
29 perpetrata, mortem luit. Tigellinus verò, qui Neronem fecerat morte dignum,& eundem talem deseruerat prodideratq;, adhuc supererat, magnum documẽtum,nihil esse apud Iunium infectum, neque dantibus non sperandum. Nullius enim spectaculi cupiditate Romanus populus magis tenebatur, quàm vt videret Tigellinum iudicio circumuentum. Et cùm nunquam cessaret,neq; in theatris,neq; in stadiis petere Tigellinũ,increpatus est imperatoris edicto, respondentis,Non multùm tẽporis victurum etiam Tigellinum,tabido morbo consumptũ: illos verò deprecãtis ne exacerbarent,neq; facerent tyrannida ex imperio. Iunius verò & Tigellinus videntes interim plebis offensam, hic quidem pro salute recuperata,diis splendido epulo sacrificauit,ille verò post cœnã ab imperatore surgens coram eo saltauit,

saltauit,filiam ducens viduam, cui Tigellinus propinauit ducenta quinquaginta millia numûm, iussitq; mulierem, quæ pellicibus præerat,monile collo detractum,quod centum & quinquaginta millium esse dicebatur, ei aptare. Hinc factum est, vt etiam moderatè gesta calumnia haberent,quẽadmodum res aduersus Gallos, qui Vindici auxilium tulerunt. Videbantur enim non imperatoris humanitate,sed ab Iunio ementes,remissionẽ tributorum,& rempublicã assequuti. Ob hæc igitur multitudo erat aduersus imperatorẽ irata. Milites verò cùm largitionem non acciperent,primùm sperabant,si nõ quantùm promissum erat, at quantùm Nero dederat,hunc soluturum esse: sed frustra: Galba enim vbi audiuit, quid illi sibi vitio darent,vocem emisit magno dignam imperatore, quippe qui diceret,morem esse sibi deligere,non emere milites. Vbi hoc illi audissent,graui in eum odio immaniq; sunt accensi. Videba- 31
tur enim non ipse solus eos priuare,sed legem ferre,ac docere posteros imperatores. Verùm adhuc Romæ erat obscurus motus:& reuerentia simul quędam erga præsentem Galbam,tumultũ ad res nouas hebetabat retardabatque:& quòd nullum manifestũ mutationis principiũ videbatur, id includebat quodãmodo eorũ maleuolentiam. Sed hi qui prius sub Virginio,tunc verò sub Flacco in Germania erãt, ob eam pugnã quam pugnarant aduersus Vindicẽ,magnis se rebus dignabãtur: itaq; nihil assequuti, nullã principum consolationem,nullam exhortationẽ admittebant: ipsum autem Flaccum,quoniam esset propter vehementissimum dolorem pedum corpore imbecillo, rerumque imperitus, habebant omnino pro nihilo. Et cùm esset quandoq; spec- 32
taculum,ac tribuni militum turmarumque ductores pro Romanorum consuetudine bonam fortunam imperatori Galbæ precarentur, multitudo primùm tumultuabat, deinde precari illis perseuerantibus contrà clamabat, Si dignus. Huiusmodi quoq; alia cùm ab iis legionibus quibus præerat Tigellinus, per contumeliam sæpe dicerentur, literæ ad Galbam à procuratoribus mittebantur. Hic autem perterritus, quòd non modò ob senium, verumetiam quia careret filiis contemptui foret, consultabat sibi adoptare adolescentem aliquem ex illustribus, eumque declarare imperij successorem. Erat autẽ Marcus Otho generte

quidem minimè obscurus, sed deliciis & studio voluptatum continuò à pueris, Romanorum omniũ maximè deditus. Vt enim Alexandrum Homerus Helenæ comatæ virum, cùm nihil haberet ad gloriam aliud quo illum decoraret, ab vxore nominauit sæpe: sic erat Otho famosus Romæ ob nuptias Poppeię, quam cùm esset Crispini coniunx amauit Nero: verùm suam vxorẽ veritus ac matrem metuens, subornauit Othonem, qui Poppeiam tentaret. Vtebatur enim Othone & amico Nero & cõtubernali, propter prodigalitatem & luxuriam, & cùm ille in eius persæpe tenuitatem atq; auaritiam cauillaretur, gaudebat. Ferturque cum aliquando vteretur Nero pretiosissimo vnguento, & Othonem eo perfudisset, illum quoque postridie Nerone conuiuio accepto, simul vndiq; argenteas aureasq; fistulas repentè proposuisse, quę tanquam aquam vnguentũ effunderent atq; dilurent. Ac Poppeiam cùm ille Neroni corrupisset, illius specie ingressus, persuadendo effecit, vt ea virum dimitteret. Eam cùm nuptam apud se haberet, ægrè ferebat communem esse Neroni, & concedere indignabatur: quam rem non iniquè tulisse Poppeiam ferunt. Etenim exclusisse Neronem dicitur absente Othone, siue quòd voluptatis satietati varietate cuperet mederi, siue vt putant, quòd Cæsaris nuptias grauiter ferret, cùm interea prostituere ipsus sese propter libidinem nõ cessaret. Itaq; parum defuit quin periret Otho, fuitque mirum, quòd qui & vxorem occiderat, & sororem ob Poppeiæ cõiugium, Othoni pepercerit. Seneca beneuolo vtebatur: is suasit Neroni vt Lusitanorum dux ad Oceanũ Otho mitteretur. Et cùm sciret datum imperium esse prætextum exilij neq; graue sese neq; molestum subditis præstitit. Cùm verò Galba defecisset, ipse primus accessit ex ducibus, & quantum argenti auriq; habebat in poculis ac mensis, secũ afferens, argentario vt in numos verteret dedit, atq; eos famulis numerauit, qui ministrare imperatori consueuerant circa victũ. Cumq; in aliis ei fidus esset specimen dedit, nemine inferiorẽ rerum peritia esse se. Cùm iter multos dies vnà faceret, communi itinere consuetudineq;, tum colloquutionibus & muneribus Iunii sibi conciliauit, & ex omnibus maximè se ei submittens effecit, vt iam prorsus haberet secundũ post illum potestatis locum. Hac autem re sine inuidia erat superior, quòd

33

Vide Suetonium in Othone.

34

35

quòd vbiq; adiumento esset indigẽtibus, & quidem gratis, quiq; se præstaret affabilem omnibus & humanũ, ac plurimam viris militaribus opem ferret, multosq; promoueret in exercitu duces, partim petens ab imperatore, partim Iunium atq; libertos Vicellum & Asiaticum rogans. Nam hi erant aulicorũ potentissimi: & quoties Galbam epulo acciperet, cohortẽ semper quę ad custodiã aderat corrũpebat, aureos singulos donando. Quibus rebus ipsum honorare videbatur, quòd eo studio & populari gratia in milites vteretur. Cùm igitur Galba de successore consultaret, Othonẽ indicauit Iunius: at ne id quidẽ gratis, sed ea cõditione, vt Otho cùm fuisset adoptatus à Galba, successorque imperij declaratus, filiã suam vxorẽ duceret. Erat enim minimè obscurum, semper consuesse Galbã bonum publicũ priuato suoq; anteponere, & non eũ sibi adoptandum quærere, quo esset maximè delectatus, sed qui Romanis foret vtilissimus. Videtur autẽ circa proprias tantũ pecunias Othonem hæredẽ non instituisse, quoniam & intemperantẽ nosset, & sumptuosum adolescentẽ, æreq; immersum alieno, ad quin quagies decies centena millia. Vnde Iunio audito, cũ silentio atq; mansuetè quod instituerat differebat. Sed vbi eum declarasset consulẽ, Iuniumq; collegã, existimabatur anni principio successorem adoptaturus. Eratq; militibus periucundum, Othonẽ magis, quam aliũ quenquam appellatum iri. Verùm deprehendit eũ cunctantẽ adhuc atq; consultantẽ de effringendis rebus Germanicis. Nam cõmuniter omnes, qui erãt in exercitu, Galbam oderunt, quoniam largitionem non solueret: priuatim verò Virginium Rufum illi obiiciebant, qui erat deiectus cum ignominia: Gallos verò, qui gessissent aduersus se bellum, largitiones consequi: at quicunq; se Vindici non addiderant, supplicio affici. Vindici soli Galbam dare gratiam atq; honorẽ mortuo, illumq; publicis expiationibus venerandum esse, perinde atq; Rom. imperator huius beneficio esset declaratus. Cùm huiusmodi sermones apertè iam in castris circunferrentur, noua luna primi mẽsis, quas Calendas Ianuarias vocant, iã imminebat. Tum cogẽte eos Flacco ad iusiurandum, quòd per imperatorẽ iurare mos erat, hi quidẽ accedentes Galbæ imagines euerterunt, demoliebanturq; : sed cùm iurassent iusiurandũ, per senatũ populumq; Romanũ

36

37

38

soluti sunt. Deinde detulit ad prætorianos Flaccus, metuere se eã inobedientiã ad defectionẽ pertinere, hîc quidã in hunc sermonem prorupit: Quid patimur, ô commilitones, qui nec aliũ ducẽ facimus, nec qui nũc est obseruamus, tanquam non Galbam, sed eum imperatorẽ, quem cùm regere decebat, regi duciq; patitur ab aliis, detestantes? Itaq; Flaccum Ordeonium qui aliud nihil sit, quàm vmbra & simulachrũ Galbæ, dimittamus. At à nobis distat vnius diei itinere Vitellius, Germaniæ ductor, qui, cùm patre sit eo natus, qui & prætor & ter consul fuit, & Claudio Cæsari quodammodo collega, tum ipse, quam aliqui paupertatẽ vitio dant, clarũ documentũ probitatis magnanimitatisq; ostendit. Agite per huius electionem ostendamus cunctis hominib. nos Iberis esse Lusitanisq; potiores, qui imperatorẽ eligamus. Hæc aliis libẽter iã admittẽtibus aliis nõ admittẽtib. signifer vnus clã egrediẽs rẽ Vitellio nũtiauit noctu, multis apud eũ cœnãtibus. Qui sermo cùm inter exercitus dispersus esset, primus Fabius Vallẽs vnius dux legionis postridie cũ magna equitum manu veniens, imperatorem Vitellium salutauit. At Vitellius priores quidẽ dies visus est, quoniã imperij magnitudinẽ metueret, ab ea re abhorrere, planéque esse alienus. Tunc autem ferunt cùm esset vini & cibi meridiani plenus, accessisse, eosq; audisse à quib, esset Germanicus nominatus, Cæsaris tamen nomen haud admisisse. At continuò qui cum Flacco erat exercitus, pulchrũ illud popularéq; iusiurandũ in senatũ omittentes, Vitellio imperatori iurati sunt facturos se imperata. Et ita quidẽ appellatus est in Germania imperator Vitellius. Verùm Galba cùm audisset, qui ad res nouas tumultus fiebat in Germania, amplius adoptionem non distulit. Nam cùm amicos nosset quosdam pro Dolabella, plures pro Othone ambire, quorum ipse probabat neutrum, subitò præfatus nihil, Pisonẽ accersiuit, Crassi Critonisq; nepotẽ, quos interfecit Nero, adolescentem illũ quidẽ & decoro planè & seuero ad virtutem omnẽ ingenio, descendebatq; in castra illũ Cæsarẽ & successorẽ declaraturus. Atqui exeuntem cõtinuò magna prodigia sequuta sunt. Cumq; cœpisset alia dicere in castris, alia legere, toties tonuit atq; fulgurauit, tantúsque imber atq; caligo in castra vrbémq; fusa est, vt palàm fieret neque acceptã esse, neq; probari numini eam adop-

adoptionẽ. Erant etiã milites subinfensi ac tristes, quoniã ne tum quidẽ iis largitio data esset. Pisonem verò, qui præsentes ex voce vultúq; faciebant coniecturã, mirabantur q̃ nõ solùm stultè, sed intrepidè tantã gratiã acciperet. Quẽadmodũ quoque apparebãt permulta signa in Othonis facie, qui amarè & iracũdè ferret, q̃ se sua fefellisset spes, qua primũ dignus iudicatus, cùm à qua potiunda nõ longè abfuisset, eã sibi non contingere, signum esse ducebat odij simul ac maleuolentiæ in se Galbæ. Quare sine metu in posterũ esse non poterat. Sed & Pisonem timens, & aduersus Galbã causam inueniẽs, iratúsque Iunio, perturbatissimus abiit. Nec enim spẽ relinquere omninóque deficere eũ sinebãt, quos habebat apud se semper vates Chaldæique, & Ptolemæus maximè, eò firmior apud Othonẽ atque validior, q̃ sæpe veritatẽ prædixisset: quale illud, Nõ fore vt eũ Nero interimeret, sed prioré illũ moriturũ, ipsum verò superfuturũ & imperaturũ Romanis. Nam quoniã illud vetum Ptolemæus ostendisset, rogabat ne de his spem abiiceret. Non minus etiã hi, qui simul clàm angebantur, simúlque suspirabant cũ Othone, tanquã in eũ Galba esset ingratus. Plures etiã Tigellini Nymphidiiq; familiares, qui in dignitate fuerant, tunc deiecti humilioréq; redditi, ad eũ sese errabundi recipiebant, atque eundẽ exasperabant. Erãt que in iis Iturius & Barbius, alter opio, alter tesserarius: sic enim vocantur, qui nũtiorũ speculatorúmq; officio funguntur. Cùm his enim Othonis libertus Onomastus incedebat, alios argẽto corrũpens, alios spe, qui exulcerati ansã tantũ aliqua egebãt. Vix dies quatuor transierãt (tot enim erant inter adoptionẽ & iugulationẽ) cùm sanus exercitus mutaretur omnis: nã sexto die perierũt, quiest XVIII Cal. Fabruarias. Nã illo die diluculo Galba præsentibus amicis sacrificabat in palatio: augur verò Vmbricius, cùm primũ in manus hostiæ accepisset exta, illísq; antè visis nõ pernigmata, sed palàm aperteq; dixit, signa magnæ turbationis periculúmq; & dolũ capiti imminere imperatoris, deo pro pẽ manu Othonẽ captũ tradente. Astabat enim Otho post Galbã, & iis quæ dicebãtur mõstrabantúrq; ab Vmbricio, attentũ se præstabat, & coloré aliũ ex alio propter timorẽ subinde mutabat. Interea Onomastus libertus, qui stabat iuxtà, venisse architectos dicit, & eũ domi expectare. Erat

autē id signū tēporis, ad quod oportebat Othonē obuiā ire militibus. Igitur cùm se diceret ædiū, quas veteres emisset, velle partes tuituras ciuibus ostendere, abiuit, descendēsq; per ædes quę Tiberij vocantur, gradiebatur in forū, vbi sta
Milliariū aureū Suetonius vocat. bat *colūna aurea in quā incisæ oēs Italię vię finiuntur. Hic primos qui eū acceperūt ac salutarūt imperatorē, nū plures fuisse aiūt vigintitribus. Quare tametsi nō corporis molli tię atq; animi effœminationi erat obnoxius, sed temerarius
44 potius in periculis atq; immobilis, extimuit tamen. Verū qui aderant, id pasi non sunt, sed districtis ensibus eius lecticā circūeuntes tolli iubebant, eo sæpe perisse se submurmurante. illosq; qui lecticam ferebant accelerare imperāte: exaudiebāt enim aliqui, hi quid ēadmirati magis quàm turbati, ob audiētiū paucitatē. Huic dum ita per forū ferebatur, totidē alij occurrerunt, rursusq; ter totidem quaterque adiungebantur: inde conuertebantur omnes Cæsarem appellantes, districtosq; enses prætendentes. Vnus verò ex tribunis militum, qui castrorum custodiā habebat Martialius (vt aiunt) ignarus negotij, req; inopinata exterritus ac metuens, ingredi permisit, cumq; intus foret, obstitit ne-
45 mo. Nam ignorantes, quę gerebantur ex composito, ab his circundati, qui erant consilij eius conscij, singuli binive sparsim primùm formidine, deinde suasione eis concedebant. Hoc cùm in palatiū statim Galbæ nuntiatum est, præsente adhuc augure, qui sacra habebat in manibus, etiam hi exterriti sunt, deumq; mirati, qui ad res huiusmodi & increduli erāt, & animo minimè generoso. Et cùm omnis generis turba è foro confluueret, ei Iunius ac Lacon, & liberti aliqui nudis ensibus protensis astiterunt. At Piso egressus, speculatoribus, qui aulam custodirent sese adiunxit. Cúmque Illyrica legio castra haberet in porticu, quæ Bapsania vocatur, missus est Marius Celsus bonus certè vir, præoccupandi gratia. Galba verò cùm procedere vellet, neque sineret Iunius, Celsus verò & Lacon vehementius incitarent, inueherenturque in Iunium, rumor venit quòd Otho perisset in castris, paulóque pòst visus
46 Iulius Atticius, qui inter speculatores haud obscuros militabat, districto ense aduenies, ac idem clamans hostem Cæsaris perisse, actúsque vi per astantes ostendit Galbæ ensem cruentatum: qui hominem intuens, Quis, inquit, hoc

hoc te iussit? Ille respondens, Fides & iusiurandum, inquit, quod præstiti. Multitudo acclamauit, benè factū esse, plausitq;. Galba inscensa lectica portabatur, Ioui sacrificare, tū sese ostendere ciuibus volens. Cúmq; venisset in forum, turbinis instar fama occurrit, Othonem potitū exercitu: & sicuti in tanta multitudine fieri solet, aliis retrocedendum esse clamantibus, aliis procedendum, aliis audendū, aliis deficiendū, ac lectica tanquā in çstu maris huc illucq; iactata, frequenterq; cedente, apparuerunt equites primùm, deinde pedites grauis armaturæ, qui per Pauli regiam irruebāt
vna voce clamantes, è via priuati homines cederēt. Ac mul 47
ti quidem currebant nō fuga dissipati, sed in porticus & in conspicuos fori locos, quasi spectaculum occupantes. Sed vbi Etilius Sercello imaginem Galbæ humi prostrasset, pugnæ initium facientes lecticam iaculis vndique inuaserūt, & quoniam Galbam iis non contigissent, districtis illum ensibus adegerunt: quibus neque repugnauit, neque substitit quisquam, præter vnum virum, quem in tot hominum millibus solum aspexit sol Romanorum dignū imperio. Sempronius enim centurio, qui nullo priuatim beneficio à Galba esset affectus, sed honestati legiq; opem ferens stetit ante lecticā, sublatóq; primùm palmite quo cēturiones in verberibus obnoxios animaduertunt, contra eos qui inuadebant, clamabat, & vt Imperatori parcerent iubebat, deinde districto ense vrgentibus se diu repugnauit, donec
amissis poplitibus cecidit. At Galbam declinata lectica 48
circa lacū, quem Curtiū vocant, cùm euolutassent, thorace indutum incursantes percutiebant. Is verò protenso iugu *Galba*
lo, Facite, inquit, si Romano populo hoc magis conducit. *mors.*
Vulneribus multis affectus est, & secundum crura & lacertos: ipsum autē iugulauit, vt dicūt plurimi, Camurius quispiā ex quintadecima legione: Terentium quidā, alij Arcadiū tradunt, alij Fabium Fabulū, qui etiam, vt aiunt, caput occultauit, amictuq; comprehensum portabat secum, quod ob caluitiem tenere vix poterat. Deinde cùm à sociis illud occultare prohiberetur, quin iuberetur vt rem fortiter gestam omnibus ostenderet, affixit lāceæ, & ita quatiēs senis faciem, ac modesti principis pontificisq; & consulis, curūtās quemadmodum Bacchæ, sæpe versam, & lanceā cruore perfusam quatiebat. Othonem verò capite portato excia

masse dicũt, Est hoc nihil, ô cõmilitones, mõstrate mihi Pisonis caput: quod quidem paulò pòst allatũ est. Vulneratus enim adolescẽs fugiebat, eumq; Marcus quidã insequutus iugulauit iuxta sacellũ Vestæ. Iugulatus est etiã Iunius, cõfessus participem se fuisse coniurationis aduersum Galbã: clamabat enim se occidi præter Othonis sententiam. Sed enim huius quoque & Laconis caput detruncatũ ad Othonem portauere, munera petentes, & vt ait Archilochus, Septem iacentium cadauerũ, pedibus quæ calcauimus, mille sumus simul viri paricidæ: sic etiam tunc multi qui homicidæ non essent, hi manus enseq; cruentos ostendebãt, largitionesq; petebant, libellos ad Othonẽ dantes. Itaq; centũ postea ac viginti inuenti sunt ex tabellis, quos Vitellius re
50 quisitos omnes occidit. Venit etiam Marius Celsus in castra, cumq; à multis accusaretur, quòd militibus suã fisset adferendũ Galbæ auxiliũ, & cùm neci à multitudine postularetur, Otho repugnauit, & tamen aduersari non ausus, non ita citò inquit eum esse occidendum: esse enim, quæ ex illo prius exquirere oporteat. Itaq; iussit hominẽ coniectum in vincula asseruari, tradiditq; quibus maximè crederet. Continuò senatus conuocatus, planè velut mutati momẽtò homines essent, vel diis mutatis conueniissent, Othoni iuramentum præstiterunt, quod ipse præstitum non seruarat, Cæsarẽ & Augustũ appellarunt. Cùm adhuc cadauera obtruncata in vestibus consularibus iacerent in foro, capita verò cùm nulli iam his vsui forent, Iunij quidẽ, filiæ quingentis & duobus millibus numis redemerunt: at Pisonis,
51 vxor accepit Verania exorato. Galbæ autem caput Patrobij Vitelliiq; seruis dono dederunt. Quod illi accipientes vbi multifariã pulsassent, & omni contumelia affecissent, abiecerũt quò solent eos, quos Cæsares supplicio dedunt. Is verò locus Sestertium vocatur. Verùm Galbæ corpus Othonis permissu sustulit Priscus Eluidius, quod noctu Argius liberrus sepeliuit. Huiusmodi sunt, quæ de Galba ferũtur, viro certè, neq; genere, neq; diuitiis, multis Romanis inferiore: quin & diuitiis simul & genere omnes suæ tẽpestatis homines anteiuit, sub Cæsarum quinq; imperiis cũ honore & gloria vixit, adeò vt gloria magis, quàm viribus Neronẽ sustulerit è medio. Eorũ enim qui tũc in Neronem conspiratunt, alios quidẽ nemo est dignatus imperio, alij seipsos

seipsos dignati sunt: at Galba & vocatus ad imperium est, 52
& obtẽperauit: ac Vindicis audentiæ nomen præbens, eius motum ac tumultũ, quæ defectio dicitur, & virũ ea quidẽ nacta imperandi gnarum bellũ ciuile fecit. Itaq; non sibi accipere remp. sed seipsum potius dare reip. arbitratus, nõ indignũ iudicauit iis imperare quos Tigellinus atq; Nymphidius cicures reddidissent, quemadmodum Scipio Fabri ciusq; & Camillus in illius tempestatis Romanos imperiũ gesserit. Posthabens autem senectam ad arma vsque laboresq; militares, merus fuit priscusq; imperator. Iunio verò, Laconiq; & libertis, quibus omnia essent venalia, talem sei psum præbens, qualem Nero inexplebili auiditate hominibus se præbuit: qui imperium affectaret neminem, qui verò mortem lugerent, plurimos post se reliquit.

Otho.

INCERTO INTERPRETE.

AT iunior imperator Otho, cùm primũ 1
illuxisset, procedens in Capitoliũ sacrificium fecit, & agi ad se iussum Mariũ Celsum hilari vultu excepit, estq; perhumanè alloquutus, atque virum hortatus, vt causæ obliuisci mallet quàm dimissionis recordari. Cui cùm Celsus neq; ingenerosè, neq; stultè respondisset, sed dixisset, hoc crimen & accusationem morũ & integritatis suæ testimonium esse: excidisse enim memoria, quòd fidum se Galbæ præstiterit, cui nullam deberet gratiam: vtrunque præsentes admirati sunt, laudauitq; exercitus. In senatu verò populariter Otho multa humanèq; loquutus, quod ipse tempus consul futurus erat, huius partem tribuit Virginio Rufo, & iis quos Nero Galbáve declarasset, consulatum omnibus ratũ habuit. Ar illos qui 2
ætate aut gloria anteirẽt, sacerdotiis insigniuit. Viris autẽ senatoribus, qui Neronis tẽporibus exularãt, & sub Galba redierãt, restituit singulis possessiones quascunq; nõ redẽptas

ptas cõperisset. Vnde primi atque potentissimi, qui prius horruerant, tanquã nõ vir, sed quędã aut pœna aut abominabilis dęmon subitò rempub. inuasisset, lætiore spe erga imperiũ, parrideret, affecti sunt. Verũ Romanis omnib. nihil ita iucundũ fuit, neq; ita virũ eis conciliauit, vt quæ circa
3 Tigellinum egit, nõ animaduertentibus supplicium, ipso supplicij metu, quod velut debitũ ciuitas reposcebat, & immedicabilibus corporis morbis iam Tigellinũ dare. Equidem nefandos & sceleſtos cum scortis & execrabilibus mulieribus congressus, quibus ęgrè moriens, & rapta libido adhuc palpitabat, quanquam extremum supplicium, & multis mortibus æquiparandum, boni viri iudicarent, malè tamen plebem habebat, quòd post tales viros solem aspiceret quibus propter eum aspiciendi facultas sublata esset. Misit igitur ad eum Otho in agros Sinuessæ (illic enim degebat Tigellinus nauigiis paratis in portu, quòlonginquius fugeret) tentauitque eum qui missus fuerat grandi auro, vt se dimitteret. Cui cùm persuadere nequiuisset, nihilo tamen minus ei dona dedit, orans tandiu præstolaretur, donec barbam raderet, cultróque accepto sibi ipse gulam incidit. Per hunc autem modũ cùmiustissimam voluptatẽ populo Romano Cæsar exhibuisset, ipse priuatarum memoria inimi
4 citiarum se nemini infestũ prębuit, gratificatusque multitudini, minimè recusauit in theatris Nero primũ salutari. Et cùm quidam Neronis imagines protulisset in propatulum non prohibuit. Claudius autem Rufus in Iberiam ait alla-

Hæc pulchrè Cornel. Taci. & Suetonius.

ta esse diplomata, quibus tabellarios emittunt, diuum Neronis cognomen ascriptum nomini Othonis habentia. At verò cùm sentiret primos ac potẽtissimos hoc molestè ferre, destitit. Sed cùm Othonis imperium in huiusmodi statu esset, stipendiarij milites difficiles se præstabant, eúmq; ne crederet, sed caueret, arcerétque viros ab se claros monebant, siue propter beneuolentiam viro metuerent, siue prætextu hoc vterentur ad turbationem & bellum. Cúmque ipse misisset Crispinum cũ septima cohorte, quasi aliquos ad se acturum, & ille adhuc nocte se pararet, atq; arma curribus imponeret, audacissimi omnes clamabãt, venisse Crispinum nullo bono proposito, sed res nouas senatum tentare, armaque contra Cæsarem, non pro Cæsare capere. Qui sermo cũ ad multos peruenisset, concitasséque, alij currus occupa-

occuparunt, alij repugnantes centuriones duos ipsúmque Crispinum occiderunt. Omnes verò instructi, seque inuicẽ hortantes, ad auxilium Cęsari ferendum Romam aduolarunt. Vbi posteaquam accepissent cœnare apud Othonem octoginta senatores, ferebantur ad regiam, tempus nunc esse dicentes, eodem in loco interimere Cęsaris hostes omnes. Itaque ciuitas perinde, vt cõtinuò rapinę futura esset in magno erat periculo. At in regia erant discursiones, & magna difficultas Othonem cepit. Nam cùm pro salute conuiuarum terreretur, illis ipse terrori erat, eósque aduersus se incertos esse vultu intuebatur. silentésque ac perterritos. cùm 6
quidam etiam cum vxoribus venissent ad cœnã. Præfectos igitur misit, qui alloquerentur, placarentq; milites, simulq; conuiuas surgere iussos, per alias fores emisit, vixque clàm effugerunt per stipendiarios, qui iam in cœnaculũ irrumpebant, quærentésque quid de Cæsaris hostibus esset. Itaque tunc erectus Otho qui discumbebat, permultùm eos consolatus precatusque, nec lachrimis quidem parcens, vix auertit. Postridie verò largitione viritim numorum mille ducẽtorũ quinquaginta vsus, venit in castra, & multitudine laudata, quòd beneuola in se alacrísque esset cùm diceret paucos quosdam nõ boni gratia eiusmodi curam capere, suam moderationem, illorumque constantiam in suspicionẽ vocantes, rogauit, vt secum vnà soliciti essent, & simul quoq; diligentiam adhiberent. Quod cùm omnes laudarent, iuberentque, Otho captis solis duobus, quos punitos nemo vehementer doleret, abiit. Hæc boni consulentes iam alij cre- 7
dentésque, mirabantur mutationem: alij, quòd is populare se præstaret, propter bellum necessariam pro tẽpore talem reipub. administrationem esse ducebant. Nam certò nuntiabatur, assumpsisse Vitellium & authoritatem & potestatem imperatoriam. & veredarij aderant assiduè, qui dicerẽt semper aliquam accessionem ad illum fieri. Alij Pannonios & Dalmaticos Mysiæque exercitus vnà cum ducibus Othonem elegisse nuntiabant. Venerunt etiam tum literę amicę à Mutiano Vespasianóque, quorum alter in Syria, alter in Iudæa magnas vires habebat. Quibus rebus elatus Otho, Vitellio scripsit, eum monens, vt militaria saperet: quod si fecisset, gradem se pecuniam daturum, & vrbem, vbi vitam victurus esset, & facillimam & iucundissimam cum quiete.

Ille

Ille autem dissimulans Othoni rescripsit placidè primùm
8 nox per contentionem maledicè admodum petulantérq; illudentes sibi inuicem scribebant, non tam mendaciter, quàm stultè ac ridiculosè, alter in alterum quæ obiici posse putarent ingerentes. Nam operosum esset dicere, vtrũ ipsorum tangeret luxuria & mollitia imperitiáque bellãdi. tũ superiorum temporum paupertas & æris alienimagnitudo obrueret magis. Monstra verò & visa permulta, cùm narrarentur, alia quidẽ rumores habebant ambiguos: sed in Capitolio victoriæ manibus, quæ stabat in curru, habenas dimissas viderunt omnes, tanquã eas tenere non posset. Et in Mesopotamia insula statuam C. Cælaris, cùm neque terræ motus, neque ventus fuisset, vesperi conuersam esse ad solis ortum: quod diebus illis aiunt accidisse, quibus Vespasia-
9 nus iam palàm reipub. auxilium ferebat. Et quod circa Tyberim subitò accidit, multitudo ærumnosum signum esse censebat: erat enim anni tempus, quo flumina maximè crescunt: sed nunquam is intumuit adeò prius, nec tam latè omnia perdidit atque vastauit, diffusus atque diluens vrbis partem permultam, & eam maiorem in modum, vbi venalem annonam vendunt, vt magno terrori multis diebus esset. Sed vbi nuntiatum est occupari iam Alpes à Cecinna Valentéque, qui pro Vitellio exercitus ducerent, Dolabella Romę vir patritius stipendiariis suspicionem iniecit, quasi nouũ quiddam moliretur. Itaq; illum Otho, seu alius formidine ad vrbem Aquinũ transmisit, bene sperare iussum. Comites verò magistratus legens, in his statuit etiã L. Vi-
10 tellij fratrem, nec addens aliquid, nec ab eo quem honorem habebat quicquam adimens. Præterea se diligentissimum præstitit cùm circa matrem, tum circa vxorem Vitellij, ne de eo quicquam timerent. Romæ autem custodẽ Flauium Sabinum Vespasiani fratrem constituit, siue hoc etiam egerit ob Neronis honorem (nam ab illo magistratum Sabinus accepit, quo eum priuauit Galba) siue vt Vespasiano beneuolentiam fidémque ostenderet in Sabino amplificando. Ipse igitur Brixelli, quæ vrbs Italiæ circa Eridanum iacet, relictus: at copiarum duces emisit Marium Celsum, Suetoniumq; Paulinum, tum etiam Gallum & Spurinam, claros quidem viros, sed qui propter militum inobedientiam audaciámque consiliis vti quemadmodum volebant, rebus ipsis

ipsis prohiberentur. Nam indignum existimabant aliis parẽre milites, cũ ab ipsis haberet imperium Imperator. Sed neque res hostium valebant satis, nec erant qui obsequeren- 11
tur ducibus, quinimò ob eandem causam furore & temeritate omnia gerebantur, & quoniam periti pugnandi erant, assuetique laboribus, minimè illi fugiebant: at hi ob otium vitámque imbellem molles admodum erant, vt qui in spectaculis & celebritatib. atque apud scenã quàmdiutissimè vixerant. Contumelia verò ostentationeque ostẽtare se volentes ministeria simulabant, quò fortiores robustioréque non inualidi ad tolerandum haberentur. At Spurina cùm illos vi cogeret, parum defuit, quin à venientibus perderetur. Nulli autem neque cõtumeliæ aduersus eum, nec maledictioni pepercerunt, proditorem, & exitiosum consuptorem opportunitatum Cæsaris rerumque dicentes. Quidam etiam inebriati, cùm iam nox esset, venerunt in tabernaculum petentes viaticum, cùm dicerent sibi ad Cæsarem eundum esse, illius accusandi gratia. Sed conuitiũ militũ, quod eodem tempore ad Placentiã factum est, & rebus con- 12
duxit, & Spurinæ. Nam Vitelliani muros adorti, Othonis milites, qui intra propugnacula starent cachinnãtes illudebãt, & scenicos & armatos saltatores, Pythiorũq; & Olympiorum spectatores appellãtes, quique bellum & militiam, neque vidissent, sed idcirco essent animo elato, quòd inermis senis caput abscidissent, Galbam scilicet intelligentes, in certamen autem ac pugnam virorum fortium haudquaquam descenderent. Sic enim his opprobriis turbati sunt, sic exarserunt, vt Spurinam suppliciter orarent, vt se ad omnia pro imperio vteretur, vt qui nullum neque periculum essent, neque laborem detrectaturi. Cúmque 13
vehementer muri expugnarentur, & machinamenta permulta adacta essent, Spurinæ milites superiores fuerunt, & ingenti cæde reiectis Vitellianis, vrbem tutati sunt illustrem, & nulla Italicarum vrbium minus florentem. Erant preterea Othonis duces & ciuitatibus & priuatis hominibus, quàm duces Vitellij tolerabiliores, ex quibus Cecinna quidem neque voce, neque ornatu popularis erat, sed & grauis & diuersus: qui cùm esset corpore magno, Gallicis subligaculis thecisque ornatus signa ducésque Romanos alloquebatur. Et vxorẽ ad eum transmit-

tebant

tebant delecti equites, quæ præclarè ornata equo vehebatur. Fabium autem Valentem alterum ducem, neque hostiũ rapinæ, neque expilationes, corruptibilésque sociorum pecuniæ explebant, sed visus est etiã ob id tardius iter faciés, priori pugnę non interfuisse. Quidam verò Cecinnam accusant, qui quoniam properaret antè potiri victoria, quàm ille venisset, & in alia minora incidisset errata, & pugnam
14 neque tempestiuè, neque generosè conseruisset. Et ita negotia propè omnia eius vitiata sunt: nam posteaquam à Placentia Cecinna reiectus, aduersus Cremonam egit exercitum,
τὰλλα vrbem alteram opulentã & magnam: primus quidem Annius* Gallus, qui auxiliũ Spurinæ ad Placentiam ferebat, vt in itinere audiuit Placentinos esse superiores, Cremonenses autem in periculo, traduxit eò exercitum, & prope hostes castrametatus est. Deinde cęterorum quisque duci erat auxilio. Cúmque Cecinna posuisset in insidiis intra locos asperos & syluestres pedites multos grauis armaturç, mandassętque equitibus, vt primi excurrerent, & hostis manum si conserat, paulatim recederent, ac retrò fugerent, donec eos subductos in insidias illexissent, rem transfugę Celso nuntiarunt, qui hos repulit fortibus equitibus, & persequutione cautè vtẽs, insidiásq; circundans ac turbans, è castris grauis armaturæ pedites vocauit. Quòd si ipsi tempori adfuissent, neminem hostium relicturi, sed omnem Cecinnæ exercitũ profligaturi cæsuriq; fuisse videntur equitibus
15 admisti. Nunc verò Paulinus serò atque otiosè auxilium ferens accusabatur, quòd propter religionem functus non esset ducis officio pro hominum opinione. Plures autem milites proditionis etiã eum accusabãt, exasperabántq; Othonem, iactabundè de se loquentes, quasi vicissent: quòd verò victoria non omnino processisset, vitio ducibus dabant. Sed Otho nõ tantũ iis fidei habebat, quã videri volebat minus credere: itaq; Titianũ ad exercitũ misit, ac fratrẽ, & Proculũ prę fectũ, qui re habebat vniuersum imperiũ prætextu autẽ erat Titianus. At Celsus & Paulinus frustra sibi asciuerãt consiliariorũ & amicorũ nomẽ, cũ nullã in rebus gerẽdis neq; authoritatem haberẽt, neq; potestatẽ. Erant etiam
16 apud hostes res in tumultu, & apud illos maximè, quibus Valens præerat, pugnáque nuntiata, quæ circa insidias facta est, quòd ipsi minus interfuissẽt, auxiliúmq; tulissent in tanta

tanta virorum fortium cæde, graiter ferebant: sed vbi vix persuasissent, eósque vt irent, exorassent, castra mouit, ac sese Cecinnæ coniunxit. Otho autem cùm Bebriacum venisset in exercitum (oppidum enim est Bebriacum prope Cremonam) de pugna consultauit, visúmque est Proculo atque Titiano, quoniam & copiæ essent alacres, & victoria receus, dimicandum esse, & non desidendum, ne otium vires hebetaret, neq; expectandum Vitellium ipsum ex Gallia aduentantem. Paulinus verò aiebat omnia adesse hostibus, quibus ad pugnã vsuri sunt, eósque nullius rei indigere. Otho ni autem vires ex Mysia & Pannonia non minus probatas esse, quàm quæ præsentes iam essent, si suum ipse tẽpus expectaret, nec ad hostium opportunitatem bellum gereret. Neque hebetioribus se tunc vsurum, qui nunc audent, quã-
17 do sunt pauciores, si plures ad pugnã commilitones assumpserint, sed magis tum certaturos. Præterea cũctationẽ propriè esse, qui rebus omnibus abundent: at illis fore, vt tempus rerum necessariarum inopiam præbeat, qui in agro hostili sedẽt. Hæc Paulini dicta Marius Celsus comprobauit: Annius verò Gallus, qui quoniam ex equo ceciderat, curabatur, minimè aderat, sed ad eum cùm scripsisset Otho, cõsuluit ne properaret, sed ex Mysia expectaret exercitũ, qui iam esset in itinere. His Otho nequaquam est persuasus, sed in eorum sententiam iit, qui se ad pugnã hortarẽtur. Affe-
rebantúrque aliæ plures causæ. Præcipuè verò, qui prætoriani appellabantur, & habebant speculatorum ordinem, cùm per id tempus veriorem militiam gustarent, desiderá-
18 réntque Romæ ludos vitámque imbellem & theatralem, cõtineri non poterant à pugnandi celeritate, quasi continuò foreat ex incursu acturi hostes in rapinam. Videtur etiam ipse Otho insuetudine & mollitia sustinuisse rẽ incertam, defatigatus curis, non potens tanquam à præcipiti rupe fugiendo, rem fortunæ clausis oculis commisisse. Et hoc quidẽ rhetor Secũdus, qui Othoni ab epistolis erat, narrabat. Erat etiam audire quosdam qui dicerent, ambobus exercitibus multas esse causas cur in idem conuenirent, & cõcordia inter se facta, è ducibus præsentibus communi consensu optimum legerent, aut simul interim cõsidentes, senatui concrederent Imperatoris electionem. Neque certè absurdũ est, vbi neuter eorũ probaretur, qui tũc essent Imperato-

Repugnat Cornel. Tac. li. 18.

res salutati; huiusmodi cogitatus militibus incidisse, qui
19 & verè erāt Romani, & industrij, & prudētes, perinde atq; odiosissimum esset & grauissimū. quæ diu propter Syllam & Marium, deinde propter Cæsarem & Pompeium faciendo inuicem, patiendóque sese miserabiliter afficiebant, giues Romanos eadem nunc perferre, si aut Vitellio ad crapulę aut vinositatis, aut Othoni ad deliciarum luxuriæque sumptum imperium traderent. Hæc igitur suspicantur sen sisse Celsum, ob idque moram traxisse, quòd speraret sine pugna & laboribus rem cōpositum iri; eodémq; modo Othonem, quoniam metuerer, pugnam, acceleraſſe. Sed Otho rursus Brixillum rediit: qua ipsa in re certè errauit, nō ob id solùm quòd verecundiam, se præsentem aspicientibus militibus, & studium pugnādi abstulit, verùm etiam quoniā robustissimos strenuissimósque equites & pedites propter seipsum ad corporis custodiam abducens, virium
20 quiddā veluti corpus, abscīdit ab exercitu. Accidit autem per illos dies prælium fieri circa Eridanū inter Cecinnam qui transitum vrgeret, & Othonis milites hos inhibētes oppugnantés que. Sed postquam nihil efficiebant, facem in arma imposuerunt, sulfuris atque picis plenam: cúmque spiritus per transitum incidens, paratam materiē subitò in hostes excitauisset, hi fumo primùm, deinde clara flāma exorta turbati, in flumen exilientes, naues auerterunt, tum hostibus corpora cum risu præbuerunt. Germani verò cōgressi circa paruam fluminis insulam gladiatoribus Othonis, eos superarunt, ac permultos interemerunt. His autē actis, cùm Othonis milites qui Bebriaci erant, excandescētes ferrentur in pugnam, eos Proculus ex Bebriaco produxit, & intra quinquagesimum stadium castra metatus est, ita imperitè ac ridiculosè, vt cùm esset vernum tempus, & campi circūiacentes multa nemora perennésq; fluuios haberēt, aquæ penuria premerentur. Postridie verò cùm vellet ad
21 uersus hostes iter non minus stadiorum centū ingredi, Paulini milites passi non sunt, sed existimarunt manendū esse, neque se oportere ante defatigari, neque continuò ex itinere pugnandum esse aduersus viros armatos eósque acie instructos, atque hoc per quietem, interea dum ipsi tantùm itineris faciunt iumentis lixísque intermixtis. Cùm de his rebus duces inter sese contenderent, eques Numida venit

Omnia cornelius elegantèr.

ab

ab Othone, qui literas quibus iubebātur, vt ne manerent, neque tempus tererent, sed continuò in hostes pergerent, tulit. Itaque inde soluentes procedebāt. Quorū aduentū vbi audiit Cecinna turbatus est, cōfestímque relictis operibus ac flumine, venit in castra, multísq; iā armatis, & à Valēte accepto signo, interea temporis dum ordinē legiones sorte caperent, equitū fortissimos præmisērūt. Incidit au 22
tē (qua causa incertum est) opinio ac rumor in Othonis milites, qui erant in prima acie cōstituti, Vitellij duces ad se defecisse: quare cùm propè essent, amicè eos salutabāt, cōmilitones appellātes. Eā appellationē cùm non miti animo, sed iracūdè & cū clamore bellico illi exciperent, salutātes quidē perterriti sunt, reliquos verò suspicio proditionis inuasit. Et hoc primùm, cùm iā essēt hostes in manibus, eos turbauit: deinde alij nihil aptè nihil pro ordine faciebant, multúmq; pugnātes turbabātur à iumentis, quæ inter impedimēta vagabātur. Ac locus ipse fossis foueísq; refertus, ordines interrumpebat. Quæ ipsi metuētes circūeuntésq;, cogebantur sparsim ac per partes cū hoste manū cōserere. Duę
solùm legiones, altera Vitellij cognomēto rapax, Othonis 23
altera auxiliatrix cognominata in expeditum campum patentémque effusæ, legitima quadam pugna diu inter sese acie pugnauerunt. Erant Othonis viri robusti ac fortes, sed qui belli ac pugnæ tum primùm experimentum caperent: at Vitellij multis prælijs assueti iam senescentes defloreſcentésque. Quare cùm Othoniani in eos impetum fecissent, & fugarunt, & aquilam abstulerunt, propugnatorésque simul omnes occiderunt. Illi verò præ verecundia atque ira in eos irruentes, tum legionis præfectum Orfidium interfecerunt, tum permulta signa rapuerunt. Gladiatoribus verò, qui præliandi peritia fiduciáque valere viderentur opposuit Varus Alfenus Batauos. Et sunt hi quidem inter Germanos optimi equites, insulam habitātes quā Rhenus circunfluit. Hos autē illorū pauci sustinue- 24
rūt: at plurimi cùm sub Rhenū fugerent, incidūt in cohortes hostiū illic positas, à quibus circunuenti, ad vnū omnes perierunt. Omnium verò turpissimè prætoriani, qui ne tantisper quidem hostes sustinuerunt, dum manū cōsererent, sed eos etiam qui adhuc erant inuicti metu turbationéq; referserunt, dum illorum exemplo fugiebant. Quinetiam

multi Othoniani qui hostes vicerant, quibus cùm pugnabant, superati sunt, dilapsiq; per hostes iam victores in castra. E ducibus verò neque Proculus, nec Paulinus simul ingredi ausi sunt, sed formidine militum auertũtur, qui calamitatem omnem in duces verterent. Annius verò Gallus recepit in vrbem illos, cõsolatúsque est, qui ex ea pugna collecti sunt, perinde atque æqualiter vtrinque pugnatum sit,
25 & multis partibus fuerint ipsi superiores hostibus. At Marius Celsus conuocatis magistratibus, iussit, de re publica consultarent, quòd in huiusmodi clade ac tanta ciuium cæde, ne ipse Otho, si quidem vir bonus sit, debeat iam tentare fortunam, cùm & Cato & Scipio, quoniam Cæsari post victoriam Pharsalicã cedere noluissent, accusentur, quòd multos fortésque viros in Libya consumpserint nulla necessitate, quanquam pro Romana libertate certarent. Nam cùm in cæteris sese fortuna communẽ omnibus prębeat, id vnum certè non aufert, in omnem euẽtum bene consultandi, aduersis etiã in rebus facultatem hominibus relinquens. Hęc dicens prætorianos persuasit. Vbi autem tentatos militum animaduerterunt à pace nõ abhorrere, Titianúsque iuberet legatos pro concordia mitti, Celso Galloque visum est proficiscí, ac rẽ Cecinnæ & Valenti cõmunicare. Ipsis
26 verò proficiscentibus, cẽturiones obuiam facti sunt, qui dicerẽt motum iam exercitum Bebriacum petere, se autem à ducibus missos pro concordia. Quod Celsus cùm laudasset, hortatus est secum retrò, vt iter arriperent, Cecinnæ occurrentes. Cùm propè iam essent, periculo Celsus obiectus est: nam qui antè fuerãt insidiis victi equites, priores agebãtur. Itaque vt aduenientem Celsum intuiti sunt, cõtinuò in eum sublato clamore irruerunt: his centuriones sese obiiciunt, eos arcentes: cúmque cæteri insidiis præfecti clamarent homini parcendum esse, obtemperantes Cecinnæ milites atque insequentes, petulantiam equitum statim amouerunt: Celsum verò benignè excipientes, simul cũ iis Bebriacũ sunt profecti. Sed interea tẽporis Titianus pœnitentia ductus, q̃ legatos misisset, audẽtisimósq; milites, rursus in muros ascẽdit, atq; aliosad auxiliũ esthortatus. Astvbi
27 Cecinna cũ equo accurrisset ac dextram sustulisset, nemóq; aduersaretur, sed alij à muris milites salutarent, alij portas aperirent, egressi sunt, necessariisq; congressi. Nemini iniuria

Fortuna id vnum hominibus non aufert, quod bene fuerit consultum.

iuria est illata, sed benignè se & perhumanè excipiebãt, omnésque pro Vitellio sunt iurati, simúlque coniungebantur. Ita esse pugnatum plures eorum narrant, qui interfuerunt, & ne ipsi quidem liquidò posse fatentes sigillatim omnia, propter inobedientiam confusionémq; pugnantium. Mihi autẽ postea iter facienti per cãpum illum, Mestrius Florus vir consularis ostendens ex iis adolescentibus, qui tunc non ex animi sententia, sed pro necessitate cum Otho ne fuissent, vnum admodum senem, narrauit iam cùm post pugnam aduenisset, vidisse cadauerum tumulum huiusmodi, vt summi vsq; ad hostes pertingerẽt, & causam ait, cùm quæsisset, nec se inuenisse, nec ab alio accepisse. Interire 28
enim in bellis ciuilibus cùm vertuntur in fugam plures credendum est, cùm viuus capiatur nemo, quoniam capti vsui esse nequeant. Illa verò cumulatio & congestio, haud facilè reputari potest. At obscurus primùm, vt fieri solet in huiusmodi rebus, apud Othonẽ rumor increbuit: sed vbi quidam etiam vulnerati venerunt ex pugna nuntij, amicos qui dẽ minus quispiã sit miratus, qui nõ sinerẽt credere, sed potius ad audendũ hortarentur: militũ verò dolor fidẽ omnem superauit, quippe qui neque abierint, neq; trãsiuerint ad hostes: nemo visus est vlla priuata fiducia niti, si desperaret imperator, sed omnes æqualiter venerunt ad fores, imperatorémque egressi vocabant: trophæa fiebant cũ clamore, supplicibus manibus orabant, sternebantur humi, lachrymabant, ne ipsos desereret, ne hostibus proderet precabantur, sed ipsis pro se potius vteretur, quandiu, & animis & corporibus spirarent. Hæc simul omnes suppliciter rogabant.
Vnus autem ex obscurioribus vbi sustulisset ensem, dixis- 29
setq;, Scito Cæsar, sic omnes esse pro te instructos, seipsum *Othonicõ stantia.*
iugula uit. At horum nihil Othonem fregit, sed clara atque constanti facie circunquaque agens oculos, Hunc ait, ò cõmilitones, diem illo duco beatiorem, quo me primùm feci stis Imperatorem, cùm vos tales intueor & talibus sum dignus existimatus. At nolite eo me priuare, quod maius est, pulchrè mori pro tantis talibúsq; ciuibus: Si Romanorum sum dignus imperio, nequaquam meæ mihi animæ pro patria parcẽdũ est. Scio victoriã esse hostibus, neq; firmã, neq; validã. Annuntiant nostras è Mysia vires nõ multorum dierum iter abesse, quandoquidem in Andriam iam descendũt.

Asia & Syria & Aegyptus, & qui aduersum Iudæos bellum
exercitus gerunt, nobiscum sunt, senatus & hostium filij
30 atq; vxores penes nos sunt. Sed neq; aduersus Annibalem
» neq; aduersus Pyrrhum, neque aduersus Cimbros bellum
» est pro Italia, sed cum Romanis bellum gerentes, ambo pa
» triam & vincentes & victi iniuria afficimus. Nam victoris
» bonum patriæ malum est. Fidémque feci sæpe, fortius mo
» ri me posse, quàm imperare. Haud enim video, cur tanto
» emolumento Romanis futurus sim, vbi vicero, quanto si
» meipsum dedero pro pace & concordia, & ne rursus talem
» diem videat Italia. Vbi hæc disseruisset, & eos qui accinge
re hortaríque nitebantur refellisset, amicisque & senatori-
bus qui aderant abire iussis, ad eos verò qui aberant, ac
etiam ad ciuitates missis literis, vt cadauera honorificè se-
curéque tollerent, accersitum fratris filium Cocceium ad
huc adolescentem bono animo esse iubet, & nihil Vitel-
lium metuere tum vt matrem & domum & vxorē, ipse tan-
31 quam proprios curans tueretur. Nā idcirco volentem
non adoptauisse, sed distulisse, quò meminisset, à Cæsare
adoptatum se: vt si vicisset, vnà secum imperaret: sin victus
esset, ne ipse antè periret. Illud autem inquit, ô fili, ad po-
strémum tibi præcipio, vt neque omnino obliuiscaris, nec
admodum memineris, quòd Cæsarem patruum habueris.
Post hæc autem paulò tumultum clamorémque ad fores au
diuit. Milites enim senatoribus qui abibant, minitabantur
quod abscederent, Imperatorem deserentes, necē ni ma-
nerent minati. Rursus igitur metuens illis viris, venit in
conspectum, & vbi visus est à militibus, non precibus ac
mansuetudine sed asperitate & ira, vt qui ad tumultum ma
ximè respiceret, effecit vt abirent: cessere hi quidem perter-
riti. 32 Cùm iam esset vespera, sitíque teneretur, paululùm
aquæ bibit, & cùm duos haberet enses, diu vtriusque aciem
pertentauit, redditóque altero alterum in vlnas accepit,
atque domesticos vocauit, eísque benignè pecunias suas di-
stribuit, huic plures, illi pauciores, non tanquam de alienis
prodigus, sed id pro dignitate atque moderatè diligenter
obseruans. Vbi verò hos ab se dimisisset, ià quod reliquum
erat noctis quiescebat, sed ita vt cubicularij sentirent eum
grauiter dormire. Mane autem vocato liberto, quo vtebā-
tur contubernali, imperauit, vt quid senatores agerent, di-
sceret

sceret. Et cùm accepisset factum esse iis qui abierant, vt cui Othonis in
que opus fuerat, Vade igitur, inquit, tu, ac teipsum osten- teritus,
de militibus, si non vis malè ab ipsis interimi, tanquā mihi
mortis adiutor. Hominē autem egresso, postquam ensem
ambabus manibus erectum constituisset, superincumbens,
non longius, quàm sit gemitus vnus dolorem sensit, eius si
gnificationem his qui foris erant, dans. Vlulatúque à ser 33
uis sublato, vniuersum continuò exercitum atque vrbem
fletus inuasit. Et milites cum clamore ac planctu ad fores
irruerunt, seipsos miserantes ac increpantes, quòd minus
obseruassent imperatorem, prohibuissentque ne pro ipsis
moreretur. Ex his qui tum aderant ad hostem, nemo defe-
cit, quanquā non procul abesset: quin ornato corpore atq;
parato rogo, cum in armis extulerunt. Certatim subierūt,
portauerúntque feretrum cupidi: alij verò vulnus cadaue-
ris procidētes osculabantur, alij manus tangebant, alij ado-
rabant eminus. Aliqui etiam funalibus abiectis in rogū sei-
psos ingulabant, qui tamen nihil egregij beneficij, nec quic
quam à mortuo accepissent, neque grauius quicquam à vi-
ctore metuebant. Sed videtur nemini vnquam neque tyran
no, neque regi adeò immanis imperandi cupiditas ingeni-
ta fuisse, quanta illis ab Othone regi: Othonem Imperato 34
rem ferre desiderarunt, quos ne mortui quidem deside-
rium reliquit, sed in odium Vitellij immedicabile perdu-
rauit. Sed hæc suo tempore dicentur. Cùm verò Othonis
reliquias humassent neque operis magnitudine, neque illu
stri inscriptione, sepulchrum inuidiosum reddiderunt. E-
go Brixelli cùm essem vidi monumētum paruum, & inscri
ptionem huiusmodi, M. OTONIS. Diem autem obiit
Otho, cùm vixisset annos septem & triginta, imperassetq;
men ses tres: atque reliquit, neque deteriores, neque paucio
res, qui mortem laudarent, quàm qui vitam vituperarent.
Nā cùm vixisset nihilo modestius Nerone, mortuus est ge-
nerosius longē. At milites cùm iuberet Pollio alter ex præ-
fectis, vt continuò in Vitellij verba iurarent, difficiles se
præstabāt. Et cùm didicissent senatores quosdā etiā adesse, 35
alios dimisērūt, Virginio autē Rufo negotiū facessēbāt, vnà
cum armis ad ædes eius venientes iubentes hortantésq;, aut
imperaret, aut iret pro se legatus. At is corū qui victi essēt,
imperium susciperé, furiosi esse insaníque ducebat, quod

ante victoriam noluisset. Legatus autem ire ad Germanos, à quo illi multam vim passi inuiti videbantur, cùm timeret, clàm per alias fores è medio se subduxit. Quod vbi milites didicerunt, iureiurando suscepto, veniam assequuti, se Cecinnæ addiderunt.

HAEC SVNT VIRORVM ILlustrium hactenus vitæ ex Plutarcho, in Latinum à diuersis traductæ. Sequũtur hinc aliæ quædam illustrium & ipsę virorum, sed ex aliis authoribus depromptæ, quas ideirco seorsum duximus imprimendas, quòd Plutarchi non sint, Homeri, quæ alterius est instituti, excepta: quas non voluimus omittere tamen, quòd & eleganter scriptæ sint, & ab aliis hactenus huc ascitæ.

Homerus. Ij.

INTERPRETE GVARINO VERONENSI,

SED OMISSIS QVAE ad Grammaticam potius quàm ad historiam spectant.

SVPERVACVVM fortasse quibus 1
dã videatur in quærẽdis Homeri parẽtibus ac patria nimis esse occupatũ, quãdoquidẽ nec ipse sua scribere dignũesse iudicauit, sed ea modestia vsus est, vt ne nominis quidem sui quæ fuerit origo meminerit. Quoniam verò ad institutionem eorum qui eruditi incipiunt vtile est plurima experiri, aggrediemur quæcunque de illo veteres scripta reliquerunt, recensere. Ephorus igitur Cumæus in libro quem de patriis rebus inscripsit, Homerum conciuem suum fuisse volens ostendere, scribit Atellem, Mæona, Diúmque fratres Cumæos fuisse. Horum Dium cùm ære alieno premeretur immigrasse in Aseram Bœotiæ vicum: cúmque illic Pycimedẽ duxisset vxorem, ex illa suscepisse dicit Hesiodum.

Atellem autẽ cùm in patria diem suũ obiisset, filiam no- 2
mine Critheida, fratris Męonis tuelæ reliquisse. Hũc autem cùm puellam vitiasset grauidámque feciſſet, atq; ob id facti vereretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimoniũ collocasse. Illam verò non multò pòst ad lauacra quæ prope Meletem fluuium erant proficiscẽtem, Homerum iuxta fluuiũ peperisse, atque ob id infantẽ Melesigenem appellatũ, qui postea cæcus factus, Homeri nomen acceperit. Cumęi nanq; & Iones oculis captos Homeros appellãt, quòd homeris, id est, itineris ducibus egeant. Hæc quidem Ephorus. Aristoteles autẽ in tertio De poetica libro dixit, in Io insula, quo tempore Neleus Codri filius coloniam in Ioniam deduxit, puellam quandam indi-

Homeri origo. Quare Homerus, & Melesigenes dictus.

genam à Deo,qui Musarum cõsuetudine vtebatur,fuisse cõ
3 pressam:quæ cùm grauida facta esset,infamiam verita,in lo
cum abiit qui Aegina dicebatur: ibi à latronibus capta, ac
Smyrnam,quę tunc Lydorum tenebatur imperio,abducta,
Mæoni Lydorum regi amico ab eis dono data est. Ille verò
puellę venustate captus,eam duxit vxorem:quæ cùm postea
iuxta Meletem fortè spatiaretur,partus subitis occupata do
loribus, Homerum apud flumen enixa est:quem suscipiens
Mæon pro suo educauit.Mater autem statim post partum à
vita discessit. Cùm verò aliquot annis pòst Mæon quoque
ipse vita functus esset, Lydiq; ab Aeoliis bello pressi Smyr-
nam deserere statuissent, principes ciuitatis per præconem
edixerunt,vt quicunq; ipsos sequi vellet, vrbe egrederetur,
tunc Homerus etiam tum adolescentulus,se quoque ἑμηθεν,
hoc est, sequi velle dixit:eáque de causa fuit Homerus pro
4 Melesigene nuncupatus. Postea cùm iam ætate proiectus
magnam apud omnes esset poeticæ facultatis gloriam con-
sequutus, Apollinis consuluit oraculum,quibus parentibus,
&quia patria ortus esset,a tq; hoc responsum dicitur accepisse:

Insula Dos matrem,nato factura sepulchrum
Progenuit, iuuenum iu vera ænigma caueto.

Fertur& aliud huiusmodi habuisse responsum:

Felix atque miser, fortémque ad vtranque create,
Nosse cupis patriæ nomen Homere tuæ?
Insula non longè Creta Minoïa ab ampla
Dat matrem,nanque est patria nulla patri.
Atropos hæ dulcis tibi franget stamina vitæ,
Cùm iuuenum nodos soluere non poteris.
Ipsa duas vitæ sortes tibi fata dederunt,
Hæ obscura quidem,par erit illa deis.
Immortalis eris viuus moriensque,magisque
Post mortem nomen viuet in orbe tuum.

5 Longo tẽpore pòst, Thebas ad Saturnalia,qui ludi apud
Thebanos musici erãt,profectus est,inde in Iõ insulam navi
gauit:quò cùm peruenisset,ac fortè saxo quod erat in littore
insedisset,piscatores littoribus tum fortè appulsos roga-
uit,num quid haberent: illi verò difficili ænigmate respon
derunt, se quæcunque cepissent reliquisse, quæ verò non ce
pissent habere: significabant videlicet, cùm piscium nihil ca-
pere potuissent, sese purgasse pediculis atque ita quos cepe-
rant

rãt reliquisse,quos non ceperãt in vestimẽtis habere.Home
rus autẽ cũ hoc ænigma interpretari nõ potuisset,ingẽti do
lore cõfectus migrauit è vita,honorificẽtissimèq; à suisciui
bus sepultus est.atq; hoc illius sepulchro epigrãma incisum:

Conditur hoc tumulo vates diuinus Homerus,
Heroum cecinit qui bene gesta ducum.

Sunt qui Homerum Colophonium fuisse conantur osten 6
dere,atque hoc maximè argumento nituntur, quòd in eius
statua hoc elegiacum carmen reperiatur:

Nate Melete decus Graiorum ac splendor Homere,
Nobilitas patriam qui Colophona tuam,
Diuina geminas genuisti mente puellas,
Semideum scribens inclyta gesta virum.
Altera multinagi reditum cantauit Vlyssis,
Altera graiugenas Dardanióque dapes.

Operæ pretiũ est & Antipatri epigrãmatũ scriptoris nõ in
suaue in Homerũ epigramma referre. Est autẽ huiusmodi:

Diceris à multis Colophonis alumnus Homere,
Hic te Smyrnæum credit, at ille Chium,
Quin & Ion quidam, quidam Salamina superbam,
Thessalium multi te genuisse ferunt.
Sunt & qui memorent aliis te sedibus ortum,
Sic variis natus crederis esse locis.
Dicere si liceat mihi Phœbi oracula,cælum
Certè tibi patria est,Calliopea parens.

Natum verò Homerum belli Troiani tẽpore, eiusdẽmq; 7
spectatorem fuisse quidam scribunt: alij centum annis pòst,
alij centum quinquaginta tradiderunt. Scripsit poemata
duo, Iliada & Odysseam. Errant autem qui Βατραχομυομα-
χίαν, Margitémque ab illo exercitationis gratia aiunt fuis-
se compositas. Esse verò secundum Homerum Troiani bel
li originem quidam dicunt Alexandri de trium dearum,Iu-
nonis,Mineruæ,Venerísque forma iudicium. Dicere nanq;
poetam aiunt, Alexandrum illas cùm ad eum venissent,
in contentionem induxisse, cùm Venerem, quæ blando
eum,sed pernicioso illexerat lenocinio, pulchriorem iu-
dicasset. Verùm enimverò non est consentaneum, deos ab
homine fuisse iudicatos,neque hoc ab Homero de aliis diis
asseritur, quare meritò illorum opinio tanquam nullius
authoritatis reiicitur. Probabilius igitur fuerit dicere, 8

quem

8 quemadmodum Alexãder Priami regis filius visendæ Græciæ, variósque Græcorum mores percipiendi desiderio flagrans Spartã nauigauit, atque illic ab Helena Menelai vxore, cùm maritus abesset, honorificétissimè accceptus hospitio, mulierẽ blanditiis pollicitationibúsq; illexit vt secum discederet: quibus seducta mulier eum sequuta est. Itaque nauigantes ad insulã nomine Cranaẽ appulerunt, atq; ibi primum Helenæ Alexander coniunctus est. Inde autẽ soluẽtes per Sidona & Phœnicem, Ilium peruenere. Menelaus verò & Agamemnõ cùm primùm facti sunt de iniuria certiores, exercitũ in Aulide Bœotiæ ciuitate congregarũt. Vbi cùm omnes auspicatissimo rerum agendarum initio rei diuinæ intenti essent, ecce draco propinquam arborẽ in qua fortè passer nidificarat, ascendens, octo pullos matrémque insuper interemit: quo signo portendebatur, Græcos nouẽ apud Ilium annos dimicaturos, decimo tandẽ vrbem ipsam fun-
9 ditus euersuros. Igitur peractis sacrificiis, Aulide soluentes ad Troiam peruenerunt. Vbi cùm primo congressu Protesilaus interfectus esset, Menelaum & Vlyssem ad reperendam Helenam legatos Ilium miserunt. Cùm verò Troiani Helenã reddere recusassent rursus Græci belli gerendi inire consilia, atque exercitus parte ad vrbis obsidionem relicta, reliqui Achille duce ad vastandas vicinas vrbes aggressi sunt, eo consilio, vt Troianos finitimis sociis spoliaret. Cũ verò populabundi omnia diriperent atque vastarent, inter cæteras vrbes vnam fortè Chrysam nomine acceperunt, ex qua captiuam Chryseida, Chrysæ, qui erat sacerdos Apollinis, filiam, Agamemnoni dono dedere: Chryses autem redimendæ filiæ causa ad exercitum venit, atq; ab Agamemnone contumeliosé repulsus, Apollini supplicauit, vt spreti numinis vlciscceretur iniurias: itaque magna pestilentia ab
10 Apolline in castra Græcorũ immissa. Achilles de reddenda sacerdoti Chryseide concionatus est. Quare agamemnõ achilli vehementer iratus. Chryseida illi iucundum militiæ præmium abstulit. Quam rem Achilles grauiter ferens, matrem Thetim orauit, vt à Ioue Troianis contra Græcos auxilium imploraret. Quod cùm Thetis fecisset, iamque Troiani aliquot præliis superiores Græcis insultarent, Patroclus Nestoris hortatu arma ab Achille tantisper dum Troianos à nauibus repelleret, postulauit: quibus

bus impetratis, fortiter ac generosè pugnans, demum ab Hectore peremptus est. Huius morte summo dolore affectus Achilles, & cum Agamẽnone rediit in gratiã, & arma à Vulcano fabricata accipiẽs, alios Troianorum quamplurimos, ac denique ipsum Hectorem interemit. Hic cùm rerum 11
omnium ac totius belli sit ordo, Homerus tamen à nono anno poematis sui sumpsit exordium: quoniamquæ ante Achillis iram gesta fuerant, tenuia satis, ac parum sibi memoratu digna videbantur. Troiani enim Achillem timentes se intra muros continuerant, ac nunquã ausi erãt cum Græcis aperto marte contendere. Sed posteaquam ira tus achilles à certamine destitit, audentes in campum prodierunt. Tunc æquatis belli viribus, plurima inter heroas præclara facinora patrata sunt. Homerum poetam tempore quidẽ plurimis, virtute autẽ ac facultate omnibus superiorem meritò primum legimus, maximum ex eo & ad dicendi copiam, & ad sententiarum grauitatem, & ad plurimarum rerum cognitionem, præsidium habituri. Dicemus autem de illius poesi, si prius aliqua de ipso poeta in mediũ attulerimus. Homerum igitur Pindarus tum Chium, tũ Smirnæum fuisse ait: Simonides Chium, Antimachus ac Nican 12
der Colophonium: Aristoteles autem Ietem, Ephorus verò historicus Cumæum: quidam etiam Salaminium, quidam Argiuum fuisse dixerunt. Aristarchus autem ac Dionysius Thrax athenieẽsem putarũt. Filius verò à quibusdã Mæonis & Critheidis: ab aliquibus Meletis fluminis existimatus est. Atque vt de genere ac patria, ita & de tẽporibus quibus fuerit, dubitatur. Aristarchus enim eo dicit Homerum tempore floruisse, quo in Ioniã colonia deducta est, post Heraclidarum videlicet descensum annis sexaginta, cùm ante Heraclidarum gesta annis octoginta bellũ Troianum fuisset. Crates verò ante Heraclidarum descensum Homerum fuisse confirmat: quod si ita est, non integri octoginta anni inter Troiani belli tempora & Homeri genesim reperientur interfuisse. Verùm plures in hanc sententiam conueniunt, Homerum annis centum post bellum Troianũ natum, non 13
multùm ante Olympia, à quibus Olympiadarum anni numerantur. Sunt autem illius poemata duo, Ilias & Odyssea, ambo non ab ipso poeta, sed ab Aristarcho grammatico in numerum versuum diuisa atque distincta. Ilias quidem gesta

sta Græcorum & barbarorum propter Helenæ raptum, sed præcipuè Achillis præclara in eo bello facinora continet. Odyssea verò, Vlysis ex Troiano bello in patriã reditum, quótque ille labores errando pertulerit, atque vt reuersus vltus fuerit inimicos, ostendit. Ex quo apparet, sapientissimum poetam in Iliade quidem corporis vires, in Odyssea verò animi virtutes exequutum. Si non solùm virtutes, sed etiam vitia, dolores quoque, lætitias, timores, atque cupiditates hominum describit, iniquum tamen est accusare poetam quòd non bonos tantùm, verumetiam malos mores expresserit. Siquidem sine vtrisque non fiunt præclara facinora, & licet semper auditoribus è multis ac variis eligere meliora. Finxit etiam Homerus deos vti hominum consuetudine atque colloquiis, non modò vt eiusmodi figmenta & delectarent & admirationem relinquerent, verumetiam vt per hoc deos rerum humanarum curam habere declararet. Vniuersa denique apud eum gestorum expolitio & admirabilis & fabulosa contexitur, vt possit sedulos reddere, atque obstupefactos tenere lectores, vtque magnifica atque sublimi oratione reddatur illustris. Ex quo interdum videtur poeta quædam præter rei veritatem scripsisse: non enim semper probabilia persequutus est, sed persæpe effinxit res mirandas atque sublimes. Quapropter non modò res, sed etiam verba & extulit, & à communi consuetudine transtulit. Quòd autem noua quędam & admiranda, & quæ non facilè in consuetudinem veniunt semper adducat, nemo ne mediocriter quidem doctus ignorat. Quinetiam si quis in his fabulosis narrationibus diligenter singula quæ dicuntur attenderit, poetam hunc omni humanitate atque doctrina imbutum fuisse reperiet, intelligétque plurima illum tanquã semina & orationis & actionum variarum posteris non solùm poetis, verùm etiam oratoribus, historicis, atq; philosophis reliquis se.

Euago

Euagoras.

GVARINO VERONENSI INTERPRETE.

CVM viderẽ, ô Nicocles, te non solùm rerum pulchritudine atq; copia, verùm etiam choris & musica gymnicisq; certaminibus, necnõ equorũ triremiumq; curribus funus paternum honorantem, nihil quod ad huiusmodi rerum splendorem pertineret relinquentem, putaui fore vt Euagoras (si quis sensus de his quæ in vita fiunt mortuis inest) libenter & hæc acciperet, gauderétque aspiciens tuam erga se curam ac magnificentiam: sed multò maiorẽ gratiam quàm reliquis omnibus haberet, si quis ipsius præclara facinora atque pericula dignè narrare posset. Etenim viros magnanimos honorísque cupidos non solùm pro rebus bene gestis laudari velle, verumetiam pro vita honestam mortem optare reperiemus, maiúsque studium de sua gloria, quàm de vita habere, denique omni cura atque diligẽtia eniti, vt immortalẽ sui memoriam derelinquant.

Magni ergo sumptus nihil tale efficere possunt, sed opes duntaxat atque diuitias ostentant. Eorum verò qui in musica aliísque certaminibus se exercent, hi quidem suas vires, alij verò suas artes demonstrantes, seipsos glorioſiores constituunt. Oratio verò si eleganter & ornatè illius res gestas narrauerit, semper memorabilem Euagoræ virtutem apud omnes mortales efficiet. Conueniebat itaque vt alij viros, si qui præstantes ac boni sua tempestate extitissent præclaris laudibus extollerent, quò videlicet & hi qui aliorum facta ornare possunt, cùm nõ apud ignaros verba facturi sint, eos quos honestare volũt, veris laudibus persequantur, & iuniores ardentiori studio afficiantur ad virtutem, cùm quibus se meliores præstiterint, his ampliores laudes se consequuturos sciant. Nunc autem quis non languescat, segniórque ad virtutem non reddatur, cùm eos qui tempore Troiani belli atque antea fuere, celebratos carminibus & laudibus,

dec-

decãtatósque tragœdiis animaduertit, seipsum autem prospiciat, etiã si illos omnes probitate & virtute vinceret, nunquam tamen similes laudes assequuturum? Sed horum profectò causa est inuidia, cui solùm hoc boni adest, quòd maximũ malum inuidis afferre solet. Quidam enim sic depraua-
In inuidia quid incõmodi.
ti natura sunt, vt libentius eorum quos ignorant an vnquam fuerint, quàm eorum quibus plurimis beneficiis astricti sunt, laudes audire velint. Non tamẽ his qui ita malè sentiunt inseruire cordatos decet, sed hos quidem negligere, alios verò vt laudes eorum audiant, de quibus dicere iustum est assuefacere debemus: præsertim cùm & artibus, omnibúsque aliis rebus incrementa allata videamus, non per eos qui acquiescũt his quæ ab aliis instituta sunt, sed per eos qui & parua dirigere, & non bene instituta mutare audent.

4 Nec ignoro difficile factu esse quod me facturum recepi, cuius piam virtutes soluta oratione laudare. Cuius rei maximum signũ, quòd hi qui philosophiæ operam dant, de multis variisque rebus dicere audẽt, de talibus autem nullus vnquam ipsorum aggressus est dicere. In quo ipsis daudam veniam censeo. Nam poetis multa dantur, quibus suum ornare carmẽ possunt. His enim & deorum cum hominibus congressus, tum disceptationes & certamina quibus cùm volũt, fingere licet: & cùm hæc narrare voluerint, non eadem verborum lege qua oratores, astringuntur. Itaque non solùm verbis vsitatis, verumetiam nouis, translatis & peregrinis, & omni denique dicendi genere suam poesim ornare possunt. Oratoribus autem nihil tale conceditur, sed iis & verbis vsitatis, & sententiis non nisi ad res pertinẽtibus, strictiori quadam lege vtendum.

5 Ad hæc illi quidem omnia numeris & metris scribunt, his verò nihil tale concessum est: quę tantam gratiam habent, vt quamuis nec verba idonea, nec graues sententiæ sint, mensura tamen quadam & numerorum concinnitate auditores demulceant. Quanta autem horum sit vis, illinc facilè perspici potest. Nam si quis eorum poematum quæ probatissima habentur, verba quidem & sententias relinquat, mensuram autem dissoluat, multò profectò opinione quam nunc de his habemus, inferiora videbuntur. Verum enimuerò quamuis poesis hoc tantùm præstet, haud tamen à scribendo desistere debemus, sed tentandũ est, si soluta oratione viros probos ac præclaros meritis laudibus

bus honestare valeamus, nihil deterius iis qui carminibus aut numeris eos laudant. Primùm ergo de ingenio natu- 6
ráque Euagorę, quibúsq; maioribus ortus sit, etsi multis notum arbitror, aliorũ gratia dicẽdum videtur, vt omnes scire possint quàm magnis & præclaris exemplis maiorũ relictis nihilo inferiorem se præstiterit. Semideos ergo genero
sissimos, qui à Ioue genus ducũt, esse, omnes vno ore con
sentiunt. Hos autẽ ipsos si inter se cõferre voluerimus, ne- *Genus diuinum.*
mo est qui Aeacidas cæteris præferre dubitet. In aliis gene-
ribus hos quidem virtute præstantes atq; insignes, alios verò obscuros inferiorésq; reperiemus: at omnes qui Aeaco orti sunt, clarissimi fuere suo tempore. Aeacus autẽ qui Ioue satus est, à quo Teucridarum genus initium sumpsit, tã cęteris virtute præstitit, vt cum maxima siccitate in Græcia plurimi hominum corrumperentur, nullúmque malo huic auxilium inuenirẽt, postquã magnitudo calamitatis excreuit, eum ciuitatũ principes adierint, rogãtes vt tantum malũ tantámq; pestẽ ab eis propulsaret. Sperabant enim propter ipsius generositatẽ atq; eximiam pietatem, quamcelerrimè à diis præsentium malorũ liberationẽ inuenire. Nec 7
ea spes viros fefellit, sed voti cõpotes facti, in Aegina, vbi votum ille precésque fecerat, commune omnibus Græcis sacrũ ædificauere. Atque per id temporis donec inter homines fuit, summa cum gloria vitã duxit: postquam verò migrauit è vita, cùm apud Plutonem Proserpinámque maximos honores assequutus esset, ad iudicandas animas eis asse
disse fertur. Istiusautem Telamon & Peleus filij fuere, quo *Maiores.*
rum alter cum Hercule contra Laomedontem militans, propter sua egregia facinora ingentibus præmiis donatus est. Peleus cùm in pugna contra Centauros strenuè dimicasset, multísque aliis bellis atque periculis probatus esset, Thetida Nerei filiam immortalem, quãuis ipse mortalis, vxorem meruit, atq; ex omnibus, quæ ante fuere, solum in istis nuptiis Hymenæũ deos cantasse ferũt. Inde Aiax, Teucérq; 8
à Telamone, Achilles verò à Peleo orti sunt, qui maximũ ac manifestissimum argumentum suarum virtutum dedẽre. Non enim solum in suis ciuitatibus locisque quibus habitabãt primi fuere, sed cùm Græci contra Troianos expeditionẽ fecissẽt, multíq; vtrinq; coacti essẽt, nemo deniq; vir clarus qui his nõ adesset periculis, inueniri posset, omnibus

Achilles longè præstitit. Viax verò post illum facilè omnes superauit. Nec Teucer horum genere indignus, cæteris inferior habitus est. Qui postquam vnà cum Græcis depopulatus esset Troiam atque diruisset, Cyprum petiit, vrbémq; ædificauit. quam Salamina antiquæ patriæ nomine vocauit, genúsq; reliquit quod nũc regno potitur.

9 Tam igitur præclara facinora maiorũ à primordio generis Euagoræ fuere. Cũ igitur isto pacto vrbs ædificata esset, principio hi qui à Teucro geniti sunt, regnum obtinebant: postero inde tempore vir quidam exul à Phœnicia in Cyprũ venit: hic cùm maximè ab eo qui tunc temporis regnabat cultus esset maximásque accepisset potestates, harũ rerum non habuit gratiam sed in regẽ qui eum hospitio acceperat, malus ingratúsque existens, ac ad præripienda aliena callidus, benefactorem suum ex regno eiecit, ipse verò imperio potitus est. Inde cùm rebus tam scelerate gestis diffideret, suúmque statum stabilire vellet, ciuitatẽ effecit bar-

10 baram, insulámq; vniuersam regi Persarũ in seruitutẽ dedit. Rebus ita constitutis, Euagoras nascitur: de quo diuinationes & oracula, visáque in somnis, quibus hominum natura excedere videri potest, relinquere malo, non vt his rebus fidem non adhibeam, sed vt omnibus apertum faciam, tantum, me abesse vt de eo aliquid confingam, vt etiam ea prætermittam, quæ olim paucis quibusdam, non ciuibus vniuersis nota fuisse existimem. Sed cùm de eo dicturus sim, ab his quę omnes fatentur, initium faciã. Puer nempe existens honestà forma, robustus atq; temperatus fuit, quæ bonorum omnium eius ætatis decentissima videntur. Horum autem omnium testes afferre possumus: nam temperantiæ, eos ciues qui vnà cum eo fuerunt eruditi: pulchritudinis, omnes qui eũ viderunt: roboris denique, ea certamina quibus ille æquales superauit. His denique cùm vir factus esset,

2 fortitudinem, sapientiã, iustitiámq; adiunxit, nec mediocriter quemadmodum cæteri, sed horum quodlibet egregia quãdam cum excellentia habuit. Tantùm enim corporis virtutibus animúque præstitit, vt cùm eum intuerentur qui

11 tum in imperio constituti erant, stupescerent, & non mediocri timore de principatu suo afficerentur. Putabãt enim nullo modo fieri posse, vt is qui tali ingenio præditus esset, priuatus vitam degeret. Inde cùm eius honestissimos mores inspiciebant, tantam ei adhibebant fidem, vt putarent, si quis in eos delinquere auderet, sibi Euagoram adiutorem fore. Et cùm tam varia ac diuersa de eo esset opinio nihil tamen horum eos fefellit. Nam neque priuatus vitam egit, neque in eos aliquid commisit, sed tantam de eo prouidentiam deus habuit, qui honestè regiam dignitatem assumeret, vt omnia quæ per impietatem fieri necesse erat, per alium patrarẽtur: his verò quibus sanctè ac iustè imperium assequi poterat, Euagorã reseruauit. Quidam enim qui per id tẽpus in potestate erat, per insidias regẽ trucidauit, Euagorámque reprehendere conatus (putabat enim nullo pacto principatum obtinere posse, nisi illũ è medio tolleret) sed Euagoræ pericula effugiens, Solos Ciliciæ sẽ recepit.

12 Nec tandem habuit mentem quam alij qui in eiusmodi calamitates insidunt. Illi enim cùm imperio excidere humiliores animos habere solent: ipse verò postquam patriam fugere coactus est, in tantùm animi magnitudinis venit, vt cùm antea priuatus esset, non putaret sibi sine imperio esse viuendum: neque cum vagis & exulibus aliisque hoc genus hominum, reditum quæsiuit, indignos precari atq; colere cõtempsit, sed eam occasionem sumens, quam omnibus qui pietatem colunt sumi oportet, vt suas scilicet iniurias lacessiti vlciscantur, optauit vel victor potiri imperio, vel superatus occumbere. Itaque cùm quinquaginta ferè hominum, vt plurimi ferunt, coegisset, cum his reditum in patriã parauit: vnde & illius ingeniũ, & qua apud alios opinione esset contemplari possumus. Nam cùm tam paruo virorum numero ad tam ingens facinus nauigare deberet,

13 sibiq; omnia grauia imminerent quæ in huiusmodi periculis esse solent, non tamen ille elanguit, nec vllus eorum quos adhortatus fuerat in tanto discrimine ab eo defecit, sed tanquam deum aliquem sequerentur omnes fidem seruauere: ipse verò tanquã meliorem hostibus exercitum haberet, vel pugnæ euentum prospiceret, ita animo affectus videbatur, id quod ex rebus quas gessit intelligere licet. Nã cùm in insulam descendisset, non putauit oportere locum munitum capere, seque in turo collocare, ac circunspicere

1 si aliqui ciuium sibi auxilium ferrent: sed eadem nocte vt primum facultas data est, perfracta porta vrbem ingressus, cum suis ad regiam irruit. Qui autẽm eã tempestate tumultus acciderint, quiue alijs terrores euenerint, quę denique

Prouidentia fati.

Magnanimitas in aduersis.

Regnum vt sibi

Natiuitas Fidem præbuit orationi.

Pueritia.

Virilis ætas.

exhortationes eius fuerint, quorsum attinet prolixius expo
nere, morámque trahere? Cùm verò hi qui circa tyrannum
erant pugnarent, reliqui autem ciues cùm illius principa-
tum, tùm huius virtutem metuentes quietem agerent, pu-
gnans solus contra multos, cúmque paucis cõtra omnes ini
micos, non antea destitit quàm regiam in suam potestatem
14 redigeret, & inimicos vltus amicis auxilium ferret. Ipse
igitur ciuitatis imperio potitus est: & generi suo patrios ho
nores restituit. Arbitror profectò si nihil aliud memorare
velim, sed hîc orationi finem imponere ex his quę diximus
facile esse & Euagoræ virtutem, & egregia eius facta co-
gnoscere. Non tamen his contentus sum, sed ex his quæ se-
quentur hæc magis manifesta fore existimo. Nam cùm tem
pore vniuerso tot reges tótque tyranni fuerint, nullus ta-
men hunc honorem adeptus est nec honestius nec iustius. Si
igitur cum eorum quolibet facta Euagoræ comparare vo-
luerimus fortasse nec nostra oratio auditoribus grata esset,
nec tẽpus ad dicẽdum sufficeret. Sin autẽ seligamus quosq;
probatissimos, cùmque his Euagoram comparemus, mul-
tò breuior erit oratio, nec minus propositum assequemur.

15 Eis qui à parentibus regna accepere, quis est qui Euago
Comparatione ad alios eius facta amplificat. ræ pericula non ante ponat? neminem enim adeò segnẽ &
ignauum esse existimo, vt malit à progenitoribus sumere
imperium, quàm sanctè quemadmodum ille assequens, suis
liberis relinquere. Atqui omnium antiquorum qui in pa-
triam rediere, hi profectò qui à poetis inducti sunt, celeber
rimi videntur: hi enim non solùm præclaros reditus eorum
qui antè fuerint, nobis commemorant, sed nouos quosdam
ipsi fingunt. Nullus tamen eorum effinxit quenquam, qui
tam grauibus periculis ac terroribus in patriã redierit: sed
finxere quamplurimos fortuna, nonnullos verò dolis ac fal
laciis regiam dignitatem accepisse. Atqui Cyrum præ cæ-
teris qui postea fuerunt admirantur. Is enim Medis abstu-
lit, Persisque quæsiuit imperium: sed tamen iste Persarum
exercitu Medos vicit, quod ipsum multi Græcorum barba-
16 rorúmque præstare potuissent. At iste corporis animíque
virtute quamplurima ex his quæ dicta sunt, facere visus est.
Deinde ex Cyri expeditione non satis liquet an pericula Eu-
agoræ subire potuisset: at ex his quæ hic fecit, omnibus
constat quòd facilè & illa opera esset aggressus. Præterea
huic

huic quidem omnia iustè & sanctè facta sunt, illi autẽ non
nulla impiè euenere. Nam iste inimicos perdidit, Cyrus au-
tem matrem parentem interfecit. Itaque si aliqui vtriusque
non rerum magnitudinem, sed virtutem metiri velint, non
iniuria Euagoram maioribus laudibus honestabunt. Atqui
si breuiter nullámque inuidiam timentes audacter loqui o-
portet, nullus neque mortalis, neque semideus, neque im-
mortalis denique reperietur, qui summa cum pietate re-
gnũ acceperit vel honestius, vel maiori cũ gloria. Quibus
rebus hoc modo quis maximè credere poterit, si non valde
repugnans his quæ dicuntur, conetur exquirere quonam pa
cto vtrique imperarint. Nolim enim videri (quoquo mo- 17
do res se habeant) prompto animo velle magna dicere, sed
rei veritate inductus, ita audacter de his disserere: quoniam
si paruis in rebus ipse præstitisset, humilem nempe oratio-
nẽ de eo habere equum fuerat, nunc autem omnes fatentur
ex bonis omnibus humanis & diuinis nihil maius regno,
nihil admirabilius nihil denique maiori reuerẽtia dignius
reperiri posse. Qui verò quod est omnium honestissimũ ho *Pindarus,*
nestissimè assequutus fuerit, eum quis rhetor, quis poeta, ἐπ' ἄκρον
quis demum orationis inuentor, pro rebus gestis dignè lau δι' ἄκρου μὲ
dare poterit? Non ergo cùm is tam clarus fuerit, in cæteris γαλοσύνᾳ
inferior reperietur. Sed in primis cùm natura ingeniosissi ἔσχε τὸν
mus esset, mentémque haberet ad rectè faciendum aptissi- κορυφῶτα
mam, nihil tamen negligenter, nihil temerè aut inconsultè βασιλέων
putauit esse faciendum, sed quærendo consulendóq; omni-
cura plurimùm temporis consumebat. Putabat enim si a 18
nimum suum bene instituisset, bene se & regnum suum ha-
hiturum nec eos satis admirari poterat, quicunque aliorum
gratia animi curam gerũt, ipsius verò animi nihil pensi ha-
bent. Sed & circa negotia résque cognoscendas eiusdem sen
tẽtiæ fuit. Quippe cùm eos in summa diligẽtia omnia fa-
ciunt, quàm minimo dolore affectos animaduerteret, ve-
rámque animi quietem non in otiis, verum in bene agendo
& tolerãdo esse, nihil non exploratum reliquit, sed tanta di
ligentia res omnes tenebat, adeóque vnumquẽque ciuiũ no
uerat, vt neque insidiis iniqui præoccupare, neque æqui
eum latẽre possent, sed omnes debita ferrent præmia. Pœ-
nis muneribúsque afficiebat ciues, non secundum ea quæ
ab aliis acceperat, sed quorum ipse erat conscius, iudicans.

Nec tamen in his quæ quotidie accidebãt, quãuis in talibus curis esset constitutus, vllo errore tenebatur, sed ita piè & humanè ciuitatem gubernabat, vt omnes qui illuc venirẽt, magis eos qui eiusmodi regi obtemperarent, quàm eum tali imperio felicem arbitrarentur. Vniuerso vitę tempore nemini iniuriam intulit: bonos in pretio habuit: semper in omnes iustum imperium exercuit: iustè delinquentes puniuit: cùm nullius consilio egeret, amicos tamen consulebat. A familiaribus se vinci multis in rebus patiebatur, at omni in re superabat inimicos: nec contractione frontis, sed vitę institutis captabat reuerentiam. Nihil ei sine ordine, nihil siue modo agebatur, sed quæ verbis promiserat, haud secus fidem seruabat, quàm si iurando deuinctus esset. Non his quæ fortuna, sed quæ sua virtute quæsierat gloriabatur. Amicos quidem alios beneficiis, alios verò sua magnanimitate sibi morigeros faciebat. Nõ quia multis grauis ac molestus foret, terribilis erat, sed quia multò aliorum ingenia superabat. Nõ parebat voluptatibus, sed dominabatur, paucis laboribus multùm otij quærens, sed non propter parum otij magnos labores subterfugiens. Omnino nihil reliquit quod regibus adesse decebat, sed ex omni repub quod est optimum, elegit. Nanque colendo multitudinem populare, ciuilem autem remp. iustè gubernando, rei militaris peritum bene in periculis consulendo, regalem denique his omnibus excellendo, sese ostẽdit. Quòd autem his aliisque pluribus præditus fuerit Euagoras, ex his quę gessit facilius intelligi potest. Nam cum ciuitatem effectam barbarã Propter Phœnicum imperium, neque recipientẽ Græcos, neq; callentem artes, neque emporiis vtentem, neque possidentem portus, accepisset, hæc omnia direxit, ac insuper imperij fines protulit, mœnibúsque vrbẽ cinxit, triremésque ædificauit, aliísque apparatibus ciuitatẽ ita auxit, vt à nulla Græcarũ ciuitatum superaretur. Adeò deniq; potẽtem effecit, vt eã multi qui antea cõtempserant, formidarent. Atqui ciuitatem aliquam tam breui in tantùm magnitudinis accrescere nullo pacto fieri potest, nisi aliquis iisdẽ moribus quibus Euagoras præditus fir, quemadmodũ paulò antè cõmemoraumus, eam gubernaret. Itaque haud vereor ne maiora quàm fecerit dicere videar, sed multò magis, ne ab eius præclaris factis superatus apparea. Quis enim oratione huiusmo

Virtutes verè regiæ

huiusmodi ingenium attingere queat, qui non solùm ciuitatem suam præclaram effecit, verumetiam vniuersam circumiacentem insulam in mansuetudinem redegit & modestiam? Nam antequam Euagoras potiretur imperio, ita feri & immanes erãt, vt eos principes optimos iudicarẽt, qui cũque crudelissimè in Græcos affecti essent. Nũc verò in tãtùm immutati sunt, vt inuicem certent, qui magis Græcorum studiosi esse videantur, ac plurimi eorum filias nostrorum vxores accipiunt, vt ex his liberos habere possint. Magis enim græcis & rebus & studiis, quàm quę apud eos sunt, gaudere videas: ac plures circa Musicam aliásque disciplinas his locis immorantur, quàm quibus antè consueuerant. Horum omnium Euagoram causam fuisse nemo dubitat. At illud profectò maxima coniectura illius & morũ & sanctitatis est, quòd plurimi Græci probi honestíque viri proprias deserentes patrias, vt cũ eo habitarent, in Cyprum se contulere, putantes regnũ Euagoræ non solùm suis rebuspub. communius, verumetiam stabilius & iustius: quos omnes nominatim dicere haud facile esset. Cononaverò qui propter plurimas suas virtutes Græcis prefuit, quis nescit cùm eius ciuitas ingẽti calamitate foret oppressa, aliis post habitis omnibus, ad Euagoram se contulisse, diiudicantem apud illum suæ salutis refugium esse firmissimum, ipsúmq; Euagoram celeriter patriæ auxiliatorem fore? Cùm antea Conon multa rectè fecisset, nulla in re tamen melius quàm in his consulere visus est: Multa enim bona propter aduentum in Cyprum, & facere & pati ei contigit. Primùm quidem, cùm nunquam antea alter cum altero versatus esset, pluris seipsos fecere, quàm si prius fuissent familiares: deinde vniuersum tempus summa concordia vixere, déque nostra ciuitate eandem habuere sententiam. Nam cùm eam sub Lacedęmoniorum imperio, variisque mutationibus exagitatã viderent, grauiter molestéque ferebant, in eáque re suo vterq; egregiè functus officio est. Illi enim naturã erat patria, hũc autem propter multa magnáq; beneficia lege lata ciuitate donauerunt. Ipsis igitur cogitantibus, quo nã pacto tãtis calamitatibus Athenienses liberarẽt, celeriter Lacedęmones oportunitatẽ præbuere. Nã cùm Græcorum imperio terra marique potirentur, in tantã dominãdi cupiditatem venere, vt totius Asiæ imperium affectarent.

Illi igitur opportunitatem sibi datam sumentes, ducibus regis dubitantibus quomodo rebus vti oporteret, eos admonuere vt non terrestri, sed nauali prælio cum Lacedæmoniis certarent. Putabant enim, si eos pedestribus copiis superassent, ea solùm quæ in continenti essent bene habitura: at si nauali pugna victores essent, vniuersam Græciam huius victoriæ participem fore: quod certè contigit. Nam cùm regis duces eis obtemperassent, magnámque coegissent classem, Lacedæmonij debellati sunt, atque imperium amisere,

Græcia liberata.

Græci verò sunt liberati. Athenienses autem aliquam antiquæ gloriæ partem recepere, sociorúmque duces sunt constituti. Hæc omnia duce Conone, Euagoráque adiutorem sese ipsum præbente, viréque plurimas afferéte, facta, sunt, quo

25 rũ gratia nos eos maximis affecimus honoribus. Nam ipsorum statuas prope Iouis seruatoris simulachrum ereximus, vt illius & horum vtriusque beneficiorũ magnitudinis mutuæque amicitiæ monumentum esset. At Persarum rex non eodem modo erga eos animatus fuit, sed quantò maiora & præstantiora fecere, tantò magis eos formidauit. Sed de Cone aliâs. Quòd autem ita erga Euagoram rex affectus esset, non alios latêre voluit. Videtur enim maius studium in bello quod in Cypro gessit, quàm reliquis omnibus adhibuisse. Maiorem enim & grauiorem illum aduersarium, quàm Cyrum, secum de regno certantes arbitrabatur. Illius enim audiens apparatus in tantùm contempsit, vt ipsius negligentia parum abesset quin ab illo regia occuparetur. Istius autem virtutem tantùm timuit, vt ei inter ipsa beneficia, quibus ab illo quotidie afficiebatur, bellum inferret, iniustè quidem faciens, haud tamen omnino rebus suis

26 malè consulens. Sciebat enim multos Græcos & Barbaros ex humilib. rebus ac nullius penè momenti, maxima sæpe imperia quæsiuisse. Sentiebat autem Euagoræ magnitudinem, & in quantùm nominis & gloriæ paulatim accreuisset. Videbat enim insuperabilem habere naturam, & fortunam ei aspirantem animaduertebat. Itaque non propter ea quæ facta essent iratus, sed de futuris timens, nec tantùm de Cypro, sed de maioribus etiam solicitus, ei bellum intulit. Tantis enim apparatibus in eum irruit, vt in ea expeditione plus quàm quinquaginta millia talentorum cõsumeret. Euagoras tamen quanuis copiis viribúsq; inferior esset,

tam

tam ingentibus apparatibus suam prudentiam opponens, in his magis admirandum, quàm in aliis quæ dicta sunt, se ostendit. Etenim donec ei in pace viuere licebat, sua ciuitate contentus fuit. Postquam verò bellare coactus est, ta- 27
lem profectò se præstitit, talémque Protagoram adiutorem filium habuit, vt parũ abesset quin totam Cyprum in suam ditionem redigeret. Phœniciam depopulatus est, Tyrum vi cepit, Ciliciam fecit à rege desciscere. Tot verò inimicos perdidit, vt multi Persarum suas lugentes calamitates, virtutum illius recordarentur. Sic demum eos bello satiauit, vt cùm antea reges non prius, quàm eorũ domini forent, cum his qui ab eis desciuissent reconciliari consueuissent, hac lege & consuetudine soluta libenter pacé amplexi, haud quic quam de imperio Euagoræ permutarent. Et Lacedęmoniis quidem rex, quorum ea tempestate maximæ & vires & gloria erant, infra tres annos imperium abstulit: cum Euagora verò decem per annos bellum gerens, eorundem quibus & ante bellum susceptum potiebatur, eum dominum reliquit. Quod autem omnium maximè admirabile videtur, vrbem quam Euagoras altero regnante quinquaginta cum virisce 28
perat, hanc magnus imperator cùm tantas vires tantósque exercitus haberet, capere non potuit. Atqui quonam pacto aliquis manifestius fortitudinem, prudẽtiam, vniuersam denique Euagoræ virtutem, quàm his præclaris facinoribus & periculis ostendere posset? non enim solùm alia bella superasse videtur, verumetiam id quod & heroes gessere, & apud omnes gentes celebratur. Illi enim cum vniuersa Græcia solam accepere Troiam, iste verò vnam ciuitatem habẽs, cum tota Asia bellum gesit. Itaque si eum tot rerum scriptores, quot illos, laudare voluissent, multò maiorẽ, quàm illi, gloriam reportaret. Quem enim eorum qui tunc temporis fuere, si fabulas dimittere, ac veritatem contemplari volumus, inueniamus vnquam talia fecisse? vel quem tam varios casus, variásque rerum mutationes subiisse? qui seipsum ex pri 29
uato tyrannum constituit, suúmque genus, quod totum ex repub. expulsum erat, in decentes honores reduxit: ciues verò ex barbaris Græcos, bellicosos ex imbellibus, ex ingloriis denique effecit glorioſos. Tantam verò regionem cùm feram & immanem accepisset, mitem & mansuetam reddidit. Ad hæc, sic regis inimicitias honestè vltus est, vt bellum

in Cypro gestum, semper memorabile futurum sit. Cùm verò eius socius fuit, tantò vtiliorem se aliis præstitit, vt consensu omnium in nauali pugna, quæ circa Cnidum commissa fuit, maximo illi adiumento foret. Qua peracta, totius Asiæ dominus constitutus est. Lacedæmonij autem qui antea Asiam vastare volebant, de proprio solo periclitari coacti sunt. Græci verò pro seruitute libertatē habuere. Athenienses quidem in tantùm creuere, vt hi qui prius eis dominaban
30 tur, eos adirent, imperiúmque traderent. Quapropter si quis me interrogaret, quid ex rebus ab Euagora gestis maximū esse putem, vtrùm curas apparatúsque contra Lacedæmonios, ex quibus ea quæ diximus facta sunt, vel postremum bellum, vel regni adeptionem, vel totam rerum dispositionem, in multa profectò ambiguitate constitueret: nam quocunque oculos mentis initio, id mihi & maximum & admodum mirabile videtur. Itaque si aliqui veterum propter virtutem immortales fuere, arbitror illum hoc munere maximè dignum esse, coniecturis vtens quòd illis & fortunatiorem chariorémque diis vitam duxit. Semideorū enim quam plurimos inueniemus in maximas calamitates incidisse. Euagoras verò principio non solùm valde mirabilis, verum etiam beatissimus fuit. Quid enim felicitatis ei abfuit, qui talibus maioribus ortus est, quales nemo habuit, nisi si quis eadem stirpe fuerit procreatus? Tantùm verò corporis animíque virtutibus cæteris præstitit, vt non solùm Salaminæ, sed etiā totius Asiæ imperio dignus videretur. Regiam verò dignitatem honestissimè adeptus, in ea vitam finiuit. Mortalis autē cùm esset, memoriam reliquit immortalem. Tantùm enim temporis vixit, vt neque expers esset senectutis, neque particeps morborum quos illa ætas afferre solet. Præterea nec id quod rarissimum atque difficillimum est, bonos scilicet multósque habere filios, ei defuit: & quod maximum est, eorum neminem obscuris nominibus reliquit, sed hunc quidem imperatorem, hos autem reges, illas verò reginas appellatas. Itaque si aliqui poetarum cùm aliquem summopere laudare vellent, dicerent illum non mortalem, sed deum inter mortales, aut dæmona quēdam extitisse, hæc omnia profectò meritò de illius ingenio dici possunt. Multa igitur puto me reliquisse, quæ de Euagora memorari po-
32 tuissent. Nam me & orationis & ingenij vires deficiunt, quibu

Epilogo
31
summatim vitam perstringit omnem.

quibus diligentius & studiosius has laudes tractare conueniebat: non tamen impræsentiarum pro meis viribus illaudatum reliqui. Ego autem, ô Nicocles, corporum imagines pulchra quidem monumenta esse iudico, sed multò dignio-
Redit ad Nicoclem, quæ verè immortalia sint monumenta demōstrās
res illas quæ res gestas & mentem expresserint, quas in orationibus solùm quæ arte sunt compositę, contemplari licet. Has enim illis præferendas censeo, primùm quidem quòd video honestos & probos viros non tam pulchritudine corporis, quàm rebus gestis & earum memoria gloriari. Deinde, quia statuas necesse est illis solùm adesse, apud quos erectæ sunt: orationes verò per vniuersam Græciam, pérque gymnasia philosophorum dissipari possunt, à quibus amari & approbari, quàm à reliquis omnibus longè præstat.
Ad hæc, quòd nemo sculpturis & picturis naturam corpo- 33
ris facilè assimilarit: mores autem & mentes ex oratione (ni si socordes, quàm seduli esse maluerimus) facilè imitari possumus. Quam quidem ob rem, orationem hanc scribere potissimùm sum aggressus, existimans tibi tuísque liberis, aliísque qui ab Euagora nati sunt, hanc fore adhortationem honestissimam, si quis illius virtutes in vnum cogens, eásque verbis exornans, vobis inspiciēdas, & imitandas præberet. Nam cùm quos ad philosophiam hortari volumus, alios laudare solemus, vt æmulatione eorum quos laudamus, eadem studia concupiscant: ego autem non alienis, sed domesticis exemplis vtens, te tuósque hortor vt mentem adhibeas, atque enitare quî & agendo & dicendo verè te Græcum præstes. Nec me existimes velim, quia sæpius 34
eadem admoneo, te negligentiæ arguere: neque enim vel me, vel alios latuit, quòd solus & primus eorum qui imperio ac diuitiis deliciisque viuunt, summo studio philosophiæ operam tradis: neque quòd multos reges tuæ eruditionis æmulos efficies, qui hæc tua affectantes studia, ea aliquando sunt relicturi, quibus impræsentiarum summopere gaudent. Sed tamen hæc sciens nihilominus & facio & faciam id quod in gymnicis certaminibus facere solent spectatores: illi enim non cursores eos qui relinquuntur, sed qui de victoria certāt adhortantur. Meum autem est & aliorum amicorum talia dicere & scribere, quibus te excitemus ad ea sectanda, quibus iam antè auidus incumbis.
Tuum fuerit nusquam deficere, sed quemadmodum nunc agis,

agis,ita reliquo tempore curam habere, tuúmque ita exercere animum,vt & parente & maioribus tuis non indignus videare,quorum prudentiam omnes admirari decet,vósque
35 præsertim qui in imperio estis constituti. Oportet igitur non acquiescere,si præsentibus melior existas: sed indignari,si tali ingenio præditus, & antiquitus à Ioue, nuperrimè verò à tam præclaro viro genitus,non multùm & aliis, & illis qui in æqualibus tecum honoribus sunt, præstare videaris. Hæc autem vt ita consequare,in teipso consistet. Si enim philosophiæ studio incubueris, & quèadmodum hactenus, proficere perrexeris,talis nempe,qualem te esse oportet,celeriter euades.

Pomponius Atticus.

CORNELIO NEPOTE AVTHORE.

1 *Genus.*

POMPONIVS Atticus ab origine vltima stirpis Romanæ generatus, perpetuò à maioribus acceptam equestrē obtinuit dignitatē. Patre vsus est diligēte indulgēte,& vt tū erant tēpora,diti.im primisque studioso literarū. Hic,prout ipse amabat literas,omnibus doctrinis *ingenium* quibus puerilis ætas impartiri debet,filium erudiuit. Erat autem in puero prēter docilitatem ingenij,summa suauitas oris ac vocis,vt non solùm celeriter acciperet quæ tradebantur,sed etiam excellenter pronuntiaret. Qua ex re puericia nobilis inter æquales ferebatur, clariúsque explendescebat,quàm generosi condiscipuli animo æquo ferre possent. Itaque incitabat omnes studio suo: quo in numero fuerunt L. Torquatus C. Marij filius, & M. Cicero, quos consuetudine sua sic sibi deuinxit, vt nemo his perpetuò fuerit cha-
2 rior. Pater maturè decessit. Ipse adolescentulus propter affinitatem P. Sulpitij, qui tribunus plebis interfectus est, non expers fuit illius periculi. Nanque Anitia Pōponij consobrina nupserat M. Seruio fratri Sulpitij. Itaque interfecto Sulpitio,posteaquam vidit Cinnano tumultu ciuitatem esse perturbatam, neque sibi dari facultatem pro dignitate vi-

uendi,

uendi, quin alterutram partem offenderet, dissociatis animis ciuium,cùm alij Syllanis, alij Cinnanis fauerent partibus,idoneum tempus ratus studiis obsequēdi suis, Athenas se contulit. Neque eo secius adolescentem Marium hostem *Facultates* iudicatum iuuit opibus suis, cuius fugam pecunia subleuauit. Ac ne illa peregrinatio detrimētum aliquod afferret rei familiari,eōdem magnam partem fortunarum traiecit suarum. Hìc ita vixit,vt vniuersis Athenien sibus meritò esset charissimus. Nam præter gratiam quæ iam in adolescentulo magna erat, sæpe suis opibus inopiam eorum publicam
3 leuauit. Cùm enim vsuram facere publicè necesse esset, neque eius conditionem æquam haberent, semper se interposuit, atque ita, vt neque vsuram ab iis acceperit, neq; longius,quàm dictum esset, debere passus sit. Quod vtrunque erat iis salutare: nam neque indulgēdo inueterascere eorum æs alienum patiebatur, neque multiplicandis vsuris crescere. Auxit hoc officium alia quoque liberalitate: nam vniuersos frumento donauit, ita vt singulis septem modij tritici * *modius* darentur: qui * modus mensuræ medimnus Athenis appella- *medimnus* tur. Hic autem sic se gerebat, vt communis infimis, par primcipibus videretur. Quo factum est, vt huic omnes honores quos possent, publicè haberent, ciuémque facere studerent: quo beneficio ille vti noluit: quod nonnulli ita interpretantur, amitti ciuitatem Romanam alia ascita. Quandiu affuit, ne qua sibi statua poneretur restitit, absens prohibere non
4 potuit. Itaque aliquot ipsi & Phidiæ locis sanctissimis posuerunt: hunc enim in omni procuratione reipub. actorem authorémque habebant. Igitur primum illud munus fortunæ,quod in ea potissimū vrbe natus est, in qua domicilium orbis terrarum esset imperij, vt eandem & patriam haberet & domum. Hoc specimen prudentię, quod cùm in eam se ciuitatem cōtulisset, quæ antiquitate, humanitate, doctrináq; præstaret omnes, ei vnus ante alios fuerit charissimus. Huc ex Asia Sylla decedens cùm venisset, quàm diu ibi fuit, secum habuit Pomponium, captus adolescentis & humanitate & doctrina: sic enim græcè loquebatur, vt Athenis natus *Attici le-* videretur. Tanta autem erat suauitas sermonis latini, vt ap- *por & co-* pareret in eo natiuum quendam lepōrem esse, non ascitum. *gnomen.* Idem poemata pronuntiabat & græcè & latinè sic, vt suprà nihil posset addi. Quibus rebus factum est, vt Sylla nus-

quam

quam ab se dimitteret, cuperétq; secum deducere: qui cùm persuadere tentaret, Noli oro te, inquit Pomponius, aduersum eos me velle ducere, cum quibus ne contra te arma ferrem, Italiam reliqui. At Sylla adolescentis officio collaudato, omnia munera ei, quæ Athenis acceperat, proficiscēs iussit deferri. Hìc complures annos moratus, cùm & rei familiari tantùm operæ daret, quantùm non indiligens deberet paterfamilias, & omnia reliqua tempora aut literis, aut Athenienſium reipub. tribueret, nihilominus amicis vrbana officia præstitit. Nam & ad comitia eorum ventitauit, &

In Ciceronem beneficia.

si qua res maior acta est, non defuit. Sicut Ciceroni in omnibus eius periculis singularem fidem præbuit, cui ex patria fugiēti sestertia ducēta & quinquaginta millia donauit. Trāquillatis autē rebus Romanis remigrauit Romā, vt opinor,

6 L. Cotta, & L. Torquato consulibus: quem diem sic vniuersa ciuitas Athenienſium prosequuta est, vt lachrymis desiderij futuri dolorem indicaret. Habebat auunculum Q. Cæcilium equitem Ro. familiarem L. Luculli, diuitem, difficillima natura: cuius sic asperitatem veritus est, vt quem nemo ferre posset, huius sine offensione ad summam senectutem retinuerit benevoleotiam: quo facto, tulit pietatis fructum. Cæcilius enim moriens, testamento adoptauit eum, hæredémque fecit ex dodrante: ex qua hæreditate accepit circiter centies sestertium. Erat nupta soror Attici Q. Tullio Ciceroni, cásque nuptias M. Cicero cōciliarat, cum quo à condiscipulatu viuebat coniunctissimè, multò etiā familiarius quàm cum Quinto: vt iudicari possit, plus in amicitia valere similitudinem morum, quàm affinitatem. Vtebatur autem intimè Q. Hortensio, qui his temporibus principatum eloquentiæ tenebat: vt intelligi non posset, vter eum plus di-

7 ligeret, Cicero an Hortensius: & id quod erat difficilimum, efficiebat, vt inter quos tantæ laudis esset æmulatio, nulla intercederet obtrectatio, essétque talium virorum copula. In repub. ita est versatus, vt semper optimarum partium & esset, & existimaretur: neque tamē se ciuilibus fluctibus cōmitteret, quòd non magis eos in sua potestate existimabat esse, qui se his dedissent, quàm qui maritimis iactarētur. Honores non petiit, cùm ei patērent propter vel gratiam vel dignitatem, quòd neque peti more maiorū, neq; capi possent, conseruatis legibus in tā effusis ambitūs largitionibus, neq;

è re

è repub. sine periculo, corruptis ciuitatis moribus. Ad hastam publicam nunquam accesit. Nullius rei neque præs, neque manceps factus fuit. Neminem suo nomine, neq; subscribens, accusauit. In ius de sua re nunquam iit, iudiciū nullum habuit. Multorum consulum prætorúmq; præfecturas delatas sic accepit, vt neminem in prouinciam sit sequutus, honore fuerit contentus, rei familiaris despexerit fructum: qui ne cum Q. quidem Cicerone voluerit ire in Asiam, cùm 8
apud eum legati locum obtinere posset. Non enim decere se arbitrabatur, cùm prætura gerere noluisset, asseclā esse prætoris. Qua in re nō solùm dignitati seruiebat, sed etiam tranquillitati, cùm suspiciones quoq; vitaret criminū, quo 11
fiebat vt eius obseruantia omnibus esset charior, cùm eam officio, non timori, neque spei tribui viderent. Incidit Cæsarianū ciuile bellum, cùm haberet annos circiter sexaginta, vsus est ætatis vacatione, neque se quoquam mouit ex vrbe. Quæ amicis suis opus fuerant ad Pompeium proficiscentibus, omnia ex sua re familiari dedit. Ipsum Pōpeium cōiunctum non offendit. nullum ab eo habebat ornamentum, vt cæteri qui per eum aut honores, aut diuitias ceperant, quorum partim inuitissimi castra sunt sequuti, partim summa 9
cum eius offensione domi remanserunt. Attici autem quies tantopere Cęsari fuit grata, vt victor cùm priuatis pecunias per epistolas imperaret, huic non solū molestus non fuerit, sed etiam sororis filiū & Q. Ciceronem ex Pōpeij castris cōcesserit, sic vetere instituto vitæ. effugit noua pericula. Sequutū est illud tēpus occiso Cæsare, quo respub. penes Brutū 12
videretur esse & Cassiū, ac tota ciuitas se ad eum cōuertisse videretur. Sic M. Bruto vsus est, vt nullo ille adolescēs æquali familiarius quàm hoc sene, neq; solum eum principē consilij haberet, sed etiam in cōuictu. Excogitatum est à quibusdam, vt priuatum ærarium Cæsaris interfectoribus ab equitibus Ro. constitueretur. id facilè effici posse arbitrati sunt, si & principes eius ordinis pecunias contulissent. Itaque appellatus est à Q. Flauio Bruti familiari Atticus, vt eius rei princeps esse vellet. At ille, qui amicis officia præstanda sine factione existimaret, sempērq; à talibus se consiliis remouis- 10
set. respōdit, si quid Brutus de suis facultatibus vti voluisset, vsurū quantū hę paterentur, se neq; cū quoquam de ea re colloquuturū, neq; coiturū: sic ille cōsensionis globus huiusce

vnius

vnius dissensione disiectus. Neque multò pòst superior esse cœpit Antonius, ita vt Brutus & Cassius prouinciarum, quę iis necis causa datæ erant à consule, desperatis rebus in exilium proficiscerentur. Atticus qui pecuniam simul cum cæteris conferre noluerat florenti illi parti, abiecto Bruto, Italiáque cedenti, sestertia centum millia muneri misit, eidem in Epiro absens trecenta iussit dari, neque eo magis potenti adulatus est Antonio, neque desperatos reliquit. Sequutum est bellum gestũ apud Mutinam, in quo si tantùm eum prudentem dicam, minus quàm debeam prædicem, cùm ille potius diuinus fuerit, si diuinatio appellanda est perpetua natu
11 ralis bonitas, quæ nullis casibus agitur neq; minuitur. Hostis Antonius iudicatus Italia cesserat: spes restituendi nulla erat. Non solùm inimici qui tum erant potentissimi & plurimi, sed etiam qui aduersariis eius se dabant, & in eo lædendo aliquam consequuturos sperabant cõmoditatem, Antonij familiares insequebantur, vxorem Fuluiam omnibus rebus spoliare cupiebant, liberos etiam extinguere parabant. Atticus cùm Ciceronis intima familiaritate vteretur, amicissimus esset Bruto, non modò nihil iis indulsit ad Antonium violandum, sed è cõtrario familiares eius ex vrbe profugientes quantum potuit texit, quibus rebus indiguerunt adiuuit. P. verò Volumnio ea tribuit, vt plura à parente proficisci non potuerint. Ipsi autem Fuluiæ cùm litibus distineretur, magnísque terroribus vexaretur, tanta diligentia officium suum præstitit, vt nullum illa præstiterit vadimonium
12 sine Attico, vt spõsor omnium rerum fuerit. Quin etiam cùm illa fundum secunda fortuna emisset in diem, neq; post calamitatem versuram facere potuisset, ille se interposuit, pecuniámq; sine fœnore, sine vlla stipulatione credidit, maximum existimans quæstum, memorem gratúmque cognosci: simúlque aperire, se non fortunæ, sed hominibus solere esse amicum. Quæ cùm faciebat, nemo eum temporis causa facere poterat existimare: nemini enim in opinionẽ veniebat, Antonium rerum potiturum: sed sensim is à nonnullis optimatibus reprehendebatur, quòd parum odisse malos cuesvideretur. Ille autem sui iudicij potius quid se facere par esset intuebatur, quàm quid alij laudaturi forent. Conuersa subito fortuna est. Vt Antonius rediit in Italiam, nemo non magno in periculo Atticum putarat, propter intimam familia-

miliaritatẽ Ciceronis & Bruti. Itaque ad aduentũ impera 13
torum de foro decesserat, timens proscriptionẽ, latebátq; apud P. Volumnium, cui vt ostendimus, paulò antea operam tulerat. Tanta varietas his temporibus fuit fortunę, vt modò hi, modò illi in summo essent aut fastigio, aut periculo: habebátque secum Q. Gellium Canium æqualem simillimúmque sui. Hoc quoque sit Attici bonitatis exemplum, quòd cum eo, quem puerum in ludo cognorat, adeò coniũctè vixit, vt ad extremam ætatem amicitia eorum creuerit. Antonius autem etsi tanto odio ferebatur in Ciceronem, vt nõ solùm ei, sed etiam omnibus eius amicis esset inimicus, eòsque vellet proscribere, multis hortantibus, tamen Attici memor fuit officij, & ei, cùm requisisset vbinam esset, sua manu scripsit, ne timeret, statimq; ad se veniret, se eũ, & Gelliũ Caniũ de proscriptorũ numero exemisse: ac ne quod periculum incideret, quòd noctu fiebat, præsidium ei misit.

Sic Atticus in summo timore non solùm sibi, sed etiã ei 14
quem charissimum habebat, præsidio fuit: neque enim suæ solùm à quoquam auxilium petit salutis, sed coniunctim, vt appareret nullam seiunctam sibi ab eo velle fortunam. Quòd si gubernator præcipua laude fertur, qui nauem ex hyeme maríque scopulosо seruat, cur nõ singularis eius existimetur prudentia, qui ex tot támque grauibus procellis ciuilibus ad incolumitatem peruenit? Quibus ex malis vt se emerserat, nihil aliud egit, quàm vt plurimis, quibus rebus posset, esset auxilio. Cùm proscriptos præmiis imperatorum vulgus cõquireret, nemo in Epirum venit, cui res vlla defuerit: nemini nõ ibi perpetuò manẽdi potestas facta est: quinetiam post prælium Philippense, interitúmque C. Cassij & M. Bruti, L. Iulium Mocillam prætorium, & eius fi- *Liberalitas ingenua.*
lium, Aulúmque Torquatum, cæterósque pari fortuna perculsos, instituerit tueri, atque ex Epiro his omnia Samothraciã supportari iusserit. Difficile est omnia persequi, 15
& non necessaria. Illud vnum intelligi volumus, illius liberalitatem neque tẽporariam, neque callidam fuisse. Id ex ipsis rebus ac temporibus iudicari potest, quòd non florentibus se venditauit, sed afflictis semper sucurrit: qui quidem Seruiliam Bruti matrem non minus post mortem eius, quã florentem coluerit. Sic liberalitate vtẽs nullas inimicitias gessit, quòd neq; lędebat quenquam, neque si quã iniuriam

acceperat, non malebat obliuiſci, quàm vlciſci. Idem immortali memoria percepta retinebat beneficia: quæ autem ipſe tribuerat, tandiu meminerat, quoad ille gratus erat qui acceperat. Itaque hic fecit, vt verè dictum videatur, Sui cuique mores fingunt fortunam. Neque tamen ille prius fortunam, quàm ſe ipſe finxit, qui cauit, ne qua in re iure plecteretur. Iis igitur rebus effecit, vt M. Vipſanius Agrippa in-
16 timâ familiaritate coniunctus adoleſcenti Cæſari, cùm propter ſuam gratiam & Cæſaris potentiam nullius conditionis non haberet poteſtatem, potiſſimum eius diligeret affinitatem, peroptarétque equitis Romani filiam generoſam nuptiis. Atque harum nuptiarum cõciliator fuit (non enim eſt celandum) M. Antonius triumuir reipub. cuius gratia cùm augere poſſeſſiones poſſet ſuas, tantùm abfuit à cupiditate pecuniæ, vt nulla in re vſus ſit ea, niſi in deprecandis amicorum aut periculis, aut incommodis. Quod quidẽ ſub ipſa proſcriptione perilluſtre fuit. Nam cùm L. Sauferj equitis Rom. æqualis ſui, qui cũ plures annos ſtudio ductus philoſophiæ habitabat habebátq; in Italia pretioſas poſſeſſiones, triumuiri bona vendidiſſent, conſuetudine ea qua tum res gerebantur, Attici labore atque induſtria factũ eſt, vt eodem nuntio Sauferius fieret certior, ſe patrimonium a-
17 miſiſſe, & recuperaſſe. Idẽ L. Iulium Callidium, quẽ poſt Lucretij Catuliq; mortem, multò elegãtiſsimum poetam noſtram tuliſſe ætatem verè videor poſſe contendere, neque minus virum bonum optimísque artibus eruditũ, poſt proſcriptionem equitum, propter magnas eius Aphricanas poſſeſſiones, in proſcriptorum numerum à P. Volumnio præfecto fabrũm Antonij abſentem relatum, expediuit. Quod in præſenti vtrum ei laborioſius aut glorioſius fuerit, difficile fuit iudicare, quòd in eorum periculis non ſecus abſentes, quàm præſentes amicos Attico eſſe curæ cognitum eſt. Neque verò minus ille vir bonus paterfamilias habitus eſt, quàm ciuis. Nã cùm eſſet pecunioſus, nemo illo minus fuit emax, minus ædificator. Neque tamen non in primis bene habitauit, omnibúsque optimis rebus vſus eſt. Nam domũ habuit in colle Quirinali Pamphilianam, ab auũculo hæreditate relictam, cuius amœnitas non ædificio, ſed ſylua cõ-
18 ſtabat. Ipſum enim tectum antiquitus conſtitutum, plus ſalis, quàm ſumptus habebat: in quo nihil commutauit, ni-

Domus Attici.

ſi quid vetuſtate coactus eſt. Vſus eſt familia, ſi vtilitate iudicãdũ eſt, optima: ſi forma, vix mediocri. Nanq; in ea erãt pueri literatiſsimi, anagnoſtę optimi, & plurimi librarij: vt nepediſſequus quidẽ quiſquam eſſet, qui nõ vtrunque horũ pulchrè facere poſſet. Pari modo artifices cæteri, quos cultus domeſticus deſiderat, apprimè boni: neque tamen horum quenquam niſi domi natum, domique factum habuit, quod eſt ſignum non ſolùm continentiæ, ſed etiam diligentiæ. Nam & non intemperanter concupiſcere, quòd à plurimis videas, continentis debet duci: & potius diligentia, quàm pretio parare, non mediocris eſt induſtrię. Elegans, non magnificus: ſplendidus, non ſumptuoſus: omni diligẽtia munditiã nõ affluentẽ affectabat. Supellex non modica, 19
nõ multa, vt in neutrã partẽ conſpici poſſet. Nec præteribo, quanquã nonnullis leue viſum iri patem, cùm in primis lautus eſſet eques Rom. & non parum liberaliter in domũ ſuam omnium ordinum homines inuitaret, ſcimus nõ amplius quàm terna millia æris pereq̃ in ſingulos menſes ex ephemeride eum expenſum ſumptui ferre ſolitum: atque hoc non auditum, ſed cognitum prædicamus. Sæpe enim propter familiaritatem domeſticis rebus interfuimus. Nemo in conuiuio eius aliud ἀκρόαμα audiuit, quàm anagnoſten, quod nos quidem iucundiſsimum arbitramur: neque vnquam ſine aliqua lectione apud eum cœnatum eſt, vt nõ *Lectio in cœna.*
minus animo quàm ventre conuiuæ delectarentur. Nanq; eos vocabat quorum mores à ſuis non abhorrerent. Cùm 20
tãta pecuniæ facta eſſet acceſsio, nihil de quotidiano cultu mutauit, nihil de vitæ conſuetudine: tantáque vſus eſt moderatione, vt neque in ſeſtertiovicies, quod à patre acceperat, parum ſe ſplendidè geſſerit, neq; in ſeſtertio centies affluentius vixerit quàm inſtituerat, pariq̃ faſtigio ſteterit in vtraque fortuna: nullos habuerit hortos, nullam ſuburbanam aut maritimam ſumptuoſam villam, neque in Italia præter Ardeatinum & Nomantanum, ruſticum prædium: omniſq̃ eius pecuniæ redditus conſtabat in Epiroticis & vrbanis poſſeſſionibus. Ex quo cognoſci poteſt, eum vſum pecuniæ non magnitudine, ſed ratione metiri ſolitum. Mendacium neque dicebat, neque pati poterat. 21
Itaque eius comitas non ſine ſeueritate erat, neque grauitas ſine facilitate, vt difficile eſſet intellectu, vtrũcũ amici

22 magis vererẽtur an amarent. Quicquid rogabatur, religiosè promittebat: quòd non liberalis, sed leuis arbitrabatur, polliceri quod præstare non posset. Idem in nitendo quod semel admisisset, tanta erat cura, vt non mandatã, sed suam rem videretur agere. Nunquam suscepti negotij eum pertæsum est, suam enim existimationem in ea re agi putabat, qua nihil habebat charius, quò fiebat vt omnia Ciceronis, Catonis, Marcíque Hortensij, Auli Torquati, multorũ prę terea equitum Rom. negotia procuraret. Ex quo iudicari poterat non inertia, sed iudicio fuisse reipub. procurationem. Humanitatis verò nullum afferre maius testimonium possum, quàm quòd adolescẽs idem seni Syllæ fuerit iucundissimus, senex adolescenti M. Bruto. Cùm æqualibus autẽ suis Q. Hortensio & M. Ciceroni sic vixerit, vt iudicare difficile sit, cui ætati fuerit aptissimus: quanquam eum præcipuè dilexit Cicero, vt ne frater quidẽ ei Quintus charior fuerit aut familiarior. Ei rei sunt iudicio præter eos libros in quibus de eo facit mẽtionẽ, qui in vulgus sunt editi, sex decim volumina epistolarũ ab cõsulatu eius vsq; ad extremũ tẽpus, ad Atticũ missarũ: quę qui legat, nõ multũ desiderat historiam contextam eorum temporum. Sic enim omnia de studiis principum, vitiis ducum, æmulationibus reipub. perscripta sunt, vt nihil in iis non appareat, & facilè existimari possit, prudentiam quodammodo esse diuinationem. Non enim Cicero ea solùm, quæ viuo se acciderunt futura prædixit, sed etiam quæ nunc vsu veniunt cecinit vt vates. De pietate autem Attici quid plura commemorẽ? cùm hoc ipsum verè gloriantem audierim in funere matris suæ, quã extulit annorum X C. cùm esset septem & sexaginta, se nunquam cum matre in gratiam rediisse, nunquam cum sorore fuisse in simultate, quam propè ætate æqualem habebat.

Humanitatis argumentum.

Prudentia diuinatio que Ciceronis. Pietas in matrem.

23 Quod est signũ aut nullam vnquã inter eos querimoniam intercesisse, aut hunc ea fuisse in suos indulgentia, vt quos amare deberet, irasci eis nefas duceret. Neque id fecit natura solùm (quanquam omnes ei paremus) sed etiam doctrina. Nam & principum philosophorum ita percepta habuerat præcepta, vt iis ad vitam agendam, non ad ostentationem vteretur. Moris etiam maiorum summus imitator fuit, antiquitatísque amator, quam adeò diligenter habuit cognitam, vt eam totam in eo volumine exposuerit, quo

quo magistratus ornauit. Nulla enim lex, neque pax, neque bellum, neque res illustris est P. R. quæ non in eo suo tempore sit notata. Et quod difficillimum fuit, sic familiarum originem subtexuit, vt ex eo clarorũ virorũ propagines possimus cognoscere. Fecit hoc idem separatim in aliis libris, vt M. Bruti rogatu Iuniam familiam à stirpe ad hanc ætatẽ ordine enumerauerit, notans qui à quoque ortus, quos honores, quibúsque temporibus cepisset. Pari modo Marcelli Claudij de Marcellorum Scipionis Cornelij, & Fabij Maximi Fabiorum, & Aemiliorum: quibus libris nihil potest esse dulcius iis, qui aliquã cupiditatẽ habẽt notitiæ clarorum virorum. Attigit quoque poeticen (credimus) ne eius expers esset suauitatis. Nanque versibus, qui honore rerúmque gestarum amplitudine cęteros Romani populi prę stiterunt, exposuit, ita vt sub singulorum imaginibus, facta, magistratúsque eorum non amplius quaternis quinísq; versibus describserit, quòd vix credendum sit, tantas res tã breuiter potuisse declarari. Est etiam vnus liber Græcè confectus de consulatu Ciceronis. Hactenus Attico viuo edita à nobis sunt: nunc quoniam fortuna nos superstites ei esse voluit, reliqua persequẽmur, & quantum poterimus rerum exemplis lectores, docebimus, sicut suprà significauimus, suos cuique mores plerunq; conciliare fortunam. Nãque hic cõtentus ordine equestri, quo erat ortus, in affinitatem peruenit Imperatoris diui Iulij filij, cùm iam antè familiaritatem eius esset consequutus, nulla alia re, quàm elegantia vitæ, qua cæteros ceperat principes ciuitatis dignitate pari, fortuna humiliores. Tanta enim prosperitas Cæsarem est consequuta, vt nihil ei non tribueret fortuna, quod cuiquam antè detulerit & cõciliarit, quod ciuis Romanus quiuit consequi. Nata est autem Attico neptis ex Agrippa, cui virginem filiam collocauit. Hãc Cæsar vix anniculã Tib. Claudio Neroni Drusilla nato priuigno suo despondit, quę coniunctio necessitudinem eorum sanxit, familiaritatem reddidit frequentiorem: quanuis ante hæc spõsalia, non solùm cùm ab vrbe abesset, nunquam ad suorũ quenquã literas misit, quin Attico mitteret, quid ageret in primis, quid legeret, quibúsque in locis, & quãdiu esset moraturus: sed & cùm esset in vrbe, & propter suas infinitas occupationes minus sæpe, quã vellet, Attico fueretur, nullus dies temerè

Originum scriptor.

24

Liber gratus de consulatu Ciceronis.

25

Cæsaris felicitas.

26

interceſſerit, quo non ad eum ſcriberet, quo non aliquid de antiquitate ab eo requireret, modò aliquam quæſtionẽ poeticam ei proponeret, interdum iocans eius verboſiores elicere epiſtolas. Ex quo accidit, cùm ædes Iouis Feretrij in Capitolio ab Romulo conſtituta, veſtutate atque incuria detecta prolaberetur, vt Attici admonitu Cæſar eã reficiendam curaret. Neque verò à M. Antonio minus abſens literis colebatur, adeò, vt acerbè ille exul tum his terris, quid ageret, quid curæ ſibi haberet, certiorem faceret Atticum. Hoc quale ſit, facilius exiſtimabit is, qui iudicare poterit, quantæ ſit ſapientiæ eorum retinere vſum beneuolentiámque, inter quos maximarum rerum, non ſolùm æmulatio, ſed obtrectatio tanta intercedebat, quantam fuit incidere neceſſe inter Cæſarem atque Antoniũ, cùm ſe vterque principem, non ſolùm vrbis Romanæ, ſed orbis terrarum eſſe cuperet.

27 Tali modo cùm ſeptem & ſeptuaginta annos compleſſet atque ad extremam ſenectutem non minus dignitate, quàm gratia fortunáque creuiſſet (multas enim hęreditates nulla alia re, quàm bonitate cõſequutus tantáq; proſperitate vſus eſt valetudinis, vt annis triginta, medicina non indiguiſſet) nactus eſt morbum quem initio & ipſe & medici contẽpſerunt: nam putarunt eſſe Tenaſmon, cui remedia celeria faciliáque proponebantur. In hoc cùm treis menſes ſine vllis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, conſumpſiſſet, ſubitò tanta vis morbi in vnum inteſtinum prorupit, vt extremo tempore per lumbos fiſtulæ puris erũperent. Atque hoc priuſquam ei accideret, poſtquam in dies dolores accreſcere, febrésque acceſſiſſe ſenſit, Agrippã generum ad ſe accerſiri iuſsit, & eũ eo L. Cornelium Balbum,

28 Sextúmque Peduceũ. Hos vt veniſſe vidit, in cubitum nixus, Quantam, inquit, curam, diligentiámque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhibuerim, cùm vos teſtes habeam, nihil opus eſt pluribus verbis cõmemorare: quibus quoniam, vt ſpero, ſatisfeci, me nihil reliqui feciſſe, quod ad ſanandum me pertineret, reliquum eſt, vt egomet mihi conſulam: id vos ignorare nolui. Nam mihi ſtat, alere morbũ deſinere: nãq; his diebus quicquid cibi ſumpſi, ita produxi vitã, vt auxerim dolores ſine ſpe ſalutis. Quare à vobis peto, primũ vt conſiliũ proberis meũ, deinde ne fruſtra dehortãdo conemini. Hac oratione habita, tata conſtantia vocis atque

Attici ætas.

Decretum mortis.

atque vultus, vt nõ ex vita, ſed ex domo in domũ videretur migrare, cũ quidé Agrippa eũ flẽs atq; oſculãs, oraret atq; obſecraret, ne ad id quod natura cogeret, ipſe quoq; ſibi ac celeraret: & quoniã tũ quoq; poſſet tẽporibus ſupereſſe, ſe 29 ſibi, ſuíſq; reſeruaret, preces eius taciturna ſua obſtinatione depreſsit. Sic cùm biduũ cibo ſe abſtinuiſſet, ſubitò febris deceſsit, leuiórq; morbus eſſe cœpit. Tamẽ propoſitũ nihilo ſecius peregit. Itaque die quinto poſtquã id cõſilium inierat, pridie Calẽdas Aprilis Cn. Domitio, C. Sofio Coſs. deceſsit. Elatus eſt in lecticula, vt ipſe præſcripſerat, ſine vlla pompa funeris, comitãtibus omnibus bonis, maxima vulgi frequẽtia. Sepultus eſt iuxta viã Appiã, ad quintũ lapidem, in monumento Q. Cæcilij auunculi ſui.

Plato.

GVARINO VERONENSI AVTORE.

MVLTVM diúq; animo verti, Philippe vir doctiſsime, humanitatem tuam mores q; ſuauiſsimos: quibus effectũ eſt, vt quantũ ſcientia & magnarũ rerũ cognitione, tãtùm facilitate & iuuenili ſuauitate præcellas. Eius generis medici ſunt, quos literarũ parẽs Homerus inter alios principatum habere cecinit: 1

Vir medicus pretio multos æquauerit vnus.

Quid igitur miri eſt, ſi charus adeò acceptus ac iucundus es huic illuſtri noſtro Principi, ſubtili hominũ ęſtimatori, & fautori virtutis optimo, qui quãtũ gradu & fortuna, tantũ dignitate & ſapiẽtia inter mortales antecedit? Tuarũ ſanè rerũ cũ alij permulti, tũ verò ipſe tibi ſum teſtis nõ infimus, quẽ ſingulari beneuolẽtia, ſtricta familiaritate, aſsidua conſuetudine, colloquiis intimis tuẽda mei meorúmq; valetudine, & omni denique neceſsitudine tibi deuinctum tenes. Cuius quidem rei memoriam tam iucundam, tam 2 honeſtam atque probabilem, ſi qua ratione perpetuò obſeruare liceat, ſæpius mecũ verſo, ſicut Aegyptiorũ artificio, & excogitatis quibuſdã odoribus incorruptateneri corpora poſſe, hiſtoriæ tradit Herodotus: iam demùm facilè

fieri posse intelligo, si literis, quasi perenni condimento, & fideli rerum gestarum custode, posteritatis etiam commendatione crebrisque sermonibus durare curabimus. Itaque cogitanti mihi quidnam hoc potissimùm tempore, quo tantis immergor occupationibus, scribēdum aggrederer, aptissima Platonis persona visa est, in cuius lectione perinde ac delicatissima degustatione, vtriusq; recordatio cōdiretur. Eum idcirco potissimum delegi, quia cùm de illo nonnulla disseruisses in eo suburbano Ferrariæ proximo, cui ob eximiam quandam amœnitatem Pulchroflori cognomen inditum est, tibi sum pollicitus me de hominis ætate responsu
3 rum. Non contentus autem promissa tantùm reddere, vt accumulatius hoc æs alienum tibi persoluerem, eius viri genus, vitam ac nonnulla diuinis ipsius studiis pertinētia, coniunxi. Hoc pacto omni ex parte Platonem notum ac familiarem tibi fecero. Claram Platonis extitisse progeniē cunctorum testantur literę, seu paternam, seu maternam intuearis originem. Is Aristone patritio inter Athenienses ciue, & Perictiona siue Prona, insigni certè fœmina natus est matre. Maternum genus cùm alij complures, tum verò Solon Atticarum legum lator, & è septem sapientibus vnus, illustrat. Drepides enim Solonis frater Critiam maiorē creat, à quo Calisteus ortus Critiam minorem gignit. Hic vnus ex triginta fuit, qui rem aliquando Athenienſem gubernarunt. Critiæ filius Glaucon, à quo Charmides Platonis auūculus,
4 & Perictiona mater editi. Perictiona igitur probitate & forma eximia Aristoni matrimonio collocata, virilis quidem sexus Adimantum, Labeonem, ac Platonem, muliebris autem Boconam peperit, quæ Eucumedonti spectato viro nupta, Speusippi in primis & honorati philosophi mater fuit. Futuram Platoni magnitudinem & suauissimam in primis eloquentiam euidentissima signa prædixerūt. Complures grauissimi viri, & locupletes sanè testes memoriæ prodiderunt, Aristonem cùm Perictionæ virginitatem tollere, & vim inferre conaretur, diutius voti factum impotem: cúmq; tandē se reuocaret, Apollinis speciē humana maiorē aspexisse. Quapropter Aristonēab omni Perictionæ cōtactu quoad infantem enixa est, prorsus abstinuisse. Hæc in omnium Athenienſium ore fuisse, quoniam mihi hæc humanis oculis ludibria ingerantur, alius disputandi locus, & tèpus postula

Parentes.

stulatur. Tener adhuc infans sopore tenetur in cunis, cum 5
apes non paruam mellis vim dormientis labellis instillare *Plato educatus ab a*
sensim, annotatæ sunt. Qua quidem re ad prodigiorum in- *pibus.*
terpretes delata, eum futurum procedentibus annis vaticinati sunt, cuius ex lingua melle dulcior flueret oratio. Quiescens aliquando Socrates, inter genua nouellum cygni pullum tenere se existimauit, eúmque natis derepentè plumis sublimem euolasse, & ipsum ætherem dulci clangore, ac suauissimis impleuisse cantibus. Postridie cùm pater ad Socratem præceptis eius, & institutione formandū Platonem adduxisset, viso statim puello, Hæc illa, inquit, est auicula, cuius imago nocte proxima mihi per somnum obuersata est. Tam clara futuri Platonis auguria ingenti dehinc euentu minimè caruere, seu intelligendi subtilitatem, seu disputandi vim, seu dicendi dulcedinem contēplere. Quas qui 6
dem ad res grauissimorum hominū testimonia non desunt. Quis enim dubitet Platonem amicissimum veritatis hominem, & eius hominibus exhibendæ promptissimum, præcipuum esse, siue acumine disserendi, siue eloquendi facultate diuina quadam & homerica? Multū enim super prosam orationem, & quam pedestrem Græci vocant, surgit, vt non hominis ingenio, sed quodam Delphico, vt poeta diceret, videatur oraculo dei instinctus, adeò, vt quidam Latinæ linguæ præclarus author, & græcè peritissimus, Platonis verba in Romanam dictionem vertere formidarit, cùm ad explicandas eorum proprietates, & (vt ita dicam) compositionis harmoniam, nequaquam posset Latina oratio aspirare.

Quòd si ex Platonis oratione aliquid demas mutésue, etsi *Natiuitatis tēpus.*
commodissimè facias, de elegantia tamen partem non paruā sanè detraxeris. Sed hæc postea. Natiuitatis eius tempus, quod tibi sum Philippe, pollicitus, pluribus insignire modis cōstituimus, quò clarius eius viri ortus ad vniuersos peruenire queat. Natus est igitur Plato septima Targelionis, 7
qui est Athenienſiū mensis, die, anno à Troiæ captiuitate septingēteſimo quinquageſimoſexto, Olympiade LXXXVIII, ab Vrbe verò cōdita CCCXXXVI, post liberatā cunctis regibus ciuitatem octogeſimoſexto: ante saluatoris aduentum quadringenteſimo vigeſimotertio. Qua etiam tempestate doctissimi viri permulti florebant, ex quibus hi plurium sermone prædicabantur, Socrates Athenienſis, De-

Platonis coæui.

mocritus Abderita, Empedocles Agrigẽtinus, Eudoxus Gnidius astrologus, Hippocrates Cous medicus. Socrates Athenięsis rhetor, Herodotus historicus, Euripides & Sophocles tragici, Diogenes Cynicus, Aristophanes Comicus, aliique cõplures, quorũ ea ætas fertilis magis ac magis erat. Fama est ipsum in Aegina progenitum in Phidiadis ædibus nobilis eius vrbis ciuis, quo tempore redacta in potestatem insu-
3 la, Athenienses Aristonem patrem vnà cum aliis ciuibus deducta colonia eò inhabitatũ miserant. Ferẽtibus inde opem Lacedæmoniis, & eiectis Athenięnsibus ex Aegina, Aristo Athenas reuersus est. Infanti nomen Aristochi fuisse nõnulli scriptũ reliquerũt, quod ab auo ad illum, quasi hęreditaria quadã successione transmissum, futuræ magnitudinis tantũ dedit auspiciũ, vt qui perfectissimã in posterũ gloriã, quod & ipsum nomẽ significat, adepturus esset. Platoni postea cognomen inditũ cæteri authores sunt. Diuersæ feruntur causæ: quibusdã placet id illi cognomentũ impositũ propterea, quòd cùm apud Aristonem Argiuũ pugilem magistrũ exercẽdo corpori, & leuãdis arte mẽbris operam daret, robustiore valetudine & ampliore cæteris cõdiscipulis humerorũ latitudine prędituș, huius generis appellationẽ sit assequutus.
9 Græci nãq; πλατὺ latum dicũt. Cuius rei sicut & aliarum nõ ignarus magnus poeta Vergilius, Platonem circuito sermone his innuit verbis: Atq; humeris extantẽ susp icit altis. Alij, in quibus est Neãthes author nõ ignobilis, asserũt eum ob latiorẽ frontẽ ac faciem quę illi erat, sic vulgò vocatum. Sunt qui ab latissima dicendi facultate & oratione copiosa, cõtendant hoc illi adhibitum fuisse vocabulũ. Primis literis sub Dionysio præceptore imbutus est, cuius & ipse in eo libro meminit, qui Amatores inscribitur, hoc est, Erastæ. Grata nãq; in hũc hominẽ amicorũ beneficia extitisse, vel hinc abundè patet, quòd præceptorũ & necessariorũ memoriam, ne vlla obscuraret obliuio, scriptis illustrauit suis, idq; pro
10 boni viri officio & institutione maiorũ, qui, vt inquit satyricus, Præceptorẽ sancti voluere parẽtis Esse loco. In ipso enim statim libri primordio inquit: Dionysij grãmatici ludũ ingressus, adolescẽtes aspexi claris procreatos parẽtibus, qui plurimæ probitatis prę se ferebãt indolẽ. Quæ quidẽ de magistro dicta honorificè fuisse, nullus inficiabit, cùm discipulorũ ordo, aspectúsq; modestus in præceptoris laudem ref-

referatur. Puer adhuc tantam in moribus verecũdiam, & in vultu modestiã habuisse traditur, vt ne semel quidẽ effusè risisse conspectus sit. Id in omni ætate vehemẽter dedecere dixerim, vel conterraneo meo Catullo asserente: Risu inepto res ineptior nulla est: & arguẽte non minus Isocrate, risum incontinentẽ esse dementis indiciũ. Nil prætermisisse Plato visus est, quod corpus pariter atque animũ laboribus & philosophiæ idoneum, efficeret. Robur & vires sibi à natura 11
datas, eousq; cura & iũcto muniuit artificio, vt in Isthmiorum celebratione (hi sunt enim frequentia & apparatu magnifici) inter athletas decertans, fortissimi luctatoris & pugilis nomen cũ prædicatione reportarit. Cui sanè exercitationum generi idcirco prudentissimus sese dedebat adolescẽs, quia non solùm sibi se natũ intelligebat, ortúsq; sui partem amicos, partẽ patriam aliquando vẽdicaturam, cui hac via, si quando vocaret vsus, seipsum instruebat. Præcipuam quoque pictoriæ arti curam impendit: quæ cùm ad alia permulta vitæ vsibus necessaria, tum verò ad geometricas figuras ac lineas designãdas nimirum cõducere potest, ad quam à natura scientiam pronus ferebatur. Quid quòd pictor solers, & diligens naturę mimus, & si vocem & orationis ornamentũ addideris, poetæ germanus est? Poeticam quoque mi- *Platonis opera carminibus* 12
ro complexus est ingenio. Scripsit primùm quidem dithyrambos, postea cantilenas, demúmq; tragœdias doctorum *scripta.*
hominum collaudatione celebratas. Pronuntiabat suaui & dulci vocis sono, nisi quòd ad gracilitatẽ paulùm accessisse dictus. Cõpositam ab se tragœdiam ante Bacchanaliorum spectaculum educturus erat: cæterùm vt diuina Socratis informari disciplina cœptus est, huic vni toto, vt aiunt, incumbens pectore, poetica cuncta cremanda curauit, hunc præfatus versum: Nunc opus est, Vulcane libens accede Platoni. Et rectè profectò: nam sicut tenellos annos ludere ac lasciuire decuerat, sic sequens ætas alios exegit mores, vt seuera disciplina seuerus ageret. Platonem igitur cùm florens adhuc effet ueret adolescentia, amore irretitum fuisse scribitur, cuius ea, vt poetæ dicunt, potentia est, vt patris summi tela Typhoea temnat: &, Videat cælo superos relicto Vultibus falsis habitare terras. Stellam nanque miserè deperiit, cuius 13
amor ab ingenij suauitate atque elegantia cepit exordium. Stella enim cùm præcipuo cæli contemplandi motúmque

syderum.

syderum perdiscendi studio teneretur, totum sibi Platonis deuinxit animum. Ipsius in Stellam iuuenilia hæc extant epigrammata:

Ardentes stellas lucens mea stella tueris,
Cælum vtinam fierem, te vt multo lumine cernam.

Aliud cùm vita excessisset:

Stella prius superis fulgebas lucifer, at nunc
Hesperus ab fulges manibus occiduus.

Hæc atque alia mollioris ætatis carmina progredientibus annis perinde ac bonis artibus & moribus perniciosa prorsus abiecit: nam nō vlla magis vires industria firmat, quàm Venerem & cæci stimulos auertere amoris, vt poeta inquit
14 optimus. Idcirco vt se limatum expolitúmque redderet, dehinc capessendæ societatis doctinæ omniū cogitationum studium ac tempus impendit, vigesimum iam ingressus annum. Interea cùm Socrates omnem virtutis laudem in actione poneret, Athenienses populum ad honestæ vitæ rationes animare nunquam desinebat, cunctorum vitia insectari, & bonos quoad liceret ciues facere. Qua ex re cùm multorum & quidem potentum in se conflasset inuidiam (vetitas enim odium parit) in primis Aniti locupletis & factiosi hominis contraxit inimicitiam. Qui cùm Socratis morsus ferre nequiret, Aristophanem doctum quidem comicum, sed hominem parum probum induxit, qui comœdiam cui titulus est Nebulæ, scripsit, & agēdam in scena spectandámq; curauit. In ea & alia complura in Socratem, & illud fingit: Socratem nebulas colentem & Athenienſium religioni detrectantem, præterea mētes iuuenum sic imbuentem, vt parentibus manus inferre piè & officiosè possent. Ea res cū vniuersum populum à Socratis charitate auertisset, auribus ab ipsa adhuc recitatione calentibus, postridie Socrates in iudicium vocatur, integerrimus atque innocens sanè philosophus.

Nebulæ, Aristophanis comœdia scripta in Platonē

Tres illi accusatores extitere, Anitus, Lyxon, & Melitus. Orationem Polycrates sophista cōposuit, quam ad iudices habuit Polyeuctus. Capita criminum ex ipsa quę adhuc extat accusatione cognoscere licet. Ea titulum habet huiusmodi,

„ Melitus Meliti filius Putheus, Socrati Sophronisci filio Alopœteo: Iura violantur à Socrate, cùm quia minimè deos
„ existimat, quos à ciuitate existimari solere videt, tū quia nouos quosdā introducit. Accedit ad iniuriā, quòd iuuētutem corrumpit: pœna mors esto. Surrexerat ad defensionem præceptoris Plato, hoc pacto orationem exorsus: Etsi omnibus qui hæc ascendēre tribunalia iunior adsum, viri Athenienses: tantus est ab iudicibus clamor obiectus, & vt descenderet vociferatio circunfusa, vt cunctis præ timore dicendi ac defendendi facultas præripta sit. Itaq; multitudinis inuidia, ira & furore principe, iudicio mortis dānatus est Socrates. 16

Nec multò pòst dato ei publicè veneno in carcere periit. *Socratis interitus.* Transeunt post tam immane facinus dies non multi, cùm scinditur incertum studia in cōtraria vulgus, seróq; sui cōsilij pœnitens interfectū luget Socratem, sanctitate & omni virtutis genere venerabilē. Publicus mœror inclinatur, clausæ officinæ, deserta gymnasia, destituta theatra, fit denique in vrbe iustitiū, in accusatores impetus agitur, aliis in exiliū abeūtibus, & salutem fuga capessentibus. Melitus vltimo 17 supplicio afficitur. Anitus cùm in Heracleā se recepisset, ab Heraclienſibus magna cum ignominia eiectus est. Eius Bona fisco adiecta. Socrati ærea statua, Lysippi opus, erecta. Lōgius sum paulò digressus. Philippe vir spectatissime, cū huiusmodi excursiones tibi nō iniucundas arbitratus sim. Redeamus igitur. Cùm Socrates dato, vt superius dixi veneno, mortē obiisset, Plato Cratello & Hermogeni se docendum tradidit, huic quidem Parmenidis, Cratello autem Heraclitī sectam profitenti. Nihil studiosus adolescens omisit, vnde ad augendam vel ornandam disciplinam vlla sibi spes esset. Quāobrem cū vtilitatis plurimùm ab Epicharmo Coo, vel Siculo posset assequi, omnia ferè transcripsit ab eo, quæ per ipsius opera diligens lector inuenit. Nec minus Sophronis mimographi præceptis vacasse videtur, quæ per aliorum negligētiam omissa & obliterata primus Athenas reuocauit.

In eius libris lectitandis tantopere delectatus traditur, vt 18 sub mortui puluino repertos esse cōstans scriptorū fama sit. Annos postmodum octo & viginti natus, Socraticis secum assumptis, quos discendi cupiditate detineri nouerat, ad Euclidē nobilissimū ea ætate geometrā Megarā secessit. Id autē oppidū florētissimum fuerat lōgè, ab Athenis millia passuū viginti distans, cuius oriūdus erat Euclides Socratis aliquādo discipulus. Cui cū aliquandiu studiosissimè vacasset, Cyrenē (ea est nobilis Aphricę ciuitas, finitima Carthagini) profectus est, vbi Theodorus clarissimus ea ætate mathemati

maticus frequēti fama celebrabatur. Inde factus doctior in Italiam nauigās ad Archytam Tarentinū sese cōtulit, vt ab eo insigni tunc philosopho doctrinarū aliquid hauriret: ab illo digressus, ad Philolaum, Timæum, & Euritū ad Locros
19 pergit, Pythagoricæ præceptionis gratia capessendæ. Eo ex loco in Aegyptum transmittens, ab sacerdotibus, Memphiticisque vatibus syderum ortus, cursus, obitus, variásque potestates, ac rerum diuinarum occulta, numerorúmq; insuper & mensurarum rationes accepit. Sunt qui credant (& hi quidem homines grauissimi) hoc tēpore & hoc in loco Platonem ea quæ à prophetis nostris prædicta fuerant, interpretē aliquo deprehendisse, ac veri dei cognitionem delibasse. Huius itineris comitem habuit Euripidem: qui cùm in aduersam valetudinem incidisset, ex maris aqua sumpto remedio, sacerdotum cura & diligentia pristinæ est restitutus incolumitati. Quapropter Euripidem dixisse ferūt, mare cuncta mortalium mala prorsus abluit, vereq; (sicut Homerus inquit) vniuersos Aegypti indigenas præstātes esse medicos. Aegypto peragrata, dum regionis situm naturámque, ac im-
20 plicitas Nili ripas, ortus, incremēta, contemplatur ac percipit, vt vndiq; collecta tātarum artium & doctrinarū studia, perinde ac mercator copiosus in patriam reportās, rursum in omnem terrarum orbē liberaliter impartiret, dissemina-
Magi. rétque, Athenas redire instituit. Audierat apud Persas esse viros insignes, quos Magos indigenæ vocāt. Hi rebus diuinis operam ac studium exhibent, in suscipiēdis votis, in reddendis sacrificiis, in placandis diis ritus atq; leges edocentes, & illorum naturam ac generationem expleantes, de industria de pietate, & humando, atq; aliis permultis disputātes: ad illos penetrare Platoni mens erat: verūm flagrantibus per eas regiones bellis, consilium reuocauit. Erat non procul ab Athenarū vrbe suburbanum nobile inter arbusta positū, quod veteres Atticæ terræ habitatores Hacademiam, posteriores
21 mutata cum aspiratione litera, ab Academo heroe peruetu-
Academia sto Academiam appellauere: hoc ad exercendas artes cōmunicándásq; doctrinas Plato delegit, nō tam salubritate, quàm solitudine secessúq; conspicuū: quippe eū locorum amœnitas, saluberq; & hilaris aeris aspectus ad lasciuiā magis inuitet, & attentiores mentis vires soluat, cogitationémq; foras euocet. Quocirca nō illepidè quis nostros oculos totā luxu-

riam

riam esse dixit. In Academia cū docens, tum scribens, complures exegit annos, ab qua & ipsius secta appellationem Academicæ sortita est. Aptissimā igitur discere volentibus tē periem faciens, ex diuersis veluti mēbris philosophandi corpus cōcinnauit. Nam quæ ad sensum ac rationē pertinēt, ad Heraclti Ephesij præcepta conferebat: quæ verò intelligendi contēplatione constarent, ad Pythagoræ: quæ autem ciuilium rerū disputationē affectarét, morúmq; formulā, & hominū institutionē, ex Socratis fontibus hauriebat: alias autem disciplinas opinionésque passim inserens. Ad studio 22
rum veritatem & discendam & docendam quanta illum tenuerit auiditas, & alia permulta testātur, & illud nō parum, quòd in rei familiaris angustia, tres Pythagoricæ sectæ libros à Philolao Crotoniata, vel vt alij tradunt, ab eius necessariis minis centum mercatus est, qui quidem pecunia non parum ad vsus domesticos indigebat. Fuerat autē Philolaus hæreseos Pythagoricę philosophus, qui de Pythagoricis primus naturalia edidit. Ex tribus his quos dico libris complura Platonē in suum transcripsisse Timæū dicit Hermippus. Sunt qui dicunt eam argēti summam ab Dione Syracusano persolutam, datis ad eum à Platone epistolis, cui literarū necessitudine & philosophandi similitudine arctissimè deuinctus erat. Et quoniam ad eius hominis studia & artes aperiēdas, discipulorū & librorum ab se compilatorum numerus pertinet, & studiosis voluptatē afferre potest, eos etiam quasi testes producamus: quorū primus Speusippus esto. Nam 23
& genere illi propior extitit, & magisterij successor, & Platonici dogmatis assertor, post illius mortē annos octo. Xenocrates Chalcedonius, qui mortuo Speusippo scholæ præfectus est, annos quinq; & viginti. Aristoteles Stagirita. Nam & alios septem Aristotelis nomine appellatos inuenio, quos enumerare nō erit iniucūdum. Fertur enim Aristoteles quidā in Athenienſiū repub. insigniter obuersatus, cuius habitę in foro cōplures extant orationes, dicendi gratia & suauitate refertæ. Alter qui in Iliadē Homeri exponendam, diligentiam impendit & operam. Tertius Siculus, dicēdi magister, qui aduersus Panegyricam Isocratis orationem scripsit. Quartus cognomēto Fabula, Aeschini Socratico perquàm familiaris & charus. Quintus Cyrenæus, qui de arte poetica librum edidit. Sextus ludi pugilū magister nō inceleber.

Platonis discipuli et libri.

Aristoteles septem.

Septimus

24 Septimus haud clarus admodũ, qui de Pleonasmo libellum composuit. Redeamus ad Platonis discipulos. Philippus Opuntius, Hestieus Perinthius, Dion Syracusanus, Anuleus Heraclienfis, Erastus & Coristus ambo Sceptij, Timolaus Cyzicenus, Euehon Lãpsacenus, Piton & Heraclides, vterq; natione Enius: Hippotades & Callippus & Demosthenes orator. Atheniẽses. Cæterùm cùm Demosthenes postea Callistratum nobilem Athenis oratorem vidisset, omisso Platone illi deinceps adhæsit. Theophrastum quoque Lesbium Platonis auditorem fuisse quidam asserunt. Sed & mulieres sub eo philosophiæ vacasse certum est, Lascheniam scilicet ex Mantinea, & Axiotheam Phliasiam, quam & virilem habitum induisse dicunt. Fuerunt & alij, quos referre longa & ingrata mora esset. Dehinc de operibus à Platone editis & variè copioseque compilatis breui perstringamus, vt probis quidem calcar, ignauis autem rubor incutiatur, cùm videant tantùm philosophum inter tot peregrinationes, itinera, cursúsque maritimos, dum literas quasi toto fugiẽtes orbe persequutus mauult verecundè discere, quàm imprudenter docere, tot ac tanta volumina conscripsisse, & immortalitate digna posteritati legasse. De his illud prædixisse licet: omnia fermè quæ grauius accuratiúsque disputanda fuerant, serióque agitanda, in dialogorum forma conscripta fuisse: & rectè sanè: ea enim quæ eiusmodi colloquendi ratione tractantur, introductis pro dignitate personis, apertius disputantur, & vehementius imprimũtur, quasi res ipsę non audiri, sed geri & coràm explicari credantur. Nam certior aure arbiter est oculus, vt inquit Flaccus. Effingendorum autem dialogorum authorẽ primum fuisse Zenonem 26 Eleatam affirmant quidam. Verùm Aristoteles in primo de Poetis libro, cui & Phauorinus consentit, Alexamenum Scyreum aut Teium, primum in eo genere scripsisse dicit. Verum enim verò (vtcũque, res se habeat) Plato præcipuam ei rei politius exponendæ curã & studium adhibuit: vt cùm de bonis artibus ad disciplinam & vitæ institutionem interrogatio, & tempestiua deinde facta sit responsio, earum personarum, quas introducit proprium decorum ex parte humano deprehendi possit ingenio, diuina præsertim adspirante ope, vnde & plurima nostra est assequuta cognitio. Cúmq; Plato cerneret, quantum lucis & gratiæ cognoscendis

Platonis discipuli.

Dialogorũ primus inuentor.

dis rebus afferret adhibita commodè opportunéq; partitio, non solùm ad claritatem, verùm etiam & ad facultatẽ, absolutè nimirũ cuncta partitus est. Vt verbi gratia, Platonica illa partitio: Bonorũ quædam Animi, quædam corporis, quædam rerum externarũ. Animi quę capesserẽt virtutis esse eáque ab eo in naturam morésque diuidebatur. Naturæ celeritatẽ ad dicendum retinendúmq; memoriæ dabat, quorũ vtrunq; mentis esset propriũ & ingenij. Morũ studia & cõsuetudinẽ, iustitię, fortitudini, modestię, prudẽtiæ, applicabat. Corporis bona assignabat pulchritudinẽ, celeritatẽ, valetudinẽ robur. Exteriora bona ponebat fortunatã & amplissimã patriã, diuitias opes, clarã familiã, amicos: quę etsi eius generis essent, vt virtus per se ad felicitatẽ adipiscendã sine illis valeret, tamẽ vt instrumẽta adhiberi virtuti: de corporeis externisq; dico. Amicitiarũ tria genera dicere ex Platonica diuisione est: nam aut naturales, aut æquales aut hospitales esse. Naturales, quæ sanguinis vinculo nobiscũ nascuntur, vt parentum, filiorũ, fratrum consanguineorúmq;. 28 Aequales gignit cõsuetudo vitæque societas, accedente præsertim morum similitudine, nulla generis propinquitate, quales Pylades, & Orestes, Scipio & Lælius. Hospites maximè comitatus creãt, epistolæ, & mutua inter absentes officia. Duo quoque rerum principia cõstituebat, Deũ scilicet, atque Hylen: ex qua elementa quatuor deriuarentur, ignis, aer, aqua, terra, ex quibus mundus ipse constaret, & quæ in mundo. Sed quid ago superuacuæ negotiationis homo, qui ea quæ sunt à Platone aut excogitata, aut ornatius digesta, percurro, cùm ea & latius literis illustrata sint, & tibi diligentissimè cognita? Itaq; ne noctuas Athenas, aut sus Mineruam (vt in prouerbio est) hæc omittens, de illius vita quod succurret, absoluã. Cùm virtutis laudem in actione cõstare intelligeret, ídque prædicaret, cuius studio insudarat, sępius de se in patriam in amicos, in hominum genus periculũ fecit. Belligerantibus siquidẽ Athenis ter in militiam profectus est. Primum in eo prælio, quod in Tanagra cõmissum fuit, fortiter dimicasse cõspectus est. Is autẽ in agro Thebano celeber vicus fuerat. Deinde in Corinthios: tertiò in Delios adeò strenui bellatoris nauauit operã, vt summa cum laude per omniũ ora volaret in primis. Quid in familiares? Chabriæ fortissimo eius ætatis duci Crobi-

27 *Bonorum partitio secundum Platonem.*

Amicitiarum genera tria.

Rerũ principia duo.

29 *Plato ter profectus in militiã.*

lus accusator improbus die dixerat, & capitis iudicium in-
stetanerat. Quo circa cùm ab reliquis destitutus ciuibus me
tu periculi & magnitudine in arcem ascenderet, solus Pla-
to officij conscientia munitus, forti & nusquā remisso sub-
sequutus animo hominem defensurus, vt vtilem patriæ ci-
uem, semper adfuit. Cui cum calūniator Crobilus, vt eum
30 à patrocinio deterreret minitans dixisset, Aliis defensionē
præstaturus aduētas, ignorans, quòd te quoque Sociatis ve-
nenum expectat: ei Plato ingenuè quidem nihilque retarda
tus respondit: Olim Crobile, cùm patriæ dignitati milita-
bam, in tolerandis periculis nihilo segnis eram: nunc pro
officio & amici salute licet ferrum ac venena mineris & ig-
nem: nullum recuso discrimen. Hæc in amicis conseruan
dis Platonis cōstātia. Quid illa in Xenocratē firmitas & mo
deratio? Cùm ex discipulis instigaretur quidam inuidia, Xe
nocratem adeò Platoni gratū acceptúmq; esse, vt in eū con
flaret inimicitiā, tale aliquid cōmētus est. Multa in Plato-
nē Xenocratis maledicta renūtiauit: Plato medio sermone
criminationē respuēs, obaudit: instat obtrectator, vultus se
ueritate crimina affirmās, deniq; deos omnes ac deas obte-
31 stās. Plato, vt ab eius sese pertinacia solueret, Esto, inquit,
sed ea Xenocrates grauitate pollet, vt nisi sic expedire iudi
casset, dicturus ea nunquā fuisset. Quo facto ab tam impor
tuno cōuitiatore se liberauit, & omnē abscindēdę familia-
ritatis spē ademit. Sciebat enim sacrū illud amicitię nomen
serò quidē sumendū esse, verùm vbi semel est assumptū, sper
nere nō cōuenire, sed omni prorsus ratione tutādū. Platonē
ter in Siciliā nauigasse comperio. Nā prima eius nauigatio
fuit ad spectandam insulā, & Crateras, qui scatebratū locus
esse dicitur, quo tēpore Dionysius senior Hermocratis fi-
lius oppressa Syracusanorū libertate tyrannidē exercebat.
Carthaginiensibus nanq; Siciliā inuadētibus, & vastitatē si-
mul & libertatis amissionē minitantibus, Siculi Dionysiū,
cuius illustre in re bellica ea tēpestate nomē erat, rerū sum-
32 mæ præfecerat, vt ab imminēti clade Siciliā tutaretur. Re-
pulso autē hostē Dionysius inuadēdæ dominationis occa-
sionē nactus tyrānidē occuparat, quíq; invirtute iā effecerat
ne Grecorū oppida barbaris seruirēt, ex patre & benefacto-
re immanē sese dominū tyrānúmq; reddiderat. Is igitur cū
omni conatu ac necessitate Platonem adegit, vt in collo-

quium

quium veniret. Quo quidē in sermone Plato edisserere cœ-
pit de tirānide principatuq; legitimo, quātū huic laudis &
beneuolentiæ, tantū illi vituperationis atq; simultatis ines-
se: hūc vtilē ac bonū, illam dānosam inhonestamq;: vt illa vi
apparetur, hic verò virtuti cōferatur. Ea vox mirū in modū
tyranni mentē offendit. Indignatus itaq; Dionysius, Tua,
inquit, seruile nescio quid sapit oratio. Cui Plato, Certè ait,
tua verò tyrānicū. Qua re instigatus Dionisius, vt Platonē
occideret, agitabat: quod, nisi Dionis & Aristomenis preci 33
bus vix reuocatus esset, profecto fecisset. Erat autem Dion
Dionysio affinitate coniunctus: eius siquidē soror Aristo-
macha, Hipparino patre primario inter Syracusanos viro
progenita, Dionysio nupserat. Hic ille Hipparinus est,
quem initio collegā rei bellicæ Dionysio Siculi crearant,
vt antea iam tactum est. At eum Polydi Lacedæmonio, qui
per id tempus apud Dionysium ciuitatis suæ nomine lega-
tione fungebatur, exhibuit, vt in Græciā rediens Platonē
venūdaret. Polys Aeginam annauigans illum vendēdum
exposuit: qua in re in capitis discrimen incidit. Lata erat eo
tempore lex apud Aeginetas, qua cauebatur, ne quis Athe-
niēsis Aeginā adiret: adeunti verò, indicta causa iam capi-
tale supplicū impendere. Instabat ipse legis ferūdę author
Charmāder Charmēdridæ, quo legē morte sanciret. Quod
accidisset, nisi præsens quidam tantā rē támq; horrēdā io-
co soluisset: nā cùm lex de Athenienſibus hominibus no- 34
minatim expressa sit, Hic philosophus est, inquit. Quocir-
ca moto inter præsentes risu, Platonē metu mortis absoluē
dū censuerūt. Nonnulli Platonem in ipsam concionē addu
ctum fuisse scribunt, in quē coniecti vnnuersorum oculi,
hominis gestum obseruabant, & quasi missum è cælo deū
cōtēplabantur. At ille ne verbo quidē emisso, immoto cor
pore, immutatóq; vultu, vtranq; sententiā constāter expe-
ctabat, vt sicut secunda non magnopere sperare videretur,
ita & aduersa maximo ac fortissimo paratus, & armatus ani
mo excepturus. Tātū valebat philosophiæ ratio, & optima
factorūcōsiliorūq; cōscientia. Demūtimore necis absolutus,
vrgēte Charmādri crudelitate intra mācipiorū deducitur
locū, & publico decreto volētib⁹ emēdi potestas fit. Annice 35
tus Cyrenæus, qui tūc fortè Aeginā aduenerat, eū minis XX
aut quemadmodū alij tradūt, triginta mercatus, è vinculis

liberatũ eduxit: mox honesto comitatu ad suos remisit Athenas, qui confestim ad Annicetum remittendũ argẽtum curauere: vel, sicut quidam scripsere, Dion Syracusanus æris renumerandi author fuit. At ille repudiato prorsus argẽto, quia maiore summa in Platonem liberalitatem excercẽdam esse diceret, comparato in Academia hortulo Platonem donauit. Nec verò ab tã celebrato ludibrio Polydem inultum esse fortuna voluit: nanque collato apud Helidem marte (is autem Arcadiæ locus est) ab Chabria imperatore nobili & Platoni perquam familiari superatum, & mari obrutum plerique scriptores affirmant. Nec ipse Dionysius tantæ conscius ignominiæ, quieto esse animo poterat, quę lõgè turpiores illi maculas, & ęternũ dedecus inurebat.

36 Ad eũ igitur cũ iam liberatũ in patriã reuertisse accepisset, literas dedit, quibus ne de se malè diceret obsecrabat. Ei Plato statim rescribere tantum, sibi ab Academia sua otij nec esse, nec fore, vt vel minima Dionysij recordatio cogitatióque subiret. Dionysio maiore defuncto, ad filium eiusdem nominis adolescentem rerum potitum omnium Plato se contulit, frequentissimo & ipsius Dionysij & Dionis inuitatu. Dion enim præter affinitatem intima familiaritate atque consuetudine Dionysio coniunctus erat. Nam cùm Dionysius pater duas vno tempore vxores haberet, Locridem videlicet, & sororem Dionis Aristomacham, Dionysio filio ex Locride genito Sophrosyna Aristomachæ filia nupserat: Dioni Areta, sibi ex sorore neptis. Vtroque igitur perinde ac consiliarium Platonem inuocante, eò profectus est, eo proposito, vt ab Dionysio ciuitatum Italicarum Sicularúmque sibi subiectarum libertatem exoraret, quò philosophiæ laudes & dignitatem non verbis tantùm, aut disputationibus, sed re ipsa & actione apud omne hominum genus compararet. Ipse enim tyrannus cùm eius rei magnam spem dedisset, promissa tandem effecit inania, & venientem frustratus est. Qua quidem in re Plato vitæ discrimen adiit, quòd in suspicionem tyrãno venit, ab se Dionem ac Theodotam inductos, qui pro insulæ ac ciuitatum Italicarum libertate rebus nouandis studerẽt, & abreptum Dionysio dominatum sibi vendicarent. Tantùm inualuerunt calumniatores ac perditi homines, quibus cum Dionysius conuiuebat, vt Dione præclaro in primis homine,

37

Plato Dionysio suspectus.

& optimo sanè consiliario, in Græciam ignominiosè ab rei pub. gubernatione reiecto, Platoni pestiferas molirẽtur insidias. Rumor certè increbuerat, trucidatum ab Dionysio fuisse Platonẽ: quem tamen ita retinere machinatus est Dionysius, vt omni comitatis genere & blandimentis consolaretur, eúmque consuetudine intima, & consiliorum communicatione cõplecteretur, vt nulla in re Dionis in Platonem studio cedere videretur. Interim philosophię eo docẽte operam dare nõ omittebat. Demum ea conditione discessisse creditus est, vt finito bello quo tunc Dionysius implicabatur: vnà cum Dione Plato remearet. Tertiam aduentus causam in Siciliã Platoni hanc fuisse liquet, vt Dionem amicum eius & præcipuum, & literario vinculo coniunctissimum, Dionysio cõciliaret, inter quos non mediocres simultates ardere cœperant. Eum autem Dionysius primùm quidem frequentibus literis alliciebat, multa de Dionis reditu in Siciliã, & bonis mox ei restituẽdis pollicitus. Deinde cùm Plato hominis inconstantiæ & sodalium insidiis fidei parum habens, negaret, tandem flagitantibus amicis, & Dione in primis, & Archyta per epistolam vehementius vrgente, ab Syracusis missa triremi tertiam ingressus est nauigationẽ, honorifico admodũ comitatu cùm aliorum nobilium, tum verò Archidami illustris viri, & Archytæ amãtissimi. Quam quidem ad rem componendam cùm omnem frustra cogitationem & conatum adhibuisset, dolis & simulata bonarum artium, & studiorum cupiditate deceptus, vt diuinarat, tentaturus tamen mansit. Interea tyranno calumniis multis Platonem circunueniente, & eum inimicis conspirare insimulante (id autem impositum falsò crimẽ erat) sibi mala multa impendêre cognouit. Proinde vt se ab imminenti procella seruaret, clàm Tarẽtinum monuit, in quibus vitę periculis agitaretur. Id vbi ad Archytã Tarẽtinum Pythagoricæ sectæ philosophum perlatum est, exorare per epistolam legatósque Dionysium statuit, apud quem pro mutua beneuolẽtia Archytas plurima pollebat authoritate cuius quidem epistolæ hoc extat exemplum. Archytas Dionysio salutem. Vniuersi qui Platonem præcipua complectimur amicitia, Lamiscum atque Phocidam, vt virum reciperent ad te misimus. Sic autem ex confesso compositóque pepigimus. Rectè verò & pro officio facies, si

38

39

40

Archytæ ad Dionysiũ de Platone restituendo epistola.

sedulitates & studia memoria reuocaueris, quibus à nobis omnibus etiam atque etiam contendebas vt Platonem ad te proficisci faceremus, petebásque vt pro eo ad te incitando cùm alia, tum verò tutum ac securũ eius fore aditũ reciperemus, siue manere, siue cursum repetere institueret. Memineris & illud, quòd eius aduentum quem eo tempore tãta charitate tantóque amore prosequebaris, plurimi faciebas, quanti eorum quibus cum obuersaris facere videbare neminem. Quòd si quid asperitatis interuenit, humano more faciendum est, curandúmque vt virum omnis expertem detrimenti nobis illæsum restituas. Hoc cùm feceris, pro
41 æquitate gesseris, & gratissimum nobis feceris. Hãc vt Dionysius accepit epistolam, etsi complures necandum esse cõtenderent, Platonem abundè suppeditato comitatu abire permisit: & hoc pacto re infecta, vt præsagierat, reuertit in Græciam. Mirari plerosque & eos quidem graues viros arbitror, quamobrem Plato, quem mirificus Reipub. tenebat amor, & eius gubernandæ non paruum trahebat desiderium, administrandorum officiorum patriæque consulendi curam abiecisse visus sit. Verũ enimuerò cùm is singularem patriæ charitatem præ se ferret, inanem sui futuram operã animaduertit quia iam alienis ab institutione sua legibus, & irreuocando fermè ritu ciuitas ipsa consenuerat, & alia consuetudine populus obfirmatus induruerat. Interea cùm Arcades & Thebani ad deducendos Megalopolim colonos & frequentes habitatores enixè cõspirarent, Platonem per legatos obsecrarunt vt eò pergeret, eam moribus
42 ordinaturus & legibus. Quod cũ illos ab æqualitate abhorrentes cognouisset, facere neglexit, idque iure quidem ac meritò. Nã quis medicus (modò mentis compos sit) rebelli & nullis audienti præceptis ægroto sanitatis leges indixit? Idem & in Cyrenæos sensisse visus est, qui cum omni diuitiarum genere & lautitia affluentes, Platonem ad suę ciuitatis institutionem accersierent, hoc, ab eo responsum retulerunt: Difficilimum est, inquit, Cyrenæi, ciues amplissima fortuna dissolutos legibus continere. grauiter quidem & maturè, vt assolebat: mirifica nanque in eius verbis factísque comitate cõdita grauitas inerat: idque cùm reliqua illius vita declarat, scriptáq; innumerabilia, tũ verò quædã acutè ac prudẽter ab eo vel dicta vel responsa, ex quibus non nulla

nulla interseruisse iucundũ extiterit. Mirari se plerũq; dice 43
bat, quòd cũ iuuenes cura, & artificio similes hominũ bestias efficerent, nõ id potius curarẽt, ne bestiarũ similes homines euaderẽt. Philedono cuipiã Platonẽ carpenti, quòd non minus in discẽdo, quã in docẽdo studiosus ac sedulus esset, & quoad discipulus esse vellet, interrogãti: Quoad, inquit, meliorẽ atq; peritiorẽ esse me nõ pœnitebit. Demodo de filioli eruditione cõsultãti, Qualis in arbusculas plãtadas & formãdas, talis & in liberos gignẽdos instituẽdósq; cura esse debet, inquit: hîc labor, illic voluptas. Cauendũ autẽ ne in illo sopiti, in hac verò plus quàm vigiles esse videamur. Percõtãtibus quibusdã, quænã possessionũ genera filiis cõparanda præstarẽt: Ea, dixit, quæ nõ grandinẽ, non vim, nõ ipsum deniq; Iouẽ extimescerẽt. Erat inter discipulos eius lautus nimiũ, & curãdæ cuti operosus adolescẽs, quẽ subridẽs Plato rogauit, Quousq; tibi carcerẽ ędificare perges? Ad iuuenes quos ad beatè viuendũ animare nunquã desinebat, crebrò dicere solebat: Otio labores anteponite, ni rubiginẽ splẽdori præstare putatis. Cõspicatus adolescẽ 44
tẽ talorũ ludo propẽsius intẽtum, acerbius increpauit: at cùm ille sese purgaret, Pro pusillis, ait ludũ habeo: cui Plato, Pusillũ quidẽ nunc est, cæterùm mox vehemẽtissimũ futurum scitabit. Ex eo quispiã interrogabat, nũquid sua quemadmodũ & maiorũ futura essent cõmentaria: respõdit, Primò quidem comparandi nominis habenda ratio est, deinde multa obuenient. Xenocrates ad eum salutandi gratia venerat, cum Plato ob deprehensum in delicto grauiore seruulum iratus excanduerat: cui Plato, Hunc plagis, dixit, affligere, id ego ne faciam impedimento ira est. Alio subinde tempore in alterum delinquentẽ quoq; seruulũ, Ni tibi iratus essem, ait, pro tuis depexus esses meritis. Ebriis pariter, & iratis præcipere, & consilium dare consueuerat, vt suos in speculo vultus intuerentur, quò tanquã per oris deformitatem ea vitia fugitarẽt. Somnũ diuturniorẽ crebrò detestabatur, vt 45
malarum illecebrarum delictorúmque parentem, & morti perquãsimilẽ. Amico relinquẽdi ad posteros nominis anxio vel in amicis, vel inimicis tui recordationem viuere dixit. Familiaris quidã Platonis doctus sanè homo cũ orabat, vt sibi aurespaulisper accõmodaret, libellũ ab se editũ lecturo. Rogatus subinde à Platone, quænã libri esset inscriptio

Platonis dicta acuta & prudenter

respondit, Contradicendum non esse: cui Plato, Cur igitur hoc ipse factitas? Leo genere ac opibus nobilis magis, quàm clarus Athenis adolescens, magnas & immodestas in senatu vociferationes habuerat: qui cùm in cœtu carperetur, Plato dixit, Hoc est verè Leonem esse. Xenocratē Chalcedonium adolescentem adhuc sub Platone philosophiæ instituta capessentem cùm in reliqua vita nimis austerum, tum tristem semper in vultu severitatem præ se ferentem, sæpe commo-
46 nefacere solebat, vt Gratiis sacra ferret: illud videlicet significans, vt quātum naturæ defectus & acerbitas demeret, tantùm industrię diligentia & grata comitatis elegantia conciliaret. Plato quoque tradiusculū ingenio Xenocratem solertissimo & acutissimo conferens Aristoteli, scitum illud vsurpabat: Ille quidem calcari, hic autem fræno indiget: tametsi hoc ab illo dēque aliis diuulgari dictum soleat. De vtroque illud etiam Platonis dictū extat præceptoris in discipulos: Hui qualem equum, qualémque asinum iungendos assumpsi. Dionem Syracusanum reliquis in rebus magnum ac doctissimum hominem, cæterùm in suo conuictu duriorem, vt ad mansuetiores mores reuocaret, aiebat: Peruicacia non vrbium, sed syluarum solitudinisque sodalis. Cùm iuuentutem ad beatæ vitæ rationes intenderet, cùm alia permulta, tum verò illud vsu frequenter tenebat, Contrariam virtutis ac voluptatis naturam animaduerterēt: huius enim momentaneæ dulcedini perpetuam pœnitentiam, dolores & crucia tus affigi; illi contrà post breues dolores æternas post mor-
47 tem etiam delectationes adiungi. Xenocrates cuius durior vita, & mos nimiùm rigidus cēsebatur, quiddam amœnum ac risu accipiendum protulerat: quocirca mirantibus condiscipulis, Plato, Quid miramini? dixit. nónne inter carduos, & vrticas lilia plerunque ac rosas enasci cernitis? De amatore facetè iocās, Animus est, inquit, suo quidem in corpore moriens, in alieno autem viuens. Obtrectatoribus quibusdam Platonem ab Dionysio derelictum obiectantibus respondit, Imò verò à Platone Dionysiū. Interrogatus quidnam inter peritum & imperitum interesset: Quod inter medicum ægrotúmque, respondit. Principibus nullum præstantius prædiorum genus esse dicebat, quàm eorum familiaritates hominum, qui cauponari nescirēt. Potentatui perutilem ac necessariam esse sapiētiam, vt in illo quidem corpus,

pus, in hac verò animum cōstare liquēret. Dioni eius hospiti, discipulo & amico, libertati patrię & amplitudini dies noctesq; studenti, prudens illud instillabat, quod ad consequendam rerumpub. beatitudinem magis magisque conduceret: Sicut animum primo, corpus secundo, pecuniam tertio loco sapientes viri ponerent, ita & leges ipsæ pariter, & consuetudo virtutē animi priore dignitatis gradu, tum corporis vires virtuti obedientes, tertio demum honoris ordine pecuniam virtutis corporisque ministram collocare deberent. Quàm salubre & illud est, Beatissimas fore respub. si qui earum gubernationi præessent, aut sapientia præditi essent, aut sapientiæ studio tenerētur. Nec parum hoc quoq; salutare cum reliquis mortalibus, tum adolescentibus, qui ad literarum & bonarum artium studia & nominis propagationem anhelant: Improbare enim bis in die fieri saturum, & nunquam nocturno tempore iacere solum. Hæc duo si surdo præcepta non sint, quàm latè ad corporis, & animi vires sustinendas pateant, facilè intelligent. Finis nō erit si ab illo, vel sapienter, vel comiter dicta colligere voluero, quæ in eius scriptis sicuti stellæ relucent. Cæterùm exoratus sis, amplissime vir Philippe, vt hisce pauculis contentus sis, quę sicuti lectorem fastidio nō grauant, ita & iucunditatem varietate afferre queant. Agamus & reliqua. Cùm omnem fermè Platonis vitam studiosi magnis tollant in cælum laudibus, illud plerique mirantur, illum inter tot Socratis sectatores ab eo memoriæ commēdatos, ne minimam quidem Xenophontis mentionem nominatim fecisse, eius condiscipuli & doctissimi hominis, in primisq; dulcissimi, adeò vt vulgò Musa diceretur Attica. Quod & pariter à Xenophonte factitatum est, qui Platonem expressim in tot cōscriptis ab eo voluminibus ne semel quidem attigit. Aemulationis
50 tamen inter eos signa extant, quæ rectiúsne voluntas minimè syncera, vt multi putant, an laudis certamē & gloria fuerit, vt sapientissimus philosophus & modestissimus homo præceptor meus Chrysoloras iudicabat, magni viri viderint. Cęterùm Xenophon, vt operis illius inclyti, quod de optimo statu reipub. ciuitatisque administrandæ à Platone scriptum est, duos ferè libros lectitauit, qui primi in vulgus exierant, opposuit contrà mirum in modum, extollēs regiæ administrationis genus, quod Cyri disciplina, vel infantia,

Respub. quæ beatissima.

Chrysoloras.

hoc est, Pædia inscribitur: itaque volumen octo libris, non tam ad historiæ fidem, quam optimi regis institutionem, absoluit. Quo facto vsque adeò permotus est Plato, vt in libro quem de Legibus scripsit, retractãdi eius operis gratia, Cyrum Persarum regem strenuum quidem hominem, sed im-
51 peritum fuisse dixerit. Rursum Xenophon in tertio commentariorum libro, quos de Socratis dictis factísque composuit, & in Apologia, mentiri eos & ineptire asserit, qui Socratem de cæli naturæq; rationibus occultis disputãtem introducunt: eum enim tantùm de moribus, & de rebus ad bene beatéq; viuẽdum disserere solitum: quibus quidem in verbis Platonem momordit. Vterque etiam Socratis defensionem, id est, apologiam scripsit. Sunt qui simultates quoque inter Aeschinem Socrati familiarissimum & charissimum, Platonémque intercessisse ferũt, quarum causa motum Platonẽ eas dissimulasse rationes, quibus Aeschines Socratem in vincula coniectum ad capessendum fugam reuera exhortatus. Omnem autem Critoni sermonem eius tribuisse, ne scilicet ipsius nomen posteritati commendaret, aut scriptis
52 nobilitaret suis. Aristippum etiam celebris famæ philosophum, natione Cyrenæum, in Platonem inimicitia excanduisse traditur, adeò vt Plato pulcherrimum illud de animorum immortalitate volumen conscribens, cum ab suis morsibus intactum non omiserit, quòd Socrati morienti non interfuerit, cũ Aeginæ haud procul abesset. Huius generis dissensiones, vt antè dixi, odiáne an æmulationes ex laudis studio & auiditate manantes appellari debeant, sentẽtiam proferre non audeo, cùm varias agitari opiniones videam. Reliquũ est, Philippe vir ornatissime, vt de eius morte dicam. Sed vt pictores solent, ad distinguendas aliqua varietate particulas, prius insertis ornamentis superiorem vitam inaurabo, & quantus honos Platoni, dignitas, & gloria reddita sit, expositurus mihi oro benignas aures accommoda. Taceo
53 quòd orator maximus, deniq; philosophus eximius magnificis cũ adeò verbis exornauit, & principatũ attribuit, vt cũ omnibus Aristotelẽ ingenio & diligẽtia anteponeret, interiecerit, Platonẽ meũ semper excipio. Atenim Augustinuscũ omniũ doctrinarũ vbertate redundans, tum verò literarum sacrarum pugil inuictus, Platonem eiúsq; sectatores prædicat, & verè, vt dicitur, in cælum extollit, tãquam verissimos

dei

dei vitæq; beatę cognitores atq; magistros. Elegimus enim inquit, Platonicos omnium philosophorum meritò nobilissimos, propterea quia sapere potuerunt immortalem ac rationalem, vel intellectiuam hominis animam, nisi participato illius dei lumine, à quo & ipsa & mũdus factus est, beatam esse non posse: ita illud quod omnes homines appetunt, id est, vitam beatam, quenquam istorum assequuturum negant, qui nõ illi optimo, qui est incommunicabilis deus, puritati casti amoris adhæserit. Vides, excellentissime & vir & medice Philippe, & christiane homo, quantus ad Dei cognitionem verámque felicitatem adipiscẽdam dux habitus est Plato, eius hominis iudicio, qui & acumine ingenij, & magnarum rerum scientia, & vitæ sanctitate, humana diuináque perspexerit? Nec minus quod sequitur, illustris homi 54
nis etiam gloriam aperit. Inter Socratis discipulos non quidem immeritò excellẽtissima fama claruit, qui omnino cęteros obscuraret Plato: qui cùm esset Athenien sis, honesto apud suos loco natus, & ingenio mirabili longè suos condiscipulos anteiret, parum tamen putans perficiendæ philosophiæ sufficere seipsum ac Socraticam disciplinã, quàm longè latéque potuit peregrinatus est, quaquauersum eum alicuius nobilitate scientiæ percipiendæ fama rapiebat, & in Aegypto edidicit quęcunq; illic magna habebãtur. Hic ipse Plato dei vnius veri optimi imitatorẽ, cognitorem, amatorem dixit esse sapientem, cuius participatione fit beatus.
Huic igitur sectatoribúsque suis, qui verum deum & verum authorem, & veritatis illustratorem, & beatitudinis largitorem esse dixerunt, reliqui cedunt philosophi, qui corporalia naturæ principia, corpori deditis mentibus opinati sunt, vt Thales Milesius in humore, Anaximenes in aere, Stoici in 55
igne, Epicurus in atomis. Quòd cùm Aristoteles Platonis discipulus vir excellentis ingenij, & eloquio Platoni quidem impar, sed multos facilè superãs, sectam Peripateticam condidisset, nobilissimi tamen philosophi, vt idem affirmat Augustinus, noluerint se dici Peripateticos, at Academicos. Sed Platonicus adeò cognitioni veri dei, & rerum omnium creatori proximè accessisse visus est, vt illud Geneseos initiũ, vt Platonis libro deprehenderit: In principio creauit deus cęlũ & terrã, terra autẽ inuisibilis & incõposita, & tenebræ erãt super abyssũ, spiritus domini ferebatur super aquas. Quòd

cum

cum apud nostros, id est, vnius & æterni dei cultores, Platonem tanto in honore ac tanti fieri cernamus, quidnam mirum est illum apud suos singulari quodammodo zelo venerari, & eximia dignitate haberi solitum? Qua quidem in re paucula velut testimonia satis erit attigisse. Cuius nō me diocriter illa in Siciliam honorata profectio est. Allatis ab Dionysio iuniore pariter, & Italicorum philosophorum ordine literis & legatis, triremis ornatissima & grauiū, & doctissimorum hominum nobiliúmque ciuium apparata comitatu, eum Syracusas transportauit. Qui vbi littus attigit, quasi missa è cælo felicitate passim occursus habiti, & passim acta lætitia. Inde descendentem currus regio instructus apparatu, triumphantium ritu frequentissima circūuinctus corona, Platonem deuexit in regiam. Quàm honorificus in Græciam reditus? Reuersus è Sicilia Plato, cùm ad magnificentissimam illam Olympiorum celebritatem, quasi quendam orbis terrarum conuentum peruenisset, tam lætis cunctorum concursibus exceptus est, vt è cælo deus ad mortales demissus videretur. Ludos deseri, athletarum spectacula relinqui, pugiles solos omittere cerneres, & quod admirabilius est, qui tam longis terrarum marísque tractibus, passeendorum oculorum auriúmq; & animorum gratia ad Olympia venerant, omnis voluptatis obliti, Platonem adibāt, Platonem intuebantur, in Platone perinde ac amœnissimo diuersorio conquiescebant. Fac Iouem ipsum, si modò quem esse deum, nō impium ac flagitiosum hominem Iouem esse credimus, fac inquam Iouem ipsum, tum sua ad Olympia in terras emersisse, profectò non plus venerationis illi, aut honoris homines tribuissent. Gratulari Platoni plerunque soleo, cùm eius comitas, morum sanctitas, acumen ingenij, & diuina in primis scientia tanta extiterit, vt non modò viuens, sed & vita functus posteros in sui beneuolentiam, charitatem, obseruantiámque perduxerit. En quos homines, Mithridates Ponticus, rex Persarum, potentia, magnitudine animi, ingenio præstans fuit, vt qui aduersus Romanorū imperium, Syllam, Lucullum, Pompeium, fortes ac fortunatos imperatores terra marique tot annis belligerare ausus, non paruam Græciæ partem, ac insulas in potestatem suam redegerit, & duas & viginti linguas, quot nationibus imperitarit, promptè calluerit: is in Academia constitutus, viri gloria

gloria motus, statuam dedicauit, sui in Platonē monumentum & pignus amoris, egregium Sylomonis opus. idq; post Platonis obitum annos ducentos & sexaginta. Eam hunc in modum inscripsit: Mithridates Rhodoatæ filius, hanc Platonis imaginem Musis dicatam erexit. De Platonis morte, vt suprà pollicitus eram, promissa persoluo: de qua variè traditum est. Sunt qui eum in celebrādis amici nuptiis cùm quietus discumberet, iuxtà assistentibus summæ grauitatis hominibus, animam derepentè exhalasse scribant. Nonnulli ipsum in nouū quoddam morbi genus cùm incidisset, quem à corruptione pediculorum phthiriasim vocant, quo & Cornelium Syllam periisse comperio, tandem è vita excessisse. Quidam eū suo in lectulo cùm & scriberet & legeret, vno & octogesimo ætatis anno mortem obiisse memorant, cùm Philippus Alexandri magni pater Macedonibus imperabat: quo tempore Alexander Magnus annos decem natus erat. Quosdam etiam alios hoc Platonis nomine fuisse inuenio, ex quibus Rhodius vnus in philosophia clarus euasit, quem Panætij discipulum extitisse liquet. Fuit & alter Peripateticæ sectæ, quæ præcipuam disciplinis & bonis artibus curam sub Aristotele præceptore tribuit. Tertium eruditum virū Praxiphanis filium fama refert. Quartus non mediocri sermone prædicatur veteris Comœdiæ scriptor. Extant aliqua inscripta sepulchro Platonis epigrāmata, ex quibus vnū est.

Platonis mors.

Platones quatuor.

Ante alios castus, iusti quoque amoris amator,
Diuus Aristochus occubat hoc tumulo.
Si cui de cunctis magnæ est sapientia laudi,
Maiorem hic habuit, nec comes inuidia est.

Aliud est huiusmodi:

Tellus membra sinu condit moribunda Platonis,
At felix animam cœtus habet superum.
Longinqui hoc celebrant, diuina huic cognita vita est.
Clarus Athenarum ciuis Aristo erat.

Hæc sunt Philippe vir doctissime, quæ de Platonis genere scripturum me tibi pollicitus: quo pacto etiam in studiis vitam degerit, adiunxi, vt cumulatius tuæ voluntati munus elargirer. In quo si legens interdum obuersabere, tu mihi, ego tibi, præsentes esse videbimur, cùm frequētes nostræ occupationes iucundissimam nobis inuitis consuetudinem præsentiámque dissoluant, & quod initio dixi, nostræ beneuolen-

uolentiæ memoria, & amicitiæ fides hoc literarum beneficio & cuſtodia durare & ſeruare diutius poterit. Sic vtrique Vergilij illud obueniet:

Abſentem abſens auditque videtque.

Ariſtoteles.

GVARINO VERONENSI AVTHORE.

1 ARISTOTELES philoſophus ex oppido fuit nomine Stagira, obſcuro quidem per ſe, niſi quòd huius viri claritate refulſit. Patrem verò habuit Nicomachum, medicinæ profeſſorem artis. Genus primum in Machaonem Aeſculapij filium cõtinuata certiſsimáque ſucceſſione referebatur. Ipſe verò Nicomachus apud Amyntam Macedoniæ regem, Philippi patrem, & medici & amici locum obtinens, multùm & gratia & opibus in regno potuerat. Ex hoc Ariſtoteles natus eſt anno primo, vt quidam tradunt, nonageſimænonæ Olympiadis. Matrẽ quoque habuit non obſcuri generis, nomine Pheſtiada. Ariſtoteles autẽ prima ætate in Macedonia educatus, vbi adoleſcere cœpit, A-
2 thenas ſtudiorum gratia miſſus, cùm cæteris operam diſciplinis haud ſegnem dediſſet, tandem Platoni per id tempus Academiam mira diſcipulorum celebritate incoléti, in philoſophia adhæſit. Decimoſeptimo ætatis anno fuiſſe perhibent, cùm Platonem audire primùm incepit. Eius diſciplinæ viginti annis perſeuerauit auditor, nihil omittens ex his artibus, quæ ad ſummum futurum philoſophum pertinere videbantur. Erat in eo acritas ingenij ſumma, nec ſanè minor aut vigilantia, aut ſedulitas. Cupiditate verò diſcendi ita flagrabat, vt nullum diſciplinarum genus ſibi incognitum pateretur. Itaque non in vtraque modò philoſophia præſtitit, ſed in dialecticis & mathematicis longè primus habebatur. Nec in his tantùm, ſed & poeſeos perfectam quandam cognitionem adiunxerat. Hiſtoriæ verò ita curioſus,

rioſus, vt neque cælo, neque terra, neque mari quicquam relinquere vellet incognitum. Indole præterea mirabili, 3
vt ad ſingula natum præcipuè dicas, vt & carmina ab eo pulcherrimè ſcripta, & ſolutæ orationis copia ornatúſque oſtendit. Mortuo Platone ad Hermiam Atarnei tyrannum profectus, triennio ferè apud illum deſedit. Hanc eius moram nonnulli obtrectatores vehementer carpſere, quaſi parum philoſopho congruentem: lacerántque hoc in loco maximè pro ancillæ cuiuſdam amoribus penè inſanis, quorum gratia illum deſediſſe apud Hermiam quidam ſcripſere. Extátque in eum epigramma nobile Theocriti Chij, amariſsimis ſanè verbis obſcœnitatem, & deſidiam illi exprobrantis. Sed hæc omnia, vt falſa & ab obtrectatoribus ficta exiſtimem, facit quòd mox inde protinus in Macedoniam euocatus à Philippo, & aliis rebus auctus honeſtatúſque eſt, & Alexandro filio in diſciplinam trãdito, maximam authoritatem in regno promeruit. Nam illuc quidem adduci 4
non poſſum, vt exiſtimem hominem minus integra fama, in eo ipſo tempore à præſtantiſsimo rege, aut tantopere appetitum euocatúmque, aut vnicum tantæ ſpei filium huic potiſsimùm creditum. Et ſimul à Demetrio Magneſio ſcriptum reperio, neceſsitudinem quãdam Ariſtoteli cum Hermia fuiſſe, quòd eius neptem in matrimonio haberet, eóq; veluti officio retentum penes illum fuiſſe. Sed poſtquam in Macedoniam rediit, honore ac dignitate longe primus habebatur, vt admiraretur eius ſapientiam rex, quaſi decus ingens regni ac felicitatem ſuorum temporum æſtimaret. Apparet id in epiſtola Philippi, quam ad Ariſtotelem de Alexandro ſcripſit: Diis, inquit, gratias habeo, non tam proinde quia natus eſt, quàm pro eo quòd naſci contigit temporibus vitæ tuæ: ſpero enim fore, vt educatus eruditúſque à te, dignus exiſtat & nobis, & iſtarum rerum ſuſceptione. Decem fermè annos circa Alexandrum fuiſ- 5
ſe videtur, nec tamen in eo ſolùm occupatus, ſed & per id tempus multa per ſeipſum, multa & per regis potentiam inquirens, occultiſsima naturæ indagabatur. Alexandro deinde in Aſiam cùm exercitu profecto, ipſe Athenas rediit, & ſui copiam in Lycæo exhibere cœpit, Xenocrate per id tempus Academiam obtinente. Docebat verò inambulans plerunque, auditorum turba circunfuſus, ex quo ipſe

ſectato

Peripatetici vnde dicti.

sectatorésque eius Peripatetici philosophi nuncupati sunt. Sunt tamen, qui tradãt partem illam gymnasij in qua docebat, peripatum, id est, deambulatorium fuisse: itaque vt Academici Stoicíque à loco dicti sunt, sic etiam Peripateticos de loco ipso cognomentum suscepisse. Tredecim annis in Lycæo florentissimè docuit, cõplurésque sua disciplina clarissimos viros effecit. Tandem verò communi illa philoso-
6 phorum inuidia, quòd non recta de diis sentiret accusatus, metuens ne vt quondam Socratis, sic & sibi in iudicio pereundum foret, Antipatri quoque amicitiam, qui tunc Athenienſibus odiosus erat, ne sibi noceret formidans, deserta sui defensione, Chalcidem abiit, ibíque de cætero fuit quoad è vita decesit. Nunc verò quoniam cursu quodam celerrimo præteruecti, spatium illius vitę conspeximus, flectenda iterum ratis est ad mores eius viri, & domestici vsus quasi figuram disciplinámque, & librorum ab eo scriptorum multitudinem intuendum. Formæ quidẽ fuit haudquaquam conspicuæ, duobus tamen præcipué dehonestabatur, gracilitate crurum, & pusillitate oculorum. Itaq; quò dignitatem quandam redimeret aduersum corporis vitia, & vestitu paulò insigniori vtebatur, & anuli digitos honestabant, & tonsuram cæterúmq; corporis cultum de industria adhibebat, cùm ta-
7 men reliqua in vita modestissimus esset. Mores autem in eo graues, & ab obscœnitate ridiculóq; alieni fuere, cæterũ mites, & qui benignitatẽ potius haberent, quàm præ se ferrent. Extat eius humanitas atq; dilectio in patriam, in suos, in familiam, in discipulos, in omne deniq; genus hominum quam paulò pòst singulatim prosequemur. Patrimoniũ fuit illi satis amplum, cùm ex hæreditate paterna, tum ex regum largitione. Nam & prędia in Stagiris habuit, & redditus, ex quibus modestè simul liberalitérq; vitam duxit cum vxore, filiis & amicis. Plenam illius domum seruis fuisse, nec maribus modò, verumetiam fœminis, testamento eius apparet: memorat enim permultos vtriusq; generis: deinde mandat neminem venundari eorum, qui sibi seruiuerint, sed liberos
8 dimitti, quibusdam tamen in seruitio filiorum vxoríſq; nominatim relictis. Vxores verò habuit duas, Phitaida scilicet & Herpilidem: quarum Phitaida alij filiam, alij neptem Hermiæ Atarnei, de quo suprà diximus: Herpilidé verò pleriq; ancillã eius fuisse tradidere, mortuáq; vxore prima, consuetudine ab ea recepta, mox procreatis filiis, pro vxore habitã. Ex hac Herpílide Nicomachus fillius illi natus est, ad quem sunt Ethicorũ libri, & filia Nicanori deponsata. Stagira vrbs à Philippo euersa, vt restitueretur ab rege obtinuit, legésq; & formã reipub. ipse descripsit, qua postmodum ea ciuitas vsa est, habuítque licet absens diligentissimam patriæ curam. Ciues autem ob hæc merita rã to in honore illum habuere, vt festos dies & ludos quotannis etiam eo viuente faciendos illi publicè dedicarent: festa ipsa celebritas Aristotelia nuncupata. Et in patriam quidem hæc illius beneficia extant. In suos verò ac necessarios tanta charitate beneuolentiáque fuit, vt pene superflua atque nimia illius obseruantia videatur. Nicanore genero ægrotante pro eo vota fecit, si incolumitatem reciperet, statuas se duas, alteram Ioui seruatori, alteram Iunoni sospitæ dedicaturum. Discipulis verò multùm detulit, amauítque vnicè, præsertim eos qui excellere visi sunt. Extãt eius in Theophrastum permulta charitatis amorísque indicia, & illud in primis, quòd ipsum licet imparem genere, tamen generum sibi testamẽto designat, si quid Nicanori contingeret, propter quod alteri filia tradenda foret. Cu 9
ram verò omnem filiorum ac rerum suarũ, arbitrio fideíq; propinquorũ, discipulorúmque commisit, Antipatro dũtaxat ob honnorem adiecto. Callisthenem verò vsqueadeò amauit, vt aduersus Alexandrum regem grauissimas inimicitias pro eo suscipere non dubitarit. Fuit autem Callisthenes Aristotelis discipulus, necessitudine etiam quadam materna stirpe sibi coniunctus, excellentissima disciplina iuuenis. Hic ad regem ab Aristotele missus, cùm in Asiam
illum prosequeretur, quasi Hermolai cõiurationis author 10
ab Alexandro interfectus est. Atqui constat falsò obiectũ illi coniurationis crimen: cæterùm odiosum faciebat regi nimia in disputando libertas, & contentionum pertinacia quã ob causam interfectus ab illo putatur. Tulit igitur huius necem perindignè Aristoteles, nec verbis querelisque liberioribus pepercit. Hinc & regis infensio sequuta est non latens neque obscura. Itaque ad Antipatrum scribẽs Alexãder, cùm huius coniurationis mentionem feciſſet, sese exacturum pœnas minitatur non à Callisthene modò, verumetiam ab his, qui illum ad se misissẽt, de Aristotele nõ dubiè

Aristotelis celebritas.

sentiens: missáque per idē tēpus ab Alexandro dona Xenocrati amplissima fuerunt, nō tā vt illum honoraret, quàm vt Aristotelem ab se præteritum despectúmque ostenderet.

At Aristoteles posthac celatim fauisse Antipatro, quò regnū Macedoniæ retineret, existimatus est. Tēpora quibus
11 Athenis fuit inquieta porrò, difficiliáq; fuere ob timorem Alexandri post Thebas euersas ciuésque expostulatos, mox ob Antipatri suspiciones atque certamina. Quo quidem tēpore principes illi oratores Demosthenes, Hyperides, Demades, Aechines, diuersa in repub. sentientes crebris turbulentísque concionibus omnia commiscebant. Tutus tamen inter has procellas Aristoteles fuit vsque ad Antipatri tempora, qui Alexandro defuncto, Macedoniq; potitus est regno. Tunc ab Eurymedōte die sibi dicta cùm in iudiciū vocaretur, defensionem primò aggressus est, orationémq; pro se quā diceret iudicialē perscripsit: mox veritus iudiciū imperitiam & accusatoris gratiam, deserere iudicium ante diem constituit. Ita Chalcidem fugiens ibi posthac fuit, non solùm vxore & liberis, verumetiam auditoribus pleriísque eò se transferentibus. Discipulos verò habuit com-
12 plures: quorū præcipui Theophrastus, & Menedemus, & Aristoxenus, qui postea Musicus cognominatus est. Nam Calisthenem omnibus præcellentem violentia regis abstulerat. Theophrastus & Menedemus principes relicti, & quidem ex ipsius sententia iudicióq; summo. Fertur enim cùm ad extremum vitæ spatium ægrotaret, ac iam desperata salus esset, coiuisse ad eum discipulos, atque rogasse quandoquidem ipse in periculo vitæ foret, & humana fragilia atq; incerta, iam inde eum sibi in doctrina præficeret, quem ipse maximè omnium probasset. Tum Aristoteles cùm ante
Gell. lib. 13 Cap. 5. obitum id se facturum polliceretur, haud multò pòst vinū se cupere inquit, aut Lesbium, aut Rhodiū iussitq; vtriusq; poculum sibi afferri. Cúmq; illa vicissim delibasset, Le-
13 sbium, inquit, hoc perquam suaue est & amœnum, Rhodiū & hoc probandum & bonum. Quo quidem facto nemini dubium fuit, quin Theophrastum & Menedemum suo iudicio anteferret, quandò alter Lesbius erat origine, alter Rhodius. Hoc eius iudicium persapiens & cautum pro vitanda cæterorū discipulorū inuidia fuit, dixit enim quodā modo, & nō dixit. Nec tamē ea cautela vitare potuit, quin

aliqui perinde quasi non rectè spreti ab eo atque posthabiti offenderentur, quorum vnus Aristoxenus esse videtur, vt Postea scriptis eius deprehensum est. Hic Aristoxenus genere fuit Italus, patria Tarentinus, & propter excellentiam eius artis Musicus cognominatus. Migrauit autem è vita Aristoteles anno ætatis LXIII, post Romam verò conditam quadringētesimo secundo: eodémq; ipso anno Demosthenes orator Athenis profugus in Italia, & Aristoteles Athenis profugus in Eubœa diem obiere. Nec defuit ab Aristotelis obitu veneni suspicio: sed & fama fuit, & mandarunt quidam literis, potato illum aconito voluntariè inte- 14
risse: quod falsum est. Quid enim opus fuit solum vertere, & Athenis fugere, si voluntariè erat obiturus? An non vt in Eubœa, sic Athenis potare aconitum, & finire vitam licebat? Arguit præterea testamenti series in Eubœa conditi, quæ alienā protinus à voluntaria morte conspicitur. Sic enim incipit: Erunt oīa rectè, si tamē quidcōtigat, Aristoteles testamentū suū in hūc modū fecit. Hoc autē principiū quis nō videt non desperantis, esse hominis sed vitā affectātis? cū etiā omes vitet moriendi, & rectè cūcta fore dicat si vita superfit. Cùm illis ego sentio, qui morbo interisse illum tradidere, qui & plures sunt, & certiores authores. Hęc de moribus eius, vsúque domestico retulisse satis esto. Non enim hęc tam in philosophis spectanda sunt quàm studia eorum
præclarámque disciplinam intuendum, de quibus iam di- 15
cere ordiemur. Viuo ādhuc Platone in multis ab eo distare cœperat, nec deerant planè iam, qui Aristotelem sectarentur: nec tamen in summa rerum inter eos quidem philosophos contrarietas esse putatur aut dissensio. Eadem enim sectari videntur Academici veteres ac Peripatetici, à Socratis Platonísque disciplina ambo fluentes, eandémq; de virtutibus & moribus, de bonis & malis, de natura rerum, de immortalitate animorū, opinionē habentes. Itaq; ingenere quidem ipso, & summa rerū nequaquā inter illos discrepantia est: in particulis verò & mediis quandoq; distare illos aduersaríq; apparet. Fuit enim Plato vir singularis quidem ac præcellens, multarum ac variarum rerū scientia præditus, eloquentia verò tanta, vt supra hominem sese attollere illius eloquiū videatur: cæterū traditiones interdū tales sunt, vt allensupotius bonę mētis quā probationis

necessitate nitãtur. Nã de natura animi ipsũ úsque transmigratione discessionéq; in corpora, permulta traduntur ab illo prolata magis hominibus quàm probata. Et in optimo ciuitatis statu constituendo ea nonunquam sentit, quæ ab hoc nostro vsu cõsuetudinéque viuẽdi plurimùm abhorrent Mulieres enim communes omnium esse cẽset, quo nihil inexplicabiliu s cogitari potest: filios verò ita incertos, vt nemo neque suos, neq; alienos queat agnoscere. Patrimoniorũ autẽ iura sustulit, atq; omnia omniũ comunia esse voluit. Contra hęc igitur & huiusmodi renitens Aristoteles cùm probabilem aduersandi materiam nactus esset, etiam viuo Platone sectatores reperiebat. Præterea doctri
17 na Platonis varia est, & incerta: Socrates enim vbique inductus, nullo disciplinarum ordine, quasi à carcere ad calcem discurrit, sed modò hoc, modò illud pro arbitrio agit, & indisputando non tam quæ ipse sentiat dicere videtur, quàm aliorum sententias dictáqne refellere. Aristoteles verò & cautior in tradendo fuit (nihil enim aggreditur quod probare non possit) & moderatior in opinando, vt hæc quæ in vsu vitáque conuersantur adiuuare, non aliena & abhorrentia, & nunquam profutura, meditari illum appareat,. Adhæc ipsis in rebus explicatio serioſa atque perdiligens, vt siue Logicæ, siue Physicæ, siue Ethicæ tradat præcepta continuata vbique doctrina sit, & ab ipsis primordiis rerũ ad finem vsque perducta scientia, tanquam pater diligens, qui non solùm genuisse filios, sed per pueritiam adolescentiámque educatos non prius deserat, quám continuato di-
18 ligentiæ studio in viros traduxerit. Hæc autem continuatio diligentiáque doctrinę in Platone non fuit, siue ille non putauerit oportere, siue noluerit, siue ista parua minutáq; & quasi disciplinarum elementa contempserit. Itaque illius libri perfectis iam robustísque disciplina hominibus aptiores sunt, teneros verò instituere non satis possunt. Aristoteli verò permultùm debet humanũ genus, quòd disciplinas ante se variè dispersas, in vnum quasi corpus singulas redigere dignatus est. Itaq; discere qui volunt, hunc amplectantur oportet: cuius libri ita scripti sunt, vt & paruulos instituere, & mediocres alere, & robustos exercere, ac perficere voluisse illum appareat, ac omnis ætatis nostræ curam cogitationémque suscepisse. Nec philosophiæ solùm, quan

quanquam in illa eminet, sed aliarum quoque artium, siue facultatum curiosissimus fuit. Nam & rhetoricam artem pluribus voluminibus, omnémque illius vim, naturam, ornatúmq; explicuit, & de poetica multa perscripsit & vtriusq; harũ studiosissimus fuit. Exercuisse verò in eloquentia iu 19
uenes, ac postmeridiano tempore præcepta dicẽdi tradere, ac sapientiam cũ eloquẽtia miscere, instituisse constat. Idq; fecisse tradunt Isocratis rhetoris gloria permotũ, qui cùm longè à scientia foret, discipulis tamen abundaret, famáque de illo magna circunferretur, dixisse Aristotelẽ ferunt, Per absurdum esse tacere se, cùm Isocrates loquatur: atque ita docere eloquentiam auditores suos cœpisse. Ipse certè quę scripsit, omnibus dicendi ornamentis, figurisque refersit, quod in libris eius manifestè apparet. Expertus sum apud quosdam doctos viros, græcarum tamen literarum ignaros, fidem non fieri assertione mea, dum Aristotelis eloquẽtiam commẽdo: quippe adulterinas huius philosophiæ trãslationes lectitare soliti, intricatum quendam & obscurum & inconcinnum arbitrantur. Sed non sunt illi Aristotelis 20
libri, nec si viuat ipse suos dici velit, sed meræ translatorum ineptiæ. Ille politissimus scriptor esse voluit, & quod voluit curauit, & quod curauit assequutus est. Verùm quia verba fidem non faciunt mea, M. Tullij Ciceronis ac cedat authoritas: cui enim hi de eloquentia iudicanti credent, si M. Tullij iudicio non credent? Liber est Topicorum M. Tullij ad Trebatiũ, in eius libri procœmio ita scriptum est: Sed eò magis reprehẽdẽdi sunt, quòd non solùm rebus iis, quæ ab Aristotele dictæ & inuentæ sunt, allici debuerant ad eum perdiscendum, sed & dicendi incredibili suauitate & copia. In libro autẽ primo de Finibus bonorum & malorum inquit: Credo te minus delectari ab Epicuro, qui hæc Aristotelis & Theophrasti ornamenta dicẽdi contemsit. In primo ergo incredibilem suauitatem & copiam, in secundo autem ornamẽta dicendi Aristoteli tribuit. In 21
epistolis autem ad Lentulum. Scripsi inquit, de Oratore libros tres, quos Lentulo nostro puto fore non inutiles: abhorrent enim à communibus præceptis, atque omnem veram Aristotelicam & Isocratæam rationem oratoriam cõplexi sunt. In epistolis verò ad Fannium ita scripsit: Meus autem liber totum Isocratis myrothecium, atque omnium

Pro Aristotelis eloquentia Ciceronis testimonium.

discipulorum eius arculas, ac nonnihil & Aristotelica pigmenta consumpsit. In rhetoricorum autē secundo ita scribit: At veteres quidem scriptores huius artis vsque à principe illo & inuentore Ctesia repetitos, vnum in locum conclusit Aristoteles, & nominatim cuiusque præcepta magna conquisita cura perspicuè adscripsit, atque enodata diligenter exposuit ac tantùm inuentoribus ipsis suauitate & breuitate præstitit, vt nemo illorum præcepta ex ipsorum libris cognoscat, sed omnes quicquid illi præcipiũ, tsi velint intelligere, quasi ad quendā multò commodiorē explicatorē
22 reuerantur. In primo quoq; ad Herenniũ libro de arte Rhetorica loquens, sic inquiq: Aristoteles autē qui huic arti plurima adiumenta atque ornamenta subministrauit. Permulta huiusmodi doctissimorum hominum testimonia de Aristotelis eloquentia reperiuntur, quæ referre nunc prolixũ sanè negotium esset. Desinant igitur isti ex infantia sua Aristotelis facundiam metiri: nam qui eorum qui ætate nostra philosophos se haberi volunt, primas literas tenēt, rapti de Grammaticis immaturi & rudes, & pleni adhuc puerilium tenebrarum, ad ea properant audienda, quorum nec verba nec significata intelligũt, ac rerum ipsarum vix vmbram quandam intuentur. In Aristotele verò perfecta sunt omnia: nam & in literis quantùm nemo alter elaborauerat, & poetas cunctos diligentissimè nouerat, & totus interdũ scaturit verbis, & oratorum neminem eorum, qui ante se fuerant præteriuit: & præcepta dicendi quàm exactè tenue-
23 rit, libri eius Rhetorici declarant. Diligentiam verò scribendi eius illa minutissima probant, quòd pedes ac numeros non inversu modò, veeùm & soluta in oratione seruandos censuit. Itaque dactylum & tribrachum reiecit, quasi nimiùm elatos pedes, & altius excogitatam orationem reddentes: rursúsque iãbos & trochæos, quasi nimiùm depressos. Probauit autem pæona maximè, qui est duplex: aut enim ex lõga, quam tres breues subsequuntur, aut ex tribus breuibus & longa postrema, quorum alterum principiis, alterum clausulis assignauit. Extant eius libri rhetorici cõplures, in quibus non modò ipsum studuisse eloquentiæ, verùm & alios docere voluisse apparet. In quibus dijboni, quanta obseruatio est, quàm trita ac perdiligens præceptorum traditio, quàm accurata rerum ad eam artem pertinentium

entium euolutio. Atque ego libenter quærerem ab his qui 24
Aristotelem non credunt eloquentem fuisse, vtrùm non curauisse illum dicant, vt eloquens esset, an non fuisse, licet curauit, eloquentiam consequutum. Primùm non curauisse quidici potest, cùm tanta volumina de ea arte perscripserit? assequutum verò tanto studio eloquentiam non fuisse tam excellēs ingenium, nimis stulti atque insipidi est existimare: & adsunt testimonia eloquētissimorum virorum, illius facundiam miris laudibus extollentium. Equidem nisi prolixitatem nimiùm vererer, infinita penè ex illius libris recitarem, in quibus & artificium dicendi summum, & cuncta verborum sententiarúmq; ornamenta inesse ostenderem. Sed hoc satis, ad reliqua transeamus. Libros autē vsqueadeò multos perscripsit, vt non solũ legendo, verumetiam enu- 25
merando fatigare auditorem possint. Non enim tantũmodo scripsit, quę nunc inter manus versantur, sed longè plura, quæ deperdita sunt. Scripta verò eius, licet multiplicia variáq; fuerint, tamen ad gerera quatuor reduci possunt. *Aristotilis opera quæ drifariam diuisa.*
Eorum pars, eloquētiæ suasionisq; rationem cõplectitur. Altera ad ciuilē moralémq; pertinet disciplinam. Tertia disserendi præcepta continet. Quarta verò secreta naturæ ac rerum occultissimarum causæ rationésque explicātur. Atque in illo quidē genere quod primum à nobis positum est, artes eius rhetoricæ nominantur, pluribus libris ac diuersis voluminibus explicatæ. In eodem genere collocāda sunt illa quæ de Homericis quæstionibus sex libris explicuit, & quæ de arte poetica libris duobus, & quæ de elocutione poetarum libro vno, & quæ de poetis libris tribus, & 26
quæ de tragœdiis libro vno. Addo etiam huic generi cohortationes atque epistolas, quas ad Philippum, quas ad Alexandrum, quas ad Olympiadē, quas ad Hephestiona, quas ad Antipatrum misit. Adde versus ab eo factos, & orationē iudiciaria pro se scriptam. Morales quoq; atq; iuiles permulti ab eo scripti libri. Nam & ad Eudemum libri de moribus octo, qui & nunc extant, & Magnorum moralium libriduo, & ad Nicomachum libri decem, in quibus profectio eius discipuli inesse putatur. Præterea Oeconomicorum libri duo, Politicorum libri octo. Iis addantur hi libri in quibus sunt ab eo mores & instituta centum quinquaginta-octo ciuitatum, multa cura magnáq; diligentia perscript.

Præterea de iustitia libri quatuor. De gubernatione reipublicæ duo. De voluptate liber vnus. De summo bono libri
27 tres. De regia gubernatione liber vnus. Prouocatiui ad virtutem libri duo. Ad leges Platonis libri tres. Ad rempub. Platonis libri duo. De legibus libri quatuor. De diuitiis & opulentia liber vnus. De precatione & voto liber vnus. Iam verò in duobus reliquis generibus, quorum alterum in differendi iudicandique ratione positum diximus, alterum in secretorum naturæ peruestigatione, quammulti eius libri adhuc extent omnes scimus, quammulti verò amissi atque perditi sint in vtroque illorum genere, operosum sanè negotium esset in præsentia referre atque connumerare velle. Traditur quippe libros supra trecentos ab se scriptos reliquisse, horum pro multitudine pauci extant, sed credo optimi atque probatissimi.

Carolus Magnus.

DONATO ACCIAIOLO AVTHORE.

1 CAROLO Francorum regi, cui postea ex magnitudine rerum gestarum Magno fuit cognomen, patrem fuisse tradunt Pipinum regem, qui primus in Francos (sicuti quidam scriptores memoriæ prodidere) liberam dominandi potestatem habuit, cùm superiores Francorũ reges angustis conditionibus sepți, ea lege viuerent, vt magis nomine & inani titulo, quàm dignitate regia potirentur. Nam opes ac potentia regni, & omnium rerum administratio ad præfectos regiæ domus (sic enim eos vocitabant) communi consensu deferebatur. Hi domi militiæque summam potestatem habentes, populos pro suo arbitratu regebant, de omnibus cõtrouersiis decernebant, præmia pœnásque constituebant. Quibus fiebat, vt postha
2 bitis regibus hi soli essent qui in summo honore haberentur. Hunc verò magistratum qui apud Francos amplissimus habebatur, consequi non poterant nisi præcipua nobilitate

bilitate viri, & qui regibus essent necessitudine aut propinquitate coniuncti. Pipinus igitur hac dignitate, quam veluti hereditariam à patribus suis acceperat, multis annis egregiè functus, maximam sibi apud omnis generis homines tũ famam, tum beneuolentiam comparauit: quibus postea factum est, vt cùm Franci ac Ro. pontifex Hildericum regem à dominatione velut inutilẽ semouissent, hunc potissimùm deligendum putarent, cui communi sententia regnum decernerent. Sic igitur Pipinus authoritate pontificis & Francorum decreto plena dominandi potestate susceptа, reliquam deinde vitam publicis pariter ac priuatis rebus egregiã duxit. Regnauit annos quindecim, cuilibet superiorum regum belli pacisq; artibus & gloria par. Huic successere 3
superstites filij duo, Carolus, & Carolomanus, eque regno inter se partito. Sed non multò pòst defuncto Carolomano, Franci eam regni partem quam ille possederat, Carolo fratri detulerũt, cuius vitam & mores & res egregiè gestas literis mandare constitui, vt memoriam tanti viri, támque præclarè de nostra patria meriti, quantùm ego possem, ab obliuione hominum atque à silentio vindicarem. Primùm igitur (vt à rebus gestis narratio nostra exordium sumat) satis exploratum habemus, Carolum regem extẽplo post Pipini obitum aduersus Aquitanos bellum gessisse. Aquitania *Aquitaniæ situs.*
pars Gallię est, quæ antiquorum descriptione, à Garumna flumine ad Pyrenæos montes, & ad eam partem Oceani, quæ ad Hispaniam pertinet, spectat, inter occasum solis & septentrionem. Hanc prouinciam Pipinus superato Vaifa- 4
rio duce: post longum bellum ditioni suæ penè subiecerat. Deinde Pipino Vaifarioq; sub vnum propè tempus defunctis, Hunuldus vir potens, ex eorum morte (vt plerũque fit) occasionem nactus bellum quod antea penè confectum videbatur, renouauerat, iámque ferè Aquitaniam totam ad defectionem compulerat. Carolus verò vbi hæc quæ in Aquitania gerebantur cognouit, nullam moram interponendam ratus ingenti celeritate exercitu comparato, obuiam Hunuldo progreditur. Primo aduentu conatus illius facilè reprimuntur, nec multò postea commisso prælio, Carolus hostem superat, exercitum fundit, fusum persequitur, nec prius victoriæ modum imponit, quàm Hunuldum ex omni Aquitania pulsum, in proximam regionem quam nunc Vas-

sconiam vocant, compelleret. Lupus qui huic prouinciæ do
minabatur, propinqui ac familiaris viri misericordia mo-
tus, Hunuldum ad se fugientem comiter hospitaliterque ac
cepit. Euenire enim solet, vt principum afflictæ fortunæ
5 facilè eorum opes ad misericordiam alliciant, qui sunt in si
mili dignitate ac potentia constituti. Verùm Carolus cùm
non minorem victoriam in capiendo hoste, quàm in subi-
genda Aquitania colloquatam putaret, traiecto Garumna
flumine, ac exercitu propius admoto, legatos ad Lupum mi
sit, qui dicerent, vt nisi Hunuldum hominem infestum no-
mini Francorum quamprimùm ad se adduxerit, se eum ho-
stis loco habiturum. Lupus his mandatis vehementer com-
motus, ac veritus ne potentissimum regem totámque belli
molem quam sustineri non potuisset, in se vnum conuerte-
ret, salutare sibi ac gratum Carolo consilium cepit, Nul-
la enim interposita mora, Hunuldum simul & seipsum vnà
cum prouincia Caroli potestati permisit. Sic igitur Caro-
lus in Aquitania compositis rebus bellóque citius omnium
opinione confecto, cùm victore exercitu in regnum reuer-
titur. Post Aquitanicum bellum Hadrianus Rom. ecclesiæ
6 pontifex à Desiderio Longobardorum rege vehementius,
quàm vires suæ paterentur oppressus, cùm propriis præsidiis
ecclesiæ statum tueri non posset, oratores ad Carolum mi-
sit, qui multis precibus eum rogarent, vt Rom. ecclesiæ in
summo periculo constitutæ opem & auxilium ferret, ac Pi
pini patris Carolique Martelli, qui olim in Italia aduersus
hanc nationem egregiè pugnauerant, memoriam renoua-
rer. Carolum multæ res hortabantur quare, pontificis defen
sionem suscipiendã, & Longobardorum audaciæ quacunq;
ratione occurrendum putaret. In primis quòd non ignora
bat caput Christianæ fidei rem Romanã esse, eique tam gra
ui bello laboranti non subuenire, turpe simul ac periculosũ
esse censebat. Indignabatur præterea quòd barbaræ gentes
tandiu in Italia regnarent, & à maioribus suis sæpe præ-
7 liis victæ nondum contineri possent, quin pontificibus Ro
manis contra ius fásque vltro bellum inferrent. Quare his
rebus antequam vlterius augerentur Longobardorum vi-
res, quàm primùm occurrendum ratus, legatos ad Deside-
rium mittit, qui eum hortentur vt finem iniuriis faciat,
ab armisq; discedat, ac omnia oppida quæ aut vi occupata
essent

essent, aut spontè ad eũ defecissent, pontifici Rom. restituat
Hęc si fecerit, sibi perpetuã gratiam atqi amicitiam cũ eo fo
re polliceatur: sin verò, quod facturus videbatur, mandata
neglexerit, ei suo nomine bellum indicãt. Dum legati pro
ficiscuntur, interim Carolus non segnius quàm si hostes in
Gallia essent, exercitum parat, nullam proficiscendi morã
facturus, si Desiderium regem perseuerare in bello cogno-
uerit. Hæc expeditio per omnem Galliam vulgata adeò gra
ta cunctis Francorum populis erat, vt iam palàm vocifera- 8
retur, maturandum in Italiam esse, toties à se victam Lon-
gobardorum gentem vires resumere, conditiones acceptas
negligere, semper bella ex bellis serere, itaq; nũquam quie
turãi nisi eorũ nomẽ penitus deleatur. Sic igitur omniũ ani
mis in expectationẽ belli erectis, legati à Desiderio redeunt
nuntiantes omnia ibi hostilia esse regem maius quàm antè
bellum moliri: & quantùm coniectura assequi possunt, nun
quam iniuriis finem facturum, nisi cùm sibi vires & arma
ad inferendam iniuriam desint. Carolus his rebus vehemen
ter commotus, maturandum sibi existimauit, ne antè Ro.
pontifex opprimeretur, quàm ei ferre subsidium posset. Ita-
que re frumentaria cæteriscque ad bellum necessariis, quàm
celerrimè potuit comparatis, magnis itineribus in Italiam
contendit. Sed multa huic suæ festinationi aduersabantur,
montium altitudo, locorum angustiæ, & penè inuij saltus, *Carolus cõtra Desiderium prosiciscitur.* 9
per quot miles onustus armis & impedimenta exercitus du
cenda erant. Accedebat quòd Alpium iuga præsidiis hostiũ
tenebantur. Miserat enim Desiderius qui occupatis oppor-
tunis locis, quantùm possent Francorum transitum prohi-
berent. Hæc cùm ita essent, Carolus tamen non ignarus,
res præclaras, labores maximos, maxima quoque pericula
sequi, suos hortatur, vt quoad locorum angustię patian
tur, seruatis ordinibus ire ad hostem pergant. Appropin-
quanti Alpium iugis nuntiatum est, hostes relictis angustiis
se in planum recepisse, seu metu perteri tos, seu quia tutius
faciliusque esse arbitrentur descendenti ab Alpibus Carolo
cum omnibus copiis confestim occurrere. Vix ad Deside-
rium perlatum erat Francorum exercitum post paucos dies
in Italia fore, cùm Carolus superatis iam Alpibus, in agrum
Taurinum descendit, vbi primùm Annibalem Carthagi-
nensem Alpes transgressum cum omnibus copiis constitisse

tra

tradunt. Eo in loco Carolus paucis diebus refecto milite, cùm per exploratores præmissos certior factus esset Desiderium regem prope Versellas castra habere, ac ibi cum ingenti exercitu suum aduentum expectare, nihil vltrà differendum ratus, ex Taurinis mouit, atque continuatis castris in agrum Vercellensem peruenit. Erat Carolus virtute militum & rei militaris peritia longè superior, multitudine verò ac numero hominum à Desiderio vincebatur. Cùm propè in conspectu exercitus essent, facta vtrinque potestate pugnandi, prælium commisere. In ea pugna superati Longobardi in fugam vertuntur, magna parte suorum amissa. Desiderius postquam suos passim fusos fugatosque conspexit, citato gradu Papiam, quæ caput regni erat, cum paucis militibus petit. Nec segnius Carolus, priusquam se hostes ex terrore fugáque reciperent, regem persequutus, in agrum Ticinium exercitum ducit, extemplóque omnibus copiis
11 ad mœnia regiæ vrbis admotis, tentat si primo impetu capi posset. Vbi id parum processit, consiliisque ab oppugnanda vrbe ad obsidendam versis, sub ipsis mœnibus castra locat, subsidiaque firma, ne qua eruptio fieri posset, portis apponit. Cæterùm cùm satis constaret Desiderium regem priusquam deditionem faceret, paratum esse etiam vltima experiri, Carolus parte copiarum ad obsidionem relicta, ipse cum reliquo exercitu ad transpadanos contendit. Ibi ciuitates permultæ audita fama virtutum suarum, rebúsque prospere gestis, certatim ad eum deficiunt. Sed quod in primis ei gratissimum fuit, filij Carolomani qui exemplo post mortem patris malo consilio temeritatem matris sequuti, ad Desiderium regem pefugerant, spontè in sua castra venerũt ac se suaque omnia potestati Caroli permiserunt: à quo benignè excepti, magnóque affecti honore, etiam in posterũ
12 filiorum loco habiti sunt. Post hæc Carolum cùm studio salutandi Pontificem, tum desiderio visendi celeberimum beati Petri templum Romam profectum, ac incredibili honore ab Hadriano susceptum, post paucos dies ad obsidionem rediisse comperio. Erat obsidio vehemens, & frumenti cum summa caritate inopia, sedendóque expugnaturos se vrbem spem Franci habebant. Oppidani è contrario infestis omnibus viis, per quas cõmeatus ex proximis locis subuehebãtur, diffidebãt inopiam diutius ferre posse, rem tamẽ quantùm pote

Poterant producebant, beneuolẽtia alij, alij metu Desiderij regis compulsi. Postremò spe quoque non solùm cibo deficiente, cùm famem vlterius tolerare nõ possent, sexto mẽse 13 *Desiderius à Carolo captus*
quam obsideri sunt cœpti deditionem faciunt. Capitur Desiderius vnà cum vxore ac liberis, quem vltimum Lõgobardorum regũ in Italia regnasse tradunt. Tunc enim summo beneficio Caroli Italia se primùm erexit, quæ antea diutius quã victricem omnium gẽtium prouinciam decuit, barbarorũ immanitate oppressa iacuerat. Nam postsedem Romani imperij Byzantium translatã, Gotthi primi barbarorum, diuersis deinde temporibus Hũni, Vandali, Heruli, postremi omnium Longobardi, veluti in vacuam possessionẽ ruẽtes, Italiam inuasere. Eam gentem tradit fama ab Oceano Germaniæq; vltimis oris, vnde illis haud dubiè origo fuit, nouas quærentẽ sedes in proximas regiones trãsisse, ac Vandalos, Herulos Gepidas, aliásque finitimas gentes, Ibore & Aione ducibus, sæpe bello superasse, mutatisque frequenter sedibus tandem intra Pannonias constitisse. Inde Albuinus 14
eorum rex accercitus ab Narsete eunucho (vt quidã memoriæ prodidere) cùm præter Longobardorum multitudinem viginti quoque Saxonũ millia spe optimarum sedium exciuisset, profectus ingentibus peditum equitúmque copijs in Italiam venit, breuique Vicentiam, Veronam, Mediolanũ, ac omnis penè citerioris Galliæ vrbes partim peste, partim Gotthorum cladibus eximanitas, ad deditionem compulit. Papia verò cùm tres annos obsidionẽ tulisset, tandẽ & ipsa fame domita, barbarorum imperio cessit. Nec ambigitur quin idem rex paucis annis totam Italiam subegisset, ita omnia apud Italos perdita erant, nisi sexto supra triennium mense postquam Italiam ingressus est, apud Veronam interiisset, dolo vxoris Rosemondæ necatus. Huic successit Dephon insignis nobilitate vir, Albuino nequaquã virtute par, sed crudelitate ac immanitate naturæ longè superior. Eo 15
quoq; intra bienniũ vita functo, Longobardi decẽ deinde sequentib⁹ annis nullũ sibi regem creauere, siue superbia proximi regis huic generi dominationis infensi, siue gubernationem suorum ducum vtiliorem rati, qui iam per omnem italiam vagantes ita impigrè bellum gerebant, vt nunquã eo tempore sit regia desiderata potestas. Sub his ducibus ad eò creuere Longobardorum opes, vt Hetruria, Flaminia Piceno,

Samnio, aliisque regionibus subactis, omnem Italiam à Brundusio Tarentoque vsque ad Alpes tenerent, præter vrbem Romam, quam constat in huius gentis potestatem nullo vnquam tempore deuenisse. Finito decennio, reditum est rursus ad pristinam consuetudinem creandi reges, seruatúmque deinde per omne tempus vsque ad Desiderium,
46 qui vltimus Longobardorum regum in Italia fuit. Quo debellato (vt suprà memorauimus) Carolus Magnus grauem eius gentis dominatum quarto & ducentesimo anno, quâ regnare inceperant, à ceruicibus Italorum dimouit, ac omnes ciuitates, quæ ad Desiderium proximo bello defecerant, recuperatas pontifici Ro. restituit: Beneuentanum quoque ac Spoletanum agrum adiecit. Quibus meritis Hadrianus pontifex cùm nullum maius grati animi indicium posset ostendere, conuocato frequenti episcoporum cœtu eximióque celebrato concilio, multis ac maximis priuilegiis eum ornauit. Carolus confecto Longobardorum bello, potentissimo rege capto, cùm alia quoque magni ponderis animo moliretur, nullam moram interponendam putauit, quin in Galliam confestim rediret. Saxonicum quippe intermissum bellum eum domum reuocabat, quod eo bienuio antequâ Carolus ad liberandũ Romanũ pontificẽ in Italiã veniret, & inceptũ simul & à præfectis eius per id tẽpus leui
47 ter administratum comperio. Quo magis adducor vt virtutẽ viri ac animi magnitudinem admirandam putem, quòd posthabitis ferocissimis hostibus, relictóque domestico bello, rem suam neglexerit, vt Italiam ecclesiamque Romanã, qua omnium Christianorum salus continebatur, ab immanitate barbarorum liberaret. Saxonum gens longè maxima erat, ac etiam bellicosissima penè Germanorum omniũ. *Saxonum gens.* Hi falsos colẽtes deos, cũ neq; diuini neq; humani iuris quicquã pensi haberent, nihil æq; ac religionẽ nostram hominesque ei deditos oderant. Proximi erant Francis, cum quibus continenter bella gerebant. Sæpe prælijs victi conditiones acceperant, obsides dederant, sed nondum apud Francos erat inuentus qui domita penitus eorum perfidia, plenissimam esset victoriam consequutus. Hæc palma cùm Carolo Magno quasi diuino numine reseruata videretur non solùm consilio principes, sed passim omnes clamoribus agunt, vt aduersus perpetuos Francorum hostes totis viribus, arma sumantur

sumantur. Carolus verò tempus venisse ratus, in quo 18
non modò barbarorum hominum audaciam frangere, sed etiam eorum regnum quod multò ante animo agitauerat, funditus euertere posset, ingentem exercitum parat, diem dicit, qua die prope ripam fluminis Rheni omnes conueniant. Nunquam aliàs maiori alacritate contentionéque *Bellum Saxonicum.* animorum susceptа à Francis expedit io est. Hinc odium gentis, hinc spes bene gerendæ rei animum excitat. Sed supra omnia, studium auget præsentia regis, cuius ductu auspicióque non modò Saxonum gentem, sed etiam orbem terrarum, si velit, superare se posse credebant. Has spes cogitationésque secum portantes in hostilem agrum ducuntur. Sic igitur renouatum est cum Saxonibus bellum quo nec maius vllum, nec grauius diuturniúsque à Carolo gestum comperio. Tres enim & triginta annos cum ferocis- 19
simis gentibus certatum constat, pluséque eo bello, quàm reliquis omnibus detrimenti acceptum, interemptis plerisque fortissimis viris, qui diu sub auspicio Caroli egregiam operam nauando meruerant. Saxones hoc tempore multoties superati obsides dabant, imperata se facturos pollicebantur: nec multò postea recuperatis viribus, maius quàm antea bellum ciebant: vt facilè appareret, homines feros, quòd sibi persuasissent cæteris aliis virtute præstare, paratos esse etiam vltima experiri, antequam armis Francorum aut cuiusquam alterius gentis potentiæ cederent. Factum est tamen summa virtute & incredibili constantia Caroli, vt nunquam illi defecerint, quin cònfestim debitas pœnas suæ perfidiæ dederint. Euersæ domus, dissipatæ fortunæ, liberi in seruitutem tracti, omnibus documento fuere, nullum in falsis diis præsidium esse. Sic igitur vsque in tertiũ supra trigesimum annum bellum protractũ: in quo quidem 20
bello bis tantùm collatis signis pugnatum tradunt, semel apud Oneggium montem, quem locum incolæ Theomille appellant: nec multo interiecto tempore apud Hesam fluuium, vbi penitus Saxones debellati se suáque omnia potestati Caroli permisere. Victis impositæ leges, vt patriis cerimoniis, falsisque diis posthabitis, Christianam fidem profiterentur, magnum numerum obsidum darent, modicis terminis septi, neque aliis iniussu Caroli bellum inferrent, neque illatum propulsarent. Decem deinde sunt hominum

millia

millia cum vxoribus & liberis in Galliam transportata, atque variis locis iussu Caroli distributa. Cæterùm durante Saxonico bello, multas interim expeditiones à Carolo susceptas, ac ita egregiè administratas inuenio, vt per vniuersum orbem fama manaret, Francorum regem non sine diuina ope bella gerere. Erat autem Carolo in bellis gerendis hic primùm propositus finis, vt Christianæ fidei legem quantùm in se esset extolleret, ac omnes populos qui ei aduersabantur, non solùm deprimeret, sed etiam si fieri posset, euerteret. Cùm verò ea tempestate barbaræ gentes quæ nostræ religioni perpetuum bellum indixerant, Hispaniam graui seruitute oppressam tenerent, Carolus rei indignitate commotus, ad eam liberandam mentem conuertit. Id autem fieri posse arbitrabatur, si ingenti celeritate exercitu in Hispaniam ducto, prius hostes opprimeret, quàm illi parare subsidia possent. Ad hanc igitur rem aggrediendam satis iam omnibus comparatis, castra mouet, & quam maximis potest itineribus in Hispaniam transire contendit. Nec iam miles grauatim sequebatur, quòd iam diu animum induxerat, quocunque à rege Carolo duceretur, ad certa belli præmia exploratámque victoriam duci. Inter hæc ciuitates Hispaniæ quæ propinquiores erãt finibus Galliæ, incertis rumoribus excitæ, aliquantò sibi suisque regibus timere inceperant. Postquam verò per Pyrenæum saltum traduci exercitus cœptus est, rumorque per barbaros manauit de aduentu Francorum certior, ingens repentè trepidatio populos omnes inuasit, non satis gnaros quid aduersus tantum, támque horrendum hostem sibi agendum aut parandum foret. Carolus confestim superatis Pyrenæi iugis cùm in fines hostium peruenisset, militibus imperat vt quàm latissimè possunt vagentur, & quàm maximum hostibus terrorem inferant. Extemplo ciuitates nonnullæ, cùm ad petenda externa auxilia non sufficeret tempus, nec propriis præsidiis res suas tueri possent, spontè deditionem faciunt. Augusta & Pampilonia, duæ opulentissimæ totius Hispaniæ vrbes, quæ mandata Caroli aspernabantur, vi captæ, ac prædæ militibus datæ. Cùm alterum Franci ad solum euertissent, alteram mœnibus nudassent, tantùm terroris omnibus genti

Bellum aduersus Hispanos.

gentibus iniecere, vt quas adissent, quásque non adissent pariter vltimæ propinquis imperio parèrent. Sic igitur Hispania penè omnis in Francorũ potestatem deuenit. Victis præcipuè imperatum, vt falsis relictis diis, Christianæ fidei legem acciperent. Carolus rebus felicissimè gestis cùm incolumem exercitum in Galliam reduceret, prope Pyrenei iuga in finitimarum gentium, quas nunc Vascones vocant, insidias incidit. Insederãt enim barbari in occultioribus locis, expectantes occasionem gerendæ rei. Vbi verò Francorum copias in augustiorem viam deductas viderunt, repentè ex iugo insuper imminenti nouissimum agmen adorti, ingentem cædẽ stragẽmque dedere. Nam Franci cùm neq; euadere possent in iugum à Vasconibus occupatum, neque se explicare, suomet ipsi agmine in arcto hærentes, simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorũ oppugnabãtur. Nec iam primi in tam angustis locis ita celeriter vertere aciem poterant, vt vltimis in extremo periculo constitutis opem in tempore ac subsidium ferrent. Itaq; etsi animo viribúsq; longè superiores hostibus forent, alienis tamen locis pugnantes vitare non potuerũt, quin eo die insignem cladem acciperent. Cecidere in ea pugna dolo hostium non virtute commissa, Anselmus ac Egibardus summi in bello duces, aliíque permulti fortissimi viri, quorum opera Carolus sæpe in maximis certaminibus egregia vsus erat. Sunt etiam qui Rolandum Caroli ex sorore nepotem præstãtem fortitudine virum post ingentem hostium editam cædem, eo prælio interiisse dicant. Hic est Rolandus quem fama est tempestate sua corporis robore, & animi magnitudine, lõgè cæteris aliis præstitisse, cuius fortia facta per vniuersum orbem iam clara nostris quoque temporibus celebrãtur.

Vascones sequenti nocte antequam Franci vires colligerent, per nota itinera præda magis quàm armis onerati, se in tutum receperunt. Nec tamen illis diutina lætitia fuit: quippe paulò pòst, hi populi ac eorum reges à Carolo domiti, meritas perfidiæ suę debitásq; pœnas dedere. Britones quoq; qui sub idẽ propè tempus Caroli mandata neglexerãt, bello superati in Francorũ potestatẽ venêre. Initium post hæc maximi futuri belli si vlterius processisset, in Italia ortum, authoribus Beneuentanis atq; Araiso corũ duce:

qui tùm apertè desciſſent ſtudio magis nouarum rerum, quàm certa ratione adducti, arma exercitúmque parabant, finitimas gentes excibant, vt pontifici Rom. contra ius fásque vltro bellum inferrét. Quibus rebus in Galliam per latis, Carolus in Italiam rursus ad comprimendas populorum ſeditiones quanta maxima celeritate poteſt contendit,
26 ac cum omni exercitu Capuam vſque progreſſus, tantùm terroris Beneuentanis iniecit, vt extemplo Araiſus filios ſuos, Beneuẽtani verò nobiliſsimos ciuitatis obſides darẽt, ac iureiurando adacti pollicerentur, ſe in poſterum neque iniuſſu Caroli arma ſumpturos, neque recuſaturos quò minus perpetuò ſub Romanæ eccleſiæ ditione atque imperio eſſent. Hæc adeò maturè confecta accepimus, vt eodem prope tempore in Galliam perlatum eſſet, Carolum in Campaniam cum omni exercitu peruenisſe, & Beneuentanos metu conterritos deditionem feciſſe. Verùm dum hæc in Italia geruntur, interim Taxillo Bauariæ dux vxoris (vt tradũt) ſtimulis cõcitatus, copias cogit, finitimas gentes ſolicitat, Hunnos, qui ea parte qua Bauaria in Orientem ſpectat, ſibi confines erant, ſocietate & fœdere iũgit. Hæc omnia clam
27 deſtinis conſiliis conficere ſtudet, vt Francos nil tale opinãtes repentino bello adoriatur. Erat autem ei coniunx Deſiderij regis Longobardorum filia, quæ fortunam patris iniquo animo ferens, nec nocte nec interdiu virum cõquieſcere patiebatur, monere atque rogare, vt meminiſſe vellet ſoceri ſuum clariſsimum regẽ, qui antea in locupletiſsimo regno conſtitutus aliis imperitare ſolitus eſſet, nunc gratũ ſeruitute detentum omni morte miſeriorem vitam ducere. Neminem eſſe præter eum, qui poſsit & debeat ſeruientem regem in libertatem vindicare: Hoc finitimas gentes, quòd fortunę Deſiderij miſereantur, expectare, hoc tacitas petere: quod ſi vir eſſe velit, habere propriis viribus etiam externas adiunctas opes, quibus fultus commodè poſsit hãc dedecoris notam ſocero pariter generóque inuſtam egregiis factis delere, ac ſibi poſterísque ſuis perpetuã gloriam
28 comparare. His muliebribus inſtructus furiis, Taxillo ingenti ſtudio arma exercitúmque parabat, vt Francorum gẽti omni parte inferior, ferociter magis quàm prudenter bellũ inferret. Quibus rebus cognitis Carolus, quia magni intereſſe

intereſſe etiam in reliquum tempus ad opinionẽ gentium arbitrabatur, tantas videri Galliæ facultates, vt non modò ſua tueri, ſed etiam aliena aggredi poſſet, celeriter profectus priuſquã hoſtes cum ſociis iungerẽtur, in fines Bauariæ cum omni exercitu venit, caſtriſque ad Lecum fluuium, qui Bauaros à Lemãnis diuidit, poſitis, legatos ad Taxillonem miſit hortatum, vt Francorum mãſuetudinem quàm arma & vim experiri mallet, atque idem finitimis gentibus quas in belli ſocietatem traxiſſet, ſuaderet. Taxillo ſiue his mandatis cõterritus, ſiue ſociorum auxilio deſtitutus nulla tentatu fortuna belli Caroli imperio ſiue vllae exceptione parére cõſtituit. Itaque ei omnium rerũ ſuarũ poteſtate permiſſa, deditionem fecit, obſides dedit, in his Theonẽ filium 29
ſuum, aliósq; permultos lectiſsimos iuuenes, quorũ patres præcipuã in ea prouincia authoritatẽ habebãt. Sub idẽ prope tẽpus Abodriti veteres Francorũ ſocij legatos ad Caroli mittũt, qui pro antiqua amicitia ſocietatẽq; olim cum Frãcis inita, aduerſus Velatabos auxiliũ petant. Eſt ſinus Oceani maris in extremis Germaniæ finirib. qui ab occaſu in Orientem verſus centum (vt aiunt) prope millia paſſuum extenditur. Circa hunc ſinum ea tempeſtate Abodriti, Velatabi, Nortomanni aliæque barbaræ gentes incolebant: inſulas præterea propinquo mari frequenter ſparſas tenebant, bella inter ſe (ſicut inter finitimos populos plerunq; fit) continenter gerebant. Cùm igitur Velatabi perpetuis excurſionibus, cædibus, incendiis Abotritos inuaderent, nec vllis præſidiis remoueri ab iniuria poſſent, Abodritorum 39
legati in Galliam venerunt, opem aduerſus ſuos Francorumque hoſtes, pro iure ſocietatis petentes. Benignè hoſpitaliterque ſuſcepti, auxilio impetrato grata reſponſa domum retulerunt. Profectus deinde cum exercitu Carolus citius omnium opinione bellum confeciti barbaros exſociorum finibus expulit, expulſos ad deditionem compulſit ac iureiurando adegit ne in poſterum Francis, Francorumque ſociis, aliisque finitimis gentibus iniuſſu ſuo bellum inferrent. His rebus geſtis, cũm in magna gloriam agnisq; opibus regnum ac tota res Francorũ eſſet, ſtatuit Carolus aduerſus Hunnos, qui hoſtibus ſuis auxilia ſubminiſtrauerãt, bellum ſuſcipere. Hunnorum gẽtem Scythicam

Carolus in Bauaros cõtendit.

Huni qui

fuisse accepimus: incoluere primò supra Mæotida paludem, inde ingenti multitudine profecti mutatis sedibus in Pannoniam venere, atque hunc locũ sibi domicilium dele-
31 gere. Ea verò tempestate qua Carolus eis bellum indixit, abundantissimi diutiis erant, & post Saxones armis virisq; opulentissimi. Habebant præterea finitimos populos partim metu, partim beneficio obstrictos, & iureiurando adactos, vt in omnibus bellis pro sua quisque facultate rẽ Hunnorum iuuarent. Quò igitur vires Hunnorum maiores erãt, eò maiore studio Carolus omnia sibi quę ad maximum bellum pertinerent, curanda agendáque censebat, vt cùm virtute hostibus longè Franci præstarent, viribus quoque aut pares aut superiores essent. Sũma igitur diligentia, tum ratione atque consilio omnibus comparatis castra mouet, atque exercitum & viris & armis peregregiè instructum in Paononiam ducit. Hoc ego bellũ partim à Carolo, partim à filio suo Pipino apud pleróſq; authores gestum cõperio.
32 Victi multis prælis Hunni, tãdem octauo anno postquam bellum inceperat, penitus superati, imperio Caroli parũere. Quoties verò cum hac gente iusta acie pugnatum sit, quæue aut quantæ hostiũ copiæ in eo bello ceciderint, quia raræ per ea tempora literæ fuere, difficile ad fidem est exacto affirmare numero. Illud certè constat, nullum vnquam bellum à Carolo gestum, in quo maior sit hostium cædes edita, maiórque illata clades. In eo enim omnes authores conueniunt, ingentem Hunnorum multitudinem, & penè nobilissimum quẽque eo bello absumptum: maximã quoq; vim auri atque argenti, multámque pretiosam supellectilem quam Hunni ex variis gentibus direptam in suum regnum congesserant, à Francis inuentam, atque in Galliam trasportatam. Totã deniq; Hunnorũ rẽ tam multiplici clade affectam, vt nullum ferme pristinæ potẽtiæ, quæ antea
33 longè latèque patebat, vestigium remaneret. Franci deuicta Pannonia, ac populentissima gente subacta, graues hostium spoliis in Galliam reuertuntur. Periere in eo bello Herricus ac Geroldus, duo clarissimi Francorum duces: in reliqua multitudine parum detrimenti acceptum. Sub idem tempus Adelgisum Desiderij filium, qui ante expugnationem Papię ex transpadanis in Græciam profugerat, cum

cum magna manu ad repetendum regnum in Italiam redeuntem, à Frãcis superatũ præfectorũ auspicio supplicioq; affectũ, quidam authores sunt. Addunt etiam nõ multò postea duo eodem prope tempore exarsisse bella, Boemicum scilicet & Liuonicum, atque ambo à Carolo iuniore ita celeriter esse confecta, vt facilè appareret præstantissimi patris non dissimilem esse filium. Sequutum est post hæc aduersus Nortomãnos bellũ, qui Abodritis subactis, cùm ductu Gotofridi regis, Galliæ Germaniæque littora prædato- 34
ria classe vexarent, iámque Gotofridus, nimia superbia & temeritate elatus, Frisiæ, Saxoniæ, atque omni Galliæ arma minaretur, palámque iactaret se breui Aquisgranum vbi Caroli regia erat, cum ingentibus copiis petiturum, non putauit Carolus sociorũ iniuriam, ac huius hominis effrænatam audaciam vlterius esse ferendam: itaque omnibus ne cessariis ad bellum celeriter comparatis, in Nortomannos exercitum ducit, classem per Oceanum mittit, vt terra marique simul hostem inuadat. Verùm non diutius ei laborandum fuit, quia Nortomanni paulò pòst Gotofrido rege à proprio satellite interfecto, se suáque omnia fidei & potestati Caroli permisere. Cùm hic status rerũ in Gallia esset, interim Romani aduersus Leonem pontificem coniurationem ineunt, eúmque nec lęsi nec lacessiti per iniuriam vrbe expellunt. Quibus rebus legati ad Carolum veniũt mul 35
tis precibus pro Romano pontifice auxilium aduersus coniuratos repetentes. Hos Carolus consuetudine sua benignè accipit, eorum animos verbis confirmat, magnã spem se habere dicit populum Romanum, vel beneficio vel authoritate sua adductum, finem iniuriis facturum: quòd si perseuerare in iniuria velit, nullam dimicationem recusaturum pro Romanæ ecclesiæ dignitate, cui deesse quoad vita suppetat, aliis principibus Christianorum turpe, Carolo etiam nefas sit. Nam iam pridem ecclæsiæ Romanæ patrocinio suscepto, nihil ei antiquius erat, quàm apostolicæ sedis dignitatem tueri, statum seruare, authoritatem extollere, iniuria ac maleficio prohibere. Itaque cùm ea coniuratio magni ponderis esset, & præsentia sua indigere videretur, extemplo cum exercitu profectus in Italiam contendit. Primo aduentu omni motu sedato, noxiis supplicio 36

affectis pontificem Romanum cũ ingenti gloria in vrbem restituit à quo mox pro suis egregiis meritis, & singulari erga libertatem omnium Christianorum fide Augustus appellatus, imperatorium nomen dignitatémque suscepit, non solùm assentiente, sed etiam applaudente populo Romano. Hoc tempore primùm summi imperij dignitatem, quę trecentis antè & triginta annis fuerat amissa, & iam nimia vetustate obliterata, egregia virtute Caroli, Occidenti restituta tradunt. De quo quidem non alienum videtur pro cognitione rei altius aliquantò repetere. Vrbem Romam, sicuti grauissimi authores memoriæ prodidere, initio reges gubernarũt. Hi nullis legibus obnoxij, domi populum exercitum foris, pro suo arbitratu regentes, nunc belli, nũc pacis artibus rem Romanam mirificè auxere, eóque nutriẽdo perduxere, vt bonam frugem libertatis maturis iam viribus ferre posset. Tarquinio deinde Superbo ob immodicã dominandi licentiam regno exacto, regia potestas penitus in vrbe cessauit. Sub consulibus postea, ac dictatoribus, cõsularíque potestate tribunis, qui fuerunt libero populo magistratus, & res & nomen emersit imperij. Aphrica penè tota, magnáque Asiæ parte vltra Armeniam & Caucasum mõtem armis subacta, Europæ verò, Hispaniis, Galliis, Græcia, Thracia, aliisque subinde regionibus bello domitis, lõgè latéque Romanorum opes patuere. Hoc tam amplo per quadringẽtos sexaginta annos ab vna repub. parto auctóq; imperio frui deinde per intestina arma non liquit, quorum causa atque initium traditur ex immodica cupiditate regnãdi, & certamine factionum ortum, quæ semper fuerunt erúntque pluribus populis magis exitio, quàm bella externa. Imperatores hinc creari cœpti, quod ante armorũ castrorúmque nomen fuit: id tanquam intestino vigente bello intra mœnia inductum, verbo quidem legitima potestas re autem vera dominatio erat. Qui enim repub. occupata Romanis dominabantur, Imperatores se appellari non solùm æquo, sed etiam libenti animo patiebantur, quia imperatoriũ nomen & gratius & tolerabilius Romæ erat, quàm quisquam titulus qui dominationis speciem præ se ferre videretur. Atq; imperatoria dignitas apud priscos Romanos longè inferior regia dignitate. Cur autem postea hoc imperato

Carolus dictus Augustus & imperator Romanorum.

37

38

Imperatoria dignitas antiquitus inquibus regia.

ratorium nomen in tanto pretio abitum sit, causam fuisse existimo, quia cùm illi qui reipub. totíq; penè terrarũ orbi dominarentur, se nuncupatẽt Imperatores, fortè posteriores credidere, sicut illi potentia cæteros alios anteibant, sic etiam nomen quo vtebantur, reliquis omnibus anteponendum esse. Hinc talis opinio orta, deinde multis tẽporibus 39
iueterata, obtinuit vt imperatoria dignitas omnibus aliis excellentior haberetur. Sed ab initio quidem singulis imperantibus cùm Nerua primus, aliíque postea simili exemplo ducti, sibi consortem imperij delegissent, duo interdũ principes eodem tempore extitere, qui se Romanorum nuncupabant imperatores. Postea verò quàm Constantinus relicta Roma ad Orientem descendit, factum consuetudine est, vt diuisim illud Orientis, hoc Occidentis imperium diceretur. Fœdè deinde vastantibus Italiam barbaris, tempore Odacri Torcilingorum regis, qui Augustulum bello superauit, sublatum imperium trecentis & triginta annis in Occidente cessauit. Tot enim ab Augustulo ad Carolum Magnum fuere, quem à Leone pontifice imperatorẽ diximus appellatũ. Carolus Francorum rex ac Romanorum impe 40
rator post amplissimam dignitatem susceptam cùm in Galliã rediturus iter per Hetruriam faceret, in memoriam dignitatis adeptæ Florentiam vrbem, quam olim magna ex parte deleuerant Gothi, in pristinum statum cum summa celeritate restituit, omnémque nobilitatem per oppida vicina dispersam in ciuitatẽ reduxit, nouis mœnibus cinxit, templis orauit. Quibus meritis quantum Caroli nomini, eiúsq; successoribus nostra ciuitas debeat, nec literis explicari, nec vlla oratione exprimi potest. Quòd enim in solo patrio sumus, quòd liberi viuimus, quòd magistratus, leges, ciuitatem habemus, ea omnia Carolo accepta sunt referenda, ac eius memoria cum grata recordatione perpetuò celebranda: vt homini tam præclarè de nostra patria merito, si non parem beneficiis suis, 41
saltem aliquam pro viribus nostris gratiam referamus. Illud autem loco summæ gloriæ Florentiæ vrbi tribuendum puto, quòd initio eam condidere Romani, conditam deinde ac barbarorum furore euersam, Romanorũ quoque clarissimus Imperator restituit, vt nõ tantùm do

Florẽtia restituta à Carolo imperatore.

loris ex deiecta, quantùm lætitiæ ex restituta patria Florentinis accederet. Cùm reuertisset in Galliam Carolus, exceptus est eius aduentus ab omnibus populis incredibili honore atque amore. Festi celebrati dies, omnibus ciuitatibus supplicationes decretæ, publicè priuatímque ei gratulationes cum effusa lætitia factæ. His rebus tam egregiè à Carolo gestis addunt scriptores nonnulli rem maximè memoratu dignam, quam ego nec vt certam affirmare, quia nulla apud alios authores eius rei mētio est, neque vt incertam
42 relinquere ausim. Tradunt enim, cùm Hierosolyma graui barbarorum dominatu oppressa teneretur, Carolū Constantini imperatoris precibus euocatum, simul & rei indignitate commotum, ad liberandum sanctissimum locum, vbi omnium gentium salus est orta, cum ingenti exercitu accessisse, profligatísq; barbaris, ac ex omni prouincia pulsis, Christianos in vrbem restituisse, firmísque præsidiis munitam reliquisse: profectum deinde Byzantium & à Constantino incredibili lætitia acceptum, magnóque affectum honore, paulò pòst in Galliam rediisse. Hæc si ita sunt, hanc expeditionem factam esse oportet antequam Carolus ad restituendum Leonem pontificem in Italiam veniret: quia satis constat post imperatoriam dignitatem susceptam, nunquam Carolum in Orientem esse profectum. Hæc bella septem & quadraginta annis (tot enim regnauit) incredibili felicitate, tum magnitudine quadam animi, tum etiam in-
43 genij atque consilij Carolum non solùm gessisse, sed etiam confecisse tradunt, quibus regnum satis amplum à patre acceptum, longè maius auctiúsque posteris suis reliquit. Nam paterni regni fines in Gallia, Rheno, Ligeri, Oceanóque, & in Germania Danubio & Sala fluuio, qui Thurios à Sorabis diuidit, continebantur. His Aquitaniam, Vasconiam, Hispaniam penè totam, & eam Italiæ partem in qua Longobardorum regia fuerat, bellica virtute adeptam Carolus Magnus adiunxit. Adiecit etiam Saxoniam, quæ est nō modica Germaniæ pars: tum vtranque Pannoniam, & vltra Danubiū Daciam, Histriam, & totum Liburnorum regnum, Dalmatiam quoque, præter maritimas ciuitates quæ Constantinopolitano imperatori parebant: omnes denique barbaras gentes, quæ Germaniam inter Rhenum, Oceanum, ac

Hierosoly. ma liberatur.

Francorū regno adiecta à Carolo.

ac Danubium incolunt, partim armis subactas, partim beneficio allectas, in suam potestatem redegit. His tantis 44
opibus, tot támque rebus egregiè gestis, eam sibi famam non solùm in Gallia, sed etiam per vniuersum orbem Carolus comparauerat, vt vndique ad eum legationes concurrerent, quę gratiam atque amicitiam publicè priuatímque peterent. Quinetiam memoriæ proditum est, Persarum regem, cuius opes in Asia longè latéque patebant, Caroli fama adductum, legatos cum magnificentissimis donis misisse in Galliam, qui eum rogarent vt se in amicitiam susciperet. Cum imperatoribus quoque Constantinopolitanis beneuolentia fuit & societate coniunctus: quanquam post dignitatem imperatoriam Romæ acceptam, Caroli fama illis & suspecta quoque potentia foret. Cæterùm enarratis bellicis rebus quæ visæ sunt nobis cognitione & memoria
dignæ, nunc operæ pretium esse existimo Caroli habitum, 45
naturam, & mores, tum ea omnia quæ ad domesticam pertinent disciplinam, breuibus verbis referre. Tradunt omnes penè authores qui diligentius Caroli figuram describunt, procera illum fuisse statura, lato pectore, latis humeris, magnis vegetisque oculis, naso paulò eminentiore: forma denique & pulchritudine oris adeò eximia, vt decorem simul præ se ferre videretur, cum regia quadam maiestate coniunctum. Habebat & in voce splendorem, & in incessu totóque corporis motu summam dignitatem. Promissam gerebat barbam, & si quando festi dies celebrandi erant, aut legati externorum principum audiendi, veste auro contexta, & gladio multis gemmis ornato vtebatur. Valetudine fuit prospera, nisi quòd paucis annis antequam diem obiret, febre sæpius laborabat. Venationibus Gallorum more adeò 46
frequenter studebat, vt non niues, non montes, syluæque eum etiam senescentem à tali exercitio reuocarent. Putabat enim laborem corporis ad sanitatem seruandam vehementer conferre. Tradunt præterea eum balneis & aquis natura calidis plurimùm delectatum, atque ideo Aquisgrani, vbi talis aquæ ingens copia erat, diutius commorari solitum. Quinetiam cōsuesse amicos ac familiares, & interdum omnis generis homines secum in balneas ducere, ibíque alia atque alia confabulandi materia in medium allata, lon-

Caroli statura & mores.

gum sermonem trahere, atque ex eo non mediocrem voluptatem capere. Fuit autem Carolus amicorum studiosissimus: pietate verò in parentes, amore in filios, humanitate in omnes, sine controuersia cæteros alios superabat. Mater ei Berta fuit, Heraclij Cæsaris præstantissimi Constantinopolitani Imperatoris filia, quam cùm in omni vitæ tempore, tum præcipuè post Pipini mortem in summo honore & obseruantia habuit. 47 Difficilem fratris naturam, ac multis suspicionibus laborantem, ita patienti animo tulit, vt pro acceptis iniuriis sæpe beneficia ei, filiisque referret. Sororem quoque quæ sibi vnica erat, incredibili amore dilexit. Denique omnem familiam suam tanta charitate cõplexus est, vt quidam scriptores dicant eum quocunque accederet, solitum esse filios filiásque omnes secum ducere. Fuit in remunerando largus, in puniendo mitis & clemens. Quinetiam tradunt, cùm aliquando in expeditionem proficisceretur, nothum filium, quem plerique spe regnandi iniecta opinionibus vanis imbuerant, Carolo insidias comparasse, vt eum de medio tolleret: paulóq; deinde coniuratione detecta, mitissimum patrem scelerato ignouisse filio, eique permisisse, vt reliquam deinde vitam in quodam monasterio ab oculis 48 hominum remotam duceret. Hanc igitur mansuetudinem in puniendo, æquitatem in iudicando, moderationem in gubernãdo, quam Carolus publicis pariter ac priuatis rebus præ se ferebat, sic populi omnes admirabantur, vt palàm prædicarent, talem sibi regem diuino numine datum, qualem nunquam antea ausi essent optare. Illud præterea maximam ei beneuolentiam comparabat, quòd erga hospites, peregrinos, & eos omnes qui paupertate nimia laborabãt, summa profusáque liberalitate vtebatur. Inopes verò qui virtute ac bonis moribus præditi erant, sæpe non modò pecunia iuuit, sed etiam honoribus manifestis affecit, vt vanam eorum opinionem argueret, qui neque honori magno locum, neque virtuti putant esse, nisi vbi effusæ affluant opes. Cibi insuper & potus continentissimus fuit. Festis solùm diebus, 49 atque id etiam rarò, conuiuia celebrabat. In cognoscendis controuersiis hominum & diligentissimus simul & iustissimus habebatur. Liberæ ad eum quærimoniæ de aliorum iniuriis, faciléque aditus erant, benigna reddebantur

tur responsa: quæ omnia quò rarius in maximis principibus reperiuntur, eò gratiora in Carolo habebantur. Sed omnium primùm, vt erat diligentissimus religionum cultor summa opera studióque curabat, vt episcopi per vniuersum regnum sacras ædes nimia vetustate dilapsas, aut omnino reficerent, aut saltem renouarẽt. Ipse verò Aquisgrani, vbi sedes regni, eiúsq; regia erat, maximis sumptibus templum condidit, ipsúmque marmoreis columnis, tum argento auróque celato vehementer ornauit, ornatúmque omnium rerum pulcherrimarum copia, beatæ Mariæ dedicauit. Multa quoque alia opera memoratu digna constituxit, quæ ea tempestate, tum pulchritudine, tum magnitudine sua admirationem gentium commouebant. Nam pontem in Rhe 50 num apud Maguntiam, vbi quingentos passus fluminis latitudo patet, ædificatum à Carolo tradunt, egregium sanè opus, & magnitudinem conditoris cunctis visentibus præ se ferens. Regias insuper ædes variis in locis ab eodem extructas dicunt, & templa in multis ciuitatibus condita, quæ nostrisquoque temporibus extant, & religionem in Carolo, regalémque animum fuisse ostendunt. Verùm ad has eximias regiásque virtutes addiderat, etiam Carolus eloquentiam copiámque dicendi, & bonarum artium disciplinam, quæ cùm cæteris hominibus, tum iis qui sunt in summis potestatibus constituti, magno semper decori atque ornamento fuere. Præceptorem habuit Albinum, cui postea Alcuino cognomẽ fuit, eruditissimum, summúmque philosophum, à quo non solùm studium sapientiæ, sed etiam præcepta oratoria, artémque disserendi accepit: cuius opera tunc primùm Parrhisiense gymnasium à Carolo institutum tradũt: 51 quod deinde à posterioribus regibus seruatum auctúmque, eò dignitatis & gloriæ venit, vt nunc quoq; celeberrimum per vniuersum orbem eruditissimorum hominum domicilium habeatur. Carolus igitur ipse literis nõ modò Latinis, sed etiam Græcis liberaliter institutus, filios quoq; suos doctissimis hominibus in disciplinam dedit, vt à primis incunabulis bonis artibus erudirentur. Filias etiam ne otio torperent, lanificio assuescere iussit. Habuit autem ex pluribus vxoribus pulcherrimam sobolẽ: sed ex Hildegarde fœmina apud Suenos amplissimo genere orta, Carolũ, Pipinũ,

Carolus eloquẽtia, & bonis literis ornatus.

Ludo

Ludouicum filios, totidémq; filias genuit. Ex his Carolum, qui maior natu erat, & Pipinum, quem Galliæ citeriori præ
52 fecerat, priusquam diem obiret, amisit. Ludouicus ei relinquebatur, vnicum senectutis refugium. Hunc paulò ante mortem ad se vocatum, summo consensu omnium principum Augustum appellauit, consortémque sibi delegit imperij: quæ res maximâ ei apud omnis generis homines tum dignitatem, tum authoritatem cõparauit. Stabilitum enim suis posteris, non solùm Francorum regnum, sed etiam Imperatorium nomen summa concordia omnium videbatur. Nec multo interiecto tempore, cùm venatum consuetudine sua haud procul à regia Aquisgrani esset profectus, domum rediit cum febre. Hanc abstinentia, vt consueuerat, superare se posse confidens, cùm lateris etiam accessisset dolor, morbis simul & senectute confectus vita excessit, ætatis suæ septuagesimo secundo, & Christianæ salutis decimo-

Caroli Magni obitus

quinto supra octingentesimum annum, quinto Cal. Februa
53 rias. Eius deinde corpus in basilica Aquisgrani, quam ille in vita tantopere coluerat, solenni funere sepultum tradũt, arcúmque auratum egregiè fabrefactum supra monumentum eius locatum, in quo imago illius sculpta tali epigrammate cingebatur: Caroli Magni Christianissimi Imperatoris Romanorum corpus sub hoc sepulchro conditum iacet.

Hic Francorum regnum septem supra XL annos summa moderatione ac iustitia administrauit, ídque belli pacísque artibus magnopere auctum, posteris suis reliquit. Paulò ante obitum eius multa prodigia visa dicuntur. Nam & porti-

Prodigia ipsius mortem præcedentia.

cum, quæ erat inter basilicam & regiam mirabili sumptu confecta, corruisse & pontem ad Maguntiam incendio conflagrasse, & auream pilam, quę in culmine religiosissimi tẽpli locata erat, fulgure tactam & deiectam tradunt. Tri-
54 bus annis antequam è vita migraret, testamẽtum condidit,

Testamẽtũ

quo pecuniam, vestes, vasa aurea argenteáque, multámque pretiosam supellectilem tripliciter diuisam legauit. Duas partes vni & viginti ciuitatibus regni, quas Metropolitanas appellant Græci, ac earum episcopis dari iussit, vt illis in reficiendis ecclesiis & pauperibus iuuandis, pro arbitrio vterentur. Tertiam verò partem, vniuscuiusque ratione habita filiis, filiabus, nepotibúsque, tum seruis & ancillis reliquit.

Erat

Erant inter cæteros thesauros suos tres argenteæ mensæ, ac vna aurea, præcipuæ magnitudinis. Illarum triũ vnam, quæ Constantinopolitanæ vrbis similitudinem referebat, ad ornandum celeberrimum beati Petri tẽplum Romam misit. Aliam, in qua forma vrbis Romæ peregregiè sculpta erat, Rauennati basilicæ dono dedit. Tertiam verò, quę totius 55
orbis descriptionem continebat, & auream illam, quam in ordine quartam numerauimus, filiis suis reliquit. Hæc Carolus summa diligentia, ratione, atque cõsilio, cùm multi principes regni adessent, cõstituit. Quæ omnia Ludouicus eius filius ac successor ex cõmentario, post Caroli mortem diligentiſsimè ac sanctiſsimè reſerua uit.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca